2° gen 76

X

XI

41

D. PHILIPPI JACOBI SPENERI

OPERIS HERALDICI

PARS GENERALIS & SPECIALIS.

D. PHILIPPI JACOBI SPENERI

OPERIS

THEOLOGICI

PARS GENERALIS

&

SPECIALIS.

INSIGNIUM THEORIA
SEU
OPERIS
HERALDICI
PARS GENERALIS,
QUÆ CIRCA INSIGNIA, HORUM ORIGINEM, SCUTA EORUMQUE PARTITIONES, METALLA, COLORES, FIGURAS, GALEAS, APICES, ALIASQUE SCUTORUM APPENDICES ET CONSECTARIA STUDIOSO HISTORIARUM ET VITÆ CIVILIS NOSSE PROFICUUM VISUM
EST,
EX DISCIPLINA FECIALIUM ET MORIBUS RECEPTIS
EXHIBENS
AUTORE
PHILIPPO JACOBO SPENERO D.
EDITIO SECUNDA.



KÖNIGL. KREISBIBLIOTHEK IN AUGSBURG

FRANCOFURTI AD MOENUM,
EX OFFICINA ZUNNERIANA.

PROSTAT IBIDEM APUD JO. FRID. FLEISCHER,
M DCC XXXV.

INSIGNIUM THEORIA

SEU

OPERIS

HERALDICI

PARS GENERALIS,

QUA CIRCA INSIGNIA, HORUM

ORIGINEM, SCUTA FORUMQUE PARTITIONES, METALLA, COLORES, FIGURAS, ORDINES, APICES, ALIASQUE SCUTORUM APPENDICES ET CONSECTARIA, STUDIOSO HISTORIARUM ET VITÆ CIVILIS NOSSE PROFICUUM, VISUM

EST,

EX DISCIPLINA FECIALIUM ET MORIBUS RECEPTIS

EXHIBENS

AUTORE

PHILIPPO JACOBO SPENERO D.

EDITIO SECUNDA.

FRANCOFURTI AD MOENUM,

EX OFFICINA ZUNNERIANA.

PROSTAT LIPSIÆ APUD JO. FRID. FLEISCHER,

MDCC XXXV.

ILLUSTRISSIMO

COMITI & DOMINO,

DOMINO

PHILIPPO REINHARDO,

COMITI HANOVIÆ,

REINECCIÆ & BIPONTI,

DOMINO MUNZENBERGÆ,

LIECHTENBERGÆ & OCHSEN-
STEINII,

MARESCALLO HÆREDI-

TARIO & PRÆFECTO SUPREMO
ARGENTINENSI, &c.

DOMINO MEO PERCLEMENTI,

à

PATRE CŒLESTI IN JESU CHRISTO FILIO
ipsius unico veram perpetuamque felicitatem
ex animo precor.

)o(

ILLUSTRISSIME COMES,
DOMINE PERCLEMENS.

FOetum hic offero superioribus annis, cum alia studia tractare jussus essem, conceptum, nunc verò demum (nescio absens qua obstetricis dexteritate atque adeò quam feliciter) editum. Argumentum est de insignium theoria, in quibus nobilitatis & illustrium stirpium ab aliquammultis seculis decora non ultima quæsita & agnita sunt: unde ut aulam liber peteret, convenire visum est, & quidem in Rhenano tractu, cui quicquid est debet, antequam illum relinquerem, dudum exitum molitus. Nec verò quam aulam peterem diu ambigendum fuit, cùm vestra Francofurto meæ proxima, Illustrissima autem Hanoica gens ea sit, cui, nec non illis, quibus cum arcta affinitate copulata est, me meosque ad singularem cultum à pluribus annis divina Pronæa obstrinxit. Puellus adhuc, prout ætas illa fert, beneficam in me & gratiosam expertus sum Illustrissimam quondam Dn. *Dorotheam Dianam* Rhingraviam eo tempore Illustrissimi Dn. *Philippi Ludovici* C. Rappolsteinii (qui me ex Baptismo susceperat, & Parentem meum, quo ductore junior usus fuerat, singulari complectebatur affectu) conjugem, mox viduam, quæ deinceps Illustrissimo

Comiti

Comiti Hanoico Dn. *Philippo Wolfgango*, avo Vestro, altera vice nupta est. Annis proficiens ex Illustrium ordine Evergetis nullis mei studiosioribus fruitus sum, quam Illustrissimis conjugibus, Comitibus *Rappolsteiniis*, Dn. *Johanne Jacobo* & Dn. *Anna Claudia* Rhingravia, Vestris prosocero & prosocru; eorum enim de studiorum meorum promotione, & quæ alia meæ felicitati inservirent, curæ atque beneficia non defierunt, dum in his terris agerent. Quod *Palatinam* Serenissimam Domum attinet, ex qua cœlestis Providentia & matrem dedit, & ex qua Hanovica gens propagetur conjugem dignissimam, Serenissimi Fratres Dn. *Christianus* (socer juxta & avunculus gratissimus) & Dn. *Johannes Carolus*, postquam ab anno 1654. studiis ipsorum admotus fuissem, non cessarunt gratiæ suæ in me plura documenta edere: quæ occasio etiam fuit, Parenti gratiosæ Dn. *Annæ Magdalenæ*, ipsorum sorori, primum innotescendi, quæ sui quoque clementissimi affectus me meosque certos non una vice vel ratione fecit. Quod verò, qui me propius attingunt, attinet, materteræ meæ maritus L. *Johannes Ernestus Varnbulerus* Consiliarii & demum Cancellarii dignitate ab Illustrissima Domo Vestra ornatus, & qui studiorum moderator atque itinerum comes fuerat, nunc verò Regiminis consiliis admotus, L. *Georgius Wilhelmus Spenerus* germanus meus, à tempore bene multo Hanovicæ stirpi sua post Deum præcipua debent, & gratia perpetua gavisi sunt: ut jam de aliis fratribus duobus, quorum alter Ecclesiam in superiori Comitatu tamdiu pavit, donec tyrannide Papæa grege

proſtrato paſtor pellereturꝰ & alibi Deo Duce ad miniſterium vocaretur, alter nunc quoque Veſtris ſervitiis vitam tolerat, nec non ſororis generis, qui in eccleſiaſtico & politico muneribus inſerviunt, plura non addam.

Tot ergo vinculis Illuſtriſſimæ Hanoviæ devinctum decebat, ut occaſionem quærerem, qua profiterer, quantum illi proprio meorumque nomine deberem, gratiasque pro omnibus agens publicas, noſtros ulteriori gratiæ obſequiosè commendarem: huic autem fini vix alia occaſio commodior viſa fuit, quam ut Illuſtriſſimum nomen Veſtrum præfigens libro hanc alloqui occaſionem captarem: confiſus qualecunque hoc munus non contemtum iri.

In Voto ſubſiſto, dum quod quotidie factitare ſoleo, DEUM OPTIMUM MAXIMUM, omnis dignitatis & celſitudinis autorem & Principem, piè veneror, qui vetuſtam arborem Hanoicam, tot frondibus, floribus & fructibus à pluribus ſeculis ornatiſſimam ad ſeculi usque finem virentem vigentemque conſervare, novisque ſubinde ramis augere gratiosè velit. Idem Te, Illuſtriſſime Comes, cum Sereniſſima Conjuge Dn. *Magdalena Claudia* Palatina, nec non Sereniſſima Parente, & Illuſtriſſimis ſororibus omni benedictionis ſuæ genere abundantiſſimè beet, ut quotidie mentes nova gratia, novo lumine, nova virtute cœlitus perfundantur, novi hominis beato incremento; corporis verò vires, ne annis paulatim frangantur, pariter ſubinde novo robore confirmentur. Inprimis verò benedicat tum thoro Veſtro, ut ad paucos redacta ſtirps novos lætiſſimos ſurculos progermi-

nare videat, tum regimini, ut univerſa provincia, & amplisſimæ

plisſimæ ditiones, ejus prudentia atque nova felicitate ex iis, quæ hactenus perpeti neceſſe habuere, & temporum calamitatem nimium ſenſere, ſpiritum recipiant, novoque flore ſpes & deſideria plurium annorum impleant, Eccleſia Divino Numini in veritate & pietate ſerviente, politia juxta leges & publici boni regulam juſtè & ſapienter adminiſtrata, incolis verò omnibus vitam tranquillam & proſperam ducentibus, ac beneficia cœleſtia quotidie prædicantibus. Hoc verò ut fiat, Mœnanam & Rhenanam oras, hactenus hoſtilibus invaſionibus nimium devaſtatas aut afflictas, pulſo victoriis longius & in antiquos terminos pace felici redacto hoſte, ſecuritati, hujusque beneficio priſtino decori reſtituat, ut *Philippo Reinhardo* Comite univerſam ditionem Hanoicam & vicinas refloruiſſe ac conſtantis felicitatis initium cepiſſe, ſera & grata glorietur poſteritas. Ita velit, ita jubeat, ita faxit Benignisſimus in cœlis Pater, cujus voluntas benigna, juſſus potentisſimus, facta omnia divina adeoque optima ſunt! Dresdæ 31. Martii 1690.

ILLUSTRISS. V. EXCELL.

ad preces & obſequia humillima

obſtrictiſſimus

PHILIPPUS JACOBUS SPENERUS, D.

BENEVOLO LECTORI

S. D.

Ustum effluxit decennium, ex quo Pars ſpecialis Operis Heraldici ſeu priores illius tres libri ſub nomine *Hiſtoriæ inſignium illuſtrium* publicæ luci expoſiti ſunt. Eodem vero tempore vel multo prius hoc quoque Opus integrum elaboratum, conſiliumque fuerat, ſimul utrumque typis mandare. Unde hinc inde legas in Hiſtoria inſignium hanc partem generalem jam allegari, nec non in his iſtam hiſtoriam, tanquam ſecuturam, ſicuti etiam plagulæ vicenis plures jam tunc excuſæ, tabulæ autem tres ſi excipias omnes iſto tempore ſculptæ ſunt. Verum quod nundinæ appropinquarent, nec ſpes eſſet utrumque Opus eo ſpatio temporis excudere, inprimis etiam quia occaſionem expectabam, quæ otium ſubminiſtraret, quædam in cap. 5. adhuc ſupplendi, mutatum propoſitum, & hiſtoria inſignium prior in publico comparere juſſa eſt, Theoria adhuc nonnihil dilata. Uti vero ſolet mora alia aliam poſt ſe trahere, ita cum ſingulis penè annis editio iterum procuranda deſtinaretur, nunquam tamen defuere quæ conſilium remorarentur obſtacula. Demum cum 1686. Divinitus huc Francofurto evocarer, facile prævidebam, non modo haud amplius otium mihi hic conceſſum iri, talibus alienis tractandis, quod prior vita permiſiſſet, ſed plane de nullo amplius cogitandum eſſe, unde Domino Zunnero Editori chartas meas abiturus reliqui, quasquam poſſet commodiſſime, mea nulla amplius cura interveniente, publicaret. Lapſi tamen ſunt anni unus alterve, dum mea manu ſcripta deſcriberentur & Typothetarum uſibus aptarentur, donec demum illa facie prodiret, quæ nunc Lectoris oculis objicitur. Si vero ipſam originem hujus inſtituti & Operis quis ſcire deſideret, illa eſt. Genealogicis ſtudiis à pueritia penè innutritus, dum Academiam Argentoratenſem incolerem, illa diligentius etiam cum hiſtoria eo ſpectante excolui, aliisque tradere cœpi, de inſignibus tamen, niſi ut

illorum

illorum noſſem typos, parum ſolicitus. Ubi vero Genevam veneram, occaſio fuit Celeberrimo in his ſtudiis *Claudio Franciſco Meneſtrierio* innoteſcendi, qui literis initio Lugduno miſſis, quod me aliquam Genealogiarum Germanicarum cognitionem habere intellexiſſet, commercium mecum inſtituere cœpit: cum vero Lugduni eſſem, non ſolum in aliis benevolentiam teſtatus eſt ſuam, ſed etiam cognito, quæ Heraldica ſpectarent, Germanis noſtris tantum non plane ignota eſſe, ultro me eſt cohortatus, ut facem civibus meis præferrem, ad hanc etiam hiſtoriæ partem luſtrandam, libertatem mihi concedens, ſi ita videretur, ſua etiam pro meis Germaniæ exponendi. Tum primum cœpi argumentum hoc excolere, & ab ipſo mihi donatos libellos auctoris, nec non alios ejusdem generis evolvere: mox vero vidi, qui hiſtoriæ noſtræ notitia præditus eſſet, & ex illis quæ aliæ gentes circa hanc materiam prodidiſſent aliqua proficua diſcere poſſe, & lucem viciſſim affundere iis, quæ traderent exteri, ſæpe in tenebris palpantes. Itaque uti docendo facilius diſcimus, Argentoratum reverſus initium feci aliis inſignium artem tradendi, adeoque ea quæ à Gallis mutuo ſumſeram noſtris moribus accommodandi, & in aliquam methodum redigendi. Tunc primum fœtus hic conceptus, ſed paulatim magis magisque formatus, antequam ſacris functionibus totus immergerer, hanc ſpeciem, qua nunc prodit, induit. Ubi vero ad alia Deus me vocavit, ſubinde tamen ſpes ſupererat, nonnunquam quadrantem horæ ſupplendis iis, quæ congeſta erant, à ſeriis occupationibus abſtrahi poſſe, quæ verò tantum non ſemper me deſtituit, ita ut à vicennio pene augmenti parum iſtis acceſſerit, & quod ſupra dixi Francofurto diſcedens chartas editori relinquere conſultum credideriim. Factum etiam hinc eſt, ut inprimis in Cap. 5. figuras ſcutis inſcribi ſolitas complectente hinc inde lacunæ occurrant, figurarum nominibus adſcriptis, ad quæ exempla inſignium conquirenda erant, quæ tamen conquirere non vacavit, ut adeo lectoris induſtriæ relicta illa ſint. Sed & multa alia cultum longe exquiſitiorem requiſiviſſent, ſi curioſitati Lectorum ſatisfieri debuiſſet, in quod tamen ut bonas horas impenderem, aliis jam diſtrictus à me impetrare amplius non potui. Cæterum inveniet hic Lector, quod ex modo dictis etiam mox colligit, non tam mei ingenii aliquod opus, quam ab aliis fere, inprimis exteris ante me prodita, à me autem non niſi congeſta, & exemplis partim (& quidem potiſſimum) ex armoriali libro communi deſumtis, partim ex varia communicatione ſuppletis, partim ex aliis etiam autoribus excerptis probata, quorum ob hoc fidem non ſemper in me recipio.

Uſus omnis totius tractationis ille eſt, ut non ſolum inſignia noſſe diſcat Lector, quæ quisque ſibi cognitu utilia credit, verum etiam ut quæ feciales circa rem hanc literas prodidere, & quas rationes allegent,

tum

tum quid usus communis introduxerit, hic inveniat, quod aliquod historiæ subsidium & vitæ civilis ornamentum esse posse, non diffido.

Vale Lector benevole, & si in omni isto insignium negotio multum vanitatis & πολλὴν φαντασίαν inveneris, quam cognoscere aliquando prodest, sed eam magnifacere non decet, qui meus etiam de ea sensus est, in gemisce seculo, & in id inprimis operam da, ut insigne CHRISTI crux, non tam scuto vestive Tuæ quam animæ impressa fulgeat, & tum vel regiis insignibus ornatiorem Te incedere ne dubita.
Dresdæ 20. Martii 1690.

SYLLABUS
PRÆCIPUORUM AUTORUM,
Quorum operibus de hoc argumento expresse editis usus sum,
& qui hic sæpius allegantur.

Theod. *Hæpingii* de jure insignium.
Joh. *Sibmacheri*, Wapenbuch/ s. liber Armorialis, à P. *Furstio* continuatus, ut nunc ejus sint V. partes.
Silvestri *Petrasancta* Jesuit. Tesseræ gentilitiæ.
Nicolai *Uptoni* de studio militari.
Joh. de *Bado Aureo* tr. de armis.
Henrici *Spelmanni* aspilogia.
Hos tres edidit & notis illustravit Ed. *Bissæus*.
Claud. Franc. *Menestrierii* Jes. le veritable art du blason.
Ejusd. abregé methodique des principes Heraldiques.
Ejusd. l'art du blason justifié.
Autoris majus Opus *Science du Blason* non vidi, sed tantum ejus Sciagraphiam, quæ 4. foliis 1659. prodiit.
Joh. *Le Laboureur* origines des armes.
Marc. Vulson de *la Colombiere* science Heroique.
Petr. *du Val.* observ. sur le blason.
Marc. Gilbert *de Varennes* Roy d'Armes.
Philib. *Campanille* dell' armi.
Phil. *Monet* pratique des armes.
Lud. *Segoing* de l'antiq. des armes: & thresor heraldique.
Lud. *Geliot* indice armorial. inde edit. à
Paillot, sub titulo P. *Paillot* la vraye & parfaite science des armoiries.
Joh. Jac. *Chifflet* insignia eq. A. V.
Oronce Finé de *Brianville* jeu d'armoiries.
Seb. *Feschii* de insignibus.
Bartoli de armis & insigniis.

Sunt vero longe plures, quorum Operibus usus sum, sed partim non succurrunt memoriæ ista scribentis, partim non ex professo id solum argumentum tractarunt.

IN-

INDEX & ARGUMENTUM TABULARUM.

1. EXhibet imagines & habitus fecialium, tum teſſeras Veteribus uſitatas, nec non inſignia, quæ XII. tribubus Iſraëliticis tribui ſolent. Ad C. I. & II.
2. Repræſentat ſcutorum varias figuras, veteribus & noſtris uſitatas, nec non varias ſcutorum partitiones, in plures regiones. Ad C. III.
3. Oculis exponuntur modi ſcutorum jungendorum per juxtapoſitionem, colligationem, conglutinationem, inſitionem. Tum modi, quibus conjuges illuſtres ſua & maritorum ſymbola jungere ſolent. Ubi exempla comparent Potentiſſimæ Svecicæ Reginæ Ulricæ Eleonoræ, Sereniſſimæ Electricis Saxonicæ Annæ Sophiæ, Illuſtriſſimarum Comitum Erpachiarum Amaliæ Catharinæ, & Annæ Dorotheæ Chriſtinæ, quarum prima regia Svecica & Danica in ſcuto bipertito defert, ſecunda Danica paterna Saxonicis imponit, tertia Waldecciis avitis mariti clypeum circumdat, quarta conjugis Parmæ ſuam Hohenloicam jungit. Hæc ad C. III. Adduntur etiam colorum & pellium notæ. Ad C. IV.
4. Exhibentur ex figuris honorabilibus primi ordinis caput ſcutarium, faſcia, baltheus, palus. Ad C. V. ſect. 1. membr. 1.
5. Comparent pali, balthei ſiniſtri, cantherii, cruces. Adhuc ad C. V. ſection. 1. membr. 1.
6. Viſuntur aliquæ adhuc cruces, decuſſis, limbus, peribolus, capiti agglutinatæ figuræ, litera Pythagorica, quadrans honorarius, conus, ſcutulum, & aliquæ figuræ honorabiles ſecundi ordinis: inprimis diminutiones figurarum primi ordinis. C. V. ſect. 1. membr. 1. & 2.
7. Spectantur ſecundi ordinis figuræ honorabiles, teſſellæ, rhombi, cunei, clathri, cuſpites. Ad C. V. ſect. 1. membr. 2.
8. Sequuntur reliquæ figuræ honorabiles ſecundi ordinis: cuſpites, circuli, orbes, numi Byzantini, plinthides. Ad C. V. ſect. 1. membr. 2.
9. Oculis objiciuntur figuræ humanæ (quo & angelicæ, nec non ſirenes) homines integri, hermæ, membra, capita, oculi, brachia, manus, crura, pedes, corda, cadaver, calvaria, oſſa. Ad C. V. ſect. 2.
10. Continet figuras avium & volatilium, inprimis aquilarum, phœnicis, pelicani, ſtruthionis, pſittaci, galli, gallinæ, anſeris, anatis. Ad C. V. ſect. 3. membr. 1.
11. Ex avibus in hanc relatæ, cygnus, ardea, ciconia, grus, accipiter, falco, vultur, corvus, cornix, pica, noctua, columba, palumbes, pavo, perdix, alauda, hirundo, upupa, fringilla, picus, ſturnus, carduelis, pelicanus, halcion, merula, apodes, apes, muſca, veſpa, papilio, cicada, grillus, ſcarabæus, aranea, alæ, capita, crura & pedes, ova. Ad C. V. ſect. 3. membr. 1.
12. Repræſentantur figuræ quadrupedum, leonis, leopardi, pantheræ, tygridis, gryphi, Monocerotis. Ad C. V. ſect. 3. membr. 2.
13. Enumerantur aliæ quadrupedes, elephas, urſus, lupus, lynx, vulpes, aper, hyſtrix, erinaceus, cervus, capreolus, aloe, lepus, ſciurus, muſtela, martes, taxus, mus. Ad C. V. ſect. 3. membr. 2.
14. Reliquæ quadrupedes recenſentur, caſtor, ſimia, cercopithecus, equus, aſinus, mulus, camelus, bos, aries, hircus, capricornus, capra, dama, canis, felis. Ad C. V ſect. 3. m. 2.

15. Pro-

15. Producuntur figuræ natalium & reptilium: Ad illa referuntur varii piſces, delphini, balænæ, ſturiones, ſalmones, lucii, barbati mulli, truttæ, carpiones, tincæ, percæ, capitones, haleces, aſelli, anguillæ, piſces volantes, cancri; ad hæc dracones, ſplıynges, hydræ, amphisbænæ, boæ, ſerpentes, ranæ, teſtudines, cochleæ, lacertæ, ſalamandra, formicæ. Ad C. V. ſect. 3. membr. 3. & 4.

16. Oſtendantur arbores, frutices, herbæ: palma, abies, pinus, quercus, rubus, fagus, olea, nux, chamæ ceraſus, morus, pyrus, malus, tilia, betula, ſalix, populus, vitis, ficus, ſylva, trunci, folia, roſa, lilium, piper, urtica, carduus, ſpina, trifolium, nymphæa, papaver, braſſica, rapum, allium, piſum, mergos, typha. Ad C. V. ſect. 4. membr. 1. & 2.

17. Hanc occupant figuræ fructuum & florum: unde viſuntur malum punicum, pomum, pyrum, pomum cydonium, ceraſa, mora, uvæ, nux, nux pinea, glandes, pepones, fraga, lilia, ſceptra liliata, pentaphylli, roſa, tetraphylli, caryophylli, tulipa, ſertum. Ad C. V. ſect. 4. membr. 3. & 4.

18. Figuræ corporum cœleſtium, meteororum, elementorum. Ubi Sol, Luna, ſtellæ, cometa, iris, nubes, fulgur, fulmen, ventus, ignis, titiones, flumen, puteus, concha, montes. Ad C. V. ſect. 5. membr. 1. & 2.

19. Adferuntur utenſilia & alia inſtrumenta, calices, vitra, canthari, lagenæ, patinæ, cochlearia, cultri, menſæ, ſedilia, ollæ, ahena, lecythi, chalybs igniarius, ſacci, claves, candelabra, lampades, clepſydræ, ſpecula, ſceptra, ſcipiones, pali, forfices, acus, forcipes, fuſi, circini, normæ, ſeræ, pennæ ſcriptoriæ, pecten, clavi, terebræ, hami, unci. Ad C. V. ſect. 6. membr. 1.

20. Adduntur reliqua utenſilia & inſtrumenta; vexilla Eccleſiaſtica, campanæ, calix ſacer, tintinabula, tudites, mallei, ſecures & dolabræ, ſerra, falx, aratrum, vomer, ligo, pertica, furca, tridens, raſtrum, currus, traha, rotæ variæ, lapis molaris, ferrum molendinare, ſcalæ. Ad C. V. ſect. 6. membr. 1.

21. Poſt inſtrumenta reſidua, quæ ſunt catenæ, lora, frænum, ephippium, ſoleæ equinæ, cornua venatoria, chelys, latrunculorum rocca, taxilli, coni, numi, panes, pulvinar, referuntur figuræ veſtiariæ, in quibus pilei, caputium, coronæ, manicæ, chirothecæ, annuli, zonæ, fibulæ, calcei, ſoleæ, ocreæ, calcaria, molulæ, funiculi, interula, & figuræ armorum militarium, in quibus gladii, acinaces, lanceæ, haſtæ, bipennes, ſecures, clavæ. Ad C. V. ſect. 6. membr. 1. 2. & 3.

22. Militaris apparatus reliquus clavæ, ſagittæ, murices, arcus, ſclopeta, mortaria, arietes, chirothecæ, ſcuta, galeæ, vexilla: Tum ædificia, muri, domus, tuguria, templa, turres, caſtella, columnæ, piramides, portæ, feneſtræ, catarractæ, pontes, ſepes, tentoria, naves, anchoræ, remi, herpagines, vela: Demum literæ, voces, characteres. Ad C. V. ſect. 6. membr. 3. 4. & 5.

23. Repræſentantur galeæ omnis generis, coronæ, laciniæ, pallia, torques equeſtres. C. VI. & VII.

IN

IN NOMINE DOMINI.

PROLEGOMENA.

1. *Argumentum.*
2. *Nomina. Scientia Heroica.*
3. *Armorialis. Scutaria. Tesseraria.*
4. *Heraldica.*
5. *Heraldi. Unde nomen.*
6. *Reges armorum.*
7. Kündiger der Wapen. *Prosequentes.* Persevanten. *Creatio Heraldorum.*
8. Ehrenknechte.
9. *Præcones & feciales veterum Græcorum.*
10. *Romanorum. Pater patratus.*
11. *Heraldorum officia & dignatio in seculis proximis.*
12. *Creationis ritus. An semper ex nobilitate. Baptismus Prosequentium.*
13. *Amiculum armorum.* Cotte d' armes.
14. *Dignitas eorum paulatim decrevit. Quæ hodie apud Gallos functiones supersint.*
15. *Reges armorum in Francia.*
16. *Angliæ feciales.*
17. *In Germania feciales.*
18. *Feciales ordinum equestrium. Tum Principum, Comitum.*
19. *Principia artis heraldicæ. Usus.*
20. *Leges quando ortæ.*
21. *Quæ ad hanc disciplinam scitu necessaria.*
22. *Francorum in cultu ejus laus. Nec ea Germanis neganda.*
23. *Termini artis.*
24. *Artis difficultas.*

§. I.

CUM de arte seu disciplina insignium agere instituimus, de quatuor hoc proœmio nobis agendum esset, 1. De nominibus. 2. De fecialibus. 3. De principiis & requisitis hujus artis. 4. De libris vel autoribus, quibus ea tradita legitur. Quorum hoc ad finem hujus primæ partis differemus: Nunc de tribus illis acturi. Argumentum.

§. II. Nomina quod concernit, *scientiam Heroicam* aliqui appellant, uti *Marcus Vulson de la Colombiere* librum inscripsit suum, sive quod aliqui Heraldorum nomen à Græco ἥρως derivare amabant, s. quod heroum vel heroicarum actionum monumenta insignia esse arbitrantur. Nomina. Scientia Heroica.

§ III. Alii artem *armorialem* appellant, voce barbara, & cultores ejus *armoristas*. Rectius seu latinius alii *scutariam* vel *tesserariam* nuncupant, quæ enim Gallis sunt *armoiries*, *tesseræ* gentilitiæ vocari possunt, & in his scutorum præcipua habetur ratio. Aliter Galli etiam vocant *science du blason*. Nostri Heroldskunst/ Wapenkunst. Armorialis. Scutaria. Tesseraria.

§. IV. Nomen notius aliis est, quod vocatur ars *Heraldica*, haud dubie ab Heraldis seu fecialibus: De quibus nunc proxima nobis cura est. Heraldica.

§. V. *Heraldorum* nomen, aliqui ex Græcia derivant, & comparant cum vocabulo *heros*: unde non raro feciales heroum nomine venire videas. vide *Th. Hæping. de Iur. inf.* c. 8. §. 1. m. 1. n. 11. Nonnulli Gallis adscribunt originem ab absoleta aliqua voce *haron* s. *harant*: Rectissimè vero Germanicæ nostræ linguæ hæc etiam vox vindicanda est, Herold. (Unde Gallicum *heraut*.) Porro cum composita vox sit, de priori parte plerisque conceditur, notari Heer/exercitum: non æque vero de posteriori constat. Nonnulli in subsidium vocant *Longobardicam* (Germanicæ originis) vocem ald/ quâ notari ajunt servum vel famulum communem: Alii alt de ætate interpretantur: Der im Heer alt worden/ und wegen wolgeleisteter zehen jähriger dienste / nachdem sie das viertzigste jahr erlangt hatten / zur ruhe gesetzt worden. Verba sunt Nobiliss. *G. Phil.* Harßdörffer Gesprächsp. Part. 3. coll. 129. p. 153. Ita ex Favino *Le Labour. de l' orig. des arm.* n. 75. alloquium ad milites citat: *Mes soldats, vous serez appellez Heraus.* Et: *Vous vivrez parcy-apres exempts de plus aller en guerre & de factions militaires: Souvenez vous des privileges, que nous vous donnons, pour recompense des penibles travaux de la guerre, où vous vous estes trouvez.* Hoc est: Commilitones, aliquando fecialium nomine digni habemini. Postea exemti eritis à necessitate militiæ & expeditionum. Recordamini privilegiorum, quæ vobis concedimus præmio molestorum laborum, quos in bello sustinetis. Confer *Hæping. de Iur. insign.* c. 6. P. 9. §. 1. n. 1459. In hunc sensum sunt illa *N. Vptoni de milit. off.* L. 1. c. 8. p. 17. ex *Bertr. Caprioli.* Heraldi. Unde nomen.

prioli. Cum ita dicit: *Quod olim quando imperatores patrias & regna conquerentes habebant bonos milites quosdam graviter vulneratos, & quosdam membris suis mutilatos, solebant dictis militibus de victu & necessariis providere, qui sic vulnerati postea vocabantur veterani, in tanto seu majori honore positi, quam alii milites non vulnerati, tum quia experti esse solebant in armis, tum quia pro Republica & Majestate imperatoria seipsos ad suorum corporum destructionem exposuerunt. Quorumque consilio, etsi non fortitudine, obsidiones & bella, & obsidionibus & bellis diverse machine mirabilis structure honorabiliter gubernabantur. Demum processu temporis prefati milites veterani sic vocati in tali honore habebantur, ut imperatoria negotia ad adversarios & rebelles sine periculo nunciarent, & hinc inde pacem aliquando, & aliquando guerram partibus referentes, ita ut in tanta confidentia habebantur, ut secreta unius partis alteri parti licet adverse non revelarent. In quorum usum introducuntur Haraldi armorum hiis diebus.* Alii in posteriori nominis parte putant latere vocem **hold** / ab **Heer** & **hold** / q. d. exercitui gratiosus. Vel si pro **Heer** legas **Her**/ Domino vel principi fidelis. Nonnulli quasi **Eyrenhold** dictos autumant; quæ scriptio in diplomatibus frequens est. Verum hi juxta alios discipuli sunt heraldorum. Vid. **Wapenb.** P. 1. præfat. n. 27.

Reges armorum.

§. VI. Alio nomine feciales s. heraldos *reges armorum* nuncupant (Gallis *roys d' armes*. Germ. **Wapenkönige.**) Fortè quod in hoc insignium argumento judices sint litium. *Fauchet de l' orig. de cheval.* c. 3. p. 25. *possible pource que c' estoient eux, qui regloient pluſieurs ceremonies guerrieres:* Fortè, quod illi dirigebant plures ceremonias militares. Ita vero dicuntur non nisi primarii cujusvis aulæ. Eos autem quidam (ita *P. Matth. in hist. Lud. L.* 11.) distinguunt à communibus fecialibus, quod in eorum creatione necesse fuerit, testimonium omnium aliorum fecialium, quod idonei sint, requirere. Addunt etiam ad discrimen aliorum *coronam* cruciculis exornatam (*couronne croiſettée*) capite gestasse. Et usu quoque hoc in Gallia obtinet, ut primarii armorum regis tunica à reliquis fecialibus eo differat, quod liliis corona imponitur. Cæterum non tantum eos qui regibus in servitio sunt, sed & in principum aula servientes, reges armorum dictos, nec singulis tantum singulos sed & uni aliquando plures fuisse, disci potest ex indice fecialium, qui tractatui Atrebatensi adstiterint, quem ex veteri Chronico adducit *Cl. Fauchet orig. des cheval.* L. 1. c. 3. p. 28. ubi non modo regibus Galliæ & Angliæ sui fuêre singuli reges armorum. Verum & in comitatu *Ducis Burgundiæ* erant *Le Roy d' armes de la Toiſon d' or* (aurei velleris) *Le Roy d' armes de Portugal, le Roy de Brabant, le Roy de Bray, le Roy de Flandres, le Roy de Hainaut, le Roy de Corbie.*

Kündiger der Wapen. Proſequentes Perſevanten.

§. VII. In diplomatibus etiam occurrit nomen **Kündiger der Wapen** vel **Nachfolger der Wapen:** quod fortè eò retuleris, cum fecialium quasi discipuli & adjuncti (juxta Favinum, ex eorum numero, postquam aliquis septennium alteri discipulus inservierit, fecialium decedentium numerus suppletur,) vocantur *proſequentes, les poursuivans.* (qui aulam semper sequebantur, quæcunque expeditio susciperetur.) Unde nostrâ linguâ in diplomatibus videas dici **Perſevanten** / vel corruptius in **Reichs-Abſchied zu Augſpurg.** 1500. tit. **von Gottsläſtern / Barſevanten.** Confer *Limn. Iur. publ. Addit. Tom. IV. ad* 6, 5, 66. **Wapenb.** P. I. præfat. §. 27. memorat, heroldis s. fecialibus aliquid publice proclamaturis silentium fecisse. Discrimen ordinum horum sublatum vult Ren. Francois esf. des merveil. c. 42. p. 360. *Heraut & Roy d' armes ou d' armoiries & pourſuivant c' eſt tout un. Il ſe dit ainſi, car il peut porter la cotte d' armes de ſon Prince, & c' eſt luy, qui porte les accords de paix, qui denonce les armes & pretenſions de ſon prince. Aucuns croyent, que le pourſuivant eſt differend du heraut.* Heraldus, Rex armorum & prosequens idem significant: Nominis est ratio, quod principis tunicam militarem gestat, pacis conditiones fert, & bella ac prætensiones principis annunciat. Aliqui tamen credunt prosequentem ab heraldo distinguendum. Cl. Fauchet de l' orig. de cheval. c. 3. p. 26. *Pourſuivans d' armes c' eſt à dire les heraux non encores qualifiez, mais attendans les places vacantes,* &c. hoc est, feciales nondum in ordinaria dignitate constituti, sed expectantes munia vacatura. Ex his etiam illa sententia, quæ eos confundit, corrigenda est. Porro operæ pretium est ex *Nic. Vptono* audire, quæ conditio *Proſequentium* suo sæculo fuerit. Ita ille *de milit. offic.* L. 1 c. 11. p. 19. 20 *Poſt nuntios equitantes, alii nuntii habentur, qui proſecutores appellantur, qui ex prædictis equitantibus poſt exercitium triennale in arte equitandi ad negotia creantur, certâ ſolemnitate adhibitâ. Creari autem debent proſecutores non in minori feſto quam in*

Creatio Heraldorum.

die do-

die dominica hoc modo. Aliquis Haraldus armorum tunica Domini sui indutus, præfatum creandum in manu sinistra ducens, & unum ciphum aquâ & vino plenum in manu dextera tenens, accedere debet ad præsentiam Domini vel magistri ipsius creandi, à quo in præsentia multorum testium ad hoc vocatorum petere debet, quo nomine vult, ut prosecutor suus nuncupetur. Quo nomine à dicto Domino vel magistro dato, dictus Haraldus vocabit suum creandum illo nomine, projiciens partem ipsius aquæ super caput creandi. Tunc accipiet Haraldus tunicam Domini præfati creandi, & ponet super caput creandi ex transverso, ita quod illa pars tunice que ordinatur pro brachiis ponatur ante & retro, & quod pars longior prefato tunice supra brachia creandi ex utraque parte pendeat, & sic prefatus prosecutor novus, uti debet tunica armorum, cum eam aliquando induat semper & non alio modo quamdiu fuerit prosecutor. Sequitur jam juramentum quod ipse novus prosecutor prestabit immediatè post suam creationem in presentia antedicta Heraldo sic dicente; Tueris fidelis Domino sive magistro tuo qui te nominavit, imperpetuum, quacunq; fruaris dignitate. Item Domino Regi & cuicunque nobili licet hosti; item negotia quorumcunque nobilium licet hostium fideliter exequeris. Et cum inter hostes interrogatus fueris, tantum ad interrogata fideliter respondebis, nihil novi eis intimans: honestatem tuam & officii tui usque ad mortem conservabis, erisque obediens cunctis armorum haraldis ubicunque deveneris, sic Deus te adjuvet & sancta crux Dei. Et de istis notatur LXIII. dist. c. t. Domino per doc. juncta l. minime F. de relig. *Et est sciendum, quod tales nuncii prosecutores possunt esse milites, & militaribus gaudere insigniis, ut de auratis, uti velvet, & aliis pannis aureis indui; non tamen sunt nobiles. Et tales vocantur milites linguares, quia eorum precipuus honor est in custodia lingue.* C. seq. p. 20. *Ex quibus quidem prosecutoribus creari debent, postquam autem exercuerunt per septennium alii nuncii majores qui Haraldi armorum nuncupantur. Quorum officium est minores nuncios creare, ut superius dictum est, multitudinem populi faciliter numerare, tractatus inter Principes matrimoniales & pacis inchoare, diversa regna & regiones visitare, militiam honorare, & singulis actibus militaribus interesse desiderare, clamores publicos & proclamationes in torneamentis & similibus actibus militaribus ordinare, fidelem negotiorum relationem inter hostes deferre, & neutri favere parti in actibus bellicis, aut in pugna que inter duos aliquando nobiles geritur inclusos; sed omnia per superiorem parti vel partibus mandata, seu à parte parti fideliter & sine palliatione nuntiare. §. Et isti debent portare tunicam armorum dominorum suorum, & eisdem indui eodem modo sicut Domini sui cum in conflictibus fuerint vel torneamentis, aut aliis periculis bellicis, vel cum per aliquas regiones equitaverint extraneas. Item in conviviis & maritagiis, ac regum & reginarum coronationibus, & Principum Ducum & aliorum magnorum dominorum solemnitatibus, dominorum suorum tunicis uti possunt; & tenentur in regionibus & regnis licet extraneis ad honorem suorum & magnificentiam dominorum. Qui quidem Haraldi aliquando creantur in actibus bellicis, ut aliquis Rex vel Princeps cognoscens industriam prosecutoris sui antequam cum hostibus congressum habeat, prosecutorem suum in præsentia commilit onum novo nomine nominabit, industriam, fidelitatem, diligentiam, honestatem & taciturnitatem prædicti sui prosecutoris commendando, eundem nobilit abit, ipsumque vel terris aut feudo sufficienti dotabit, & arma congruentia eidem & suis heredibus assignabit. §. Creantur insuper Haraldi aliquando in regum vel reginarum coronationibus seu torneamentis, eodem tamen modo ut supra. Et est sciendum, quod Haraldus, ut supradicitur, creatus jurare debet ut sequitur alio Haraldo veterano sic dicente;* Tu jurabis quod omnia capitula in juramento prosecutoris contenta fideliter observabis, tractatus & negotia quecunque tibi commissa secundum nudam & planam veritatem exequeris. Non eris in dampnum Domino tuo speciali in suis secretis quæ tibi ut secreta ab eo committuntur, vel de suis munitionibus per quas tutus esse potest. Nec eris Domino tuo in dampno de sua justitia, aut aliis suis causis que ad honestatem ejus pertinere videntur; Nec eris in dampno te suis possessionibus, sicut de Deus adjuvet & sancta crux Dei. *De isto juramento notatur in* lib. feudorum in c. In epistola Philiberti de forma fidelitatis coll. X. & 22. q. V. c. de forma.

§. VIII. Hisce adjungit *Limn. Iur. publ.* 6, 6, 121. **Die Ehrenknechte/Gesellschafft-knechte**; quod nomen extra torneamentorum usum non usurpatum videtur. Ehrenknechte.

Præcones & feciles veterum Græcorum.

§. IX. Porro cum Heraldi veterum *præconibus* & *fecialibus* multa ex parte respondeant, de horum apud Græcos dignitate illa ex *Ed. Bisseo*, qui alibi de Heraldis se fusius scripturum notat, repetimus: *NN. ad Nic. Vpton.* pag. 28. *Tanto eos in honore heroicis temporibus fuisse legimus apud Homerum, ut iis principes Græcorum assurrexerint: & ut ipsi regio planè more sceptra gestarint. Quod non mirum debet videri, cum illis temporibus solers in eis eligendis cura stirpis haberetur, ita ut ad istam dignitatem evehi nemo possit, cujus & genus & virtus officio non responderent. Adeoque nec frustra est, quod Æthaliden Apollonius Rhodius Argonautarum præconem Mercurio genitum asseruerit.* Ἄσυλον καὶ θεῖον τὸ γένος τῶν κηρύκων, *inquit Homeri Scholiastes vetus:* Ἑρμῆς γὰρ μιγεὶς πανδρόσῳ τῇ κέκροπος δυγατρὶ ἔσχεν υἱὸν ὀνόμαλι κήρυκα ἀφ' οὗ τὸ τῶν κηρύκων γένος ὡς ἱστορεῖ πτολεμαῖος *Sacrosanctum & divinum genus præconum. Mercurius enim ex filia Cecropis Pandroso filium genuit, nomine* κήρυκα, *unde præconum origo, ut refert Ptolomæus. Tum sacri erant & inviolabiles, ut quamvis ingratissima nuncia deferentes, nunquam nisi humaniter habiti discederint. Audi enim quam benigne Achilles (vir natura immitis & ferox, ut ipse testatur Homerus,) Agamemnonis præcones duos (novem enim circum se habuisse refert Plutarchus) quos ad auferendam Briseida venisse intellexerat, appellat.*

Χαίρετε κήρυκες διὸς ἄγγελοι ἠδὲ καὶ ἀνδρῶν.
Præcones salvete Iovisque hominumque ministri.

ὅτι τὰς κήρυκας διὸς ἀγγέλους ὁ ἀχιλλεὺς λέγει, &c *Unaquæque civitas Græcorum (inquit Libanius Demosthenis orationem contra Timocratem explicans) binos habuit præcones, quibus ab omnium ordinum hominibus honor deferebatur, & super alios cives immunitatibus gaudebant, publicis stipendiis victitantes.*

Romanorum.

§. X. Fecialium quoque & caduceatorum apud *Romanos* singularis fuit religio. Confer. *Iohan. Rosin. Antiquit. Rom.* 3, 21. *pag.* 486 cum additionibus *Thomæ Demsteri*, ubi pleraque, quæ ad hanc rem faciunt, legi possunt. Primus fecialium *Pater patratus* dicebatur, quem *Blas. Vignier super Onosandr.* apud *Bisseum*, cum primario rege armorum comparabat. Spectabat ordo ad patricios. In eo verò officium erat, ut fidei publicæ inter populos præessent, & bellum justum iniri suâ significarent indictione. Conferatur *Hæping. de Iur. insign.* c. 6. P. 9. §. 1. numero 1458. & inprimis Magnus *Grotius* in opere incomparabili *de Iure Belli & Pac.* 2, 23, 5. & 3, 3, 7.

Pater patratus.

Heraldorum officia & dignatio in seculis proximis.

§. XI. Quæ olim præconum & fecialium fuere, (ut jam quæ fabulosa ex Mscr. veteri de Alexandro M. & Julio Cæsare autoribus statutorum & dignitatis huic hominum generi attributæ *Cl. Fauchet de l'orig. des cheval.* L. 1. c. 3. pag. 29. 30. allegat & refert, afferre supersedeamus,) ex parte dein heraldis tributa, & nunc quoque convenire observamus: ut tamen non eadem per omnia muneris ratio sit. Hoc tempore præcipuus Heraldorum in aulis summorum principum locus est, inprimis in cerimoniarum solennibus, nec minus in bello, ut & in causa insignium. Constat vero, ante aliquot secula longè majorem hominum illorum fuisse autoritatem. De quo exscribere lubet, quæ *Arn. Lalanus de congr. Frid. III. & Car. Burg.* apud *M. Freher. in Script. Germ. Tom.* 2. habet: *Caduceatores nescio an nomenclatores dicam. Vulgus Gallorum* heraldos *vocat, genus hominum Galliæ, Germanisque, & reliquis ad occidentem nationibus usitatum, Italiæ non perinde cognitum: genus, nobilitatem, decus principum, insigniaque per gentes familiarum nosse, ipsorum muneris habetur; quibus majoribus nobilissima quæque domus propagata: quid in quaque honestè, egregiè, fædè, turpiter factum patratumve ipsi præcipuè vel norunt, vel noviisse creduntur. Tuti ac velut sacrosancti, in pace honorati, in bellis quoque quamvis sævis, intacti. Libertas ac licentia scelerata facta principum reprehendendi, minor nunc quidem, olim maxima. Ausi adire mensas regum, & resupinatum (summæ id ignominiæ loco habebatur) panem apponere, & linteum quo mensa insternitur, medium perscindere, & alia de decoris notandi causâ facere. Sed hæc quemadmodum pleraque, robustior in vitia posteritas magna ex parte neglexit: nomen tantum & vetustæ venerationis potius mectoria quam præsens autoritas remansit.* Addeista ex P. Matth. Hist. Ludov. XI. L. 11. *Leur principale charge regardoit la distinction des armes des familles, pour conserver les anciennes, & empescher l'usurpation des nouvelles. Ils pouvoient defendre aux roturiers de porter des armés, qui n'étoient convenables à leur*

leur profession, & aux nobles de timbrer leur armoiries autrement, que leurs peres, ny ouvrir les heaumes ou les couronner sans permission. C'estoit aussi leur devoir, de garder les blasons des armoiries des maisons, pour y avoir recours aux disputes, qui pouvoient naistre sur les differences & conformités. Ils tenoient registre des devises & couleurs des Maisons souveraines, comme du blanc pour France, du noire pour Angleterre, du rouge pour Bourgogne, du bleu pour Savoye, du jaune pour Lorraine, du verd pour Anjou. Quod ita reddo: Præcipua pars eorum muneris respiciebat distinctionem insignium gentilitiorum, ut vetera conservarentur & usurpatio novorum impediretur. In eorum manu erat prohibere plebeios ab usu insignium, quæ conditioni non convenirent, nobiles verò ab assumtione alterius apicis, quam patres gestassent, vel galeæ clathratæ aut coronæ sine permissione. Ad ipsos pertinebat, ut servarent insignia gentilitia, atque ita ad eos recurreretur, quoties lis nasceretur super eorum conformitate vel differentiâ. Indiculos habebant colorum, quos domus supremæ sibi proprios vindicarunt: quales sunt Francis albus, Anglis niger, Burgundis rubeus, cæruleus Sabaudis, flavus Lotharingis, Andegavensibus viridis. conf. *Cl. Fauchet. de L'orig. de cheval. L.* 1. *c.* 3. *p.* 27. 28.

§. XII. Ex his colligas in magna dignatione eos fuisse. Huc faciunt quæ ex *Blas. Vigner. super Onos.* allegat *Ed. Biss. NN. ad Vpton.* p. 29. Quorum illa summa est: Non adhibitum ad regis armorum munus, nisi ex nobilitate antiqua, prudentem, peritum militiæ, ac familiarum atque insignium virum: si eques prius non erat, creabatur cum muneri admovebatur. Solebant vero Conestabilis & Marescalli singuli singulos nominare, quos dignos credebant, & regi exhibere, qui optimum eligeret, tum quem rex elegerat, constituto die regio amictu coccineo farto minori vellere vario, in templum ducebatur, præcedentibus Prosequentibus, binis & binis, inde Heraldis & aliquo equite, qui gladium in vagina reconditum gestabat, cuspide sursum verso; alius gestabat tunicam, in qua insignia Francica, quibus corona immineret: inde alius coronam qua coronandus gestabat, tum Conestabilis eum manu ducebat, aut in hujus absentia medius inter vetustiores Marescallos incedebat, post eum frequens nobilitas. In templo coram rege è genibus juramentum præstat. Hinc surgenti detrahitur regium pallium, & rex cum amplexu gladium, qui ante eum gestatus fuerat, præbet, quo eum Conestabilis cingit. Inde rex ei tunicam armorum injicit, & coronam imponit, inter plausus festivos reliquos Heraldorum, & Prosequentium. Inde cum rex oratorium suum ingressus est, ad dextram ejus in sella considet rex armorũ, dum missa dicitur, è dorso ejus pallium regiũ sustinetur à duobus heraldis. Inde regem post sacra peracta redeuntem, sequitur, sed à dextris, ac inferiori regiæ mensæ, dum rex prandet accumbit. Tum regi apportatur poculum, ex quo biberat, qui aureis nummis complet, & ei donat. Tum à duobus Marescallis & multa nobilitate ac heraldis domum deducitur. Illi nomine regis offertur habitus integer equitis, cum serto aureo, quo ornare solent galeam. Antequam vero discedat à rege, ei offert eum, quem Marescallum suum optat, cui rex in signum approbationis candidum bacillum porrigit. Quamvis vero hæc de *primario Galliæ armorum rege* intelligenda sunt, indicio tamen esse possunt, quod totus ordo non in levi honore. Interim non simpliciter requirebatur nobilitas, ut quis fecialibus adscriberetur, nec eo officio nobilitas simul confertur. Ita *Vpton. de milit. off. P.* 1. *c.* 13. *p.* 22. *Sciendum est, quod isti Haraldi, quamvis insigniis militaribus utantur, non tamen sunt nobiles, neque sui Prosecutores, quia eorum officium est officium publicum, quod tenentur impendere unicuique hoc petenti, etiam hosti.* Sed ad Uptonum qui commentatus est, *Ed. Bisse.* præf. ad lect. *Fecialibus ignobili loco natis brevi lege interdictum iri confidit:* Ubi de Anglia sua eum loqui vix dubium. In ea tamen æque ac in Gallia primus armorum rex *Garterius* semper non alius fieri potuit, quam qui avi portaret scutum, ac ita nobilis genere esset. Porro cum de modo inaugurandi regem armorum viderimus, legi etiam potest apud *P. Matth. Hist. Lud.* XI. L. II. quomodo Dux Burgundiæ solitus sit in solennitatibus majoribus creare feciales, illis poculũ, quod ebiberat, porrigendo. Adde apud *Ioh. Limn. Iur. publ.* I, II, 68. ex *Favino* cerimoniam, quo Princeps è poculo vinum in caput candidati effundit, nomenque ei mutat, quam *baptismum* (utinam sine profanatione sanctissimi Sacramenti, quam non possum non in ea agnoscere) vocabant. vide & *Cl. Fauchet de L'orig. de Cheval* L. 1. c. 3. p. 27. Hunc tamen baptismum ad fecialis creationem non pertinuisse, sed ad Prosequentes ex *Le Labour. de l'orig. des*

Creationis ritus.

An semper ex nobilitate.

Baptismus prosequentium.

*arm.*n.80. videre licet: qui ita dicit: *Les pour ſuivans eſtoient baptiſéz, les Heraus & Roys d'armes creez & choiſis de ce premier ordre ſucceſſivement.* Hoc eſt: Proſequentes baptizabantur, ex hoc vero ordine creabantur & eligebantur ſucceſſivè Heraldi ſ. feciales, & Reges armorum. Quod authoritate probat *Marchæi*, de Carolo D. Burgundiæ dicente, quod nuptiali ſolennitate cum ſorore Regis Angliæ *fit des Roys d'armes de ſes Heraus, des Heraus de ſes Pourſuivans, & baptiſa d'autres nouveaux Pourſuivans,* quod ita ſonat: Reges armorum creavit, qui feciales fuerant, in iſtorum ordinem Proſequentes evexit, alioſque novos in horum locum baptiſavit. Porro quod nomina attinet, nunc ſola fere illis tribuuntur à certis provinciis, ut mox §. 14. videbimus: olim varia dabantur à variis ut videtur caſibus, vel principis imponentis arbitrio. Talia ſunt apud Fauchet. d. l. p. 28. *Memoire, Gontfanon, Loyauté, Papillon, Empire, Fuzil, Frontiere, Voſtre vieux deduit, L'eſtoille, le Gras, Bataille, Voit qui peut, Vray deſir, Bonnequerelle, Il dit vray plus que nuls, Hurlant, taillant, Bonne & belle, Baiant,* &c.

Amiculum armorum. Cotte d' armes.

§. XIII. Ut vero dignitas ſuis ornamentis non careret, inſigne apud omnes fere fecialibus datur *amiculum ſericum* (noſtri **Wapenrock**/ Galli *Cotte d'armes* vocant) ante & retro dependens, quod veſtibus reliquis injiciunt: in amiculo utrinque acu picta vel opere ſegmentato inſerta viſuntur inſignia principis. Manu autem geſtant bacillum candidum. Olim vero tempore pacis amiculum non induti antrorſum geſtabant in veſte inſignia. Fronſperg. **Kriegsordnung.** Libr. 1. deſcribit: **Ein ſeidenkleid/ wie ein Levitenrock/ formen und hinden deß Kriegsherrn Wapen drein geſtickt/ führt ein weiß ſtäblein in der hand/ reitet ein trompeter vor ihm her.** *Meneſtr. L'art. du blaſ. juſtif.* c. 5. p. 119. *Le Roy d'armes, qui eſt l'ombre de la royauté, & qui repreſente la majeſté, dont il porte les ordres & les commandemens avec une authorité, qui trouve du reſpect & de la veneration parmy les ennemis meſmes, porte un ſceptre & une couronne: mais differens de ceux du Roy, auſquels il ne touche point.* Hoc eſt, Rex armorum qui eſt regiæ dignitatis umbra, & majeſtatem ejus, cujus mandata defert, repræſentat, ea authoritate, quæ veneration eſt inter ipſos hoſtes, ſceptro & corona inſignis eſt, quæ tamen à regiis, quæ nec attingit vel ſibi ullo modo arrogat, differunt. Unde cum regis nomine mittuntur, tecto capite illis reſpondere nefas. Conf. exemplum memorabile apud *Gramond. Hiſt. Franc. L. 8. p. 399.*

Dignitas eorum paulatim decrevit.

§. XIV. Sicuti ex omnibus iſtis patere poteſt, feciales ſeu Heraldos ſuperioribus ſæculis in maxima fuiſſe dignitate, ita de noſtro tempore eadem dicere vix poſſumus. Videtur notare tempus, quo cadere dignitas cepit *Cl. Fauchet de l'orig. de Cheval. c. 3. p. 36. Il ny a pas long temps, que l'eſtat de heraut eſtoit en plus grande recommendation, qu'il n'eſt à preſent, & qu'il ſe tenoit par des gens Nobles & vertueux, qui penſoient en bien eſtre honorez. Mais l'eſtat de Heraut a eſté r'abbaſtar dy par aucuns, qui y ſont entrez indignes de telle charge; & le peu de compte que les Roys & Princes en ont fait, principalement depuis la mort du Roy Henry II. quand à l'occaſion des troubles la pluſpart des ceremonies anciennes furent meſpriſees, par faute d'en entendre les origines. Non multum temporis elapſum eſt, ex quo conditio heraldi in majori exiſtimatione fuit, quam hoc præſenti eſt, & tribuebatur viris nobilibus, qui aliquod ſui decus munus illud credebant. Sed ea deinceps eviluit, cum aliqui munere iſto indigni irrepſere, & reges atque principes exiguo ipſos habuere loco, præcipue poſt mortem Henrici II. cum occaſione turbarum major pars veterum ceremoniarum neglecta, quod origines earum non intelligerent.* Videtur tamen in Gallia quam aliis regnis major eorum autoritas ſupereſſe. Hic enim integrum collegium fecialium ſub Magni Hipparchi ſ. Scutarii (Grand eſcuyer.) inſpectione in regia aula locum ſuum habet. De illis ita *N. Beſogn. L'eſtat de la France.* T. I. P. I. c. 4. p. 128. *Les herauds d'armes ont differens gages: & portent le titre de differentes provinces de ce royaume. Le Premier qui eſt Roy d'armes ſe nomme Montioye Saint Denis; les autres herauds s'appellent, herauds d'armes du Titre de Bourgogne, Alençon, Bretagne, Poitou, Picardie, Champagne, Orleans, Provence, Anjou, Valois, Languedoc, Thoulouze, Auvergne, Normandie, Artois, Engourleſme, Berry, Guienne, Lyonnois, Dauphiné, Breſſe, Navarre, Perigord, Xaintonge, Touraine, Bourbonnois, Alſace &c. Il y a auſſi les pourſuivans d'armes, qui ont encores differens gages. Le Roy & les herauds d'armes ſont veſtus aux ceremonies de leurs cottes d'Armes de velours violet cramoiſy: chargées devant & derriere de trois fleurs de lys d'or, & autant ſur chaque manche, où le nom de leur province eſt eſcrite enbroderie d'or. Deplus le Roy d'Armes Montioye S. Denis met une couronne royale au*

Quæ hodie apud Gallos functiones ſuperſint.

deſſus

deſſus de ſes fleurs de lys. Ils portent une toque de velours noir, & ont des brodequins pour les ceremonies de la Paix, & des botes pour celles de Guerre. Ils ſont reveſtus aux pompes funebres des rois ou des princes, par deſſus leur cotte d'Armes d'une longue robe de deüil trainante: & triennent un baſton couvert de velours violet & ſemé de fleurs de lys d'or en broderie. Ils portent auſſi la medaille du Roy pendue au col. Pour les pour ſuivans d'armes, quoy qu'ils ſoient auſſi habillez preſque de meſme façon, ils ne portent point de baſton, pour marque qu'ils n'ont rien à commender, & qu'ils ne ſont que comme les Aydes des herauds d'armes. Leur fonction eſt d'aller denoncer la guerre & ſommer les villes de ſe rendre: de publier la paix, d'aſſiſter aux ſerments ſolennels, aux eſtats generaux, juremens de paix & renouvellemens d'alliance; au ſacré, où ils font largeſſe au peuple de pieces d'or & d'argent. Ils marchent devant le Roy, lors qu'il va à l'offrande le jour de ſon Sacré. Ils aſſiſtent aux mariages des Roys & des Reynes, aux ceremonies des chevaliers du S. Eſprit & autres, aux feſtins royaux: comme auſſi aux bapteſmes des enfans de France, où ils font auſſi largeſſe de pieces d'or & d'argent. Aux obſeques des Roys il y a touſiours deux herauds d'armes, qui ſe tiennent jour & nuict au pié du lit de parade, où le corps du Defunt ou ſon effigie de cire paroiſt: pour preſenter le goupillon aux Princes, prelats & autres, qui viennent jetter de l'eau benite. Ils font auſſi d'autres fonctions aux funerailles. Quod ita ſonat. Fecialibus ſ. Heraldis armorum diverſa ſunt ſtipendia, & tituli etiam diverſi pro ratione provinciarum hujus regni. Primus qui eſt *Rex armorum*, nuncupatur *Montioye S. Denis:* reliquis nomina ſunt à provinciis, Burgundia, Alenſonia, Britannia, Pictonio, Picardia, Campania, Aurelianenſi, Provincia, Andibus, Valeſia, Linguadocio, Tholoſa, Arvernia, Normannia, Arteſia, Engoliſma, Bituricio, Aquitania, Lugdunenſi, Delfinatu, Breſſia, Navarra, Petricorio, Santonio, Turonio, Borbonio, Alſatia, &c. Proſecutoribus etiam armorum diverſa aſſignata ſunt ſtipendia. Rex & Heraldi armorum in ſolennibus actibus geſtant amicula ſua ſ. tunicas armorum, ex holoſerico violaceo coccineo; quæ ante & retro referunt terna lilia aurea & totidem in quavis manica, ubi nomen Provinciæ cujuſque ſcriptum extat, opere phrygionico. Imponit etiam liliis his coronam regiam primus ille armorum rex. Pileum addunt ex ſerico nigro, & in ceremoniis togatis cothurnati, in militaribus ocreati incedunt. In funebribus pompis regum vel principum tunicis armorum ſuperaddunt pallium lugubre, quod ſolum verrit, atque geſtant ſcipionem hoc ſerico violaceo, cui lilia aurea intexta ſunt, obductum. Effigiem regis numo impreſſum ex collo ſuſpendunt. Proſecutores armorum, licet in cæteris eodem ferè habitu utantur, ſcipiones tamen, quia eis utpote fecialium adjunctis imperium non eſt, non geſtant. Muneris eorum eſt, ut bellum indicant, civitatibus deditionem imperent, pacem promulgent, ſolennibus juramentis, comitiis, & quoties pacis articuli confirmantur vel fœdera renovantur, aſſiſtant; nec minus regum inaugurationi, ubi miſſilia ex argento & auro ſpargunt. Regem die inaugurationis ad offerendum accedentem præcedunt. Aſſiſtunt nuptialibus ſacris regum & reginarum, ſolennibus equitum Spiritus S. ut & baptiſmalibus actibus filiorum regiorum, ubi ſimiliter donaria numorum aureorum & argenteorum ſpargunt. Rege extincto noctu & interdiu bini feciales lecto emortuali ſolenni, cui corpus defuncti vel effigies è cera confecta incumbit, aſſiſtunt, ut principibus, prælatis & aliis, aquam benedictam ſparſuris aſpergillum porrigant. Alia etiam ipſorum in juſtis exequialibus partes ſunt. Hucuſque ille. Porro illud etiam ad prærogativam fecialium in Gallia ſpectat, quod ex Charonda *Vulſon.* allegat decretum Curiæ Pariſienſis, ad heraldos cauſam aliquam remittentes in argumento inſignium. Unde eorum libros intermodos probandi inſignia refert *Hæping. de jur. inſign. c.* 15. *n.* 26.

§. XV. Ut aliqua adhuc *de primo armorum rege* addamus, ita *More audes arm. de Fr. c.* 2. *p.* 83. illam dignitatem deſcribit: *Chef ſouverain des herauds, ſur nommé pour ſon excellence & authorité* Roy d'armes. *C'eſtoit proprement le cenſeur de la nobleſſe, la voix du prince, le truchement & le meſſager plus fidel de ſes nobles & importantes conceptions. C'eſt de ces nobles, qui inſtrui ſoient les autres, & dreſſoient les Loix de l'honneur, & les regles des armes & des armoiries. On tient que comme noſtre grand Roy Clovis porta premierement les fleurs de lys, & cria en guerre* S. Denis Montjoye, *que ce fut auſſi le premier, qui inſtitua un office de roy d'armes, pour preſider ſur les herauds, & avoir juriſdiction ſur les armoiries, & à cette cauſe le baptiza de nom de ſon cry de guerre; d'autres diſent, que ce fut le Roy Dagobert. On dit auſſi que Charles Magne Roy & Empereur relevant*

Reges armorum in Francia

les

les fleurs de lys au faiſte de toute grandeur, remit ſus l'office des herauts, & leur renouvella, & augmenta leur privilege, il les appella, diſent quelques uns Compagnons des Roys, *& les fit leurs principaux conſeillers.* Quod ita ſonat. Supremum caput fecialium, ſuæ eminentiæ & autoritatis cauſa dictus *Rex armorum.* Hic proprie erat cenſor nobilitatis, vox principis, interpres & nuncius fidiſſimus nobilium & maximi momenti propoſitorum. His nobilibus alii inſtruebantur, & formabantur leges honoris & regulæ armorum atque inſignium. Creditur Magnus Noſter Rex Clodoveus uti liliorum in inſignibus & teſſeræ militaris, *S. Denis Montjoye*, ita & hujus officii, regis armorum, autor eſſe, ut præſideret fecialibus, & jus diceret in materia inſignium (*inde ſolet etiam vocari* juge & intendant general des armes & blazons de France, *Iudex & Ephorus catholicus armorum & inſignium in regno Franciæ*) unde ei nomen à teſſera militari impoſuerit. Alii Regi Dagoberto hoc adſcribunt. (Ita *Blaſ. Vign. ſuper Onoſandr.* dicens primum nomine *Montioye S. Denis* appellatum fuiſſe equitem priſcum Robertum Delfinum.) Dicitur etiam Carolus M. Rex & imperator, liliis in ſupremum faſtigium magnitudinis humanæ evectis, dignitati reſtituiſſe fecialium officium, eorumque renovaſſe & auxiſſe privilegia, atque, ut quidam perhibent, dixiſſe eos *Regum Sodales*, ac præcipuos conſiliarios conſtituiſſe. (*Fauchet.* autem *de l'orig. des chev.* L. 1. c. 3. p. 25. per errorem putat Carolo M. attribui, quod *Carolo IV.* Imperatori debebatur diploma.) Paulo poſt illa de Philippo Auguſto memorantur. *Outre la Nobleſſe, qui leur eſt propre, le Roy Philippes Dieudonné les honnora du titre de chevaliers, & donna l'accollée à ſon Roy d'armes, nommé François de Rouſſy, & ordonna par meſme moyen, qu'aucun ne ſeroit receu en cette charge, qui ne le fut.* Hoc eſt: ultra nobilitatis decus, quod illis proprium eſt, Rex Philippus Adeodatus adjecit titulum equeſtrem, & amplexu dignatus eſt ſuum regem armorum, cui nomen Franciſco de Rouſſy, atque ſimul inſtituit, ne quis ad hoc reciperetur munus, qui eques non eſſet. *Fauchet. d. l.* exiſtimat inprimis ſub *Philippis Pulchro* & *Valeſio*, quibus vix alius Franciæ rex pompas aulicas majoris æſtimavit, dignitatẽ eorum in ſummo fuiſſe pretio, & ob hoc *Carolum IV.* Imp. in Francia educatum illis pariter ſtuduiſſe. *Iuramentum* regis armorum ex Blaſio Vign. *Biſſeus ad Vpton. NN.* p. 29. his capitibus definit: *Regi ejusq́ ſanguini fidelem futurum, quæ in damnum ejus vergant ſignificaturum, arcana non revelaturum, in mandatis exſequendis & legationibus fidem præſtiturum, in elogiis tribuendis nec favori nec odio aut vindictæ quicquam ſed merito virtutis daturum: neminem inter feciales recepturum indignum, aut qui non ad minimum 6. vel 7. annis proſequentis munia impleverit: ejus vero defectus regi vel Coneſtabili indicaturum: nullius merita, quæ reſciverit vel adhibitâ diligentiâ reſciſcere potuerit, ſ. bello ſ. exercitiis nobilium aliis præſtita ſint, celaturum, fœminarum, viduarum, orphanorum jura defenſurum, diligenter perluſtraturum provincias regni, ut nobilitatis ſtirpes, arma, merita addiſcat; quod olim ſingulis trienniis fieri ſolebat, in comitatu aliquot fecialium, ut regi ejusque conſilio ratio ejus reddi poſſit, &c.* P. ſeq. ejuſdem regis armorum legere licet *privilegia:* nempe, quod exemtus ſit ab omnibus tributis, ubicunque fuerit, vel quò iverit, etiam abſque ſalvi conductus literis, in & extra regnum, cum titulus & habitus ſecuritati præſtandæ ſufficiant. Cauſæ ejus civiles & criminales ad regem & ejus conſilium remittuntur: nobiles ob demerita armis privare poteſt: Penes ipſum eſt jus conferendorum armorum & aliorum honoris inſignium, quæ rex decrevit conferre, &c.

Angliæ feciales.

§. XVI. Quæ in Anglia fecialium conditio ſit, ex *Art. Duckio de Iur. & autor. Iur. Civil.* L. 2. cap. 8. pag. 3. cap. 20. pag. 394. 395. adſcribere, operæ pretium videtur: *In Anglia feciales ſunt curiæ militaris miniſtri, nempe Garterius* (huic ab ordine garteriæ, de jartiere ſ. periſcelidis, nomen inditum eſt, confer §. 18.) *Rex armorum Anglicorum qui ſolennitatibus Auguſti ordinis periſcelidis inſervit, Clarencius rex armorum partium Angliæ Auſtralium, Norroyus rex armorum partium Borealium, & ſub iis ſex alii inferiores, quos heraldos dicimus. Quorum omnium præcipua munera ſunt, eſſe nuncios belli pacisve, ſervare gradus, genealogias & arma familiarum, diſponere ſolennia coronationum regum noſtrorum & duellorum coram Coneſtabili & Mareſcallo; ducere funera nobilium & generoſorum, ubi funerum ſolennia adhibentur, præter alia, quæ eorum officio incumbunt. Iidemque omnes in unum collegium adſcripti, multisque privilegiis à regibus noſtris donati, ſub poteſtate & jurisdictione Coneſtabilis & comitis Mareſcalli munera ſua exercent.*

in Germania feciales.

§. XVII. In Germania noſtra videtur fecialium dignitas non eadem eſſe, quæ in Gallia

Gallia & Anglia eis supereſſe ex adductis vidimus. Ex aula imperiali Amici, Viri alicujus Amplissimi, curâ illa didici: Quinque effefeciales *Imperii, cum aquilâ bicipiti, regni Romani, Vngariæ, Bohemiæ, Austriæ:* Non aliam eorum functionem, quam quod solennitatibus aulicis, nuptialibus, funeribus, &c. assistant, & à Cæsare per eos statibus nonnunquam sententiæ aliquæ, inprimis proscriptionis (exempla Erfurtensium & Bremensium recentiora sunt) insinuentur. Unde ipsi sub aulæ præfecto sunt, sed nullum habent collegium, neque aliquis inter eos *rex armorum*, aut *judex insignium* vel est vel vocatur: ita & inspectio in arma nobilitatis ad ipsos non spectat, neque cura de novis insignibus dandis. Tum nobiles & ignobiles ad hanc dignitatem, sed absque solennitate creantur. An olim dignitas hujus ordinis major fuerit, fateor me ignorare. Sed quæ officia in torneamentis seu equestribus ludis ad eos spectarint, legantur apud *Ioh. Limn. Iur. publ.* 6, 5, 122. Præcipua sunt, quæ huc spectant; quod lustrationi armorum & sortitioni galearum adfuerint, atque ludorum leges recitarint.

§. XVIII. Antequam de fecialibus desinamus, observandum est, quod *ordines equestres* summorum Principum suos quoque habeant peculiares feciales s. heraldos. In Gallia ordo S. Michaelis apud *Limn. Iur. publ.* 6, 6, 29. *in artic. ord. Gall.* 33 habet fecialem, cui nomen *Mont S. Michiel*, in Anglia ordo periscelidis principem fecialem, cui ab ipso ordine *Graterii* nomen, & præfectum insignium, quem *Verganara* dicunt ap. eund. *Limn. in artic. ord. Angl.* 9. Fec ales ordium equestrium

Tum hoc quoque observandum, moribus veterum, ducibus magnisque principibus suos æque fuisse reges armorum & feciales. Exempla si velis, habuimus supra n. 6. ex. *Cl. Fauchet orig. des Cheval.* L. 1. c. 3. p. 28. ubi mentionem fecit in comitatu Ducis Burgundiæ regum armorum, fecialium & prosequentium. conf. *Le Labour. de l' orig. des arm. n.* 79. Idem n. 80. ait; comitibus & potioribus baronibus fuisse suos feciales & prosequentes, Bannerets Dominis autem quos vocant, solum prosequentes, nisi accesserit sublimior ex munere dignitas. Tum Principum, Comitum.

§. XIX. Nunc videndum est, quibus *principiis* nitatur hæc ars, & *quæ ad ejus cognitionem necessaria sint.* Hic vero diffiteri non possumus, operam lusurum, qui talia, qualia in aliis scientiis requiruntur, hic quærat aut à nobis principia exigat. Unicum fere ubique regnat, *usus* seu *consvetudo*, ex placito majorum, quod tamen nonnunquam aliqua ratione vel analogia nititur, nonnunquam pro ratione voluntas stat, derivata. Principia artis heraldicæ. Usus.

§ XX. Quæ *leges* primæ à *Baccho, Alexandro M.* & *Octaviano Augusto* apud *Corn. Agripp. de vanit.* sc. c. 81. referuntur, fabulas & lusus sapiunt. Ita & ridiculus est *Siculus fecialis*, qui dicit *Alexandrum M.* suis insignia juxta diversa mysteria colorum ad *Aristotelis* consilium attribuisse. Quasi verò Philosophus huic curæ incubuisset? Potius quæcunque leges in hoc argumento longo usu, quæ vis temporis esse solet, invaluere, eas sub *tertia lineâ regum Gallicorum* (sub qua ipsa insignia hereditaria fieri cepere) ortas, non dubitem. Unde antiquissimum artis hujus manuscriptum Philippo Augusto inscriptum memorat *Menestr. abbr. method. des princ. herald.* p. 19. Leges quando ortæ.

§. XXI. Quia vero primam originem non semper mero beneplacito, sed sæpius *certa ratione* niti audimus, inde est, quod huic indagandæ multa requirere solent ad eum, qui de hujus artis peritia gloriari velit. *Menestrierii* ista sunt L'art du blas. justif. c. 13. p. 329. *Le blason est une espece d' encyclopedie. Il a sa Theologie, sa Philosophie, sa Geographie, sa Iurisprudence, sa Geometrie, son Arithmetique, son histoire, & sa Grammaire. La premiere explique ses mysteres* (paulo post ita explicat, quod sit *une theologie fabuleuse, qui donne des origines mysterieuses aux familles, & qui les fait quasi descendre des Dieux*) *la secunde applique les proprietéz des figures, la troisiesme assigne les pays, d' où les familles tirent leur origine, ceux qu' elles habitent, & ceux où leurs diverses branches se sont estendues. La troisiesme explique les droits du blason, pour les brisures, les litres, la position des armes aux lieux publics à l' occasion des patronages. La cinquiesme considere les figures & leur assiette. La septiesme en examine le nombre la septieme en donne les causes, & la derniere en explique tous les termes & decouvre leurs origines.* Quod latino idiomate ita reddo. Insignium argumentum species est encyclopædiæ. Habet suam Theologiam, Philosophiam, Geographiam, Jurisprudentiam, Geometriam, Arithmethicam, Quæ ad hanc disciplinam scitu necessaria.

hiſtoriam, Grammaticam. Prima explicat ejus myſteria, nempe Theologia eſt fabuloſa, myſteriis plenas origines familiis aſſignans, eaſque à Diis deducens. Secunda applicat proprietates figurarum, tertia oſtendit regiones, quibus ortæ, habitent vel diverſos ramos extenderint ſtirpes illuſtres; Quarta explicat jus inſignium, quod attinet diſcernicula minorum fratrum, collocationes armorum in locis publicis, occaſione patronatuum. Quinta conſiderat figuras, earumque ſitum. Sexta, earum examinat numerum. Septima explicat cauſas; ultima evolvit terminos horumque originem. Unde de fecialibus illa requirit *Andr. Favin. theatr. d'honn.* L. 1. cap. 4. p. 54. 55. *Il leur eſtoit neceſſaire d'avoir veu mainte eſtrange contrée, & leu les hiſtoires du monde, ſçavoir les formes & ceremonies neceſſaires, tant à la creation d'un noble, que celle du chevalier, qu'ils ſceuſſent le noble art des blazons, de peinture & l'enluminure, pour dreſſer les armes de ceux, que le Princes annobiliſſoient, pour leur vertu, ſelon leur inclination naturelle aux armes & aux lettres, la proprieté, le naturel & la condition des oyſeaux, animaux irraiſonnables, terreſtres & aquatiles, les vertus des plantes, arbres & fleurs, des eſtoilles & planetes; que du ciel ils deſcendiſſent aux entrailles de la terre, pour y apprendre le naturel des metaux, mineraux & pierres precieuſes, auſſibien que de 4. elements, par le meslange deſquels ils apprennoient les compoſitions des couleurs neceſſaires pour blazonner ſelon l'art les armes, qu'ils avoient à dreſſer, quels animaux devoient eſtre paſſans, naiſſans & rampans.* Neceſſarium illis erat, ut multas exteras regiones vidiſſent, & hiſtorias mundi legiſſent, ut ſcirent ſolennitates & cerimonias neceſſarias creandis æque nobilibus ac equitibus: ut ſcirent nobilem inſignium artem, pictoriam & illuminatoriam, formandis inſignibus eorum, quos princeps virtutis cauſa nobilium ordini adſcriberet, ex naturali inclinatione eorum ad arma & literas, proprietatem, indolem & conditionem avium, animalium irrationalium, terreſtrium & aquatilium, virtutes plantarum, arborum, & florum, ſtellarum & planetarum: ut è cœlo in terræ intima viſcera ſe demiterent, diſcendæ naturæ metallorum, mineralium & gemmarum, æque ac quatuor elementorum, ex quorum miſtione diſcebant compoſitionem omnium colorum ad inſignia neceſſariorum, quæ animalia pingenda eſſent gradientia, erecta, naſcentia &c. Ita Favinus. Quæ vero omnium horum neceſſitas ſit, alius judicet.

Francorum in cultu ejus laus. Nec ea Germanis negan da.

§. XXII. Si quæ laus hujus artis vel inventæ vel excultæ eſſe poteſt, vix dubito eam *Francis* deberi, non tam, uti arguit *P. du Val*, quia præcipui termini artis ex hac lingua ad alios pervenerint, (unde & *Angli* heraldi in materia inſignium utuntur *lingua Francica*) & quia figuræ quas *honorables* vocant genti ſint frequentiores. (Neutra ratio Germanis opponi poteſt, nam 1. licet à Gallis voces in hoc argumento ſuas acceperint Itali, Hiſpani, &c. non tamen Germani; imo patebit in progreſſu hujus operis, non unam vocem, quam Galli originariam ſibi vindicant, à noſtris majoribus mutuo ſumtam eſſe: 2. figuræ honorabiles noſtris quam Gallis vix rariores eſſe, experientia docet.) Sed potius quia cum in aliis vix unus & alter ſcriptis excoluerit hanc materiam, ſoli Franci plures autores, quam omnes aliæ nationes, ex ſuis oſtendere poſſunt. Noſtris tamen eam itidem olim notiorem & non parum excultam eſſe, varia indicia ſunt. Sed diligentia ſequentium non parum defecit. Dat tamen Gallus *M. Gilb. de Varenn. R. d'arm.* P. 4. p. 550. noſtris teſtimonium, *qu'on les tienne fort curieux, & bien entendus en la compoſition & conſervation de leurs armes:* quod & ſtudio & peritia præſtent in compoſitione & conſervatione inſignium ſuorum.

Termini artis.

§. XXIII. De *terminis artis* obſervandum eſt, eos (inprimis apud Gallos) à communi fere uſu abhorrere, ſeu eos qui communiter recepti ſunt, in arte hâc non uſurpari. Cauſam ejus *Le Labour. de l'orig. des arm. p.* 74. in eo quærit, quia lingua communis ſemper mutatur ſingulis quaſi ſæculis, ſoli ergo termini artium, hujus inprimis, manſere, qui primi fuerant. Unde factum, *que ces façons de parler, qui à leur naiſſance eſtoient communes indifferemment de toutes perſonnes, ſont devenues moins vulgaires avec le temps; voire & ſi difficiles en quelques endroits, qu'il ſeroit neceſſaire de deterrer quelqu'un des premiers & plus anciens Herauts, pour en avoir une entiere & parfaite intelligence.* Hoc eſt: ut termini prima origine omnibus ſine diſcrimine cogniti, rariores cum tempore evaſerint: quin & nonnunquam ita difficiles, ut neceſſarium eſſet à mortuis revocare unum è primis & vetuſtiſſimis fecialibus, ſi quis eorum integram & perfectam cognitionem deſideret. Unde n. 155. ad intelligendos terminos curioſum ablegat ad lectionem veterum ſcriptorum Gallicorum. Alibi n. 116. ita loquitur:

Tous

Tous les arts ont leur termes: La Venerie l' explique d' une façon, & la Fauconnerie d' une autre. La Philosophie a ses axiomes, le barreau ses maximes, les praticiens ont leurs formes, & tous les artisans leurs termes, ausquels Iupiter mesme s' accomoderoit, s' il conversoit avec eux. Id est. Habent singulæ artes suas voces: aliter loquitur venator, aliter accipitrarius auceps; Utuntur suis ἀξιώμασι Philosophi, propriis regulis forum, practici suis formulis, & quivis artifex certis terminis, quibus ipse Jupiter, si cum illis versaretur, non refragaretur uti.

§. XXIV. Claudam hæc illis verbis, quibus lectorem affatus est luculentus hujus disciplinæ scriptor *Silv. Petra sancta: Improbus labor sanè mihi visus est is, quem jam ego in hoc volumine exegi.* Erycius Puteanus *Vir disertissimus, rem diffusam vocavit, delicatam scientiam, curiosam censuram: judicavitque, intelligere omnia, ordinare singula, arduum esse: sed præcipuè effatu omnia, verbis singula complecti, morosum, & immensum videri: denique existimavit difficillimum, Latina facere, ac proferre ore Romano ea, quæ Fecialium verbis enunciantur; & ostendere colores, licet ij non exprimantur, quidvè debeat penicillus sequi, calamo docere. Sic ipse.* Artis difficultas.

Equidem expertus sum affatim hæc omnia; dum universam artem tesserariam expositurus, studui indagare originem ejus; dividere, ac decussare scuti aream; tænias, & lemniscos in ea varios ducere; aves, feras, undas, nubes, astra, stirpes, flores, arma, moles, machinas, & quas nun alias rerum formas exarare? aptare insuper galeas, seu apertas, seu clathratas, seu rectas, seu versas & obliquatas; fastigiare serto seu corona; inumbrare plumis & corimbis; Crucibus monilibusque & vexillis inornare; munire Atlantibus; denique palliolis atque tentoriis, prorsus ad Majestatis specimen, valere.

CAP. I.

De INSIGNIBUS IN GENERE.

1. *Insignium vox. Homonymia.*
2. *Insigne.*
3. *Insigniis an insignibus?*
4. *Arma. Armorum insignia.*
5. *Synonyma.*
6. *Germanica.*
7. *Gallica. Armes. Armoiries. Blason.* Plaßnitrung. *devise.*
8. *Insignium variæ distinctiones ex Hæpingio.*
9. *Definitiones insignium. Spelmanni. Moneti. Campanilii. Limnæi. Menestrierii.*
10. *Causa efficiens. Moribus Gallorum. Anglorum.*
11. *Germanorum. An propria autoritate liceat assumere?*
12. *Ab Imperatore dari solent, & ejus nomine ab aliis.*
13. *Insignium capaces. An tantum nobiles?*
14. *Apud Germanos non solis nobilibus insignia propria sunt.*
15. *An fœminis conveniant?*
16. *An spuriis: legitimatis: adoptatis?*
17. *An Iudæis: bannitis, peregrinis?*
18. *Insignia regnorum, principatuum &c.*
19. *Insignium fines varii.*
20. *Forma externa: Interna.*
21. *Materia. An scutum sine figura?*
22. *Subjecta. Etiam vestes & habitus militaris.*
23. *Corpori humano impressæ figuræ.*
24. *præcipuum subjectum arma, inprimis scutum, galea.*
25. *Vexilla.*
26. *Loca insignium, & usus.*
27. *In sepulchris usus.*
28. *Effectus insignium.*
29. *Actiones ex insignibus. Iudicia ob ea.*
30. *Probandi mali.*
31. *Insignium mutationes.*
32. *Exstinctio, amissio, abolitio.*
33. *Affinia.*
34. *Divisiones. Insignia Societatis Limpurg. patric. Francofurt.*
35. *Domanii & gentilitia permutata.*
36. *Vtra antiquiora?*
37. *Insignia concessionis & patronatus.*
38. *Mos Cardinalium ex Pontificum scutis asciscendi sua decora.*
46. *Insignia nobilium & ignobilium. Mercæ.*
40. *Distinctio nobilium & ignobilium.*
41. *An inter nobilia aliqua præstent?*
42. *Insignia simplicia & composita.*
43. *Vnde simplicitas æstimetur?*
44. *Aliæ distinctiones.*
45. *Partes essentiales.*
46. *Integrantes.*
47. *Cur scutum insignibus dicatum. Gladii usus:*
48. *An scutum & galea universam armaturum constituant.*
49. *Diplomata concessorum insignium, nobilitatis, privilegiorum nobilium. Comitivæ Palatinæ. Concessum D. Dæringio. Erotbeckiis.*

§. I.

Insignium vox. Homonymia.

DE insignibus acturi à voce ordiamur. *Homonymiam* evolvit *Theod. Hæping. de Iur. Insign.* 1. *n.* 9. *seqq.* Insignia dici 1. egregia, magna & præclara, veluti dicuntur insignia facta, fieri. 2. Signa, symbola, notæ; ut dextra fidei insigne. 3. Rerum corporis & morum ornatus. 4. Dona militaria, vestitus, arma, signa, galearum ornatus (*unde scutum & framea, quæ à veteribus Germanis, enses & cingulum militare, quæ à recentioribus dabantur, in creandis militibus, militiæ insignia apud Authores dicuntur.* Henr. Spelman. Aspilog. p. 2.) 5. ornamenta dignitatum. 6. imagines majorum. 7. notæ hereditariæ familiarum, quæ significatio è reliquis singulis aliquid habet.

Insigne.

§. II. *Insigne* affine significatu dicit *Virgil.* 7. *Aen.* v. 656. de Aventino.

——— *Clypeoque insigne paternum*
Centum angues, cinctamque gerit serpentibus hydram & *Silius* 2. 158.
Centum angues idem celatum insigne gerebat in clypeo.

Vid. *Hæping. de Iur. Insign. cap.* 1. *n.* 26. ubi *insigne* sæpius cristam galeæ infixam notat.

Insigniis an insignibus.

§. III. An *insigniis* æque ac *insignibus* dici possit, disputant. *Bartolum* ob illam vocem acerbè insectatus est *Laurentius Valla*, illum tamen multi secuti & antegressi sunt (confer *C. antiqua.* 23. *de privilegiis*) Pro Valla autem Latini meliores stabunt.

Arma. Armorum insignia.

§. IV. Vocantur alias etiam *arma:* an jure? iterum ob hoc exagitat *Bartolum Valla:* sed ex antiquitate locis illum tuetur *Hæping. de Iur. insign. cap.* 1. *n.* 27. seq. *Iohan. Limn. Iur. publ.* 6, 6. 5. seqq. Vocantur etiam *armorum insignia*, junctis duabus vocibus. De differentia utriusque non malè *Philibertus Campanile dell' armi.* c. 2. p. 7. *Questo nome d'insegna è molto più generale diquello dell' armi, parioche ogni arme è insegna, ma non ogni insegna è arme. Insignium nomen generalius armorum voce, sunt enim omnia arma insignia, nec tamen vicissim.* De *armorum* voce erudite *Spelman. Aspilog. p.* 32. *Insignia per catachresin non ineptam arma vocarunt, quod armis inducta armorum essent notitia, & per hoc armati. Sic authorum opera, libros & codices appellamus, quia libris & codicibus, hoc est, arboreis corticibus tabulisque olim scribebantur. Quo etiam sensu Virgilius videatur usurpasse pro insignibus, cum dixerit Aeneam per omne pelagus prospexisse, si forte uspiam cerneret celsis in puppibus arma Caici, hoc est non tam arma ipsa quam armorum insignia, quibus Caicus esset ab aliis cognoscibilis.* Addit tamen p.p. *Sed moneo, me non affirmare, quempiam antiquorum expresse usurpasse arma pro insignibus.* Post hos audiamus Sylv. Petrasanct. tess. gentil. c. 1. p. 1. *Existimant Budæus, & scriptores alii, arma dici ea signa quæ Avi extulerunt, transmiseruntque ad posteros & quæ non sunt unius hominis vel ætatis, sed familiæ, ac successionis, propterea quod concessa fuerint ab Imperatoribus, & à Regibus, uti præmia bellicæ virtutis. Sic ajunt, Alexandro Macedoni Aristotelem persuasisse, ut distribueret propria insignia, seu vexilla iis Tribunis & Centurionibus, qui præ aliis dimicaverant strenuè. Honorem enim cotem esse fortitudinis, non minus quàm iram. Vir sapientissimus judicavit.*

Equidem cum Philiberto Monetio reor; beneficio Principis, ad memoriam consignandæ & munerandæ virtutis militaris, collata hæc symbola interdum fuisse; ut per Gentis capita ad posteros hæreditario jure transcriberentur. Sive integram, & novam tesseram, sive insertam veteri scuti iconem recentem illi acciperent, qui monumento eo rectè factorum honestarentur. Quin etiam sum alibi ostensurus, data nobilissimis familiis, vel à Cæsare Aquilam adventitiam cum illo schemate, quo S.R. Imperio etiam nunc ancillatur, vel ab Rege Parthenopæo guttatum tigillum, quo inumbrabantur ipsius lilia, monumentum utique virtutis, & fidei; qua hi partes Guelphas sunt secuti, & illi partes Gibellinas.

Sed enim cum hæc vera sint, arbitror nihilominus, Symbola gentilitia nuncupari arma duntaxat, quia ut plurimum exprimebantur, circumferebanturque in militum armis & sapis. Nempe picturas etiam Antiqui tabulas vocarunt; propterea quod in tabulis exarabantur; atque eo spectat vetus adagium: Apelles post tabulam.

Subscribit sententiæ huic meæ Tiraquellius, Insignia, *inquiens*, armorum nomine nuncupantur, quoniam plerumque hæc insignia in armis insculpi, & antiquis & nostris temporibus solebant: ut hinc armati, facie operta, dignoscerentur.

Quoniam autem figurabantur plerumque in scutis, idcirco peculiariter Scuta gentilitia nominari cæpta sunt; favetque interpretationi dispositio ipsa figurarum. Cum enim ad-

pingi

pingi aviculæ, aut stellulæ, aut rosæ plures debent, major numerus summo loco, ubi scuti pars laxior est, & magis panditur; minor verò numerus seu monas, medio seu imo loco, ubi arctantur spatia, spectari solet, & obsequi ejus materiatæ figurationi. Hæc Petrasancta.

§. V. Dicuntur etiam symbolicæ tesseræ gentilis scuti, tesserariæ icones, scutaria symbola gentilitia, imagines, stemmata, schemata, signa, intersignia, emblemata, notæ, argumenta, decora, tituli, sigilla, ἀποσφραγίσματα, δείγματα, σημεῖα, σύμβολα, παράσημα, ἐπίσημα κοσμήματα. Quæ hinc inde videas. Sinonyma,

§. VI. Nostris vocantur **Wapenb.** (h. est. arma) **Kleinold/ Schild und Helm.** *Vid. Hæping. l. c.* c. 1. n. 53. seq. aliquando etiam **Sigel** vel **Pettschafft**/quod ultimum quasi **Betscheid**/ derivare volunt à sponda lecti conjugalis, cui insignia appendere soliti fuerint veteres. Germanica

§. VII. *Gallis* istis nominibus utuntur, *armes, armoiries, blason, devise.* Quod primas duas attinet voces, ita distinguit *Le Laboureur Origines des armes n.* 82. *Les armes sont les escus & cottes d' armes figurees & ornees de nos blasons. Et les armoiries, le blason mesme consideré à part, abstraction faite des boucliers, escus ou cottes d' armes, pour estre employez à divers usages domestiques & de paix, comme pour cacheter lettres missives, seeller chartes de toutes sortes. Vox* armes *notat scuta & tunicas armorum symbolis nostris pictas & decoratas.* Armoiries *notat ipsum hieroglyphicum separatim, abstractè à Clypeis, scutis seu armorum tunicis, ut etiam adhibeatur diversis usibus domesticis & quibus pax delectatur, exempli causa epistolis obsignandis, chartis omnis generis sigillo firmandis.* Quod an obtineat, alii viderint. Protritum est, quod aliqui *armoiries* dictum putant quasi *des armes la memoire.* A voce *blason* deduxere quidam nostrorum **Plaßnierung**/ quod legitur in diplomate, quo privilegia domus Austriacæ continentur apud *Limn. Jur. Publ.* 5, 2. 32. §. **Auff daß sie und ihre erben/ &c.** Alia acceptione differunt etiam *devise* & *armes*: illud enim nonnunquam notat symbolum & emblema, conf. *Menestrier l' art du Blason Iustifié. c.* 13. *p.* 343. Gallica Armes. Armoiries. Blason Plaßnierung. devise.

§. IIX. Instituti nostri non est, quicquid nomine insignium venire potest, & illa generali *Hæping.* de Jur. inf. 2. n. 61. definitione (qua dicit *insignia compendiosa rerum & verborum symbola*) continetur, hic examinare. Unde non huc spectant, quas ille c. 2. proponit, distinctiones. 1. inter *insignia realia* (qualia v. c. belli hasta, columna bellica, coërcitionis militaris vitis, deditionis varius supplicum habitus, victoriæ herbæ porrectio, trophea, cippi, palmæ, pacis ramus oleæ, lætitiæ janua lauris & lucernis ornata, luctus pannus niger, saccus, cilicium, jejunium, demortuorum cupressinus ramus, lectica, sponsorum annulus, coronæ, aureolæ, templorum & turrium variæ pinnis aut portis impositæ figuræ) vel *verbalia* (quo nomina, tituli, inscriptiones) item 2. inter insignia *sacra* (qualia arbor vitæ, iris, circumcisio, diluvium, sabbatum, virga Aaronis, æneus serpens, litera Thau, Sacramenta, clavis domus David, crux dominica) & *profana* vel *politica* (ut tres serpentes Asiæ. Ibis Ægypti, elephantus Africæ, cuniculus Hispaniæ, equus Italiæ, circuli & hedera diversoriorum, annuli flavi Judæorum signa: quo spectant benevolentiæ & obsequii Papalis notæ rosa aurea, gladius inauratus & pileus s. galerus, crux aurea, claves de sepulcro Petri, Vexillum Rom. urbis & sceptrum, malleolus aureus, osculum; Jurisdictionis & imperii hasta vel sceptrum, tribunal, furcæ, postella & palus numellarius; nobilitatis, libertatis & servitutis pileus, coronæ, vexilla, cicadæ, luna, pilus nondum renatus, statua Rolandi, auris perforata, investituræ, gladius, hasta, sceptrum, vexillum, annulus, baculus, &c. 3. inter insignia *Dignitatis universalis* (quæ iterum dividit in *Ecclesiastica*, & *Politica*, illa in *Divalia*, qualia Gentilibus Deorum insignia sceptrum, baculus, virga, fuscina, caduceum, nec non singulorum Deorum & Musarum, ut & Pontificum, sacerdotum, Vestalium peculiaria, & Christianis prophetarum, apostolorum, evangelistarum, martyrum, & Christianorum universim symbola; *Pontificalia*, qualia mitra, corona triplex, sceptrum, baltheus, cathedra, vestis purpurea, frenum, calcaria aurea, parafrenus albus, sandalia cruce insignita, crux, equus albus, ex quibus multa legatis communia cum cruce argentea legationis charactere; *Cardinalitia*, quò galerus rubeus, candida vestis, equus albus, sandalia cum udonibus, annulus, *Patriarchalia*, ut pallium, crux, *Episcopalia* pallium, crux, pedum pastorale, mitra, petasus, sandalia, linea vestis, chirothecæ, *Abbatica*, infulæ, baculus, annulus, chirotheca, sandalia, *Canonica*, quo candida, tunica, *pastoralia*, & *clericalia* variorum mo-

nachalium ordinum, *equeſtria* ordinum religioſorum & non religioſorum, quò annuli aurei, torques, armillæ, baltheum ſ. cingulum, *Academica* rectorum ſceptra, epomis, matricula, pedelli, ſigilla, liber legum, claves, doctorum cathedra, liber, biretum, annulus, oſculum, benedictio, baccalaureorum laurea, poëtarum itidem laurea & annulus, ludimagiſtrorum ſceptra lignea aut ferulæ. Hæc, nempe *ſæcularia*, in *Regia*, *Imperialia*, quò & in antiqua republ. Regum, dein Senatus, Conſulum, Dictatorum, magiſtrorum equitum, præfectorum, proconſulum, prætorum, trib. pleb., præſidum, legatorum, minorum magiſtratuum, patriciorum, &c. inſignia, poſt imperium verò ad Germanos translatum hucusque corona imperialis, ſceptrum, enſis, ſolium, pomum aureum, chlamys, dalmatica, mantellum regale, ſandalia, annulus &c. cum clinodiis & reliquiis, quas dicunt, Imperialibus, *Electoralia* mitra mure pontico farta, cujus pars foras prominet, toga coccinea, *ducalia*, *triumphalia*, *heroica*, qualia exuviæ leoninæ &c.) inſignia dignitatis ſingularis, (quæ *Wappæ* dicantur, ut Imperii aquila, R. Franciæ lilia, &c.) & inſignia gentilitia; ulterius 4. inter inſignia *communia* (quibus tota gens utitur) & *propria*. Cæterum quæ quiſque de omnibus iſtis ſcire volet, ipſe adeundus eſt *Hæpingius*.

Definitiones inſignium. Spelmanni. Moneti. Campanilii. Limnæi. Meneſtrierii.

§. IX. Inſignium aliquot adferamus definitiones ex variis. *Henric. Spelman. Aſpilog.* ita definit. *Decora* (Virgilius, Clypeique inſigne decorum) *ſymbola ad notitiam & honorem à judice militib. adſcripta.* Monetus Pratique des Armoiries n. 1. *Armes & armoiries eſt un corps complet d'image hieroglyphique, composé du champ & ſol peint ou taillé & du blaſon ou pieces d'image.* ſ. gentilis ſcuti ſymbolica teſſera, ex colorato vel ſculpto ſolo atque ex ſymbolica imagine, ſubſtrato ſolo adjecta, conflatum. Philibert. Campanile dell'armi c. 2. p. 7. *l'arme è una inſegna d'una ò piu figure poſte in ſcudo con attitudine, colore & campo determinato.* Arma ſunt inſignia unius aut plurium figurarum in ſcuto collocatarum cum aptitudine, colore & campo determinato. Joh. Limn. Jur. Publ. 6. 6, 12. ait: *eſſe ſigna ſummi Principis auctoritate alicui conceſſa aut propria voluntate aſſumpta, perſonam à perſona, familias à familiis, Civitates à Civitatibus, collegia à collegiis variè diſtinguentia.* Claud. Franciſc. Meneſtr. l'art du Blaſon juſtifié, ita definit. c. 12. p. 300. *Les armoiries ſont des marques d honneur hereditaires, des figures & d'eſmaux determinés, données ou authoriſees par les Princes pour recompenſe de quelque ſervice ſignalé, & pour la diſtinction des familles*, quod ita verto: eſſe ſigna honoris hæreditaria, figuris & tincturis determinata, data vel confirmata à principe in præmium præſtiti egregii ſervitii & diſtinctionem familiarum. Ipſe vero autor corrigit in Methode abregé p. 22. 23. addens *communitates*, & omittens mentionem præſtiti ſervitii. Audiamus etiam Petraſanct. Teſſ. gentil. c. 2. p. 2. qui ita: *Vt ſummatim aliquid ſtatuam; arbitror, Arma hæc ſymbolica poſſe circumſcribi*, Teſſeras gentilitias, expreſſas idoneo lumine, ad familiarum diſcrimen pariter, & ornamentum. *Teſſeræ appellantur, ut vis communis; & Teſſeræ gentilitiæ, ut vis propria earum explicetur. Idoneum lumen comprehendit, ſeu picta coloribus, & metallis, ſeu ſculpta ſurdo opere ſigna, in marmore, ligno, ære. Familiarum diſcrimen indicat, ea cenſeri gentis, & proſapiæ totius ſymbolum, tranſcribique ad poſteros; & non minus familias diſtinguere, quàm viros quoſque diſtinguat proprium nomen; uti cenſuit Bartholomæus Chaſſanæus. Denique ornamentum inſinuat tacitè, ſigna hæc in primo Auctore bellicam, & Heroicam virtutem non deſideraſſe; & poſcere ideo jure ſuo, ut exſtimulentur poſteri ad glorioſam Avorum imitationem. Alioquin, uti cecinit ſapienter Lucanus.*

------ perit omnis in illo
Nobilitas, cujus laus eſt in origine ſola.
Felix, qui tantis animum natalibus æquas;
Et partem tituli, non ſummam ponis in illis.

Exprobrant certè quotidie iſthæc Avorum decora; imbelles poſteros geſtare alienæ virtutis monumenta.

Cauſa efficiens. Moribus Gallorum.

§. X. Rectius de his judicare licebit, ſi cauſas ordine luſtremus. In Gallia *cauſa efficiens* eſt, ut probat *Meneſt. l'art du Blaſon juſtif. p.* 319. 300. ſolus Rex. Videtur tamen diſſentire *Marcus Gilbert. de Varennes Roy d'Armes* p. 2. p. 163. cum deſcriptioni inſignium inſerit: *ſoit qu'elles ayent eſté données par les princes pour memoire & recompenſe de quelque fait ſignalé, ſoit qu'elles ayent pris leur ſource d'autre part.* Sive data fuerint à principe memoriæ aut ob illuſtre factum præmii gratia, ſeu aliunde originem accepe-

ceperint; & p. 162. *l'usage n'en est ant plus depuis quelques années, & les Monarches se contentans de gratifier les plus considerables de leur subjects, des colliers de leurs ordres, ou de plus belles charges de leur estat, un chacun invente aujourd'huy des armes à sa porte:* postquam ab aliquo tempore mos ille exolevit, & monarchæ contenti fuerunt, si præcipuos subditos suos præmii causa torquibus certorum ordinum exornarent, vel præcipuis officiis admoverent, hodie quivis suo arbitrio insignia fingit. De *Anglis Nicol. Vpton. de Milit. Offic. l. 4.* in fine, concedit à quovis nobili propria authoritate insignia sumi posse, quibus tamen præstent quæ princeps assignaverit; quæ vero à fecialibus dentur, non patitur majoris quam assumta authoritatis esse. *Henr. Spelm. Aspilog.* p. 3. concedit hoc, si nuda tantum notitia ex armis peteretur; sed quia præter notitiam arma etiam nobilitatis sint indicium, non permittit ignobili, monumenta hæc nobilitatis sibi edere aut ementiri: si quod superioribus evenerit seculis, nobiles sibi ipsis sumant, leviorem culpam, sed & honorem, judicat. Credit ergo illa demum genuina agnoscenda esse, quæ *à legitimo judice sive Principe seu ab ejus ministris, nunc dierum hac plerumque in parte Heraldis,* conceduntur. Anglorum.

§. XI. Apud nos prohibitum non est, ut quis sibi insignia sumat juxta *Bartolum de Insign. & Armis n.* 4. (sed §. 9. ostendit, quam prærogativam habeant à principe concessa insignia) & *Limn. Iur. Publ.* 6, 6, 42. ubi tamen conditiones adjiciuntur, ne assumptio sit fraudulenta, aut in alterius æmulationem, & ne assumantur quæ solis debentur nobilibus. Vide etiam an & quomodo quis aliena insignia sibi asserere possit apud *Hæping. de Iur. Insign. c.* 2. §. 12. n. 1057. (Conf. desumtis proprio arbitrio armis & eorum causis *Cyr. Spangenb.* Adelsp. P. 2. L. 12. c. 28. p. 304. b. seq.) Circa mutationem & amissionem idem dici posset, nisi quod c. 8. §. 1. membr. 5. n. 119. dicat, aliquando formulam concessioni insignium disertè adjici, ne mutare liceat. n. 146. & seqq. Cum potestatem adimit ignobilibus, ut sibi ipsis sumant insignia, intelligendum est de insignibus nobilibus, quamvis quædam in illo discursu occurrant, ex quibus colligatur, eum pro nobilibus insignibus habere, quæcunque deferant animalia, rosas, lilia, palos, &c. Quid de præscriptione talium ignobilium habendum sit, vide n. 241. imprimis n. 246. ubi durius sentit de illis. Germanorum. An propria autoritate liceat assumere?

§. XII. Nihilominus etiam apud nos Augustus noster ille est, à quo ut præcipuo fonte sicut alii honores, ita hic quoque insignia conferendi vel sumpta confirmandi fluit. Vide *Hæp. de Iur. Insign. c.* 8. §. 1. *m.* 2. *n.* 19. *seqq.* (ubi & de *Rege Romano*) Imperator autem potestate suâ vel per se utitur vel per alios, sicut præter *Archiduces Austriæ* (vid. Hæp. l. c. c. 8. §. 1. m. 4. n. 71. postea n. 75. agit de *Comite Palatino* & aliis Electoribus) etiam à Cæsare creati *Comites Palatini* potestatem insignia dandi exercent. Licentia vero hisce concessa non omnibus eadem, sed aliis amplior, aliis restrictior est. Imprimis omnibus vetitum esse non dubito, ut cuiquam Imperialem vel regiam aquilam, neque hereditariorum regnorum ditionumque, nec avita quorumvis Comitum s. Baronum arma vel insignia, nec galeam cancellatam s. apertam cuiquam aut quibusquam, cujuscunque conditionis fuerint, nec unam pluresque coronas regias in galea s. alibi elargiantur: quod ex Romanæ Imperialis potestatis plenitudine sibi communiter reservare Augustus solet. Conf. *Limn. Iur. Publ.* 6, 6, 26. *seqq. Hæp. d. l. n.* 76. *seqq. & n.* 130. ubi etiamsi data sit facultas concedendi, non eadem quoque mutandi & confirmandi concessum esse existimat. Wapenb. P. 1. præfat. §. 25. & 27. addit qui hoc juris habeant Heraldos. *Papæ* quoque facultatem concedendi insignia, largitur idem Hæp. c. 1. p. 1. m. 3. n. 44. & seqq. inde Regibus n. 50. & aliis superiorem non recognoscentibus n. 56. De modis acquirendi insignia vid. caput sequens. Ab Imperatore dari solent, & ejus nomine ab aliis.

§. XIII. Quod eos attinet, quibus insignia debeantur, non omnes idem sentiunt. *Philibertus Campanile dell' armi* cap. 10. p. 14. 15. sub rustici nomine & exemplo omnium aliorum, qui à militaribus viris non descendunt, insignia perstringit; Unde ex Italorum sententia dixeris, solis nobilibus convenire insignia. *Menestr. in Meth. Abregé* fatetur quidem, insignia non simpliciter esse nobilitatis notas, & qui nobilitatis jure deciderit, insignia retinere adhuc posse, vicissim tamen p. 20. civium insignia illis opponit, quæ ibi definiat. *Monet. Pract. Arm. n.* 1. §. 2. gentilitia symbola scutaria germanæ ac avitæ nobilitatis certissima & propria signa existimat. Ex Anglis *Spelm. Aspilog.* p. 4. militibus tantum ascribit: *Nam hic ritus propriè militaris est, licet togatis (ut equestris dignitas) permissus, quod exuta alias toga in militiam accingantur. Sic ad* Insignium capaces An tantum nobiles?

Orato-

Oratores ipſosque imbelles tandem pervenit jus imaginum, ſacrorum primo certaminum victoribus, præſertimque Olympiacis conſtitutum. Sic & p. 8. Iliacis quoque ſeculis ſuas leges fuiſſe inſignibus exiſtimat, & putat excluſos ſervos (ab armis prohibitos) tyrones & inertes, quin & ipſos illuſtres, nondum meritos: Unde de Helenore regio filio. Virgilius Aen. IX.

—— Vetitisque ad Troiam miſerat armis.
Enſe levis nudo, parmaque inglorius alba.

Primum quia ſervâ natus, hoc quia tyro erat (ex Servio) Sic & de Camilla Virg. Aen. IX.

Enſe pedes nudo puraque interita parma.

Et de Carthaginienſibus recentius, Silius L. 3.

—— rudis his tunc parma. Viciſſim Virg. Aen. X.

—— huic totum inſignibus armis Agmen, hoc eſt, bellis aſſuefactum. Idem Spelm. p. 40. memorat, fuiſſe in Anglia multas familias non ignobiles, quæ inſignibus caruerint, illis tantum dari ſolitis, qui in acie conſiſterent. Unde in formulis litium Haſtingiorum cum Ruthino quidam nobilis juratus reſpondit, *nihil ſibi inſignium accidiſſe, quia non ipſe nec majores ſui in bellis unquam deſcendiſſent.* (vid. Notas Biſſei p. 94. ſeq.) addit: *In Hybernia (quæ antiquioris Angliæ imago eſt) plurimi habentur nobiles è primariis familiis etiam nunc dierum aſymboli.* Hucilla *Gelenii de Magnit. Colon. Agripp. L. 2. p. 117. Hoc unum monuiſſe contentus, ſemper plebæis ferè ſcuta vetita fuiſſe. Sed quis quæſo plebi modus ad ſuas ſuorumque notandas res? quæ inſignia? Dicam universè: olim ſigna varia fuerunt, & varius eorundem uſus, nam & literas ſine literis, ſimiles lineas & ductus habuerunt, qualibus rudi quodam aut artificioſo nexu expreſſis nominibus diplomata Cæſarum ac Regium ſubnotata videmus, quibus hodiè ferè ſimiles ſunt mercatorum characteres, vaſis ac ſarcinis inſcripti, & præter has literas Deorum, Heroum, atque Procerum figuras, in ſigilla adhibebant. Quomodo Chriſtiani Dei veri ſanctorumque ejus ſive in ordine aliquo religioſo, ſive alia communitate uſurpant. Denique cum quilibet ſtuderet, ne diceretur parma inglorius alba, ſcuta pingebant quibusdam characteribus Hieroglyphicis, quas teſſeras gentilitias nunc vocamus, de quibus Plin. lib. 35. cap. 3. cùm multa præclara, tum adſcribit, ſcutis enim, qualibus apud Troiam pugnatum eſt, continebantur imagines, unde & nomen habuere clypeorum, non ut perverſa Grammaticorum ſubtilitas voluit à cluendo. Origo, plena virtutis; & hæc plebi nunquam dicebam fuiſſe permiſſa, verum ex antiquitate primus modus tantummodo, id eſt vulgo mercæ ſeu antedictus literarum nexus. Non eadem vulguſque decent & culmina rerum: & inde eſt, quod nobiles armigeri & ſcutigeri & milites dicantur in antiquis literis: etſi igitur plebi ſcutorum uſus illicitus fuit, aliorum tamen characterum modus ei uſitatus manſit.*

Apud Germanos non ſolis nobilibus inſignia propria ſunt.

§. XIV. Quod *Germaniæ* morem concernit, ignobilibus non minus quàm nobilibus inſignia tribuuntur; nec id modo formula loquendi vulgari, ſed etiam ſtylo curiæ: ita e. g. frequens eſt, ut in diplomatibus publicis, quibus inſignia concedun-tur, iſta legantur verba, **ſolch obgemelte wappen und kleinot ewiglich haben / führen / und deſſen in allen und jeglichen ehrlichen redlichen ſachen und geſchäfften / zu ſchimpff und zu ernſt / in ſtreiten / ſtürmen / kämpffen / geſtechen / gefächten / feldzügen / panieren / gezelten / uffſchlägen / innſigeln / pettſchafften / kleinodern / begräbnüſſen / fenſtern / gemälden / und ſonſt an allen orten und enden nach ihrer ehren notthurfft / willen und wolgefallen ſich freuen und gebrauchen / auch alle und jede freyheiten / privilegien / ehr / würde / vortheil / recht / gerechtigkeiten und gute gewohnheiten / mit geiſtlichen und weltlichen lehen / ämptern und beneficien / zu haben / zu tragen / zu empfahen und auffzunehmen / wie andere unſere und deß H. Röm. Reichs lehens und wapens genoſſen leute / ꝛc.** ubi diſerte capaces dicuntur inſignium, qui tamen nobiles non ſunt, uti illa pericope ex diplomate familiæ non nobili, quæ etiam nobilitatem non affectat, conceſſo docet. Itaque non abuſu vocis ſed phraſi publicè approbata inſignia utriſque communia eſſe patet. Unde cum *Hæping. Iur. Inſign. c. 6.* P. 10. n. 1490. ſeqq. ignobilibus jus inſignium adimit, apparet, eum loqui de inſignibus nobilibus & equeſtribus, **adelich und Ritterlich Wapen.** Nec audiendus eſt *Caſpar Lerch à Dirmſtein*, qui doctis ſcuti & galeæ jus adimit. Vid. **Wapenb.** P. 4. Præf. n. 12.

§. XV. An

§. XV. An *fœminæ* insignium capaces sint? disputatum est apud *Hæping.* *Iur. Insign. c. 7. n. 23.* Sed concludit, omnino esse, quia illis claritatem originis jure ostendunt: & quidem si innuptæ, paternis solis uti, si in aliam familiam conjugio transiere, mariti scuto jungere propria posse. Vid. c. 3. An fœminis conveniant?

§. XVI. An *spurius* paterna maternaque insignia assumere possit? etiam disputatur apud *Hæping. de Iur. Insign. cap. 7. §. 3. num. 95. seqq.* qui eos etiam mores, ubi cum distinctione aliqua id permittitur (Vid. infra c. 8. §. 40. seq.) rejicit. Sax. L. 3. Landrecht. art. 72. apud *Limn. Iur. Publ. 6, 6, 16.* An spuriis? legitimatis? adoptatis?

Daß ehlich und freygebohren kind
Behält seines vatters heerschild.

Dein de legitimatis tractat Hæping. §. 4. n. 162. & seqq. & illis quidem, qui per subsequens matrimonium (etiamsi in articulo mortis id fiat, aut liberi ex ignobili suscepti fœmina) legitimati sint, concedit: sed illis qui legitimantur rescripto principis, non nisi id expresse cautum sit. §. 5. num. 270. de adoptatis agit, & illis sub certa restrictione adoptantis insignia concedit, quod & in arrogatis valere vult. Bartolus num. 11. dicit, jure communi spuriis non permitti paterna insignia, sed in Thuscia de consuetudine contrarium observari.

§. XVII. Inter eos, qui à jure insignium excluduntur recenset *Hæping.* d. l. num. 1448. *Iudæos*, aitque eos ob hoc uti singulos eo Zodiaci signo quo quisque natus, in annulo signatorio, quod cum experientia nescio quam concordat. Ita & *bannitos* num. 1508. Quod vero etiam *peregrinis* §. 1503. jus hoc adimit, durius credo. Nam gentium aliquis consensus tacitus esse videtur, ut qui in uno regno nobilis, in alio etiam sui honoris habeat aliquam prærogativam. Ut ipse c. 8. §. 1. m. 3. n. 58. docet. An Iudæis bannitis, peregrinis?

§. XVIII. Cæterum nec solis hominibus singulis aut familiis sua sunt insignia: verum etiam regnis, principatibus, dominiis, civitatibus, collegiis sunt. Quæ à reliquis propriissime aut ἐξοχικῶς dictis insignibus gentilitiis hoc solum differunt, quod familias non distinguunt, sed ab alia ad aliam migrare possunt. Insignia regnorum, principatuum &c.

§. XIX. *Finis* præcipuus esse videtur *distinctio* personæ communitatis aut familiæ ab alia: Inde Græcis notante *Henr. Spelmanno Aspil. p. 3.* ἐπίσημα & *δείγματα, hoc est notæ vel signa*, quod *militem* (*quem inde* ἐπίσημον, id est notatum vel insignitum dixere) *à milite designant, aciem ab acie. Hinc Choræbi illud apud Virg. II. Aen.* Insignium fines varii.

Mutemus clypeos Danaumque insignia nobis Aptemus.

ubi Pomponius: pugnatores, inquit, ferunt insignia, ut cognoscantur: in Clypeis Graecorum erat Neptunus, in Trojanorum scutis Minerva. Sic apud Prud. ψύχομαχ.

——discordia lætos
Intrarat cuneos, sociam mentita figuram.

Huic principali fini alii deinde accedunt fines, qui tamen non æquè universales sunt: uti primo, 1. conservatio memoriæ celebris alicujus facti. 2. præmium ob rem præclarè gestam. conf. c. 2. 3. incitatio posterorum ad avitam virtutem sequendam. *Hæping. de Iur. Inf. cap. 12.* illos fines enumerat: 1. ut innotescerent, qui præclarè se gessere. 2. ut sint incitamenta posterorum. 3. ut adspicienti admirationi sint & stupori. 4. ut serviant ornamento. 5. ut sint æternæ monumenta gratiæ. 6. ut sint promtitudinis & obsequii Imperialis notæ. 7. ut appensa locis à protervia aliorum securitatem præstarent. Sed non unius census omnes illi sunt. De veteribus eleganter *Henric. Spelmann. aspilog. p. 7.* *Qualis quis genii & vigoris aut vere esset, viderive maluerit, excogitato consentaneæ qualitatis symbolorum aliquo, armis instruendum curat, terroris apud hostes, distinctionis inter suos indicem, virtutis gloriæque apud omnes. Hinc quo regiam magnanimitatem trucemque belli Imperatorem*

rem manifestaret, rerum apud Græcos potitus Agamemnon, clypeo (qui postea Olympiæ fano suspendebatur) leonis caput (terrorem appellat Pausanias) inclusit: adjecta inscriptione.

ὅτος μὲν φόβος ἐςὶ βροτῶν, ὁ δ' ἔχων ἀγαμέμνων.

Terror hic est hominum, quique hunc gerit est Agamemnon.

Vlysses ne ex scuto minus agnosceretur sævus, Typhæo insignitur, flammivomo gigantumque robustissimo. Turnus (ut intractabilem se bello prædicaret) Chimæra galeam insignivit, monstro quidem tricipiti & truculento. Veruntamen nec (quod sciam) coram leonibus unquam constitit Agamemnon, nec Vlyssi cum Typhæo res fuit, nec cum Chimæra Turno. Sic p. 12. ad tria reducit: fuisse *signa ad distinctionem: emblemata ad animi indicium: minas ad inculcandum terrorem.* Confert morem ex Antiq. Britann. p 106. quo in sacrandis gladiis armis vexillisque precari sol bant episcopi, *ut hostibus signa essent terribilia.* De insignium finibus itidem agit Clariss. *Aeg. Gelen. de Col. Agripp. Manit. L. 2. p. 115. Insignia inventa sunt, primum ad evitandas in milita confusiones, ordinemque, graduum ac meritorum distinctiones, deinde in virtutis bello demonstratæ, atque etiam victoriarum, monumentum, denique ad familiarum ex progenitoribus bello illustribus ortarum, à plebeis discrimen indicandum. Sic primitus pertica â munipulum fæni, mariſci, surculorum, straminis ve suspenderant, ad dictum principis & ordines observandos (unde etiamnum manipuli nomen inter militiæ vocabula persistit) Itaque priscis seculis militiæ nata nobilitas, nulli scienti admirationem causabit, si & nomia, & signa ex disciplina militari sumpserit, & ex eadem disciplina suam ysteria vellet. Nemo etiam mirabtur eos, quos nunc nobiles dicimus, militares, armigeros, validos fortes, strenuos, aliisque militaribus cognomentis insignitos olim fuisse, atque etiamnum insigniri; Proinde si militiæ veteris multos eruditos haberet literaria respublica, præclaros sane eosque vivos de nobilitate commentarios haberemus. Nunc cum perpaucos toto sæpe Regno viros ea in re versatos habeamus, nihil est quod miremur, in nobilitatis mysteriis paucos instructos reperiri, ac sæpè ne ipsos quidem nobiles quicquam ea de re scire, præter fundos ac signa à majoribus acceqta, cum gentilitiis quibusdam fabellis, sub quarum cortice sæpius latet origo ex antiquitate militari.*

Forma externa: Interna.

§. XX. *Forma externa* insignium in collocatione partium, mistione vel collocatione colorum ac figurarum consistit: *internam* dixerim esse vim significativam & symbolicam: Insignium enim esse in significatione consistit.

Materia. An scutum sine figura?

§. XXI. *Materiam* insignium dicere possumus cum coloribus figuras. His enim constant insignita. Quæri tamen potest, an cum coloribus necessario requiratur figura, vel an solo colore possit constare? Certè antiquis aliquando usurpata scuta pura sine figuris: ita ex *Plutarcho in Mario* Cimbris candida scuta, si mila Carthaginiensibus & Græcis russata tribuit *Alexander ab Alex. Dier. Gen. l. 6. cap. 22.* Inprimis ajunt, antiquitus scuta *pura* ab illis gestata, qui nihil adhuc egregii designassent, nec meriti essent insignia. Aliquid simile videre est apud Virg. IX. Aen. 548. quod supra allegavimus n. 13. *Parmaque inglorius alba.* confer. *Hæping. Iur. Insign. cap. 5. num. 11.* Vocant etiam talia *scuta expectationis*, *Escu d'attente*, nostri Wartschild: Ea verò pro insignibus veris vix agnosci possunt. Sed nihilominus non dubitaverim, posse insigna vera agnosci, quæ præter ipsam scuti certo colore tincti figuram nullam aliam habent; Tum verò forma ipsius scuti pro figura accipienda est vid. *Menestr. l'art du blason justif. cap. 12. p. 302.* Sic & *Campanile dell' armi* cap. 2. p. 8. censet, *ch'el campo in tal caso fosse campo &, corpo insieme: hoc casu aream scuti & aream & figuram simul constituere.*

Idem

Idem cum pali vel fasciæ &c. pares numero sunt diversæ tincturæ, verum adesse campum non credit. Porrò rariora sunt exempla scutorum purorum ; *Rubeis* Florentiæ assignant clypeum rubeum sine alia nota ; ita *Bandinelliis* in Thuscia & *Menesiis* in Hispania scutum simpliciter aureum attribunt. Familia **Erthal** (Franc.) **Wap.** I. p. 104. secundum & tertium quadrantem colore cyaneo pingit sine figura. **Cronberg** (Rhen.) **Wap.** I. p. 124. quartum solo minio : Sed potest divisioni scuti tribui.

§. XXII. Cum color & figuræ, quæ materiam insignium esse diximus, *certum subjectum* requirant, in quibus pingantur, de hoc jam agendum est. *Bartolus de insign. n.* 12. notat *vexilla, vehicula, vestes, clypeos, coopertoria lectorum.* De *vestibus* & reliquo habitu militari quædam dicenda sunt. Reperimus autem etiam Veteres nonnunquam certas figuras pinxisse in vestibus : ut ibi *Demetrius* apud *Plutarchum* & *Athenæum* l. 12. c. 19. chlamydem habebat, in qua polus depictus cum aureis stellis & 12. signis. In Imperatorum loricis Gorgonis Medusæ caput fuisse *Servius* memorat. Persarum Reges selectorum suorum mille numero thoraces malis (forte Persicis, ut Patriæ nomen indicarent) insignire consuevere : qui inde *mellophori* appellabantur. Ex *Pierio Spelmannus Aspil. p.* 64. Ob hoc ex *tunicis armorum* insignium originem deducit *le Laboureur Orig. des Armes n.* 5, 7, 8. quia illa tunica amicis & inimicis conspecta, certum fuit indicium hominis ; unde abjecere sæpe tunicas, qui rem malè gesserant, & occulti esse volebant. Adducit etiam multa exempla eorum, qui ne cognoscerentur, aliis usi tunicis, & alii pro illis occisi vel capti sunt : ita captus est Wilhelmus Guesclinus pro Philippo Augusto à Richardo Rege Angliæ, & alius prælio ad Auroy loco Johannis Montfortii, cui suam etiam tunicam armorum iste dederat, occisus. Cæterum solebant insignibus circumscribi non solum chlamydes, quas *mantela* vocant, sed & tunicæ s. ephestrites, quas armis superinduere. *Segoing traité de l' antiq. des arm. c.* 1. *p.* 13. *& seq.* itidem probat, primario fuisse locum insignium in tunicis militaribus. *Il ne faut point douter, que l' usage d' y porter les armes de sa maison ou celles que les Roys, Empereurs, & Princes Souverains donnoient à un soldat pour recompense de quelque action militaire, en ayt esté retenu, & que l' ordre & la disposition des couleurs & metaux & autres choses, qui composent les armoiries, n' ayent esté premierement observez sur les cottes d' armes & autres vestemens de guerre.* Post quæ adducit in argumentum pelles (*les fourrures*) & quod animalia ob hoc respiciant ad dextram, tanquam ad brachium dexterum ; tum quod terræ insistant. Unde & purpuram excluſam existimat. Eidem origini terminum *cousu* tribuit. *Monet. Orig. Gent. Tess. p.* 53. ait, gentilem tesseram à Gallis adhibitam scuto, sagulo, id est, saguli anticæ posticæque plagæ, ac ejusdem dimiditatis manicis. Unde & solebant mortuorum imagines saxis incisas repræsentare, ut insignia vestibus inscripta apparerent. Notabile inprimis est exemplum ex Vorcestriensi templo, allegatum ab *Edoardo Bissæo Not. ad Ioh. de B. Aur. p.* 44. Cum fœminæ imago momento incumbens scutula plura gerit, quibus vestis sparsa est, ut interior paterna Verdonorum, exterior mariti Warennorum, ex Comitibus Surriæ complecteretur. Quin nec *Equestria stragula sine symbolis fuere : ut Cataphracti equites insignibus undecunque refulgerent. Hic cultus sub ipsa armorum infantia præcipuè floruisse videtur : Henrici II. tempestate & Richardi I.* Henr. Spelm. Aspil. p. 67. ubi effigies ex sigillo expressa conspicitur.

Subjecta: Etiam vestes & habitus militaris.

§. XXIII. Corpori humano etiam impressas, quæ in scutis alias visuntur, figuras legas, quæ stigmata sunt. Ita apud Ælian. L. 2. *c.* 9. Τὰς γεμὰς ἁλισκομένας αἰχμαλώτας Σαμίων στίζειν κατὰ τὰ πρόσωπα, καὶ εἶναι τὸ σίγμα γλαῦκα, ᾗ τοῦτο Αττικὸν ψήφισμα. Atticum decretum fuisse, ut facie notarentur captivi Samii. & quidem impressa noctua. Aliter ex Plutarcho repetit Iustus Lipsius Elect. 2. c. 15. p. 321. *Samios captivis Atheniensium noctuam inuisse, & hos vicissim illis Samænam, navis id genus est.* Noctua autem Atheniensium habebatur δεῖγμα (vid. c. 2. n. 18.) Sed & hoc tempore aliquando cauteriorum figuræ ex insignium emblematibus desumtæ sunt ; Ita cauteria liliata apud Gallos, unde *fleur delisé*, s. *flaistri*, de liliato stigmatia. Præter facinorosos alias etiam cuti impressas videas figuras memoriæ, devotionis vel militiæ causa.

Corpori humano impressæ figuræ.

§. XXIV. Primarium tamen subjectum insignium sunt *arma*, & quidem in his *scutum* ac *galea* : de quibus solis deinceps agemus c. 3. & 6. Veteres tamen etiam *gladii*

Præcipuum subjectum ar-

ma, inprimis scutum galea.

gladii capulo solebant familiaria signa insculpere. Ita apud *Ovid.* VII. *Metam.* 424. Theseus insigne gentis in manubrio gladii conspicuum habuit.

Cum pater in capulo gladii cognovit eburno signa sui generis.

Pausanias interfector Philippi Macedonis quadrigas capulo ensis inscriptas habuit, unde Oraculum Apollinis Regem monuisse dicitur, ut à *quadrigis* sibi caveret. Ita & Carolus Magnus in gladii capulo sua servavit insignia, & edicta eo signavit: quod ejusdem sit confirmare & defendere leges. vid. *Hæping. de Inst. Iur. c.* 10. *n.* 171. 172. De eodem more vid. *Eduardus Bisset. N.N. ad Spelm. p.* 98. Idem *Spelm. Aspil. p.* 50. notat veteres sæpe thoraci vel baltheis eadem symbola inscripsisse, quæ clypeo, vel singulis singula. P. 142. putat sub Eduardo IV. factum esse, *ut ipsa insignia relictis jam nativis stationibus, clypeis, vexillis, apparatuque militari, in ædium fenestris, mollique supellectili (ubi nec refert magnitudo) potissimum residerent.* Paulo post, *tandem enim evanuit insignitus ille armorum cultus, cujus splendor plus minus septingentis annis (si à Carolo M. repetas) per terrarum orbem non solum in honore fuit, sed summâ religione, gravissimis litibus, acerbissimis duellis, multorum nobilium procerumque virtute, cæde & sanguine tuebatur.*

Vexilla.

§. XXV. De Vexillis nostris res nota est, in illis præter alias figuras frequenter admodum insignia repræsentari, atque in adversis aciebus sub diversis insignibus concurrere adversorum principum milites. Unde nonnunquam ex reportatis vexillis hostilibus aliquid decerptum, & scuto familiari insertum, exempla docent. Vide infra Parte spec. L. 1. c. 65. exemplum *Montmorenciorum.*

Loca insignium, & usus.

§. XXVI. Loca in quibus Insignia comparere soleant, Hæping. cap. 10. ità exprimit, ut sint vel *publica*, qualia templa, capellæ, monumenta & sepulcra, domus & opera publica (ut curiæ, prætoria, palatia, castra, arces, turres, muri, mænia, portæ, valvæ, telonia, pontes, horologia, tabernæ,) monetæ & pondera, lapides, saxa, columnæ, limites & termini, tormenta, naves, vexilla, annuli signatorii, vel *privata*, quò ædificia & prædia privata, peripetasmata, equi vel animalia, eorumque coopertoria, vehicula, conopea, tentoria, clypei, scuta, galeæ, ensis capulus, supellex, pocula, patinæ, libri, alba studiosorum, vestes, panes, vasa, sacci, &c. De locis vero alienis statuit, non licere illis signa sua imponere. In Diplomatibus loca & negotia, in quibus insignium usus esse soleat, ita exprimi solent: **In allen und jeglichen ehrlichen redlichen** (si sit cum nobilitate, additur **adelichen / ritterlichen:**) **sachen und geschäfften / zu schimpff und zu ernst / in streiten / stürmen / kämpffen /** (pro nobilibus additur **thurnirn**) **gestechen / gefechten** (nob. adjic. **Ritterspielen**) **feldzügen / panniren / gezälten / uffschlägen / innsigeln / pittschafften / kleinodien / begräbnüssen** (nonnunquam additur **fenstern**) **gemälden / und jonst an allen orten und enden / &c.** Latinam formulam habes apud *Hæping. Iur. ins. c.* 10. *n.* 134. *Ubique locorum & terrarum, in omnibus & singulis honestis decentibusque actibus & expeditionibus, bellis, duellis, singulari certamine, & quibuscunque pugnis, vexillis, tentoriis, annulis, signetis, sigillis, monumentis, sepulchris, picturis, sculpturis, & universa supellectile.* Nonnunquam paulo aliter: *in quibuscunque honestis atque decentibus nobilibus equestribus actibus & negotiis, seriis ludicrisque bellis, duellis, oppugnationibus, conflictibus, torneamentis, hastiludiis, dimicationibus, decursionibus, expeditionibus bellicis, vexillis, tentoriis, signetis, atque sigillis, cimeliis, sepulturis, picturis, & in omnibus aliis rebus & locis, ubi & quando honoris ipsorum ratio exiget.* Hörnick. Stell. notar. P. 2. p. 9.

In sepulcris usus.

§. XXVII. Audivimus *sepulcrorum* etiam mentionem fieri: & quid frequentius, quam ut videamus in saxis sepulchralibus expressa insignia, vel scuta etiam in templis, ubi nobiles humati sunt, suspensa? Hæc verò ex veteri more, de quo ista Spelm. aspilog. p. 10. *Apud veteres etiam, finitis præliis arma cum insignibus Diis suspendebant in templis: mortuorum quoque insignia sepulcris assidebant Sic Epaminondæ apud Pausaniam. In veterrimo enim more fuit, viros fortes una cum armis sepelire, quod & apud Ezechielem testatum habes.* 32, 27. 1. *Maccab.* 13, 15. Loca ubi dari insignia solita, exprimit Cyr. Spangenb. **Adelsp.** P. 2. L. 12. c. 42. p. 332. b.

Effectus insignium.

§. XXIIX. *Effectus* insignium Hæp. c. 13. enumerat diversos. Cum autem triplicia signa faciat, juxta hanc divisionem partitur illos: quorum tamen multi simpliciter accidentarii sunt. Juxta illum 1. *Insignia dignitatis.* 1. collationem dignitatis arguunt. 2. referuntur inter sacra. 3. eorum acceptor autorem dignitatis laudat & invocat. 4. probant electionem & quasi possessionem, non vero dant jurisdictionem. 5. di-

5. distinguunt ordines & dignitates. 6. præcedentiam, dignitatem majorem & prælationem in dubio inferunt regulariter. 7. reverentiam attrahunt. 8. signum præbent accipientis & recusantis imperium. 9. faciunt ut doctor regulariter cogi possit ad advocaturam. II. *Gentilitia.* 1. populos, provincias, civitates, ordines distinguunt. 2. Eandem aut diversam originem vel familiam monstrant (argumento tamen non solitario,) 3. antiquitatis familiæ in dubio dant testimonium. 4. claritatem generis indicant: nec tamen ob hoc nobilem ipsa insignia faciunt, aut adhuc minus imperii statum. 5. arguunt jurisdictionem & dominium. 6. securitatem vel salvam guardiam signant. 7. clientelam, feudum & beneficium notant. 8. in Ecclesia suspensa arguunt jus patronatus. 9. factam possessionis apprehensionem etiam in fisco necessariam docent. 10. ut & rei cui imposita sunt dominium. 11. appellationem rei aperiunt. 12. produnt aliquando delicta. 13. mitigant pœnam si percussus fuerit officialis non insignitus. 14. jus sigillandi tribuunt. 15. ab insignibus maximè confirmatis sub & obreptionis tollunt conjecturam. 16. in bellis prosunt ad faidam levandam, in regalibus investituris, in exercitiis & ludis nobilium, in exsequiis, in divinando & augurando, in stratagematibus, in amicitiæ & fœderis notam. III. *Signa s. merca.* 1. rei traditionem & possessionis translationem. 2. dominium, sed non plene. 3. rei veritatem & falsitatem. 4. identitatem personæ & rei. 5. rei præstantiam notant.

Actiones ex insignibus.

§. XXIX. *Actiones*, quæ ob insignia competant Hæping. tractat. c. 14. Enumerans §. 1. remedia possessoria prisca & nova. §. 2. petitoria, ubi de actione confessoria & negatoria, ac præjudicialibus, hereditatis petitione, & rei vindicatione, tum de condictionibus ex lege, vel Canone, vel privilegio: Demum de actionibus pœnalibus & fiscalibus, &c. Exempli loco servire potest difficillima & magnis animis ac plurium annorum tractu exercitalis, quæ de jure insignia Dominorum de Hastings Com. Penbrochiæ gestandi inter Reginaldum de Grey, Dn. de Ruthen, actorem, & Edoardum de Hastings equitem; reum intercessit: quam vide apud Bissæ. NN. ad Spelm. p. 94. & seq. Ubi vero idoneus judex non est, non semel ad arma ob insignia deventum est. Ita inter Duces Geldriæ & Juliaci res ad cruentum spectabat prælium, quod ille hujus insignia usurparet, nisi Ludov. XII. judex electus id terminasset. *M. Gilb. de Varenn. R. d' arm.* P. 1. p. 157. Idem p. 156. ait Louables à la verité sont à ce propos les Alemans & les Anglois, qui ont voulu establir des chambres de justice pour recognoistre & punir ceux, qui viendroient à prendre les armes d'une race, dont ils n'auroient pris leur naissance. Id est. *Laudabiles sunt circa hoc Germani & Angli, qui judicia huic usui constituerunt, quæ cognoscerent & punirent eos, qui auderent sibi asserere insignia stirpis, ex qua nati non essent.* Laudem ab extero datam utinam servemus! De duellis ob insignia olim susceptis vid. *Ed. Bissæus NN. ad Vpton.* p. 33. ubi exempla videre licet, & quidem quod post pugnam regia autoritate insignia victori adjudicata sint.

Iudicia ob ea.

Probandi modi.

§. XXX. De acquisitione insignium, partim ex iis, quæ superius §. 10. 11. 12. diximus, constare potest, partim c. seq. nonnulla addentur. Quod vero probationem attinet, illos probandi modos sæpe citatus Hæping. c. 15. enumerat: ut videlicet probentur. 1. antiquitate temporis vel præscriptione. 2. instrumentis vel documentis, Wapenbrieff. 3. testibus, maximè nobilibus 4. fama. 5. antiquis Heraldorum libris, ut & genealogicis familiarum. 6. chronicis & documentis publicis. 7. inscriptionibus, picturis, cælaturis. 8. actibus possessoriis. 9. pacto & conventione, evidentia, notorietate, præsumtione juris.

Insignium mutationes.

§. XXXI. Insignia etiam aliquando *mutari* contingit; Non tantum cum id pœnæ loco injungitur. conf. c. 2. n. 38. & c. 8. Sed & quando vel cum aucta dignitate aut accessione hereditatis augentur honoris symbola, vel cum aliis causis alia aliis mutantur. Nonnunquam id ob officium fieri potest. Ita *Bernh. Herzog. Chron. Alsat. L. 6. p. 234* ex *B. Rhenano* memorat prætorum Selestadiensium, quod feudum Imperii fuit, insigne fuisse crucem quadratam, coloribus pro arbitrio aliis tinctam: Eam vero deinceps à *Bozheimiis, Hatstatiis, & Waffleris*, qui prætura illa functi erant, assumtam esse, omissis quæ hi prius propria gesserant. *M. Gilb. de Varenn.* teste *in R. d' arm. P. 1. p. 161.* Clemens IV. cum primum sedem Pontificalem conscendit, arma paterna, quæ aurea

rea aquilam nigram minio armatam & coronatam cum nigro 8. byzantinis argenteis impreſſo margine deferebant, mutavit, ut auro tantum 6. lilia cærulea inſcriberet. Strada tamen hujus Pontificis ſcutum ita repræſentat, ut aquila ſimplex inſiſtat pedibus draconi, roſtro autem lilium vicinum ſit. Idem Varenn. P. 1. p. 80. graviter in eos invehitur, qui à majoribus accepta ſymbola melioribus mutare volunt. Sed P. 3. p. 493. laudat exempla eorum, qui mutarint ob cauſas ponderoſas, nominatim *pour avoir exercé glorieuſement des grandes charges, ou bien executé tres valeureuſement des actions fort ſignales:* quod cum laude officiis magnis functi ſint, vel fortia facta patrarint.

Exſtinctio, amiſſio, abolitio.

§. XXXII. De inſignium amiſſione & extinctione apud *Hæping. c.* 16. tractatur. Cujus illa eſt ſumma. I. *Inſignia dignitatis amitti.* 1. depoſitione. 2. exautoratione. 3. diſveſtitura. 4. degradatione. 5. abſtinentia dignitatis, certo tempore finiendæ. 6. abuſu inſignium. 7. perditione in bello, quod apud Joannitas in uſu. 8. abdicatione & mutatione inſignium per victorem impoſita. 9. abjectione vel projectione. II. *Gentilitia* amittuntur. 1. criminibus publicis L. maj. proditione, ambitu, homicidio, falſi crimine, vitæ turpitudine & infamia, tyrannide. 2. libertatis amiſſione. 3. præſcriptione. Non vero monachatus profeſſione aut adoptione nobilis à plebeis facta. Modi autem abolitionis inſignium varii, abraſio, detractio, deletio, laceratio, dejectio, inverſio, perforatio, fractio, remotio, caſſatio, &c. Extinguuntur autem omnino inſignia familia extincta, ubi ultimum cum clypeo & galea ſepeliri ac ſigillum confringi moris eſt. Quod modo dictum, gentilitia amitti criminibus publicis, non uno exemplo conſtat. Cum Georgius Petri Secretarius Erici R. Sveciæ Rege dejecto ad ſupplicium duceretur, ejus inſignia nuper per ſcelera parta ipſiusque aurium lobi patibulo affixa, tum demum ipſe ſuſpenſus, & reliqua ſententiæ capita executioni mandata. *Meſſen. Theatr. nob. Svec. paraphr. cap.* 11. *p.* 128.) Similia exempla hinc inde videre licet. Imo aliquando inſontes etiam ob aliorum gentilium crimen ſua amittunt. Ita apud Thuan. L. 124. p 697. Cum Joh. Ruvenus Gauriæ comes & Alexander frater Jacobo R. Scotiæ parricidiales manus intuliſſent, ex quibus tamen ſua virtute & ſuorum fide ereptus eſt, non modo Ruvenorum nomen ut infame eſt abolitum, ſed & fratres ſuperſtites & gentiles cum alio nomine alia inſignia prioribus depoſitis ſumere juſſi ſunt. Conf. de illis quæ *in pœnam* dantur Cyr. Spangenb. Adelſp. P. 2. L. 12. c. 30. p. 312. b. 132. p. 314.

Affinia.

§. XXXIII. Idem Hæping. ex quo hactenus multa attulimus, poſt hæc c. 17. & ſeqq. agere pergit de affinibus. Quæ ei ſunt 1. Signa militaria & vexilla. 2. naturalia, genitiva & gentilitia ſigna. (de quibus c. 18.) 3. Jus imaginum apud Romanos (c. 19.) 4. jus ſtatuarum & ſimulacrorum apud Græcos & Romanos c. 20. 5. nomina. (c. 21.) 6. Tituli, inſcriptiones, jus annulorum, ſymbola, emblemata, ſyntheſes (Liberey) deviſiæ, &c. c. 22.

Diviſiones.

§. XXXIV. Nunc ad *diviſionem inſignium* pergimus. Henr. Spelm. Aſpilog. p. 4. ea diſtribuit in *Heroica* (quæ heroum ætas & ſequentes ad exemplar ejus obtinuere) *Imperatoria* (quæ Romani imperii) & *hodierna.* Nobis horum inprimis cura eſt. Ea *Campanile dell' armi* c. 1. dividit in officialia, nationalia, ſocialia, perſonalia & gentilitia: ſed commodius in ſpecies diſpeſcuntur, inſignia *dignitatis*, *domanii*, *communitatis* & *familiæ?* Inſignia *dignitatis* ſunt, quæ dignitatem perſonalem vel familiarem deſignant: huc ſpectant notæ electoralium officiorum, Saxonis enſes, Brandeburgici ſceptrum &c. Huc etiam Epiſcoporum mitræ, pedum &c. Exempla inferius non deerunt. 2. *Domanii* ſunt, quæ terram aliquam, principatum, comitatum vel dominium notant, & propterea ab illis aſſumuntur, qui vel poſſident à majoribus aut ex aliarum extinctarum familiarum ſucceſſione vel juſtam prætenſionem habere ſe credunt. 3. *Communitatis* ſunt, quibus communitas aliqua, civitas, collegium, Academia, ſocietas &c. utuntur. De civitatum inſignibus ſuo loco agetur. Huc referas inſignia Societatis *Limpurgenſis* (ut vocant Geſellſchafft zur alten Limpurg) Nobilium Patriciorum Francofurtenſium, quæ conſtituit ſcutum cæruleum, ſuperius ſeptenis & totidem inferius aureis plinthidibus jacentibus ſparſum, inducta faſcia ex argento & minio duplici tractu teſſellatum. Huic ſcuto quæ incumbit galea, jugum cæruleum alarum expanſarum & ſymbolis ſcuti inſignitarum ſuſtinet. Eadem inſignia olim fuere Dominorum de Limpurg ad Lanum, de quibus

Inſignia Societatis Limpurg. Patric. Francofurt.

Parte

Parte Spec. L. 1. cap. 53. num. 12. 4. *Familiæ* insignia sunt, quæ primo notant gentem.

§. XXXV. Fit vero non raro, ut quæ familiam notarunt primum insignia, postea domanium significare incipiant, vel contra: Sicuti e. g. haud dubie lilia Francica initio regni nota esse debebant, & suo modo nunc quoque sunt: unde Angli cum prætensionem in regnum sibi vindicarent, ea scuto suo intulere. Nihilominus eadem familiæ regiæ sunt insignia, quod vel inde apparet, quoniam, licet cum distinctivis notis, Principes sanguinis & fæmellæ iisdem utuntur. Olim tamen Druidenses, Curtenacenses, Veromandui ex regia etiam domo egressi, non usi sunt liliis: forte quia tum potius regno quam familiæ propria videbantur. Leopardi Anglici familiæ Normannicæ gentile decus dein regno cæpere appropriari. Licet tamen observare, quod non semper illis usi, qui ex regia domo oriundi fuere. Exemplum notat Cambden. de Comit. Cornubiæ, quod Richardus Henrici III. R. Angl. frater & filius Edmundus gestarint in clypeo argenteo leonem rubrum insurgentem & coronatum intra limbum nigrum globulis s. byzantinis bullatum. Nam cum Richardus accepisset comitatum Pictonum, leo talis fuerat veterum comitum Pictonii. Limbus bullatus videtur assumtus ex scuto veterum Cornubiæ comitum Britannici sanguinis, quibus dare solent clypeum nigrum 15. globulis aureis insignem. Regni Neapolitani scutum liliarum cum fasciola impendente haud dubie à familia Andina originem trahit, & ita familiare prius fuit, dein regnum notare cæpit. *conf. Hæping. de jur. insc.* 2 §. 10. *n.* 992. Sic & fieri potest, ut quæ dignitatis fuere, gentilitia demum fiant. Exemplo serviunt *Buticularii Silvanectenses* (*Boutcillers de Senlis*) qui & nomen & insignia ex dignitate prisca, cum jam illa non amplius gauderent, retinuerunt. conf. ex Favino Limn. Jur. publ. 6, 6, 15.

Domanii & gentilitia permutata.

§. XXXVI. Utra insignia, domanii an familiæ, sint vetustiora? alii inquirant: neque enim mihi sumam arbitrium. Fuisse vero olim tesseras & scuta agris proprias, scripto Waltheri de Gaunt comitis, qui Dominium de Westgrenton in Svvale dale vendit *cum armis, dominio & terris pertinentibus, videlicet ferendum scutum sabellum cum* 3. *dami masculi capitibus argenteis*, probat Bissæus NN. ad Upton. p. 85. 86.

Utra antiquiora?

§. XXXVII. Enumeratis speciebus addit *Menestr. method. abbreg. p.* 24. duas alias insignia concessionis & Patronatus. Illa sunt, cum quis princeps suorum insignium aliquid alteri ex gratia peculiari largitur: (conf. c. 2. n. 50. 51.) Verum ea cum dignitatis insignibus nonnihil commune habent, cumque iis non tam insignia tota quam aliquam eorum partem constituunt. Hæc (*patronatus*) apud nos minus sunt usitata, nisi eo notas referre velis, quas ex insignibus dominorum subjectæ civitates vel oppida gerunt. In Italia autem frequentia sunt exempla, cum Cardinales honoris causa Pontificis, à quo in collegium recepti sunt, symbola gentilitia suis associant.

Insignia concessionis & patronatus.

§. XXXVIII. Porro morem illum Cardinalium non adeo veterem & superiori seculo, aut decimo quinto exeunte, natum esse, facile videbit, qui insignia Cardinalium à *Iacobo Strada* epitome Pontificum & Cardinalium *Onuphrij Panvinii* addita, lustrabit. Nisi exemplum Joh. Jab. Selafenati Mediolanensis Episcopi Parmensis à Xysto IV. 1484. creati, cujus scuto gentilitio triangulus in cephalica regione quercum Roboreæ similem (colores enim expressi non sunt) continet, quod vel donum Pontificis vel in ejus honorem assumtum videri potest, huc pertineat; crediderim, ex eadem Roborea gente Julium II. autorem moris fuisse. Namque hujus decimus & undecimus Cardinales Franciscus Alidosius Forocornelienſis Episcopus Papiensis, & Faccius Sanctorius Viterbiensis Episcopus Cæsanus ilicem alter in scuti quadripertiti primam & quartam aream, alter in bipertiti priorem regionem plantavit. Leone X. sedem prementе magis consuetudo illa invaluit. Nam in ejus clientibus decem reperio, qui Medicæos ipsi familiares orbes gestarent: varii vero expressionis modi observari merentur. Bern. Tarlatus s. Divitius Bibinas, Joh. Salviatus, Nicolaus Rodulphus Florentini modo dicti Alidosii, Aloisius de Rubeis Florentinus, Th. de Vio Cajetanus, Paulus de Cæsis Romanus, Hercules Comes de Rangonibus Mutinensis Sanctorii exemplum in dispositione scuti sequebantur. Triangulo cephalico inferebat pilas Sylvius Passerenus Cortonensis. Sine speciali laterculo,

Mos Cardinalium ex Pontificum scutis adsciscendi sua decora.

Chri-

Chriſtophorus Numanus Forojulianus, ſymbolo capitis ſcutarii adſcripſit, Franciſcus Armellinus Medices Peruſinus cantheriis ſuis imminentes geſtavit. *Ob Clementem* VII. eoſdem orbes in ſcuto quadripertito Nicolaus Gaddus, bipertito Antonius Puccius Florentini uſurparunt. *Paulus III.* ex Farneſiis hunc excepit, horum ergo 6. lilia non tantum nepos Guido Aſcanius Sfortia C. S. Floræ leoni gentili præpoſuit, quod ſanguini tribui potuit; ſed alii inſuper ſedecim, ex familiis Philonardiorum de Baucco, Jacobatiorum, Gambararum, Pariſianorum, Cervinorum, Laureriorum, Silviorum, Cacciorum, Pucciorum, Sfondratarum, Durantium, Artingellorum, Capiteferreorum, Criſporum, Verallorum, Maffeorum, eadem aſſumſere: eadem fere cum prioribus diſpoſitione, niſi quod Marcellus Cervinus de Montepolitiano (qui dein ſub Marcelli 2. nomine Pontifex notam iterum omiſit) & Franciſcus Sfondratus, ea peculiari cephalo inſeruere, & in reliquo clypeo gentilitia ſigna his ſubjecere. Dionyſius Lunerius autem in tabellâ picta ex lauro familiari veluti ſuſpendit. Tum Umbertus Gambara ſuum cancrum illis circumdedit. Sub *Iulio III.* adhuc frequentius factitatum eſt, nam præter Georgium Martinuſium (cujus inſignia ex ſymbolis Montanis, ſed ſegregatis, conſtare videntur) quotquot tertia Cardinalium creatione promoti ſunt (uno excepto Petro Bertano Mutinenſi) atque ita 13. & ex quarta promotione duo Montana emblemata aſſumſere, cum tamen non niſi duobus ſanguinis jure illa competere quiverint. In diſpoſitione nihil novi obſervo, quam quod Joh. Baptiſta Cicada novæ parmulæ inſerta aquilæ pectori impoſuit. Sed Aloyſius Cornelius Venetus in ſcuti bipertiti ſiniſtrum latus rejecit: quod miror. Cæterum ex his omnibus non niſi Martinuſium Dalmatam & Mich. Sylvium Luſitanum exteros obſervo, reliquos omnes Italos reperio. Præterea illuſtriores familiæ abſtinuiſſe hoc more videntur.

Inſignia nobilium & ignobilium Mercæ.

§. XXXIX. Alio reſpectu inſignia dividuntur, quod ſint nobilium vel ignobilium ſeu plebejorum: quæ ipſa tamen cum vera inſignia ſint, uti ſupra oſtendimus, diſtinguenda ſunt à mercatorum vel opificum notis, quas Marchas, mercantias vel merca (Mercken) appellant, illisque ſua notant. Inſignia autem in ſcuto vel alio analogo pingi oportet, certoque conſtare colore. conf. de illis *Hæping. de jur. inſ. cap.* 2. §. 11. n. 1029. ſeq.

Diſtinctio nobilium & ignobilium.

§. XL. Quibus autem nobilium arma ab ignobilium inſignibus differant, in expedito non eſt. Vix enim aliqua nota dari poteſt, quæ non utrique jam ſit communis. Communiter tamen galeam clathris cancellatam nobilitati, reliquis clauſam attribuere ſolent. Vid. c. 6.

An inter nobilia aliqua præſtent?

§. XLI. Inter nobilium inſignia quæ nobiliora credi debeant, diſceptationem omnino vanam eſſe puto. conf. *Hæping. de Iur. inſ.* c. 2. §. 12. n. 1105. ſeq. c. 11. §. 1. n. 2. ſeq. Huc referatur totum examen, quo *Blondellus Geneal. Franc. aſſ.* T. 1. p. 352. ſeq. exagitat, quæ *Chiffletius* de Habſpurgicis inſignibus eorumque præſtantia jactaverat. Ex arte vero illa nobiliora habentur, quæ ſimplicia & figuris conſtant imaginariis, quas cum à natura vel alia arte nihil trahant, honoris figuras nuncupare ſolent. Praxis tamen contrarium probat, cum ſupremorum Principum inſignia illis non conſtent, ſed rerum naturalium imagines referant.

Inſignia ſimplicia & compoſita.

§. XLII. Iterum inſignia vel ſunt ſimplicia vel compoſita: illa quæ una area, hæc quæ pluribus conſtant. Fuit vero olim minus in uſu, ut areas multiplicarent, quod nunc fieri aſſolet, cum prætenſiones ac cognationes inſerunt, vel potiores provincias ſpeciatim exprimunt.

Unde ſimplicitas æſtimetur?

§. XLIII. Cum ex ſimplicitate inſignia commendantur, hæc ſimplicitas non intelligitur, ſed ea quæ eſt potioris areæ, gentilitiam teſſeram complexæ: ut videlicet ea non rebus aut figuris pluribus conſtet, ſed quam fieri ſimpliciſſime poteſt una. Huc illa Phil. Cluver. Germ. antiq. L. 1. c. 44. *Nobiles homines apud priſcos Celtas lectiſſimis tantum coloribus ſua ſinguli diſtinxerunt ſcuta, unde etiamnum ea omnium antiquiſſima ac maxime genuina nobilitatis ducuntur apud Germanos inſignia, quæ omnium ſimpliciſſima, certis duntaxat ſpaciis ac coloribus diſtincta; in quibus vulgatiſſima ſunt illa, quæ Græci* πλίνθια *&* ῥάβδους, *Latini laterculos & virgas appellarunt, ut ſupra c.* 16. *in ſagis Celtarum expoſui, &c.* conf. Limn. Iur. Publ. 6, 6, 14.

Aliæ diſtinctiones.

§. XLIV. Alias diviſiones inſignium in communia & propria, antiqua & nova, pro-

va, propria & aliena, vera & ficta vel falsa, parum ad rem facere credo. Cui volupe est, eas apud Hæping. de Iur. inf. c. 2. §. 10. n. 990. & seq. videre poterit.

§. XLV. Si non in species sed partes dividuntur insignia; partes essentiales eorum *Menestr. meth. abreg.* p. 24. constituit tincturas i. e. cū metallis colores, (les esmaux) & figuras, Partes essentiales.

§. XLVI. Partes integrantes *Menestr. meth. abbreg. p.* 26. quatuordecim enumerat, scutum, tincturas, partitiones, figuras, Atlantes, timbrum, cimerium, symbolum, (devise) tesseram militarem, notas distinctivas (brisures) dignitatum notas, vexilla, ordines, alias appendices scuti. Sed forte commodius ad tres reduxeris, ut sint scutum, galea & appendices. Nam tincturas partem integrantem dicere nollem, potius cum partitionibus & figuris, partim scuto partim galeæ accensendæ sunt. Sic & galea cum cimerio vel apice accipienda. Notæ distinctivæ in scuto cum reliquis figuris sunt. Dignitatis characteres itidem vel in scuto, vel inter appendices: quò & ordines, telamones, &, nostris tamen moribus minus usitata, symbola & tesseras militares refero. Integrantes.

§. XLVII. Cur vero *in scuto* potius quam armis offensivis honos insignium quæsitus sit, vide disp. ap. *Limn. Iur. publ.* 6, 6, 47. ubi eleganter gladium penicillo, scutum tabulæ scribendis recipiendisve fortitudinis notis comparat. Quem usum vero nunc quoq; in insignibus gladius habeat eleganter ostendit *Menestr. L' art. du blas. justif.* c. 10. p. 237. ubi observat. 1. equestris ordinis faisse notam, unde in monumentis sæpe apparet ejus species adjecta scuto. 2. aliquot officia idem denotat, ut apud Gallos Conestabilem, magnum Scutarium, &c. 3. temporalem jurisdictionem Episcoporum. Addi posset 4. quod aliqui capulo gladii insculpere arma soliti, uti §. 23. observavimus. Cur scutum insignibus dicatum, Gladii usus.

§. XLIIX. Quomodo repræsentatione scuti & galeæ universa armatura hominis repræsentetur, vid. ap. *Chifflet. lum. prærog.* 4. nam galea caput tegit, scutum truncum corporis refert tectum adv. tela. Nulla vero brachiorum aut crurum notæ, quia militari lege probrosum, illa ferire. Hoc à nemine artis Heraldicæ perito hactenus observatum putat Chifflet. Ejus vero gloriationem *Blondell. Plen. ass. Geneal. Franc.* T. 2. p. 350. f. seq. inanem reddere conatur, nec loricam apud veteres pro scuto sumi, nec brachiorum aut crurum vulnera nisi sequiori ævo ferire prohibitum, ostendit, nec hermas in galeis tanquam parva trophæa gestatos admittit. An scutum & galea universam armaturam constituant.

§. XLIX. Antequam hoc caput concludamus, apographa aliqua inserere diplomatum convenit, quibus insignia cum nobilitatis jure concessa sint ut ex illis formulæ in hoc negotio solitæ & stylus curiæ addiscantur. Alterum esto, quo Ferdinandus II. Augustus *Davidem Dôringium* nobilem dixit, insignibus ornavit, pluribus nobilitatis privilegiis instruxit & Comitem Palatinum creavit: ut ex eo etiam, quid juris in materia præcipue insignium Palatinis Comitibus dari soleat, addisci possit; quod *Lud. Hornigk stellæ notar.* P. 2. *p.* 6. *seq.* inseruit: alterum lingua vernacula conceptum, ut hujus idiomatis etiam termini observentur, *Brotbeckiis*, apud Wirtenbergicos familiæ claræ, concessa insignia (quatuor distinctæ lineæ totidem tesseras prius usurpaverant, quæ hic Imperiali autoritate unitæ sunt) & cum nobilitate varia ejus privilegia enumerat: quod ex MSto expressi. Diplomata concessorum insignium, nobilitatis, privilegiorum nobilium, Comitivæ Palatinæ. Concessum D. Dæringio.

Ferdinandus II. Divinâ favente Clementia Electus Romanorum Imperator, semper Augustus, Rex Germaniæ, Hungariæ, Bohemiæ, Dalmatiæ, Croatiæ & Sclavoniæ, &c. Archidux Austriæ, Dux Burgundiæ, Brabantiæ, Stiriæ, Carinthiæ, Carniolæ, Luciburgæ, Wirtembergæ, Silesiæ superioris, & inferioris, Princeps Sueviæ, Marchio Sacri Romani Imperii, & Burgoviæ, Moraviæ, Lusatiæ utriusque, Princeps Comes Habesburgiæ, Tirolis, Ferreti, Kiburgi, & Goritiæ; Landgravius Alsatiæ; Dominus Marchiæ Vandalorum, Portus Naonis & Salinarum, &c. Notum publicis his litteris, atque testatum facimus universis omnibus.

Etsi supremum hoc Romani Imperii culmen, in quo nos Omnipotens pro divina sua voluntate constituit, tum ipsa nobis innata benignitas & mansuetudo, in eo nos identidem eniti jubent, ut omnium & singulorum nostrorum ac sacri Imperii, tum hæreditariorum regnorum, principatuum, provinciarumque, subditorum, atque fidelium honorem, commodum, incrementum, atq; salutem omnibus modis adjutam accuratamque velimus; Eos tamen merito prolixiori gratia atq; benignitate prosequi, atque amplecti, ipsorumque nomine & conditione in sublimiorem gradum evecta, cumulatioribus beneficiis & privilegiis cohonestare & munerare, animati sumus atque propensi, qui non solummodo antiqua, ingenua, honoraque stirpe profecti sunt, verùm etiam juxta cum majoribus suis ad præclaram solidæ virtutis culturam, spectatamque

morum'ac vitæ probitatem omne ſuum ſtudium referunt, tum etiam Nobis, & ſacro Romanorum Imperio, nec non Auguſtæ Domui noſtræ Auſtriacæ fideli conſtantique obſequio, & obſervantiæ devotione præ aliis obnoxios ſeſe, atque addictos demonſtrant.

Quapropter attendentes, & momentis ſuis ponderantes integritatem, & candorem, ac nobiliſſimas animi dotes, & virtutum ornamenta, tum eruditionem, ſolertiam, uſumque rerum inſignem, quo ſpectabilem, & doctum noſtrum & Imperii fidelem dilectum Davidem Dôring, utriusque juris Doctorem, Majeſtati noſtræ Ceſareæ è locis minimè vulgaribus commendatum habemus, grata præterea obſequia, atque officia utilia, fidelia & indefeſſa, ab ejusdem progenitoribus, majoribusque, divis prædeceſſoribus noſtris, & Auguſtæ noſtræ Domui Auſtriacæ, cumprimis verò ab ipſo prænominato D. Davide Dôring (dum mente atque induſtria omni in omne genus litterarum, diſciplinas atque virtutes inde à primis temporibus relata, tantos progreſſus fecit, ut non ſolum gradum Doctoris, verùm etiam præclaras qualitates ſive animi dotes fuerit adeptus, indidemque ab Illuſtriſſimo & Celſiſſimo, Joanne Georgio Duce Saxoniæ, Juliæ, Cliviæ, & Montium, Landgravio Thuringiæ, Marchione Miſniæ, & Burggravio Magdenburgenſi ſacri Romanorum Imperii Archimarſchallo, noſtro dilecto conſanguineo, & Electore, in munere Conſiliarii, Aulæ, & Cameræ primario conſtitutus officii ſui rationem ita inivit, ut ſumma conſiliorum ſuorum ad id unicè revocata, quod cum nobis, noſtræque Auguſtæ domui, nec non ipſius Electoris Saxoniæ dilectioni, tum Sacro Imperio, atque univerſæ Reip. ſaluti, & bono futurum maxime videretur, ſubjectiſſimo ſtudio, & quantum viribus conſequi potuit, nobis, atque Electoris Saxoniæ dilectioni oppidò quàm ſeſe probavit) præ aliis non ſine commendatione ſingularis induſtriæ ac dexteritatis navata hactenus, & declarata, uti nec minus, quæ idem hodieque præſtat, quæque deinceps quoad unquam fieri poteſt, ſeſe præſtiturum obſequentiſſimè profitetur, ac præſtare optimè poterit, atque debebit; Nos judicio deliberato exploratoque conſilio, & ex certa ſcientia eundem Doctorem Davidem Dôring, ipſiusque liberos, hæredes, omnesque ab eo legitimè deſcendentes, utriusque ſexus, in infinitum usque, in noſtrorum, & Sacri Imperii, noſtrorumque Regnorum Principatuum ac ditionum, verorum germanorumque nobilium, tornearіorum, vaſallagiique, & dignitatis Equeſtris capacium, ordinem ac gradum cooptavimus, eveximus, conſtituimus, ipſosque numero, atque conſortio nobilium aggregavimus, inſeruimus, inque eandem omninò conditionem repoſuimus, ac ſi à quatuor usque avis, paternis ac maternis, de nobili proſapia geniti, ipſaque origine nobiles tornearii, vaſallagiique & dignitatis Equeſtris capaces eſſent. Utque gratiæ noſtræ Cæſareæ evidentia nec non nobilitationis hujus dignitas atque authoritas luculentius eniteſcat, & ad ſera poſteritatis monumenta conſecretur, eidem David Dôring, ipſiusque liberis, hæredibus, omnibusque ab eo legitimè deſcendentibus utriusque ſexus arma hæc gentilitia, atque inſignia de integro gratioſe contulimus, atque attribuimus: videlicet clypeum quadripartitum, cujus in anteriori ſerie ſuperior area, & in poſteriori inferior, colore nigro conſpicuæ ambæ, Leones ſingulos præferant fulvos ſive auricolores, eosque coronatos, incurvos leviter, & in pedes erectos, ambosque introrſum verſos, rictu patulo, rutilaque exſerta linguâ, & pedibus projectis, nec non implexa ſurſumque eminulâ caudâ biſulcâ utrinque inſignitos. Reliquæ verò duæ areæ, inferior anterioris ordinis & poſterioris ſuperior in medio transverſum ita interſtinctæ, ut pars utriusque inferior colore rubro, vel pyropum ſimulante, ſuperior verò candido ſive argenteo montem trijugem viridantem & utrinque ab imâ areâ prominentem, cujus jugum medium duobus extimis aliquantò editius, palmam recto ſtipite ſeſe attollentem, & virore, ramisque propendulis conſpicuam ſuſtineat, oſtendunt: inſuperque caſſidem cum buccula cancellata ſive aperta equeſtrem atque tornearіam clypeo ſupereminentem, tum tæniis laciniisve læva parte rubri, candidique, dextra verò nigri, & crocei coloris circumintectam deſuperque corona Regia aurea decoratam, ex qua Leo itidem coronatus, & ad formam in clypeo expreſſam figuratus, erecto in pedes corpore pedibusque anterioribus palmam viridem, radicatam & integram prorſum, ſurrigentibus emergat: prout hæc ipſa arma & nobilitatis inſignia in medio litterarum Auguſtalium depicta, ſuisque coloribus accuratius deformata cernuntur.

Quibus adeo benignitatis noſtræ donis, atque privilegiis ornatos eosdem volumus,

mus, & hoc ipso in ordinem, ac gradum nobilitatis cooptamus, evehimus, constituimus, nobilitatosque numero, & consortio nostrorum, & Sacri Romani Imperii verorum Germanorumquè nobilium, torneariorum, vasallagii & dignitatis equestris capacium adgregamus, adæquamus, adscribimus ipsisque præmemorata armorum, atque natalium insignia hoc modo usurpare atque gestare concedimus, atque indulgemus, idque tenore præsentium de plenitudine potestatis nostræ Cæsareæ, & ex certa scientia: Volentes, statuentes atque decernentes, ut prænominatus David Dôring, ejusdemque liberi hæredes, & legitime ab eo descendentes, utriusque sexus futuris omnibus perpetuisque temporibus, veri, Germanique nobiles, tornearii & feudorum atque equestris ordinis capaces sint, atque audiant, & ab omnibus & universis ubique locorum & terrarum, inque omnibus & singulis actibus atque negotiis tales habeantur, æstimentur, nominentur, & scribantur, utque insuper omnibus & singulis, honoribus, dignitatibus, libertatibus, præeminentiis, juribus, immunitatibus, statutis, institutisque & consuetudinibus sodalitiis atque consortiis, ab ordine nobilium multis retro temporibus usurpatis & post hinc usurpandis, nec non capessendis sustinendisque majoribus, minoribusque officiis & beneficiis feudalibus, ludisque equestribus juxta cum aliis nostris, & Sacri Romani Imperii veris, Germanisque nobilibus, torneariis vasallagiique & dignitatis equestris capacibus obeundis; unaque feudalibus, & quibusvis aliis judiciis, exercendis atque reddendis, tum cæteris nobilitati consentaneis actibus negotiisque judicialibus, & extrajudicialibus peragendis atque tractandis idonei & habiles, horundemque capaces & participes esse, hisque omnibus uti etiam illis supra memoratis armorum ornamentis, atque insignibus in quibuscunque honestis, atque decentibus nobilibus equestribus, actibus & negotiis, seriis ludicrisque bellis, duellis, oppugnationibus, conflictibus, torneamentis, hastiludiis, dimicationibus, decursionibus, expeditionibus bellicis, vexillis, tentoriis, signetis atque sigillis, cimeliis, sepulturis, picturis, & in omnibus aliis rebus, & locis, ubi & quando honoris ipsorum ratio exiget, pro voluntate & arbitrio, gaudeant, utantur & fruantur prout cæteri nostri & Sacri Romani Imperii veri, Germanique nobiles, tornearii, feudique, & ordinis equestris capaces, iisdem omnibus gaudent, utuntur & fruuntur consuetudine, vel de jure omni penitus contradictione cessante.

Præterea eidem David Dôring jurium Doctori, ejusque liberis, hæredibus, omnibusque ab ipso legitimè descendentibus utriusque sexus singulari indultu jus & facultatem concedimus atque largimur; in omnibus singulisque obligationibus, signetis, & sigillis litteris parentibus & clausis ipsorum signeto, sigillove appenso, sive impresso, nec non aliis quibuscunque actibus, cum nostra, tum aliorum, cujuscunque dignitatis vel conditionis ij fuerint, negotia quandocunque & qualitercunque concernentibus sempiternis de hinc ætatibus cera rubra utendi eaque prout usus exegerit, consignationes suas conficiendi omni omnino impedimento sublato.

Verum, ut Cæsaream nostram voluntatem qua in prænominatum Davidem Dôring convenienter propendimus, magis, magisque declaremus certisque veluti monumentis testatiorem faciamus, ipsi itemque ipsius liberis, hæredibus, & inde legitime descendentibus, ejusdemque nominis, & familiæ, adeoque hac ipsa gentilitate, insignibusque armorum gaudentibus posteris privilegium hoc speciali indultu irrogatum, imputatumque volumus, ut si quando præsentibus, futurisve temporibus in Sacro Romano Imperio, unum vel plura prædia nobilia sive arces excitare, atque exstruere animum induxerint, illa ipsa prædia, atque arces sive primùm exædificatas, sive etiam emptione, alióve justo titulo acquisitas, non solùm citra cujusquam, cujuscunque dignitatis, conditionisve fuerit, contraventionem, contradictionem, impeditionemque juxta, atque alii ejusdem loci, ex veteri prosapia oriundi, & reipsa nobiles Landsassii, & provinciales tranquillè atque secure habere, possidere possint & valeant, verùm etiam eorundem nomina vel retinere, vel repudiare, immutare, aut penitus abolere, atque ita pro libitu, & arbitratu suo prædiis arcibusve nova nomina adoptare, atque imponere, sibique ab iisdem, de iisdem vel in iisdem denominationem constituere, eoque adscititio cognomento in quibuslibet sermonibus, scriptionibus, titulis, signetis atque sigillis, & actibus, vel solo, vel una cum usitato suo agnomine in nostris nostrorumque successorum, aliorumque quorumcunque negotiis uti jus, fasque habeant, absque omni penitus impedimento.

Insuper hoc quoque pro ulteriore significatione propensionis nostræ, qua in sæpius nominatum Davidem Dôring singulari exstamus, ex Imperialis potestatis plenitudine tenore præsentium decernimus, statuimus, volumusque, ut in quacunque civitatum vel oppidorum tam Sacri Romani Imperii, quam aliorum Nostrorum Regnorum, atque ditionum hæreditariarum Jurisdictionis, ipse, ejusdem liberi jam nati vel nascituri & quicunque ab eo legitimè descensuri, utriusque sexus eodem nomine & gentilitate, atque adeo iisdem armorum insignibus gaudentes (nec non eorundem viduæ) futuris perpetuis temporibus, ubivis locorum atque terrarum nunc aut in posterum vel in ipsis civitatibus, aut oppidis, vel ruri, cum uxoribus, liberis, ministris, domesticis & familiaribus tum universis facultatibus, quantiscunque, & quocunque tempore, larem familiarem figere, sive domicilium deligere, degere, & commorari voluerint, sive locum domicilio semel delectum mutare, sedemque rerum ac fortunarum suarum alió transmovere visum fuerit, quotiescunque quidem usu venerit, non solum ipsi una cum uxoribus & tota familia ac re familiari bonisque omnibus, nullo penitus excepto aut excluso, omnibus Sacri Imperii, aliisque hæreditariis nostri & successorum nostrorum dominii locis, ad sedem ibi locandam habitandumve admittantur, ibidemque ferantur; Verum etiam in omnibus ejusmodi locis à jurando in civitatem, à muneribus item civilibus, omnibus, majoribus, minoribus, Consulatu, Magistratu, forensibus aliisque functionibus, administrationibus, dispensationibus, tum curationibus, ac tutelis aliisque id genus muneribus, quacunque denique appellatione venerint, nullo excepto, nec non à collegiis tribunitiis, ejusmodi aliis civium: sodalitiis, & conventibus, tum etiam impositione militum receptuque, nostris aliorumque ministeriis aulicis, aliisve præbendo, & quibuscunque præterea hospitationibus: itidemque ab excubiis, profectionibus, operarum præstationibus ab ipsis vel per alios faciundis aliisque insuper oneribus, & servitiis omnibus, ipsi cum rebus suis omnibus mobilibus & soli usquequaque & in universum exempti, solutique sint, nec quoquam horum præter ultroneam ipsorum voluntatem graventur, molestenturve, nec tale quid ab ipsis ullo modo vel forma exurgeatur, aut exigatur.

Adhæc idem David Dôring, ejusque liberi, & omnes ab eo legitime descendentes in perpetuum nusquam omninó locorum ubicunque per totum Romanum Imperium, ejusdemque aut nostra regna, Principatus aut Provincias, cum uxoribus, liberis, ministris, domesticis, & familiaribus subsederint, de suis uxorumve, & familiæ bonis ac rebus, quantum earum ubicunque habuerint, mobilibus, immobilibus, nulla penitus excepta, cum aliis civibus incolisve, ullis unquam collectis, accisiis, gabellis, taleis, sive indictionibus, impositionibus, aut contributionibus, quomodocunque & quacunque ex causa irrogandis, teneri, onerarique possunt nec debent; præsertim verò si ex uno loco in alium atque alium commigraverint, aut si qua aliunde bona mobilia, vel immobilia, feudalia vel allodialia, aut quæcunque alia mortis capione aliove titulo ad ipsos provenerint, quocunque loco, ac tempore, & quotiescunque nullæ omnino detractiones, aut intributiones sive una, binæ, ternæ aut ulteriores fuerint, nec in dena plus minusve parte, neque de re pecuniaria, aliisque fixis aut mobilibus possessionibus, pensionibus, cujuscunque appellationis, & ubicunque sint, nullo penitus excepto, unquam ab ipsis petantur, ullove modo, aut via exigantur vel extorqueantur, sed ab omnibus ejusmodi gravaminibus prorsum & in universum immunes exempti atque soluti sint, utque quotiescunque visum fuerit, & quocunque ex loco domicilii sui vel habitationis his post futuris etiam longissimis temporibus, nullius omninó jurisdictione obstante, absque onere alió se conferre liberum ipsis integrumque sit, sed & rursus ibidem, si quando conditione ipsorum exigente eodem loci reverti constituerint, recipiantur ac denuo admittantur, nec minus tunc quoque iisdem illis privilegiis atque exemptionibus jam antea expressis & deinceps exprimendis potiantur, gaudeant, utantur atque fruantur.

Ulterius volumus statuimus atque decernimus, ut quæcunque de privilegiis, & exemtionibus ab omnibus civilibus, aliisque muneribus, tum à quibusque impositionibus, collectis, conditionibus, contributionibus & gabellis, nec non libero accessu atque recessu, & cæteris, commemorata hactenus fuerunt, in universis punctis atque articulis, tum speciatim in horum singulis, non solum de locis quibusve civilibus, sive urbanis, & cæteris omnibus, in quibus nominatus Dôring, & ab eodem legitime descenden-

dentes, ut supra domicilium, vel habitationem constituerint, deque omnibus muneribus & oneribus, personalibus, realibus & mixtis, ordinariis & extraordinariis, etiam intuitu rei bellicæ aut alias qualitercunque, & quacunque ratione, & causa à quibusque aliis in Republ. exigendis præstandisque in genere & in specie intelligantur, exponantur & exinde usum sortiantur. Verùm etiam ut idem, vel iidem omnibus hactenus recensitis, & nunc statim vel quibuscunque aliis temporibus, realiter & cum effectu uti possint, ac valeant, non obstante quod prænominatus Dôring, vel ejus posteri cum suis uxoribus, oneribus ejusmodi, exactionibus, & quibuscunque aliis gravaminibus civilibus onerati sint vel fuerint, sed nec quod non nisi gratia singularis in eundem, & ejusdem posteros conferendæ ratione, atque expressione, hoc à nobis constituatur, neque etiam obstantibus quorumcunq; locorum privilegiis, à Divis nostris Antecessoribus Romanis Impp. Regibusque, aut à nobis ipsismet profectis, pariterque ordinationibus, statutis, & consuetudinibus in contrarium facientibus quibuscunque: nec non nostris & Sacri Romani Imperii legibus, & constitutionibus, quibus omnibus ac singulis ex Imperialis nostræ potestatis plenitudine, in quantum nostris his concessionibus obstarent ac obstare possent, derogamus & derogatum volumus.

Utque porro prænominatus Doctor David Dôring, ejusque liberi hæredes omnesque ab eodem legitime descendentes, & posteri utriusque sexus, Cæsareis nostris indultis, donis & privilegiis suprascriptis liberius tranquilliusque utantur: eosdem una cum uxoribus suis, viduis, liberis & descendentibus legitimis, ministris, familiaribus, subditis, censualibus, vasallis, hominibus propriis, domesticis & necessariis omnibusque familiam clientelamve ipsorum agnoscentibus, nec solum personas sed & bona eorundem omnia, mobilia & immobilia, equestria, urbana & quævis alia, quæ vel hactenus ipsis acquisita vel deinceps legitimo titulo acquirenda, feudalia, allodialia, & quocunque tandem nomine, & ubicunque loci fuerint, in nostram, Sacrique Romani imperii, nec non hæreditariorum nostrorum Regnorum, Principatuum ac Provinciarum, tum Augustæ Domus Nostræ Austriacæ specialem gratiam, protectionem atque tutelam in perpetuum recipimus, atque adserimus, iisdem nostram & Sacri Imperii, nec non hæreditariorum Regnorum, Principatuum ac provinciarum fidem publicam, securitatem, & liberum commeatum sive salvum conductum concedimus atque impertimus, tenore præsentium, ex certa scientia & Imperialis nostræ potestatis plenitudine volentes, statuentes, atque decernentes, ut omnibus ac singulis suprascriptis privilegiis, exemptionibus, libertatibus, dignitatibus, honoribus, prærogativis, juribus, commoditatibus & consuetudinibus ubique terrarum & gentium potiantur & gaudeant, utantur atque fruantur, acque adeo per totum Romanum Imperium & hæreditaria nostra Regna, Principatus & Provincias, civitates, oppida, dominia & territoria sive jurisdictiones omnes, terrâ marique pro necessitatibus & conditionis ipsorum exigentia, securi liberique & nullo planè impedimento, remora, atque gravamine obstante negotia sua tractare, habitare, degere, idque bellicis juxta atque aliis temporibus semperque pro usu, ac libitu suo, nostram & Sacri Imperii Cæsaream Regiamve aquilam nec non hæreditariorum Regnorum nostrorum Principatuum & Provinciarum arma atque insignia, sub nostro nostrorumque successorum sigillo, & subscriptione, vel sine iisdem omnibus suis habitationibus, arcibus, domibus, prædiis, molendinis, & quibusque possessionibus & bonis, in signum liberæ securitatis & salvæ guardiæ appicta vel affixa habere, illisque omnibus ac singulis, quibus alii in nostram, Sacrique Romani Imperii, & hæreditariorum nostrorum Regnorum Principatuum ac Provinciarum specialem gratiam atque protectionem, tutelam, atque securitatem publicam recepti tum à nobis nostrisque Divis prædecessoribus, nec non Regnis hæreditariis ipsaque Augusta Domo Austriaca, privilegio ejusmodi salvæ guardiæ donati atque instructi, gaudere, uti, fruique, fas & facultatem habeant, consuetudine, vel de jure omni penitus contradictione cessante.

Adhæc si supradictus David Dôring ejusque liberi, descendentes & posteri utriusque sexus his ipsis immunitatibus, libertatibus, donis, concessionibus, atque juribus in uno fortè vel pluribus punctis, versiculis, clausulis aut articulis non utantur, tacite vel expressè, sive etiam nostro huic indulto vel privilegio in uno vel pluribus, ipsi contravenerint, vel ab aliis contraveniri permiserint, vel tale quid ratum habuerint, idque semel an pluries & quotiescunque evenerit, ut nihilosecius etiam in illis ipsis articulis,

culis, clauſulis, verſiculis atque punctis (nihil obſtante contrario facto vel conſenſu privilegium hoc ſalvum atque integrum perſtet,) nec tale quidpiam conceſſionibus noſtris quibuscunque quidquam deroget vel derogare putetur, illisque adeo nec decem pluriumve annorum in uſus aut præſcriptio, nec alius quisquam actus privilegio contrarius, impedimento fraudi vel præjudicio eſſe poſſit.

Porrò ut ſæpius nominatus David Dôring, jurium Doctor, gratiam noſtram Cæſaream, quâ ipſum planè ſingulari amplectimur, dilucidius & velut in re præſenti comperiat, & perſentiſcat inque evidentius ſupra memoratorum ipſius promeritorum, rerumque virtute geſtarum teſtimonium, eundem & una filium ipſius primogenitum, qui & ipſe gradum Doctoris jamdum obtinuit, deliberato itidem judicio, exploratoque conſilio, & ex certa ſcientia, in dignitatem ad gradum ſacri noſtri palatii, aulæque Cæſareæ & Imperialis conſiſtorii Comitum cooptamus, evehimus atque conſtituimus, ambosque numero & conſortio cæterorum Comitum Palatinorum adgregamus, inſerimus & coæquamus, idque de Romanæ Imperatoriæ poteſtatis plenitudine ſcienter & tenore præſentium volentes, ſtatuentes, decernentes ut ſupradicti Doctor Dôring & filius ejusdem natu maximus in poſterum univerſis & ſingulis privilegiis exemptionibus, immunitatibus, dignitatibus præeminentiis juribus atque favoribus potiri, gaudere, uti fruique poſſint, ac valeant, quibus cæteri noſtri ſacri Palatii Comites potiuntur, gaudent, utuntur fruuntur conſuetudine, vel de jure, & citra omne impedimentum.

Præterea eidem Davidi Dôring, jurium Doctori, & ut ſupra filio ipſius primogenito, authoritatem noſtram, facultatemque amplam concedimus, qua ambo & ſingulatim uterque noſtra vice & nomine eis, quos fide dignos, habiles atque idoneos exiſtimaverint (ſuper quo conſcientias ipſorum oneramus) Notariatus publici, ſeu tabellionatus, & judicatus ordinarii officium conferre concedere poſſint valeantque ita ut Notarii illi publici, atque authentici tabelliones, ſeu chartularii, & judices ordinarii, per totum Romanum Imperium, perque regna noſtra hæreditaria, principatus & provincias tales reputentur, omnibusve ac ſingulis privilegiis, libertatibus, favoribus, honoribus, & commoditatibus gaudeant, utantur, fruantur, ita officium ſuum, ubilibet locorum, & in omnibus judicialibus & cæteris actibus, contractibus, teſtamentis, ultimis voluntatibus & inquibusvis rebus ac negotiis, ad ipſorum munus ſpectantibus exerceant, atque adminiſtrent, perinde quam alii à Divis noſtris prædeceſſoribus, aut noſtra Imperiali autoritate, erecti & conſtituti Notarii publici, tabelliones, ac judices ordinarii exercent atque adminiſtrant, illiſque utuntur, fruuntur, conſuetudine vel de jure, dummodo tamen prænominatus Doctor David Dôring, & filius ipſius primogenitus, ab ipſis Notariis, quocunque tempore creandis, noſtra ac ſucceſſorum noſtrorum vice, noſtroque ac Sacri Imperii nomine debitum fidelitatis juramentum recipiant, prout officiorum ejuſmodi ratione, illud exigi conveniens eſt, bona fide & abſque dolo malo.

Idem Doctor David Dôring nec non ſupradictus primogenitus ejusdem filius poteſtatem inſuper habeant, quoscunque extra conjunctionem matrimonialem proſeminatos maſculos atque fœminas, nobiles juxta ac ignobiles (principum duntaxat, Comitum & Baronum filiis exceptis) minorennes & ætate provectos, naturales ſive baſtardos, ſpurios, manſeres ſeu adulterinos, nothos atque inceſtuoſos, & ex nefariis, & cum Canonum tum legum jure damnatis commiſtionibus quibuslibet, copulative vel disjunctivè quocunque nomine cenſeantur, ortum trahentes, legitimandi, & ſuper defectu natalium immeritaque genituræ ipſorum nota & infami nota diſpenſandi, hancque penitus abſtergendi abolendi & tollendi ipſoſque ad ſtatum legitimum & jura naturalia reducendi, reſtituendique, ita ut hoc legitimatis & habilitatis illegitima ſua origo neque in judicio, nec extra, non ullo quovis modo in crimen, detrimentum vel fraudem vertatur, objiciatur, aut exprobetur, nec in Eccleſiaſticis vel civilibus vitæ generibus, actibus ſive negotiis ullatenus attendatur, ſed ubique locorum legitimi audiant, habeantur atque recognoſcantur, tum ad capeſſendos omnis generis honores, dignitates, gradus, & ſtatus, functiones, collegia item tribunitia, alioſque honeſtos congreſſus, & opificia nullo penitus excepto tanquam legitimi & legitime nati de domo, familia, & caſata parentum ſuorum, in omnibus provinciis, Comitatibus, diſtrictibus, civitatibus, oppidis, ac ditionibus, admittantur, recipiantur:

tur: iisdemque nec non favoribus, privilegiis, immunitatibus, prærogativis, juribus & consuetudinibus, vasallagiis, feudis atque muneribus obtinendis, suscipiendis & obeundis feudalibus item aliisque quibuslibet judiciis exercendis atque reddendis, in nullo non statu atque negotio habiles sint atque capaces, tum etiam paternis, maternis & gentilitiis nominibus, ordinibus, armis atque insignibus, in quibuscunque honestis ac licitis actibus pro libitu voluntatis uti, atque gaudere, nec non ad hæreditates ex testamento aliisve defunctorum ultimis voluntatibus, donationibus, vel ab intestato adeundas, capiendas, vel participandas, apti atque idonei esse, hisque omnibus in universum aut sigillatim potiri, uti, fruique possint, omni penitus contradictione cessante; Quin etiam ut personæ eo modo legitimatæ omninò in quibusvis Ecclesiasticis, vel civilibus ex ultima voluntate, legato vel alia causa etiam vel ab intestato, & speciatim utriusque parentibus nec non aliis necessitudine junctis, immediatè in feudalibus juxtim ac allodialibus mobilibus & immobilibus bonis succedant, hæcque non secus, atque si ab illis ex legitimo matrimonio suscepti forent, jure hæreditario obtineant, tum ad legata quævis capienda, vel participanda habiles sint, atque capaces, non obstantibus ullis scriptis, vel non scriptis juribus, communibus, feudalibus, provincialibus vel municipalibus constitutionibus, locorumve statutis aut institutis, ordinationibus, consuetudinibus, & privilegiis contrafacientibus, aut in contrarium interpretandis, vel allegandis, quibus hac in parte totaliter derogatum volumus, absque tamen judicio legitimæ hæredibus legitimis & naturalibus in linea superiori ac inferiori debitæ. Nec minus idem David Dôring, itidemque filius natu maximus, illos ut supra, illegitimè natos, vel in omnibus modò enumeratis juribus, vel in aliquibus duntaxat arbitratu suo, & prout visum fuerit, legitimos, atque capaces esse jubere, jus & facultatem habebunt.

Similiter supradicto David Dôring jurium Doctori, nec non filio ejusdem primogenito, autoritatem & facultatem plenariam damus atque concedimus, qua possint & valeant, quoscunque tutores & curatores ab aliis optatos, datos atque constitutos, confirmare, vel etiam ipsimet dare & constituere, eosdemque emergentibus legitimis causis removere, nec non uniones prolium cum causæ cognitione confirmare, filios filiasque adoptare, & arrogare, tum adoptiones, & arrogationes ab aliis factas approbare & corroborare, insuper adoptivos & arrogatos aliosque legitime natos, & legitimatos emancipare; Servos quoque manumittere, minoribus, & qui rebus suis superesse nequeunt, veniam ætatis atque defectus concedere, ipsorumque minorum atque eis similium, uti etiam horundem tutorum & curatorum, contractus, alienationes, & transactiones confirmare, iisdemque, nec non generatim in aliis omnibus, quæ jurisdictionis sunt, autoritatem atque decretum interponere, sed & eadem infirmare ac revocare, cum infamibus, in quamcunque ignominiam, sive infamiam juris aut facti inciderint, vel incidere potuerint, dispensare, ipsosque nota atque dehonestamento omni abolito & obliterato, in pristinum statum reponere, attollere & restituere, ita ut à facta hac restitutione, ad honores, dignitates, functiones, expeditiones, actus & negotia quælibet admittantur, eademque pro usu ac libitu suo obeant exerceantque, tum ad omnia hæc perinde, ac si in nullam unquam incidissent infamiam, apti atque idonei habeantur, omni penitus impedimento cessante.

De cætero eidem Doctori Davidi Dôring & ut supra primogenito ipsius filio amplam insuper potestatem Cæsarea nostra autoritate elargimur, ut ambo & uterque seorsim in facultatibus heri expressis, puta Juridica & Medica, Doctores & Licentiatos, nec non artium liberalium Magistros, & Baccalaureos, tum poëtas laureatos facere & constituere possint, adhibitis tamen, in unoquolibet actu Doctoris, vel Licentiati creandi, trinis ad minus ejusdem facultatis Doctoribus, qui creandos ejusmodi Doctores, Licentiatos, prius debito modo examinatos, gradui sustinendo, atque tuendo sufficientes & idoneos dijudicent, atque declarent, utque hoc ita reperto, ac satis perspecto eosdem Doctores vel Licentiatos creare, creatisque solemnia ornamenta atque insignia doctoralia nostra vice ac nomine, conferre valeant. Qui quidem Doctoratus, & Licentiæ itidemque Magisterii, Baccalaureatus, & Laureæ Poëticæ titulo ac dignitate à modo nominatis Dôringiis, patre & filio, modo præfinito decorati, atque donati, liberam porrò facultatem habeant in omnibus universitatibus, docendi, legendi, disputandi, consulendi, & cæteros id genus actus quoscunque exercendi, nec

non

non gaudendi utendique omnibus favoribus, immunitatibus, præeminentiis, juribus, indultis, & consuetudinibus, quam cæteri in Academia Parisiensi, Bononiensi, Patavienſi, Perusina, Pisana, Lovanienſi, Viennenſi, Ingolstadienſi, Pragenſi, Lipsiensi, Vitebergenſi, Herbipolenſi, Marpurgenſi, & Argentoratenſi & aliis Studiorum Universitatibus, legitime promoti ac creati Doctores, Licentiati, Magistri, Baccalaurei vel Poëtæ obtinent atque exercent, consuetudine vel de jure, omni penitus contradictione cessante.

Exinde sæpius laudato Davidi Dôring jurium Doctori, & ut supra filio ejusdem natu majori, speciale hoc indultum ac privilegium cum Cæsarea nostra autoritate, & ampla facultate, tributum ac irrogatum cupimus, ut hominibus honestis atque spectatis, si quos dignos existimaverint, id quod ex ipsorum judicio & arbitrario dependere volumus, idonea & convenientia qualitati personæ signa, vel etiam arma atque insignia, cum clypeo & galea clausa, dare atque concedere eosdem cum insignium, tum vasallagiorum capaces efficere & constituere possint; ita quidem ut à prænominatis Dôringiis, modo supradicto, signis, armis, sive insignibus clypeatis, galeatisque decorati atque donati, nec non eorundem liberi, hæredes, & legitime descendentes, utriusque sexus, perpetuis futuris temporibus, illa usurpent ac gestent, usque in omnibus ac singulis honestis, decentibusque actibus negotiis & expeditionibus, seriis & ludicris, in bellis, duellis, pugnis, oppugnationibus, dimicationibus, hastiludiis, vexillis, tentoriis, signetis, sigillis, cimeliis, sepulchris, picturis & aliis ubilibet locorum atque terrarum pro dignitate, necessitate ac voluntate utantur, & ad universos ac singulos faventes immunitates, honores, dignitates, prærogativas, jura & privilegia in muneribus, & feudis Ecclesiasticis & civilibus obtinendis sustinendisque, juxta cum aliis per Sacrum Romanum Imperium, & hæreditaria nostra regna, Principatus & Provincias, feudorum atque insignium capacibus, tum in feudalibus aliisque quibusvis judiciis exercendis, atque reddendis habiles, capaces atque idonei habeantur, hisque omnibus ac singulis in Ecclesiasticis civilibusque rebus vitæque generibus, gaudeant, utantur, fruantur, consuetudine vel de jure, omni penitus impedimento cessante, dummodo tamen prænominati Dôringii pater & filius accuratè dispiciant, ne vigore Cæsarei hujus beneficii, concessionis seu privilegii, Imperialem nostram Regiamque aquilam, neque hæreditariorum nostrorum Regnorum, ditionumque nec avita quorumvis Comitum, sive Baronum arma vel insignia, nec galeam cancellatam, sive apertam, cuiquam aut quibusquam cujuscunque conditionis fuerint, nec unam pluresque coronas regias in galea sive alibi elargiantur: id quod ex Romanæ Imperatoriæ potestatis plenitudine expressim nobis volumus reservatum.

Quod superest, universis ac singulis Electoribus, Principibus Ecclesiasticis & sæcularibus, Prælatis, Comitibus, Baronibus, Dominis, Equitibus, Militibus, Vicariis, Marescalcis, Capitaneis Provincialibus, Nomarchis, Capitaneis, Vicedominis, Præsidibus, Officialibus, Judicibus Provincialibus & aulicis, liberis, scabinis, judicibus centenariis seu criminalibus liberorum judiciorum comitibus, causarum disceptatoribus, Scultetis, Consulibus, Prætoribus, Consiliariis, insignium exploratoribus, accensis sive heraldis, Persevantibus, civibus, communitatibus ac omnibus nostris & Sacri Romanorum Imperii, nec non hæreditariorum nostrorum Regnorum, Principatuum ac Provinciarum, subjectis ac fidelibus, cujuscunque dignitatis, status, aut conditionis fuerint, severè ac firmiter hoc diplomate mandamus atque injungimus, ut sæpius nominatum Davidem Dôring, jurium Doctorem, ejusdem filium natu maximum, hisce in ipsos collatis Palatinatibus, rebusque pertinentibus quietè gaudere, iisdem in omni suo tenore, verbis, clausulis, capitibus, sententiis, ac periodis, uti, fruique patiantur, dum eundem, ipsiusque liberos, ac descendentes legitimos utriusque sexus, omnibus de hinc temporibus æque ac alios nostros, & Sacri Imperii, nostrorumque hæreditariorum Regnorum, Principatuum ac provinciarum, viros nobiles, tornearios ac militares armigeros, in omnibus singulisque Ecclesiasticis ac civilibus statibus, Collegiis ac rebus, modo suprascripto recipiant, reputent, dignentur, ac venerentur, nec in commemoratis nostris Cæsareis indultis, immunitatibus, privilegiis, honoribus, dignitatibus, prærogativis, juribus, commoditatibus

tatibus, consuetudinibus, consortiis, sodalitiis, nec non ipsa evectione in statum, ac gradum nobilitatis, itemque superius descriptis armis atque insignibus ullatenus impediant, aut interpellent, sed iisdem in omnibus ac singulis honestis, decentibusque, nobilibus atque equestribus, rebus, actibus & negotiis, judicialibus & extrajudicialibus, quietè & citra ullam remoram iisdem uti & frui, eademque totaliter retinere permittant, nec in contrarium quidquam attentantes, nec ab aliis attentari concedentes, ullo modo & via, nisi incurrere velint nostram & Imperii graviſſimam indignationem & animadversionem, ac mulctam insuper sexaginta marcarum auri puri, toties quoties à quoquam ausu temerario contraventum fuerit, pro dimidio Imperiali fisco seu Ærario nostro, reliqua verò parte sæpius nominato Dôring, ejusdemque liberis, & ab eo legitime descendentibus, irremisibiliter applicandam sive præstandam, salvis tamen aliorum consimilia fortè arma usurpantium juribus atque insignibus. In quorum omnium fidem & evidentiam litteras has proposuimus, appensione Cæsarei nostri Sigilli munitas, datasque in nostra & Sacri Imperii civitate Ratisbona, vigesimo septimo die Mensis Septembris, Anno à Christi Domini & Salvatoris nostri glorioſissima nativitate, Milleſimo Sexcenteſimo trigesimo. Imperii nostri duodecimo, Regni Hungarici decimo tertio, Bohemici decimo quarto.

Ferdinand.

Vid.

P. H. von Stralendorff.

Ad Mandatum S. Cæs. Majestatis proprium.

Arnold à Clarstein.

Wir Ferdinand der Ander/ von Gottes Gnaden/ Erwöhl- Brotbekiis.
ter Römischer Kayser/ zu allen zeiten Mehrer deß Reichs / in Germanien/ zu Hungarn/ Böheim/ Dalmatien/ Croatien und Sclavonien König. Ertzhertzog zu Oesterreich/ Hertzog zu Burgund/ zu Brabant / zu Steyr/ zu Kärndten/ zu Crain/ zu Lützenburg/ zu Würtenberg/ Ober und Nieder-Schlesien/ Fürst zu Schwaben/ Marggraff deß H. Römischen Reichs/ zu Burgau/ zu Mähren/ ober und nieder Laußnitz/ Gefürster Graff zu Habsburg/ zu Tyrol/ zu Pfirt/ zu Kyburg und zu Görtz/ Landgraff im Elsaß/ Herr in der Windischen Marck/ zu Portenau und zu Salins/ ꝛc.

BEkennen offentlich mit diesem brieff / und thun kund allermänniglich/ wiewol wir auß Röm. Kayſ. höhe und würdigkeit / darinnen uns der Allmächtige nach seinem Göttlichen willen gesetzt hat/ auch angeborner güte und mildigkeit/ allezeit geneigt sind / aller und jeder unserer und deß H. Reichs unterthanen und getreuen/ ehr/ nutz/ auffnehmen/ und bestes zu betrachten und zu befördern/ so wird doch unser Kayserl. gemüth/ billich mehr bewegt / denen unser gnad und sanfftmütigkeit mitzutheilen/ auch ihren nahmen und Stammen / in höhere ehre und würde zuerheben / auch mit sondern unsern Kayſ. gnaden und freyheiten zu versehen / deren voreltern / und sie selbst in ehrlichem stand und wesen/ auch in unsern und deß H. Reichs diensten herkommen/ und beyneben vor andern mit guten Adelichen sitten und tugenden auch sunderer vernunfft und verstand begabet seyen. Wann wir dann gnädiglich angesehen / wahrgenommen und betrachtet/ die erbarkeit / redlichkeit / auch adeliche sitten / gute tugenden und vernunfft / damit unsere und deß Reichs liebe getreue / Johann Conrad / Johann Georg / und Johann Brotbeck / gebrüder und vettern/ vor uns berühmt worden/ auch die angenehm / getreu / gehorsam / willige

und unverdrossene dienst/ so nicht allein ihre Vor-Eltern unseren hochgeehrten Vorfahren/ Römischen Kayserrn und Königen am Reich/ insonderheit seines Johann Conraden Vatter Johann Brotbeck / weyland unserm geliebten Herrn Vattern und Vettern Kayser Rudolffen Christmildigster gedächtnuß in vielen unterschiedlichen wichtigen verrichtungen und Commissionen / viel lange Jahr zu deß heiligen Römischen Reichs sonderbaren nutzen / bevorab/ in auffricht- und fortführung etlicher regimenter / wider den erbfeind den Türcken/ zu seinem unsterblichen Ruhm erwiesen / dessen fußstapffen er nicht weniger neben obgedacht seinem bruder und vettern / rühmlichen nachgefolget/ in solcher treu und standhafftigkeit zu verharren / und darinnen zu continuiren/ sich unterthänigst anerbietig machen/ auch wol thun können/ mögen und sollen.

So haben wir demnach mit wolbedachtem muth/ gutem rath und rechtem wissen / bemeldte Johann Conrad / Johann Georgen/ und Johann Brotbecken/ gebrüder und vettern / die besondere gnad gethan / und freyheit gegeben/ und sie/ ihre eheliche leibs-erben und deroselben erbens-erben/ mann und frauen-personen / in ewigkeit in den stand und grad des adels/ unserer und deß heiligen Reichs / auch unserer erblichen Königreich / Fürstenthumb und landen / recht edelgebohren / Rittermässigen lehen-und thurniers-genoß-leuten erhebt / darzu gewürdiget / geschöpfft / geadelt / und sie der schaar gemeinschafft und gesellschafft deß adels / zugefügt und verglichen / allermassen und gestalt/ als ob sie von ihren vier ahnen/ vatter/ mutter/ und geschlechten / beyderseits recht edelgebohren / Rittermässige lehen- und thurniers-genoßleute wären. Und zu noch mehrerem gezeugnuß und gedächtnuß solcher unserer gnaden und erhebung in den stand und grad deß Adels / haben wir ihnen / ihr der Brotbeckischen / nach dem weyland unserm geliebten Anherren/ Kayser Ferdinand dem Ersten/ erlangtes/ und neben demselben von unterschiedlichen uns in glaubwürdigen gezeugnussen vorbrachten / und in kirchen/ gebäuen befundenen Epitaphiis und Monumenten geführtes wappen/ nachfolgender gestalt unirt, vermehrt und gebessert. Als nemlichen ein quartirter schild / dessen hinter unter oder blau Lasur-farb / in dem grund ein grün dreygebühlter berg / darauff die gestalt einer biß auff die mitte nacketen weibspersohn / ohne arm / mit zurück fliegenden gelben langen haaren / auff dem kopff ein doppelter grüner lorbeerkrantz ; ober vorter in mitte nach langs in zween gleiche theil also abgetheilet / daß der hinter blau/ und vorter theil gelb oder goldfarb / im grund desselben / ein dreyfacher nach des schilds farben abgetheilter berg oder bühel / als im blauen hintern gelb / und vorteren gelben theil blau / auß der mitte deß bergs / übersich nach der lini ermelter abtheilung deß schilds / in die höhe gehend / ein weiß oder silberfarber wecke mit vier ecken / in jedwederem obern eck / als im hintern ein gelber / und vortern ein blauer sechs ecketer sterne ; der vorther unter in mitte überzwerch also abgetheilt / daß der unter schwartz ober roth / darinnen einwerts auffrecht ein bäer / dessen hindertheil im schwartzen roth/ und vorther theil im rothen schwartz / in seinen beeden tatzen / ein viereckigen gespitzten gelben wecken haltend ; hinter ober veldung aber / der länge nach in zwey gleiche theil abgetheilet / daß der hinter schwartz vorter gelb / in mitte hinauff die gestalt eines jünglings erscheint/ mit blossem haubt/ krausen braunen haaren/ und angethanem leibrock / in zwey theil der länge nach abgetheilt / daß ein theil im schwartzen gelb / vorther schwartz / in seiner rechten hand übersich ein weiß viereckeken wecken haltend. Auff dem schild/ ein frey offener Adelicher thurniers-helm/ und darob einer goldfarben königlichen kron gezieret / zur lincken mit roth / gelb / schwartz und weiß/ rechter seiten aber / mit blau / gelb / roth und schwartzer helmdecken / darauß erscheint zwischen zweyen in mitte überzwerch abgetheilten püffelshörnern / deren das hinter unter schwartz / vorther oder gelb / ober hinter roth/ und vorther unter theil blau / abermahls ein weiß oder silberfarber weck / wie unten im schild. Alsdann solch Adelich wapen und kleinot/ in mitten diß unsers Kayſ. brieffs gemahlet/ und mit farben

eigen-

eigentlicher außgestrichen ist / und ihnen den Brotbecken / ihren ehelichen leibs-erben und deroselben erbens-erben/mann und weibspersonen/hinfüro ewiglich also zu führen uñ zu gebrauchen gegönnt und erlaubt. Erheben/würdigen und setzen sie in den stand und grad des Adels/ adlen/ gesellen und fügen sie zu der schaar/ gesellschafft und gemeinschafft / unser und deß H. Reichs auch anderer unserer Erbkönigreich/ Fürstenthum und lande/ recht adelgebohren/ lehens/ thurniers-genoß und Rittermässigen Edelleuten / gönnen und erlauben ihnen solches also zu haben und zugebrauchen. Alles auß Kayſ. Macht und vollkommenheit/ wissentlich in krafft dieses brieffs/ und meynen/ setzen und wollen/ daß nun hinfüro offt ernennte Johann Conrad / Johann Georg und Johann Brotbecken/ gebrüder und vettern/ ihre eheliche leibs-erben/ und deroselben erbens-erben/ mann und weibspersonen/ für und für in ewig zeit recht gebohrne lehens/ thurniers-genoß und Rittermässige edelleut seyn/ geheissen/ und von männiglichen an allen orten und enden/in allen und jeglichen händeln/geschäfften und sachen/geistlichen und weltlichen also gehalten/geehrt/ genennt/ erkennt/ geacht und geschrieben werden/auch darzu all und jeglich gnad/ehr/würde/freyheit/ vortheil/recht/ gerechtigkeit / alt herkommen und gut gewohnheit / deren sich der adel von alters hero gebraucht/und hinfüro gebrauchen möchte/haben/ mit beneficien auf Thumstifften/ hohen und nidern Aemtern und lehen/ geist- und weltlichen anzunehmen/ zu empfahen / zu haben und zu tragen / mit andern unsern und deß Heil. Reichs/ auch unser erblichen Königreich / Fürstenthum und lande/ recht gebornen lehens-thurniers-genoß / und Rittermässigen Edelleuten / in allen und jeglich thurnir zu reiten/ zu thurnieren/ mit ihnen lehen und all ander gericht und recht zu besitzen/ urthel zu schöpffen und recht zu sprechen / auch der und aller anderer adelicher sachen/ handlungen/ und geschäfften/ inner und ausserhalb gerichts/ theilhafftig/ würdig/ empfänglich und darzu tauglich/ schicklich und gut seyn/ und sich deß alles zu samt obgeschriebenen Adelichen wapen und kleinot / in allen und jeden ehrlichen/ redlichen/ Adelichen/ Ritterlichen sachen und geschäfften / zu schimpff und zu ernst/ in stürmen/ streiten/ kämpffen/ thurnieren/ gestechen/ gefechten/ Ritterspielen/ feldzügen/ pannieren/ gezelten/ auffschlag/ insigeln/ petschafften/ kleinoten/ begräbnüssen/ gemälden/ und sonst an allen orten und enden/ nach ihren ehren/ notturfft/ willen und wolgefallen gebrauchen sollen und mögen/ als andere unsere und deß H. Reichs/auch unserer Erbkönigreich/ Fürstenthum und lande/ recht adelgebohrnen/ lehens/ thurniers-genoß und Rittermässige Edelleut/ solches alles haben/ sich dessen gebrauchen und geniessen von recht oder gewohnheit.

Weiter thun und geben wir vorermelten Brotbecken / gebrüdern und vettern/ auch diese besondere Kayſ. gnad und freyheit / also daß sie/ ihre eheliche haußfrauen/ ihre eheliche leibs-erben und deroselben erbens-erben und nachkommen/ auch ihre diener/ haußgesind/ lehenmann/ leibeigene/ hindersassen/ unterthanen und zugehörige/ und alle diejenige/ so ihnen zuversprechen stehen/ deßgleichen auch alle ihre haab und güter/ ligend und fahrend/ so sie jetzo haben/ oder ins künfftig mit rechtmässigem titul überkommen / wo und an welchen enden die gelegen oder gesessen seynd/umb keinerley sachen/ spruch oder anforderung willen/ es treffe an ehr/leib/haab oder güter/weder für unser und des Heil. Reichs hoffgericht zu Rothweil/ noch einig land Westphälisch oder ander frembde gericht/nicht für geheischen/ geladen/ noch daselbst beklagt/ oder weder sie/ihr leib / haab und güter/ gericht/ gerecht/ geurtheilet/procediret, geacht noch in andre weg verfahren werden sollen/ in keinerley weise/ sondern wer zu ihnen gemeiniglich oder ihr einem insonderheit/ oder zu mehreren sprüch/ klag und forderung hätte / oder zu haben vermeynte / oder gewinne / wer der oder warumb das wäre / niemand noch nichts außgenommen/ daß alsdann der oder dieselben/ des recht gegen ernannten Brotbecken/ ihren ehewürtin/ und ihrer allerseits ehelichen leibs-erben/ und nachkommen/wie obstehet/deßgleichen gegen ihren haab und gütern/ligenden und fahrenden/ ohne alles mittel/ allein vor uns als Regierenden Röm. Kayſern/ und Ertzhertzogen zu Oesterreich und unser nachkoñen/ oder vor unser und derselben unserer nachkommen/ Hof oder Cammergerichten/ und regierungen oder den

Obrigkeiten/ darinnen sie zu einer jeden zeit mit ihrem heimwesen wohnen werden/ und dann gegen ihren dienern/ lehenmannen/ eigen leuten/ und deroselben hab und gütern/ allein vor ihnen den Brotbecken oder ihren ehelichen leibserben/ und derselben erbens-erben/ an orten und enden da sie gerichtszwang haben/ wo nicht in denen gerichten/ darinnen sie gesessen und gehörig/ und die güter gelegen/ suchen/ und sonst nindert anderst/ wo dahin sie auch ein jeder richter/ auch mehrgemelter Brotbecken oder ihrer erben und derselben erbens-erben und nachkommen/ abforden/ zurecht weisen sollen/ es wäre dann sach/ daß den klägern auff ihr ansuchen/ das recht an den berührten orten wissentlich versagt/ oder gefährlich verzogen würde/ in welchem fall der oder dieselben alsdann das recht gegen ihnen suchen mögen/ an den enden und gerichten/ da ihnen das füglich ist/ und sich solches gebühret.

Wo aber darüber mehrgedachte Brotbecken/ Ihre ehliche haußfrauen/ Ihrer allerseits eheliche leibs-erben und derselben erbes-erben/ Mann und Weibspersonen/ ihre diener/ lehenmann/ eigenleute/ hindersassen und unterthanen durch jemands/ wer derselbig sein möchte oder würde/ an einig unser und deß H. Reichs Hoffgericht zu Rotweil Land- oder Westfalisch oder in ander gericht/ dann hierinnen begriffen ist/ geheischen/ geladen/ daselbst beklagt/ oder wider sie/ ihre ehre/ leib/ haab oder güter gericht/ geacht/ geurtheilet oder procediret würde/ in was schein oder wie das wäre/ das alles und jedes soll gantz krafftloß/ nichtig/ unbindig und untauglich/ und den zugeladenen/ an ihre ehr/ leib/ haab und gütern/ auch ihnen den Brotbecken/ ihren haußfrauen und ehelichen leibs-erben/ und derselben erbens-erben/ mann und weibspersonen/ an dieser unser freyheit unvergriffen und unschädlich seyn/ wie wir auch wo jetzt gehörter massen dawider gehandelt und procedirt wird/ jetzt alsdann und dann als jetzt/ aus Röm. Kayserl. Macht vollkommenheit/ gantz und gar auffheben/ vernichten/ cassiren und abthun/ in krafft dieses brieffs. Doch die sachen und fäll/ so in weyland unsers geliebten Herrn Vatters Kayſ. Maximiliani deß Andern/ erneuerten hoffgerichtsordnung zu Rotweil unter dem 5. titul deß 2. theils außtruckenlich begriffen seynd außgenommen.

Ferner thun und geben wir ermelten Johann Conrad/ Joh. Georgen und Johann Brotbecken gebrüdern und vettern/ so wol auch ihren ehelichen leibserben und deroselben erbens-erben/ aus Röm. Kayſ. Königlicher und Landsfürstlicher Macht/ vollkommenheit/ wissentlich in krafft dieses brieffs/ diese besondere gnad und freyheit/ also wo es sich Ihrer gelegenheit nach/ über kurtz oder lang zutrüge/ daß sie sich im H. Reich/ desselben oder auch andern unsern Erbkönigreich/ Fürstenthumen und landen/ in stätten/ märckten/ oder flecken niderthun/ und mit haußhäblicher wohnung und eigenen rauch darinnen bleiben würden oder wolten/ daß sie alsdann so offt und wenn sie gelüst/ mit samt ihren haußfrau/ kindern/ dienern und haußgesind/ zugehörig und verwandten/ so ihnen oder den ihrigen zuversprechen stehen/ ihren pfenning zehren/ und aller bürgerlichen/ als nemlichen burgermeisters/ Raths/ gerichts und in gemein aller und jeglicher ämter *exemt*, auch sonst aller aufflag/ als jährlicher burgersteur/ ungelts/ wacht/ gewerb vormundpfleg oder gerhabschafften/ losung und raiß durch sich selbst oder andere/ auch andern dergleichen ämter beschwerung und auflagen/ wie die nahmen haben können/ oder mögen/ auch wo sie selbst wohnen/ einig stuben/ zunfft/ oder andere dergleichen gesellschafft/ nach ihren gefällen anzunehmen und zugebrauchen/ und wiederumb so ihnen das geliebt und gelegen ist/ ohne allen entgeltnuß auffzusagen/ und darauß zu ziehen. Es wäre dann sach/ daß sie ligende güter in solchen stätten/ märckten und flecken erkauffen/ oder an sich bringen/ die in die bürgerliche mitleidung gehören würden/ davon sollen sie mit steur und in andere weg/ neben derselben burgerschafft/ gebürliches mitleiden tragen/ auch wegen solcher bürgerlicher güter/ wo dieselben außsprüchig würden/ an denselben orten recht nehmen und geben/ aber sonst sollen sie von wegen derselben burgerlichen güter/ wider ihren willen burger zu werden/ oder burgerliche pflicht zuthun nicht schuldig seyn: sie sollen und mögen auch auß denselben stätten/ märckten/ flecken/ so offt und wann sie verlust/ mit allem deme so ihnen zugehört/ an andere ort unbeläſtigt

läſtigt und unbeſchwert derſelben obrigkeit ziehen / und für den ein und abzug gantz keine ſteur oder nachſteur / weder von ihrem paarſchafften ligend noch ſonſten von allen andern ihren fahrenden hab / gütern und zinſen / wie die genennt werden / und an welchen orten ſie gelegen ſein möchten / zu bezahlen / nicht ſchuldig ſeyn. Deßgleichen ſollen und mögen ſie auch ihrer gelegenheit nach / an ort und enden / von dannen ſie gezogen / wiederum ziehen / und ſich daſelbſt hinwieder thun / und alsdann die vor und nachberührten freyheiten und exemtionen nicht deſto weniger ferner haben / und ſich dero gebrauchen. Uber diß thun und geben wir ermeldten Brotbecken / gebrüder und vettern / noch dazu dieſe beſondere gnad und freyheit / alſo und dergeſtalt / daß ſie / ihre ehrliche leibs-erben und derſelben erbens-erben manns und weibsperſonen / nun hinführo ewiglich in allen und jeglichen ihren beſiglungen oder pettſchafften / groſſen und klein / ofnen und beſchloſſenen brieffen und ſchrifften / ſo von ihnen mit ihren anhangenden oder auffgetruken insigeln und pettſchafften bekräfftiget / und was ſachen oder wie das wäre / gegen uns und ſonſt jedermänniglichen / was würden / ſtand oder weſens ſie ſeynd / ein roth wachs gebrauchen / und damit ihrer nothdurfft und gelegenheit nach beſigeln und pettſchafften ſollen und mögen.

Und damit viel gedachte Joh. Conrad / Joh. Georg und Joh. Brotbecken gebrüder und vettern / ihre ehrliche leibs-erben und derſelben erbens-erben / bey obgeſchriebenen unſern freyheiten auch ſonſt bey fried und ruhe umb ſo viel deſto ruhiger und ohn angefochten verbleiben mögen / ſo haben wir ſie ſamt ihren haußfrauen auch allen ihren erben und derſelben erbens-erben / dienern / haußgeſind / unterthanen / zugehörigen und verwandten / ſamt allen denen / ſo ihnen jederzeit zuverſprechen ſehen / auch ihr aller haab und güter / die ſie jetzo haben oder künftig mit rechtmäſſigem titul überkommen / genieſſen und beſitzen / ſo viel derer immer ſeyn / ligend und fahrend / nichts ausgenommen / wo und an welchem ort die gelegen ſind / in unſern und des H. Reichs / auch unſers löbl. Hauſes Oeſterreich / beſondere gnad / verſpruch / ſchutz und ſchirm aufgenommen und empfangen / und ihnen darzu unſer und des H. Reichs frey geſtrack ſicherheit und geleit für gewalt zurecht gnädiglichen mitgetheilet und gegeben. Thun daß hiemit wiſſentlich / in krafft diß brieffs: alſo daß ſie und die ihren / ſamt ihrer aller haab und güter wie obſtehet / in unſern und deß Reichs auch unſers Hauſes Oeſterreich beſundere gnad / verſpruch / ſchutz / ſchirm und geleit ſeyn / auch alle und jegliche gnad / freyheit / vortheil / recht / ehr / würde / gerechtigkeit und gut gewohnheit haben / ſich deren freuen / gebrauchen und darauff allenthalben im H. Reich deſſelben zugethanen / auch unſern erblichen Königreich / Fürſtenthumben und landen / ihrer nothturfft und Gelegenheit nach / frey ſicher / unverhindert wohnen / ein- und außziehen / handeln und wandeln / dazu in kriegsempörungen / und anderer zeiten / jedesmahls ihrer notturft / gefallen / und gelegenheit nach / unſern und deß H. Reichs Kayſ. und Königl. Adler / deßgleichen unſerer Erbkönigreich / Fürſtenthum und landen wappen / an allen ihren wohnungen / haab und gütern zu einem freyen / ſichern ſchutz und Salvaguardia mahlen / an oder auffſchlagen und hernach wiederumb abthun und wegnehmen laſſen mögen und ſollen / als andere ſo in unſern und deß H. Reichs verſpruch / ſchutz / ſchirm und geleit ſeyn / ſolches alles haben / ſich deſſen freuen / gebrauchen und genieſſen / von recht oder gewohnheit von allermänniglichen ohnverhindert / doch ſollen ſie ſonſten einem jeden umb ſeinen ſpruch und forderung an gebührenden orten und enden / rechtens ſtatt thun / und deme nicht vor ſeyn. Und gebieten darauff allen und jeden Churfürſten / Fürſten / geiſtlichen und weltlichen / Prälaten / Grafen / Freyherrn / Rittern / knechten / landmarſchalcken / landhauptleuten / landvögten / hauptleuten / vicedommen / vögten / pflegern / verweſern / ambtleuten / landrichtern / ſchultheiſſen / burgermeiſtern / richtern / räthen / kundiger der wapen / Ehrnholden / Perſevanten / burgern / gemeinden / und ſonſt allen andern unſern und deß Reichs / auch unſer Erbkönigreich / Fürſtenthum und landen / unterthanen / und getreuen / was würden / ſtands oder weſens die ſeyn / ernſtlich und veſtiglich mit dieſem brieff / und wollen daß offternante Joh. Conrad / Joh. Georg und Johann Brotbecken gebrüder und vettern / ihre leibs-erben und deroſelben erbens-erben / mann und weibsperſo-

nen für und für in ewigkeit / für unsere und des H. Reichs rechtgebohrne lehens/ thurniers-genoß und Rittermässige Edelleut / in allen und jeglichen geistlichen und weltlichen ständen/stifften und sachen/ wie vorstehet/annehmen/ halten/zulassen/ würdigen und ehren / und an den oberzehlten unsern Kayſ. gnaden / begabungen/freyheiten/ privilegien/ ehren/ würden/ vortheilen/ rechten/gerechtigkeiten/gewohnheiten / gesellschafften/ gemeinschafften / und erhebung in den stand und grad deß adels / wie auch obberührt verbessert adelich wapen und kleinot nicht hindern noch irren/ sondern sie derer aller und jeder in allen und jeglichen sachen und handlungen / inner und ausserhalb gerichts ruhig und ohne irrung freuen/ gebrauchen/ geniessen und gäntzlichen dabey bleiben lassen/ und darwider nicht thun/noch solches jemands andern zuthun gestatten/in kein weiß/als lieb einem jeden seyn / unser und deß Reichs schwere ungnad und straff / dazu ein pön nemlich funfftzig marck lötigs golds zuvermeiden / die ein jeder so offt er freventlich darwider thäte/ uns halb in unser und deß Reichs cammer / und den andern halben theil/ vielgedachten Brotbecken/ ihren Erben und nachkommen/ so hierüber beleidiget werden/unnachläßlich zu bezahlen verfallen seyn sollen/doch andern die vielleicht das obgeschriebene Adeliche wapen gleich führten / an ihren wapen und rechten unvergreifflich und unschädlich. Mit urkund dieses briefs besigelt/ mit unserm Kayſ. anhangenden Insigel. Geben in unser Statt Wien/den 25. Monats Augusti/ nach Christi unsers lieben HErrn und seligmachers gnadenreichen geburt 1627. unserer Reich/ deß Römischen im 8. deß Ungarischen im 10. und deß Böhmischen im 11. Jahr.

Ferdinand.

Otto Nostitz Frh.

Ad Mand. Sac. Cæſ. Maj. proprium.

M. Arnoldin von Clarstein.

CAP II.

DE INSIGINIUM ORGINE.

1. *Capitis argumentum.*
2. *De origine insignium difficultas.*
3. *An ex natura? Notæ gentilitiæ.*
4. *An ante diluvium & mox post diluvium?*
5. *An ex Israeliticarum tribuum hieroglyphicis?*
6. *Quid in his desideretur?*
7. *Davidi tributus clypeus. Iudaicæ genti.*
8. *An ex heroicis temporibus? An ab Assyriis?*
9. *An ab Aegyptiis, Pictis, Caribus, Trojanis?*
10. *An à Græcis?*
11. *An à Romanis?*
12. *An ab antiquis heroibus?*
13. *An à bellis Christianorum adv. Mauros? an ab Italis, Longobardis?*
14. *An à Carolo M. vel Henrico aucupe?*
15. *Vel Friderico I.*
16. *Vel ex transmarinis expeditionibus?*
17. *Origo non simultanea.*
18. *Symbola hieroglyphica veterum populorum.*
19. *Non constanter servata.*
20. *Signa militaria Romanorum.*
21. *Βδέιυγμα τῆς ἐρημώσεως. Matth. 24, 15.*
22. *Vexilla. flammula. Labarum.*
23. *Stendardum.*
24. *Scutis impressæ imagines. Veterum δείγματα varia*
25. *Cohortum signa.*
26. *Romanorum mores.*
27. *Sigillorum imagines.*
28. *Nummorum.*
29. *Differentia veterum signorum & hodiernorum insignium.*
30. *Illa non familiarum notæ.*
31. *Aliquando tamen ad posteros transmissa.*
32. *Plures differentiæ.*
33. *Sententiæ Menestrierii, Labourerii, Gelenii. Welseri.*
34. *Spelmanni assumta.*
35. *Ex ultramarinis expeditionibus usus.*
36. *Menestrierii sententia ad Philippi Augusti regnum referentis insignia.*
37. *Modi acquirendi insignia. Inprimis Donatio. Successio.*
38. *Quæ in pœnam dentur?*
39. *Rationes insignium. Præmium virtutis & rei gestæ memoria.*
40. *Insignia ex spoliis victorum hostium.*
41. *Cum allusione ad certas circumstantias.*
42. *Memoria originis.*
43. *Exempla recentia. Corvinorum.*
44. *Ex officiis deducta.*
45. *Memoria eventuum vel casuum singularium.*
46. *Insignium figuræ ex iis quæ in provincia frequentia.*

47. Es

47. *Ex religione assumta.*
48. *Ex conjugiis.*
49. *Ex paronomasiâ.*
50. *Concessio principum.*
51. *Exempla concessarum aquilarum.*
52. *Concessio figuræ affinis vel particulæ.*
53. *Testimonium subjectionis ex insignibus.*
54. *Poeta vetus de originibus figurarum.*
55. *Mutationes insignium.*
56. *Sylv. Petrasancta de origine imaginum tesserariarum. c. 4 An tesseræ gentilitiæ originem habuerint ex veterum imaginibus? c. 5. An originem habuerint ex Augusti regia & Romanis castris? c. 6. De veteri usu colorum in vestibus, præsertim domi s. in urbano cultu. c. 7. De colorum usu in ludis Circensibus. c. 8. De colorum usu in bellicis oxpeditionibus. c. 9. An ex Circensium agmine discolori originem habuerint tesseræ gentilitiæ? c. 10. Ex vestium ornatu petita origo gentilium tesserarum c. 11. Superatur difficultas, quæ videtur oriri posse ex metalli usu in pictura tesseræ gentilitiæ. c. 12. Confirmatur potius eadem sententia ex ipso usu auri argentique in apparatu rei tesserariæ. c. 13. Adferuntur quædam adhuc verosimilia, quæ svadent originem eandem gentilium tesserarum.*
57. *Ægidii Gelenii sententia.*

§. I.

Capitis argumentum

DUo hoc capite agenda nobis sunt, ut 1. in genere investigemus insignium originēs, tum 2. qui modi acquirendi ea, ut & quæ certarum figurarum speciales causæ & occasiones fuerint.

De origine insignium difficultas.

§. II. Insignium origo intricatissima est ob tot autorum sententias diversas: nec parum ut intricatior esset, in causa fuit *commentum otiosum, aut veterum Heraldorum, aut quod forte magis arrideat Monachorum. Qui (ut Histriones & Pictores solent) antiquorum cultus pro ætatis suæ ritu effingentes, clypeos item instructissimos cuique addiderunt.* Splem. Aspil. p. 41. Unde illis insignia formarunt, qui de iis nunquam cogitavere. Hujus generis est, cum Salvatori insignia fingunt cruenta, cum panibus tribus calicem aureum deferentia. apud eund. p. 35.

An ex natura? Notæ gentilitiæ.

§. III. Aliqui ab ipsa *natura* putant ejus rei aliquid ostensum, quando ea certis stirpibus certas notas impressit. Vid. *Limn. Iur Publ.* 6, 6, 8. De iis vero notis genethliacis peculiari scripto egit Celeberr. *Theodorus Hæpingius* sub titulo *Meditatio Historica de notis naturalibus, genitivis & gentilitiis*, quem tractatum dein totum majori operi de insignibus inseruit. Ad naturam provocat etiam Sylv. Petrasanct. Tess. gentil. cap. 3. p. 14. *Sum ea fiducia, ut provocare primum ad naturam ipsam audeam: cui pudor erit, opinor, velle refragari. Quid enim? ab ea ipsa natura, nativam cuspidem in femore acceperunt tum ii, qui orti sunt ex Thebarum conditoribus; tum alii qui erant apud Thebanos ex prosapiâ quorundam Spartanorum. Neque in hac repræludere tantum arti natura visa est: sed dum Seleuco ejusque posteris adpinxit in cute anchoram, hac enim verò sententiam nostram, ne fluctuanti similis maneat, egregie firmavit.*

An ante diluvium & mox post diluvium?

§. IV. *Segoin Trait. de l' Antiq. des armes* c. 1. p. 4. ex Favino putat, jam ante diluvium fuisse in usu insignia: Sethitas gessisse signa fructuum, elementorum, plantarum. Cainitas ex artibus, quas invenerant & exercebant. Ita & post diluvium dant Japeto navem argenteam, Semo leonem. Hinc volunt monetam, quam Abraham Hetheis solvit, notatam fuisse ovis figura, sic & annulum Judæ Thamari datum, nec non Pharaonis & Ahasveri annulos, quia eos suis notis insignitos fuisse, necessum sit, allegant, ut & Siclorum imaginem, tum symbolicas Prophetarum visiones & locutiones, conf. Simb. Wap. I. præf.

An ex Israeliticarum tribuum hieroglyphicis?

§. V. Alii imprimis Israelitarum Tribus in subsidium vocant, quibus benedictiones Gen. 49. à Patre Jacobo datæ occasionem dederint certarum figurarum, quæ postea in vexillis (nempe figuræ solidæ, non acu pictæ in linteo in usu erant. Spelm.) comparuere. Porro in symbolis illis, quas singulis tribubus (malunt alii tantum quatuor principibus tribubus eas dare, Judæ, Rubeni, Ephraimo, Dano; ut singula harum vexilla velut trium viralia essent: sane quatuor animalia, quæ videre Ezechiel 1, 10. & Joannes Apocal. 4, 7. ad quatuor illarum tribuum hieroglyphica respicere videntur (affines magnant, non plane omnes idem produnt. Primogenito Rubeni aliqui adscribunt hominis imaginem, alii fascias undulatas, vel radicem mandragoræ; Simeoni gladium vel sagittam vel hastam: Levi librum apertum, aut arcam testimonii; Judæ leonem; Sebulo-ni navem: Isaschari asinum; Dani serpentem, vel aquilam colubrum unguibus complexam; Gadi turmam militarem, vel vexillum, cui leo Judæ impressus, aut jacentem leonem vel leænam; Asseri craterem aureum, aut hircum & super eum ramos oleæ,

oleæ; Naphthali cervum seu capreolum; Ephraimo bovem, (quod Josephum vituli specie Apis aut Seraphis nomine coluissent) Manassi ramum viridem; Benjamino lupum. conf. Rabbinos ad cap. 2. Num. tum *Hæping. Iur. insign. c.* 2. §. 10. n. 994. 996. *c.* 7. §. 2. n. 49. *Vpton. de milit. officio. l.* 3. *p.* 103. Wap. IV. præf. n. 3. *Segoing. de L'antiq. des Armes* c. 1. p. 7. addit, fuisse etiam singulis tribubus suos colores juxta colores gemmarum, Judæ datum fuisse viridem, ob Smaragdum, Rubeni ob Sardium, rubeum, Ephraimo aureum ob Chrysolithum, Dani ex albo & puniceo ob Jaspidem.

Quid in his desideretur?

§. VI. Quæ in hac traditione vel commento desideret, audiamus ex *Ed. Bissæo NN. ad Vpton. p.* 38. *insignia eos gestasse certum est, sed qualia, inter omnes adhuc ambigitur.* P. p. *Si moti ultimo Iacobi vaticinio judicium tulerint, quare diversa Simeoni & Levi, eodem vaticinio conjunctis, insignia assignant? Bos Iosepho tribuitur, ille tamen ibi ramo eoque ad fontem fructifero assimilatur. Non inficias eo, Mosen, longo tempore interjecto, de eo loquentem dixisse, Gloriam ipsius parem esse armentorum primogenituræ. Moses etiam (si Rabbino cuidam, quem edidit Gilb. Gaulminus) quicquam fidei adhibendum est, Iosephi corpus ad pollicitas terras secum deportaturus, ad ripas Nili accessit, ibique ineffabile nomen descriptum cum his vocibus, ascende bos, ascende, in flumen abjecit, nec mora, feretrum aquis innatat. Et Dan catulum leonis Moses appellat: atqui istum titulum Iacob antea Iudæ tribuerat. Sit igitur Leo proprium insigne Iudæ; non tamen ille prædabundus exhibebitur, sed potius recumbens aut dormiens, uti fecialibus nostris placuit, & ipse monstrat textus.*

Davidi tributus clypeus,

§. VII. Nescio an certiora sint, quæ aliis heroibus, quorum in V. T. virtus commendatur, attribuere solent. Ita *Davidem* volunt nota leonis se insigniviisse, seu quod generale signum tribus suum fecerit, seu quia leonem occiderit: eundem etiam secutos successores reges, hanc figuram non sigillis tantum sed & vexillis inseruisse. conf. Hæping. de Iur. inf. c. 17. n. 476. Toti vero Judaicæ genti hieroglyphicum dari candelabrum, didici ab optimo Præceptore D. Dannhauero Hodosoph. Ph. II. p. 107. (72.)

udaicæ genti.

An ex heroicis temporibus?

§. VIII. Alii ad alias gentes originem referunt. Vid. *Limn. Iur. publ.* 6, 6, 8. *Hæping. Iur. insign. c.* 3. *n* 9. *seqq. Spelmann. aspilog. p.* 33. Ad Heroica universim tempora ascendere amat Sylv. Petras. Teff. gentil. c. 3. p. 2. qui ita: *Sum in ea Iusti Lipsii sententia, ut credam, horum signorum initia ex heroicis temporibus omnino peti debere. Quo id fiat perspicuum, incipio jam pervagari priscam omnem ætatem & vexilla explico, tum Nationum & urbium exterarum, tum Romanarum legionum, mox daturus etiam singularum familiarum, virorum illustrium atque Heroum insignia.*

An ab Assyriis?

Aliqui nominatim ad *Assyrios* recurrunt: quorum nobiles non sine sceptro flosculi vel animalis figuram impositam habente comparuerint.

An ab Ægyptiis?

§. IX. Nonnulli *Ægyptiis* hoc tribuunt, quorum reges & principes leonis, tauri aut draconis caput principatus insigne gestaverint. Hoc non displicet *Spelmanno aspilog. p.* 4. cum ex *Diodor. Sic. Bibl. L.* 1. notat, Ægyptios cum ob confusionem sæpe à vicinis fuissent victi, dein excogitasse, ut signa cohortibus præferrentur, atque animalium, quæ nunc colunt, imagines Sauritiis, quod hastæ genus est, affixas ducibus gestandas commisisse. Unde victoria ordinis beneficio obtenta, animalibus illis veneratio. Credit etiam Israelitas ab Ægyptiis, ut vituli cultum ita insignium suorum morem, petiisse. *Apud Ægyptios enim* (ita ille) *floruisse constat insignia juxta Diodori fidem, ab initio religionis: Hoc est ab Osiride, Græcis Dionysio & Baccho, Gentium antiquitatis periodo, annis plus minus ante exitum Israelis ab Ægypto* 400. Alii de Pictis cogitant, de Caribus alii, cum his Herodotus adscribat, quod docuerint scuta notis insignire. Non desunt quibus Trojani autores creduntur.

Pictis, Caribus, Trojanis?

An à Græcis?

§. X. Uti Græci variarum rerum fuere inventores, ita quidam insignia etiam illis adscribunt autoribus: vel quod jam Trojanis temporibus illis usi sint, vel quod in ludis Olympicis invenerint, cum in his singuli qui certabant, prout Deum aliquem patronum elegerant, ejus planetæ colorem assumserint, quo scuta pingerent: Sunt qui ad Alexandrum M. hunc honorem deferunt.

An à Romanis?

§. XI. Romanis quidam hunc honorem habent, quia devictorum hostium arma trophæi loco retulerint, aut duces præmii loco ob fortitudinem dona militaria & certas imagines militibus dederint. Non contemnenda in hanc rem sunt verba Wolfg. Laz. Comm. Reip. Rom. L. 9. c. 13. *Quemadmodum incitamenta virtutis Romanis in pace quædam domique fuerant: ita foris in bellis stimuli ad res præclarè gerendas majores*

jores erant. Dona scilicet militaria, prudenti ratione primum excogitata, & deinceps cum Imperio ita inaucta, ut quot quisque stipendia fecisset; quot coronas & quales meruisset, quot armillas cristasque, quot torques, quales phaleras, hastas, pila, baltheum; hæc omnia supra clypeum, & galeam apposita, in bellis gestari solita, cum pacis munia iterum foveret, domum regressus optimus quisque suspenderet; eaque ornamentorum sive insignium loco, longa successione ad posteritatem transmitteret. Vt postquam inclinante Imperio, Marcomanni, Suevi, Boy, Franci, Gothi, Heruli; Romanorum legionum reliquiis, in limitibus Danubii & Rheni mixti accesserunt: quemadmodum linguam confusam fecerunt; ita populum etiam perfecerint quendam, qui Romanorum, Teutonumque ritus, & mores conjunxerit. Ex quibus non in postremis arma gentilitia putandum est processisse, eaque hodie vulgo gentilitia lingua Wappæ, *sive Cancellariorum vocabulo clenodia atque insignia vocantur. Quorum usum quondam Romana in Republica non minus atque hodie extitisse, mihi monumentorum sculpturæ veterum persuaserunt.* Quem locum etiam suæ probandæ sententiæ producit *Sylv. Petrasanct. Thess. gentil. c. 3. p. 15.*

§. XII. Æg. Gelenius de magnit. Colon. Agripp. L. 2. p. 114. ad antiquos heroas refert. *Quæ modo in clypeis geruntur gentilitiæ icones sunt vetustissimorum facinorum signa ab Heroum temporibus originem habentia: existimo enim Heroes uti auspicato omnia agebant; & sacerdotes, augures aruspicesque rebus agendis adhibebant, ita habuisse ad præmia Caduceadores & feciales, eoque munere functum pro Alexandro Magno Aristotelem; pro Numa Pompilio, pictis togis incedentes Salios in pectore ornatos ancilibus, secretis quibusdam imperii pignoribus, sicut præliorum & fortitudinis idem initium sit, quod est characterum scutariorum, & par ætas, ut proinde cognata sit utrorumque scientia, quàm qui perfecte didicerunt, iis concessum est dignoscere & judicare, qui ex claro a seculis stemmate sint orti, qui novi homines, & uti dicitur, terræ filii; nam tesseraria, ut sic loquar, grammatica inventa, ab heroibus prælia scientibus atque ab iisdem & eorum fecialibus, cum virtus & nobilitas pompam quæsierunt exculta ad artem, tot præcepta reperit, quot integro volumine possent conscribi, & vetustatem omnem legibus adstrictam non aliter atque linguas regulis adstrictas videmus plane ac nitide explicare.* An ab antiquis heroibus?

§. XIII. Nonnulli apud *Spelmannum* de bellis Christianorum jam à tempore Juliani Apostatæ adversus Mauros susceptis cogitant, & originem insignium inde derivant: alii ab *Italis*, cum Italia ut reliqua Europa Vandalorum, Gothorum, Hungarorum, Saracenorum, Longobardorum, (his nominatim quidam inventionem assignant) armis æstuaret, & partium patroni ac clientes factionum symbola introducerent. An à bellis Christianorum adv. Mauros? an ab Italis, Longobardis?

§. XIV. Non ignobiles autores Germanis, inprimis *Carolo M.* honorem hujus inventi attribuunt. Huc illa Henrici Spelmanni aspilog. p. 34. retulero: *In hoc opinionum dissidio, non videam, cur Germani originem rei cederent: refert enim Tacitus Domitiani Cæsaris ævo, eos lectissimis coloribus scuta sua distinxisse. Et qualemcunque id sententiam ineat, nusq. reperiri puto arma Germanorum antiquitate vincentia, saltem si Munstero fides.* Sed quæ ex Munstero allegat, ne ipse quidem probare queo omnia. Sed P. p. p. 35. *Quamobrem in genere fatendum erit, cultum hunc nostrum recentiorem esse qui nec ante Caroli M. ætatem viguisse animadvertitur. Dubitare ergo mihi videor aliquando, an Germanicum illum ritum scutorũ distinguendorum, de quo Tacitus, vires accepisse censeam, vulgatumque tum demum fieri (propter populi dignitatem) cum imperium ad Germanos venerat. Vtcunque se res habet, mox à Caroli M. ævo invaluisse videtur inter populos & potiores nobiles per Germaniam, Italiam, Galliam, Hispaniam, præcipue bella cum Saracenos tractantes, mox per alias Europæ regiones. Confluentibus enim undecunque in communem hostem Christianorum copiis, ne insignis multitudo confusione premeretur, discernicula necessariò adhibenda. Henrico Aucupi* ut torneamentorum seu ludorum equestrium ita & insignium institutum alii transcribunt. vid. Wapenh. P. I. præfat. n. 10. Carolum M. & Henricum Aucupem conjungit Nobiliss. *M. Welser.* L. 4. Aug. Vindelic. illis verbis: *Legum quæ hodie opinione ac certo jure insignia circumscribunt, antiquissimæ Carolum M. non præverterunt, à quo primum adumbratas, sub Henrico demum Aucupe & posteris perpolitas arbitror. Fortissimi Imperatores militarem virtutem, cui toto pectore incumbebant, hoc ornamento honestatem voluere: unde clypei & cassidis nata species, nomen quoque: nam vernaculis quibusq; linguis arma appellamus. A militibus ad reliqua poste a hominum fluxere, tam effusè ut cum Europam omnem perfvaserint, Asiam usque penetrarint. Vidimus ex Sinis parmulam ad-* An à Carolo M. vel Henrico aucupe?

vectam,

vectam, in qua tum alia, tum auro pictum scutum erat, panthera conspicuum: scuto incumbebat galea aperto hiatu, cancellis fenestrato, laciniis seu vittis utrinque dependentibus tecta; supra galeam plumea crista surgebat, prorsus ad Europæum morem. Sive quod credibilius, Sinas hæc ab Europais nequaquam accepisse, quin iis idem quod nobis sua sponte in mentem venisse.

Vel Friderico I.

§. XV. Alii adhuc citeriorem usum faciunt. Certe apud Italos *Iovius* testatur, tempore duntaxat *Friderici I.* in usu fuisse insignia gentilitia. Quod confirmari dicas, si intuearis Cardinalium & Pontificum insignia, quæ Onophrii Panvinii epitomæ Pontificum adjecit *Iacobus Strada*. Hic enim ante seculum undecimum nulla invenit; ipso illo sæculo & sequenti vix aliis certa symbola dantur, quam quorum familiæ diutius floruerunt: ut dubium sit, an quæ deinceps gentilitia assumta sunt, ex usu sequentium sæculorum huc anticipando transferre voluerit, num ipso illo tempore usurpata fuerint. Ne temere me suspicari dicas, rogo ut sæculum decimum tertium lustres. Fateor ibi plerisque Pontificibus sua esse arma, sed cum primùm autori de familia non constitit, scutum reperies vacuum, quod in Urbano IV. Innocentio V. Joanne XXI. Nicolao IV. Cælestino V. & in principio sequentis Benedicto XI. & Nicolao V. observare licet. Idoneum hoc an fallor argumentum est, cæterorum etiam scuta non tam ex monumentis ipsis (cur enim, si sæculo id solenne fuit, duntaxat horum symbola illis inprimere coævi neglexere?) depicta, quam ex moderno usu familiis cognitis adscripta esse. Post illud tempus, cum non dubitem, consvetudinem insignium in Italia jam obtinuisse, unicum reperies ἀσύμβολον Clementem VIII. Ann. 1424. Sed qui nunquam Romæ sedit, atque ejus ut Antipapæ nomen ibi quæri nequit. Lego tamen apud *Campanil. dell' armi* c. I. p. 7. quod in monumento Leonis III. qui Pontifex fuit 796. compareant rosæ, gentile ejus signum. Disputat equidem adv. hanc sententiam, quæ ab Henrici & Friderici I. temporibus insignia deducat, idem Italus *Philib. Campanile dell' armi*. c. I. & antiquitatem altiorem de omnibus insignium generibus, officialibus, nationalibus, socialibus, personalibus & gentilitiis ostendere vult. Qui tamen rationes ponderant, reperient infirmiores.

Vel ex transmarinis expeditionibus? Origo non simultanea.

§. XVI. *Transmarinas expeditiones* multi graves viri in subsidium vocant, & tum imprimis cepisse hoc institutum autumant.

§. XVII. Inter tam varias sententias verum invenire difficile admodum videbitur: neque nos nobis arbitrium sumemus. Forte tamen pleraque aliquid ex vero sententias trahere, ex illo patebit, si observes, paulatim alia & alia inventa esse, & quæ uni usui adhibita erant, aliis dein adhiberi solita: donec tandem paulatim in eum modum res redacta est, quo nunc insignia sunt. Quo nonnihil faciunt supra v. 11. adducta Lazii verba.

Symbola hieroglyphica veterum populorum.

§. XVIII. Haud dubie multum contulere ad hanc rem symbola hieroglyphica, quæ apud veteres nationibus vel populis plerisque fuisse leguntur. Ita (quæ pleraque exempla tabula sculpta ex Sylv. Petrasancta exhibet) usi traduntur *Græci* duabus coronis & trifida in medio trabe, *Athenienses* noctua vel bove, *Thebani* sphynge, *Rhodii* rosa, *Peleponesii* testudine s. limace, *Corinthii* Pegaso, vel Neptuno utrinq; mari passis pedibus assidente cum supervolante Pegaso, *Lacedæmonii* dracone iracundo ignivomo vel *aquila*, quæ draconem unguibus gerat vel litera A, *Argivi* mure vel bufone vel vulpe vel litera A, *Locrenses* cicada & supernè sidere, *Messenii* vulpe, *Arcades* Pane vel Luna (quia primi tempora ex lunæ motu observassent) *Aetoli* Hercule cornua tauri apprehendente, seu cornua revulsa tenente, *Persæ* aquila aurea vel solis effigie vel igne sacro, vel arcu & pharetra, *Macedones* clava Herculis inter duo cornua, *Thessali* equo, *Asiani*, pusione certo insidente, *Medi* 3. coronis vel fasciis duabus tessalatis instar muri lateritii, *Armeni* ariete coronato vel leone, *Chaldæi* 3. flabellulis, vel vexillis, *Babilonii* columba, in quam desiisse vel defeciisse Semiramidem credebant, vel 3. elephantis cum totidem quibus insisterent coronis, *Trojani* scropha, alii *Phryges* leone, *Smyrnenses* equo, *Scythæ* fulmine, (quia fulminis instar imanes) *Cappadoces* libra & septenis cruciibus, *Syrii* trabibus ternis, quarum summa utrinque, media inferne pinnata, ima absque pinnis, *Parthi* acinace cum brachio alato, quod in fulmen desinit, *Hedui* scropha, *Viterbienses* Hercule (quem Desiderius R. Longobardorum in dato privilegio cum S. Laurentio mutari jussit) *Marcomanni* apro, *Cimbri* tauro (ob culturam) *Aegyptii* Api vel 3. serpentibus undosis cum novem foliis nympheæ) Petrasancta vocat ternas boas sinuosas & reptiles, ac-

jectaque

sectaque eis folia palustria, itidem totidem fascias cum interjectis flammulis i. undis numero inæquali, *Libyes* tribus leporibus, *Hebræi* litera T. salutis. Ita Petr. La Sena Cleombrot. cap. 6. pag. 98. in gemmâ, quam Nicolaus Fabricius Peirescius Laur. Pignorio exhibuit, explicat *duæ aves, quæ hinc & illinc infanti* (imagunculam enim naviculæ impositam de Mose interpretatur) *venerabundæ adstant, quod Aegyptus est. Hinc* (*quis credet?*) *Oseæ II, 11. locus, & avolabunt q. avis de Aegypto, & q. Columbæ de terra Assyriorum. Utenim columbæ Bàbylonem designabant, de qua re vide auctorem Pentacontarchi* (Laur. Ramir.) *cap. 44. Sic Aegyptiorum gentem τὰ ὄρνια, aves. Ita habet & ex Hebræo, & trepidabunt, s. & pavebunt, ut aves quæ sunt in Aegypto: eademque dicendi formula, qua nunc per gallum & aquilam Francorum Germanorumque nationes exprimimus. Nec immerito Aegypti sceptrum harum avicularum caput velut regionis character exornabat: & in numis ejus imago atque insignis civitas Alexandria adjecta ave repræsentabatur.*

§. XIX. Ex his constare potest, non uni semper nationi unum placuisse emblema, sed illa etiam alternata esse. Ita Ægyptus alias etiam crocodilo, serpente insignita fuit, præter eas imagines quas §. præced. expressimus. Porro de hisce gentilibus signis *Henrici Spelmanni* observatio digna est. Ita ille: aspilog. pag. 7. *Hæc cum publica essent, vel à tutelari regionis numine* (unde Minerva Trojanorum) *vel ab animali ei sacro* (ita noctua Athenarum) *à re quapiam aut loci propria* (sic Ægyptus insignitur geminis ibidibus, quia utraque species apud eam tantummodo reperiatur) *aut ceptis auspicanti, communive genio arridente deducebant; fore sic sibi secundius in præliis rati. Nam animalia singula singulis geniis & cælorum virtutibus credita, persuasum habebant, coloresque, numeros & figuras omnes cuipiam superiorum* (*juxta Platonis & Magni Iamblichi sententiam*) *convenire.* Non constanter servata.

§. XX. Non parum ad insignia contulisse etiam videntur *signa militaria* veterum. De quibus notat idem *Henr. Spelmann. aspil.* p. 14. *Romanos remissiores fuisse circa armorum insignia, quam Graci & Barbari, sed circa signa militaria accuratiores illis, ut religionem eis adhibere, festis diebus injungere & inter Deos venerari non dubitarint.* Fuerunt autem prima signa Romanorum sub regibus fæni manipuli. Signa militaria Romanorum.

Pertica suspensos portabat longa manipulos. Ovid.

Deinceps fuere *Consularia* quinque. Demum sola aquila. Plin. Lib. 10. cap. 4. *Romanis legionibus aquilam C. Marius in secundo consulatu suo proprie dicavit. Erat & antea prima cum quatuor aliis: lupi, minotauri, equi, apri, quæ singulos ordines anteibant. Paucis ante annis sola in aciem portari cepta erat: reliqua in castris relinquebantur. Marius in totum ea abdicavit. Imperatoria* refert Vegetius Lib. 3. cap. 5. *aquilas, dracones, vexilla, flammulas, tufas* (ex Lipsii conjectura) *pinnas.* Aquilæ imagines & signa aurea erant, hastæ argenteæ. Manus militum erat loco veteris manipuli. Cæterum ab aquila aquiliferi: à dracone draconarii, qui dracones per singulas cohortes ad prælium præferunt. Aquilam autem teste Vegetio gestabat semper prima cohors: Sciendum est autem in una legione 10. cohortes esse debere, sed prima cohors reliquas & numero militum & dignitate præcedit. Hæc enim suscipit aquilam, quod præcipuum signum in Romano semper est exercitu, & totius legionis insigne. conf. *Spelmann.* l. alleg.

§. XXI. Quod de religione signorum dixi, illustrare potest locum S. Matthæi XXIV, 15. ubi Salvator vocat τὸ βδέλυγμα τῆς ἐρημώσεως signum excidii Hierosolymitani proximum, quod non aliud erat, quam ut ex parallelo S. Lucæ XXI, 20. patet, exercitus Hierosolyma obsidens: idque ob signa militaria. Ita *Grot.* βδέλυγμα τῆς ἐρημώσεως. Matth. 24. 15.

Egoreconsideratanon dubito, βδελυγμα *vocari signa Romanorum militaria, de quibus ita Tertullianus*: Religio Romanorum tota castrensis signa veneratur, signa jurat, signa omnibus Diis præponit, omnes illi imaginum suggestus insignes monilia crucium sunt. *Signa ipsa crucis habuisse figuram, abunde à multis demonstratum est; affixi autem iis signis erant clupei multi alter super alterum, unde suggestus dixit Tertullianus, ut suggestum coma Papinius: in iis clupeis erant imagines, id est* προτομαὶ, *ut Iosephus loquitur, Cæsarum, eorum scilicet qui in Divos erant relati. Talia signa cum clupeis, videre est, in nummis. Habet autem illud Tertullianus ex Iustino, qui ita dixerat,* τὰ παρ' ὑμῖν ἀποθνησκόντων ἀυλοκρατόρων εἰκόνας ἐπὶ τῷ σχήματι ἀνατίθετε. Arrianus: τὰ σημεῖα τῆς ἐπιλέκτου στρατιᾶς αἴρουσι, εἰ κόνες βασιλικαὶ. *Apud Tacitum passim istarum insignis imaginum mentio. Propter eas imagines adorata signa, ut jam dicentem Tertullianum audivimus. Suetonius*: Artabanus transgressus Euphratem, aquilas & signa Romana, Cæsarumque imagines adoravit. *Ideo Tacito numina legionum & bellorum Dii vocantur. Ejusdem est illud*: signa & aquilam amplexus religione sese tutabatur. *Talia signa Titus conspicua in castris suis posuit, quasi templum templo Hierosolymitano contrarium. Nam & Tacitus alibi ita loquitur*, fulgentibus aquilis signisque & simulacris Deûm, in modum templi. *Et ipse Iosephus* ἀλώσεως III, *cap.* VIII. *quas* σημαίας *dixerat, mox* τὰ ἱερὰ *vocat. Vt & Herodianus libro IV. Ad talia signa* ἐν τῷ πόλιν *posita, ut ad templum confugere, Iosepho Herodis procuratori suadet Alexandra, narrante historiæ scriptore Iosepho lib.* XV. *Ant. Hæc ipsa signa mox victor intulit templi ruinis, ubi milites etiam* ἔθησαν ταῖς σπαῖς, *ut ipse Iosephus loquitur* βδελύγματα *igitur* ἐρημώσεως *aut* ἐρηματικὰ, *ut habet Hebræa locutio, cur vocentur, obscurum non est: quia scilicet* ἐρημίαν *qua voce in* τῆς ἀλώσεως *historia sæpissime Iosephus utitur*) *minabantur, non tantum cultui Iudaico* (*quod fecerat & illud* εἴδωλον *ab Antiocho allatum*) *sed & templo urbique.*

Vexilla. §. XXII. Præter hæc signa militaria fuere vexilla equitum (Græcis incognita, unde recentiores latina voce vocant βέξιλα) hoc est vela quadrata perticâ suspensa (unde Lips. de mil. Rom. 4. dial. 5. comparat templorum vexillis, quæ in lustrationibus & processibus circumferuntur) quæ singulæ centuriæ gestabant, ascripto numero centuriæ; aliquando animalia in illis picta. Fuit vero etiam vexillum non semper velum Flammula. sed aliquando solida imago vel tabula quadrata, ast *Flammula* (ob hoc non confundenda omnino cum vexillo) semper è panno vel serico. Memorat etiam Procopius in rebus Justiniani insigne, quod Romani *Bandum* vocent (unde forte *paner*, vel fahnen.) Sic & vexilli quadrati genus, quod jam in Consularibus apparet numis, sub pilis signo- Labarum. rum loco ultimo appensum *labarum* dictum. Hoc vero Imperatorium fuit & grande, nomen Imperatoris habens inscriptum literis puniceis, ipsum olim candidi potius coloris. Hoc deinceps purpureum, sæpe auro intertextum gemmis lucidum, exuta aquila universo exercitui præfectum est. Constantinus M. in vexillum crucis convertit: unde signum ☧ vid. Cod. L. 2. Tit. de labarum s. laborum præpositis: unde & Christi nomen ☧ inscriptum labaro & clypeis. Prudent. contra Symmach.

Christus purpureum gemmanti textus in auro
Signabat labarum: clypeorum insignia Christus
Scripserat, ardebat summis crux addita cristis.

Sic & crux ex auro solido prælata, & hinc grande & præcipuum cujusque regni signum militare (*Standard royal*) deductum est. Hæc ex Henr. Spelmanno aspilog. Standar- p. 18. 19. 20. 21. dum.

§. XXIII. *Labari* nomen sæculorum lapsu cum altera *Standardi*, voce à Germanis ducta & stationarium s. rem stabilem significante, (judicio Spelmanni Aspilog. p. 22.) commutatum est. Nam istud quoque tantum in regio exercitu de summa rerum confligente usurpabatur. Est autem (ut idem Spelmannus) malus eximiæ celsitudinis è carro quatuor rotis mobile erectus, cujus summitati vexillum regium, quod exercitui præest, figebatur. Credit autem ab Italis *carrocium* à carro dici, & ex Britone Armoricano Philippid. 2. illa de Standardo Othonis IV. in Philippum R. Fr. ducentis.

Mox Otto imperii declarans signa, volensque
Iam quasi promeriti rem prælibare trophæi,
Standardum ædificat, miroque insignit honore.
Imperii ut fasces tanto illustrante paratu
Se dominatorem totius disputet orbis.

Erigit

Erigit è carro palum paloque draconem (h. e. vexillum ut explicat Spelm.
Implicat ut possit procut hinc atque inde videri,
Hauriat & ventus cauda tumefactus & alis
Dentibus horrescens rictuque patentì hiatu.
Quem super aurata volucer Iovis imminet ala.
Tota superficies cujus nitet aurea, solis
Æmula, quo jactat plus se splendoris habere.

Addit vero Standardo etiam Anglo-Saxones usos esse.

Scutis impressæ imagines. Veterum δείγματα varia.

§. XXIV. Nec *scuta* suis caruerunt imaginibus; quod inventum *Caribus* attribuit Herodotus: hocque factum putat Minois ætate, cui Cares, tum Leleges dicti, celeberrimi & ingeniosissimi, parebant. *Spelman. aspil. p. 6.* inde ostendit, a Caribus ad *Græcos* deveniisse, & per Asiam ad Indos usque morem sparsum. De *Trojanis* temporibus vix dubium esse potest. Cretensis refert Memnonem adduxisse copias Indorum ac Æthiopum vario genere insignium. De Agamemnonis scuto Homerus Iliad. λ. v. 56.

Τῇ δ' ἐπὶ μὲν γοργὼ Βλοσυρῶπις ἐστεφάνωτο
δεινὸν δερκομένη· περὶ δὲ δεῖμός τε Φόβος τε.
In eo Gorgon terribili aspectu cincta erat
Horribiliter aspiciens: circumerat etiam terrorque timorque.

Idem *Achillis*, Hesiodus *Herculis*, Virgilius *Æneæ* describit scutum, & *Turni* Æn. 7.

At levem clypeum sublatis cornibus Io
Auro insignibat, jam seris obsita, jam bos.
Argumentum ingens, & custos Virginis Argus,
Cælataque amnem fundens pater Inachus urna.

Æschylus, Euripides, Pindarus & Statius eorum, qui Thebas obsedere, emblemata scutis impressa referunt, sed non uno modo. *Tydeo* Æschylus dat cœlum stellarum, luna medium umbonem illustrante, Pindarus *Amphiarao* draconem, Statius *Polynici* sphyngæ, *Capaneo* hydram:

Squallet triplici ramosa corona
Hydra recens obitu: pars anguibus aspera vivis
argento celata micat.

De antiquis *Gallis* Diodor. Sic. L. 5. ὅπλοις δὲ χρῶνται, θυρεοῖς μὲν ἀνδρομηκέσι, ποικιλμένοις ἰδιοτρόπως, τινὲς δὲ καὶ ζώων χαλκῶν ἐξοχὰς ἐμόνον πρὸς κόσμον ἀλλὰ καὶ πρὸς ἀσφάλειαν εὖ δεδημιουργημένας. Armis utuntur, scutis ad staturæ virilis modum, variegatis peculiariter, quidam vero utebantur etiam animalium æneorum extantibus iconibus, non solum ad decorem, verum etiam securitatem affabre effictis. Ob leonem ab *Hercule* gestatum *Campanile dell' armi* c. 1. p. 5. putat fingi, quod leonina indutus fuerit: sed hoc quoq; veteri mori non repugnat. Alias passim figuras scutorum notatas reperire licet: Ita *Isis* lunam, *Osiris* nunc sceptrum insessum vigili oculo, & præterea nunc aquilam, nunc solem, *Semiramis* columbam, *Cadmus*, & percussor Lysandri, ut & *Epaminondas* draconem, *Theseus* bovem vel noctuam, *Adrastus* serpentes uno annexu in spiras convolutos, *Amphiaraus* scutum album & puniceum, *Parthenopæus* sphyngem, quæ injurioso pede virum proterat, *Eteocles* militem in scala ad murum admota cum lemmate, *nec à Marte dejiciar*, *Capaneus* militem cum face, & lemmate, *Comburam urbem*, *Hercules* leonem securi armatum, *Aventinus* Herculis filius Hydram, *Agamemnon* velut iconem terroris caput leonis & tænias (paulo ante Gorgonem dedit Homerus) *Ulysses* delfinum, *Clearchus* tyrannus Heracleæ aquilam auream, *Lycurgus* gruem, *Alcibiades* Cupidinem, qui complectebatur fulmen, *Alexander M.* victoriam sedentem ac stabilem, aut equum, fortasse Bucephalum aut lupum, *Philippus* pater bigas, *Arius Rex Spartanus* insessum ab aquila draconem, *Palamedes* tridentem, *Cupavus* filius Cygni Ligurum regis olorem, *Demosthenes* epigraphem αἰγαθὴ τύχη, *Eumenes* aut Cererem aut Alexandrum, *Hippomedon* iconem hominis & ad manus ac pedes ejus agmina viperarum, *Neoptolemus* Minervam, *Polynices* iconem justitiæ vittatæ cum libra & stricto gladio, *Antiochus* leonem cum caduceo, aut etiam triangulos 3. implexos, *Seleucus* taurum, *Pyrrhus* Epirota & post cum *Augustus* Imperator Sphyngem, *Perseus* Medusæ caput colubris crinitum, *L. Papirius Cursor* pegasum, *Pompeius* leonem ensiferum, *Mecenas* ranam, *Vespa-*

sianus Gorgona vel capricornum & mundi sphæram, *Theodosius M.* vexillum inscriptum nomine salutis gestasse leguntur. Inde occasio strategemati Persarum (apud Polyæn. L. 7.) cum in bello adversus Ægyptios scutis insculperentur figuræ taurorum, canum, felium, crocodilorum, quæ animalia his pro Diis culta. Unde factum ut hi adversus eos, in quorum scutis Deos suos venerabantur, pugnare recusarent, atque Persis victoriam relinquerent. Conf. late de figuris scutatiis veterum *Haping. de Iur. inf.* c. 2. §. 10. n. 1009. seq.

Cohortum signa.

§. XXV. Porro præter ea signa quæ personalia erant, legimus etiam centurias & cohortes in scutis habuisse signa, è quibus quisque suos contubernales dignosceret. ap. Veget. de re milit. 2, 18. Ita & Ducum nomina inscripta leguntur. De illo apud Virgil.

Mutemus clypeos, Danaumque insignia nobis aptemus.

Romanorum mores.

§. XXVI. De Romanis illa *Spelmanni* huc transferre operæ pretium est. *Aspilog. p. 29. Consularibus sæculis laborasse videtur heroicus ille cultus, cum à Romanis neglectus apud alias gentes dissuetior. Vigere tamen apud Græcos Barbarosque & ad posteros propagari. Romani novum imperium molientes nova militiæ disciplina (qua orbem subegerunt, Vegetio teste) usi sunt, spretoque fastu barbarico, virtuti penitus insudant, eamque omnibus nervis curant augendam. Non tam armorum picturis, quam erogatis muneribus militaribus donisque imperatoriis, coronis, torquibus, armillis hastis puris, phaleris & ejusmodi. &c. p. 30. Nobilitatem autem arguebant è majorum imaginibus, quas in atriis & gentilitiis funeribus per seriem edere (uti nos insignia) solebant;* (ad ea vero publicâ concessione opus fuit: vid. Cic. pro Rullo. *Qui beneficio vestro imagines familiæ suæ consecuti sunt*) *unde insignia nostra eorum vim & vicem obtinuisse Budæus multique alii contendunt.* (Cum vero ille mos imaginum jam tempore Plinii exoleverit, Campanile credit, antiquitatem insignium hoc argumento demonstrari posse. Sed Budæi mens non est, quod nullo interjecto spatio temporis successerint insignia imaginibus.) *Hinc fit ut cum ad Romanorum gesta perveniatur, tacere solent historia de armorum insignibus, crebra interim recordatione in rebus exterorum, donec omnia sub imperio coierunt.* Observat deinceps, omnes propemodum icones clypeorum, quæ in nummis extant, ante principum ætatem fulmine insigniri, ac si id Romanum fuisset clypeo centrum. Inde legionibus sui clypei, imprimis post Domitiani & Trajani ævum, quorum alii hodiernum gestamen ita exprimunt, ac si è fecialium nostrorum scriniis prodiissent.

Sigillorum imagines.

§. XXVII. Nec omnino silentio prætereunda sunt *sigilla veterum*, quæ cum figuras certas retulerint, potuere aliquam occasionem posterorum insignibus præbere. *Mæcenatis* rana ex Plin. 37, 1. nota est. *Plinius Cæcilius Secundus* quadriga in sigillo utebatur. De *Galba* Dio L. 5. non obsignasse sua imagine, quemadmodum alii imperatores consueverint, literas, sed canem è navis prora prospectantem, signum à majoribus suis delatum ad se, usurpasse. Sed illa tamen sæpe non alia constabant figura, quam signantis effigie, aut alterius viri, vel Dei, quem veneratione prosequebatur obsignans. Succ ssere dein *monogrammata:* antequam utraque locum insignibus facerent. Vid. *Menestr. L'art du blas. justif. c. 9. p. 211.* Ingulfus Saxo apud Spelmann. aspilog. p. 3. sigillorum usum in Britannia à Normannis asserit introductum, quod de communi consuetudine interpretatur: sunt enim aliquorum optimatum, illo teste, antiquiora. Conf. *Haping. de Iur. insign.* c. 10. §. 1. n. 143.

Nummorum.

§. XXVIII. Imprimebantur etiam nonnunquam *monetis* & *numis* figuræ, inprimis quæ genti fuere propriæ: Ita Athenienses noctua signabant monetam. Nec tamen id perpetuum. Servius Rex apud Romanos primus signavit monetam, sed icone bovis. Dein reges suas imagines imprimere solebant, inde nomina Daricorum, Philippicorum, &c.

Differentia veterum signorum & hodiernorum insignium.

§. XXIX. Quamvis vero ex his abunde constet, in prima jam antiquitate varia signa tum publica tum privata in usu fuisse, non una tamen ratione illa à modernis insignibus differunt. Idem homo mutabat etiam scuto inscriptam figuram, & cum nunc illa placuisset, nihil prohibebat quin ex alia causa aliam assumeret. Inde cum *Proteum* Regem Ægypti in varias figuras se transformasse fabulæ narrant, causa non improbabilis allegatur, quia insignia frequenter mutabat. Osiris quod diximus modo aquila, modo Sole utebatur. Ita conciliari crediderim, cum

aliquando diversa de ejusdem viri scuto produnt autores, nam diversis figuris unus delectari potuit. Exempla habuimus: *Agamemnon* apud Homerum usus Gorgonis capite, Pausanias tribuit leonem. *Vlyssi* modo Typhæum, modo delfinum assignant. Ita diversa de 7. heroibus in Thebano bello *Eteoclem* oppugnantibus Æschylus, Euripides, Pindarus, Pausanias, Statius. Quintilianus 6, 11. *Mariano* scuto inscribit imaginem Galli, alii ob Cimbros victos boves jugo junctos. Sic & ab antiquis *Alexandro* modo leonis, modo victoriæ, aliquando arietis, lupi, bucephali emblemata tribuuntur. Ita & alio sigillo ad Persas, alio ad Europæos usus est (vid. *Hæping. de Iur. insign. c. 5. n. 25.*) *Augustus Cæsar* in sigillo initio Sphyngis, dein Alexandri effigie, demum propria usus est. vid. *Sveton. in vit. c. 50.* Vicissim eodem symbolo diversos uti non prohibebatur. Dracone utebatur *Spartiarum* gens Thebis, quod & insigne fuit Capanei, Menelai, ejus qui Lysandrum occidit.

Illa non familiarum notæ.

§. XXX. Hoc ipsum argumento est, quod ob alias potius causas (vide Limn. Jur. publ. 6, 6, 50. seq.) quam ob familias denotandas usurpata sunt illa signa, quod agnoscit *Spelman. aspilog. p. 50* Itaque nec hæreditaria fuerunt, nec à posteris nisi rarius, & tantum si ex notabili causa majores assumserant, usurpata. Inde apud Diod. Sic. bibl. L. 1. *Osiridis* filiis Anubi canis (unde figmentum, caninum habuisse caput) Macedoni lupus, atque ita differentia à patre & inter se emblemata dantur. *Menestr. L'art du blas. justif.* c. 13. p. 319. Id tamen rectius ex mente Diodori, qui dicit τὸν μὲν ἄνυβιν περιθέσθαι κυνῆν, τὸν δὲ μακέδονα λύκα προτομήν, quod refert ad exuviariũ gestamen Diodorus.

Aliquando tamen ad posteros transmissa.

§. XXXI. Sunt tamen etiam exempla signorum ad posteros transmissorum apud *Spelman. aspilog. p. 10. 11. Chryxi* apud Sil. L. 4. qui Brenni proavi capitolium obsidentis historiam retinuerit, *Corvinorum*,

Phœbea sedet queis cassida fulva
Ostentans ales proavitæ insignia pugnæ Sil. L. 5.

Epaminondæ, cujus tumulo draconis imagine insigne scutum impositum, quia forte ex eo genere, qui *Sparti* appellantur: quæ Thebis antiquissima cognatio, & draco gentile insigne. Inde etiam apud Virgil. 7. Æn. de Aventino Herculis filio.

Clypeoque insigne paternum
Centum angues cinctamque gerit serpentibus hydram.

Quod post plura sæcula *Teroni* templi Herculis custodi bello Punico tribuit Silius L. 2. Ita apud Stat.

Tauroque insignis avitõ.

Ap. Ovid. de Theseo L. 7. Metamorph.

Cum pater in capulo gladii cognovit eburno
signa sui generis.

Ita & Gelen. de Colon. Agr. magn. c. 2. s. 2. p. 134. *Hæreditarium fuisse certarum tesserarum usum æque ac nominum & cognominum, exemplis ostenditur, ita Scipionum insigne rosam fuisse tradunt, & domitorem Carthaginis jussisse octavæ legionis milites secum in triumpho Romam intrare rosis insignitos. Frontinus autor est, neque manus militum unquam alias hilarius aut innocentius rubuisse. Gordius ex agricola rex Phrygiæ pro suo & familiæ insigni aratri tesseram gessit. Vetus signum prosapiæ Imperatoris Galbæ fuit catellus in prora navis, Seleucus rex ejusq; posteri anchoram hereditarium signum cuti & clypeis impresserunt: Pythonis Nisibeni progenies securim, Temas Thebarum conditoris familia hastam gessit.* His *Sylv. Petrasanct. Thess.* gentil. c. 3. p. 12. illa addit exempla, *Assamoneis* fuisse nomen regis æterni ac Dei exercituum, inscriptis literis vexillo מכבי, *Carthaginiensibus* ducibus piscem ac superne coronam, *Epiri regibus* bicipitem aquilam, *Indis regibus* tria cymbala ænea, quæ ideo fortassis tribuuntur Alexandro Indorum domitori, *Manniæ insulæ regibus* ternas humanas tibias inflexo poplite, ocreisque & calcaribus munitas, *Persarum regibus* aut aquilam auream aut caput aprugni sagittamque infixam ori ejus, *Phocensium ducibus* aquilam in tripode, Phrygiæ regibus suem.

Huc aliquo modo spectat locus Sveton. de Caligula: *Vetera familiarum insignia nobilissimo cuique ademit, Torquato torquem Cincinnato crinem.* Ad quæ verba Sylv. Petrasanct. c. 3. p. 15. *nisi hæc existimentur signa gentilitia quæ non sunt unius viri vel ætatis, sed generis & successionis: quænam illa demum erant? Quia vero torques & cincinni, statuæ vel imagines non erant; quis vel tenuiter eruditus ita id interpretetur, quod Svetonus diceret, nobili cuique ademtas veterum imagines.* Forte tamen his exemplis non aliud conficitur, quam quod aliqua quæ celebriora fuerint majorum symbola ad posteros manserint.

§. XXXII.

Plures differentiæ.

§. XXXII. Potiſſima fere differentiæ ratio eſt, quod imaginariæ illæ figuræ, quæ nunc honorabiles vocantur & arti propriæ habentur, plane è majorum ſcutis exulant, cum hæc tantum rebus naturalibus vel artificialibus inſignirentur: imo hæc certa configuratione, ſitu, colorum vel arearum diſtinctione non effigiatæ fuerunt, ſed pro ſculpentis pingentisve arbitrio. Unde aliquando totæ hiſtoriæ in ſcutis repræſentatæ leguntur, aut ad minimum in eodem clypeo plures figuræ, quæ pingendi ratio cum emblematibus quam noſtris inſignibus rectius convenit. Vidimus §. 24. ex Homero ſcutum Agamemnonis. In ſcuto *Achillis* Vulcanus præter ſiderum varietatem deſcriptam etiam pacis bellique artes omnes & officia expreſſerat. Quidam *ex Mutii Scævolæ* poſteris ejus hiſtoriam in ſcuto geſtabat apud Sil. 8. v. 386. & 17. v. 401. *Scipio Africanus* patris patruique prælia. Ita & veteres ſcutis inſcriptiones addebant, quod cum ratione inſignium nobis uſitata minus convenit. vid. *Limn. Iur. publ.* 6, 6, 48. Engolismenſis monachus & Aimoinus ad ann. 799. citante Spelm. p. 26. refert victorum ducum Britannorum ſcuta Regi Carolo allata, inſcriptis ſingulorum nominibus. Conf. Limn. 6, 6, 54. 55. Hæping. de Jur. inſ. c. 11. n. 3.

Sententiæ Meneſtrierii, Labouſerii, Gelenii, Welſeri.

§. XXXIII. Ita de hoc argumento præclari viri ſentiunt. *Meneſtr. method. abbreg. p.* 19. Les figures des anciens boucliers & des enſeignes militaires des Grecs & des Romains eſtoient de ſimples deviſes, qui n'out jamais ſervi de marque de nobleſſe parmyeux, comme ſont les noſtres. On peut neantmoins dire, qu'elles ont ſervi de modelle à nos blaſons, comme les Hieroglyphes des Ægyptiens ont eſte les premiers modeles des deviſes. H. e. *Figuræ veterum clypeorum & ſigna militaria Græcorum & Romanorum ſimplices fuere teſſeræ, neque unquam fuere inſignia nobilitatis inter eos velut noſtræ. Poteſt tamen dici, quod proplaſmata fuerint noſtrorum inſignium, ſicuti hieroglyphica Ægyptiorum primi fuere ſymbolorum typi.*

Le Labour. orig. des arm. n. 3. p. 3. Ces heros toutes fois ne s'aſſujettiſſoient pas des couleurs certaines & fixes à eux ou à leurs ſucceſſeurs, & ne ſcavoient que c'eſtoient de cent & cent pieces honorables receues par nos anciens preux. Heroes hi tamen ſe non adſtringebant certis coloribus, qui ipſis & ſucceſſoribus ſervarentur, nec noverant tot honorabiles teſſeras, à vetuſtis noſtris fortibus receptas. Ægid. Gelen. de Magn. Col. Agr. L. 2. ſ. 1. p. 130. *Permulti arma primum à Francorum Gothorumque temporibus aut ſerius repetunt. Sed demus vulgatiorem tum incepiſſe inſignium ſcientiam & uſum, aut ab iſtorum tempore majorem ad nos memoriam notitiamq; potuiſſe dimanare, nihilominus oportebit quoque concedere, in effigiendis digmatibus talium autores, quocumque tandem ceperunt tempore, reſpexiſſe ad longiſſima ſtirpium principia, & majorum ſuorum prima vetuſtiſſimaq; facinora repetenda & exprimenda in ſcutis, ſicuti olim accerſebant quam remotiſſime familiarum originem.* Ex noſtris Illuſtris *M. Welſer.* L. 4. rer. Auguſt. Vindel. de differentia veterum & recentium ſignorum itidem præclara. *Quoniam ut nunc uſus habet, inſignia non tam rebus, quam certis coloribus conſtant, quibus & clypeorum areæ, & ſymbolorum imagines diſtingui ſolent, videtur ejus rei initium à Romanorum ævo & moribus neutiquam petendum. Quamvis enim Romani & omnis ante eos antiquitas ſymbolis & inſignibus uti conſueverunt, hæc tamen ad unum aliquod idem præſcriptum cum noſtri ævi inſignibus non exigenda ſunt; falluntur admodum qui exigunt, & res, quas ex eodem fonte naturæ parentis inſtinctu hauſtas fatemur, ſed alio atque alio ritu, prout temporum ferebant conſuetudines, conſtitutas fuiſſe videmus, imperite confundunt &c.*

Spelmanni aſſumta.

§. XXXIV. Cum non tantum diverſas variorum de origine inſignium ſententias, ſed & viderimus, quæ ex antiquitate imitari potuerint, qui introduxere uſum modernum, quæ tandem ex ſententiis eligenda ſit, quæri poteſt. Malim vero aliis deciſionem hanc relinquere, quam aliquid ipſe definire. Si vero quid dicendum ſit, ex quo lector ipſe judicium formet, aliorum potius quam meis verbis dicam. Ita *Henr. Spelmann. Aſpilog. p. 25. Viſo libro de notitiis Imperiorum nos cum Stevvechio, Pierio, Pancirollo, Lipſio, doctiſſimis viris à Romanis inſignibus propagari cenſemus. Non ſimul, non ſemel: authore incerto etiam & ævo. At Romana illa inſignia legionum fuiſſe palam eſt, & gregaria multitudinis, non privati alicujus hominis aut familiæ. Nec in iis quid heraldicorum characterum (qui Gallis feſſes, bandes, cheverons appellantur) nec hodierna colorum obſervatio, nec arearum diſtributio. Ingenue igitur fatendum erit, hunc noſtrum cultum, licet à priori deductum, à poſterioribus ita auctum, mutatum, ornatum abſolutumque fuiſſe, ut novus quodammodo videatur, quod quidem ante Normannicas irruptiones in Galliam fieri non apparet.*

paret. Normanni enim ipſſlegionario illo cultu à Romanis ducto & per orbem tranſeunte poſt adventum in Gallias fruebantur. &c. Dein p. 28. *Demum legionaria iſta diſtinctio ad particulares cœpit tranſire. Duces, tribunos, centuriones, nobiles (cupientes invicem internoſci) uti eo ævi ipſa etiam cognomina. Cognomina enim apud Francos coætaneam habuiſſe cenſeo genituram cum armorum inſignibus. Neutra fuiſſe in uſu apud Germanes, Francos, Anglos, Danos paulo ante Anglo-Normannicas ætates. Mox utraque fieri perſonalia. Utraque tandem gentilitia: Cognomina vero citius paulo quam inſignia.* Tum ex Tilio adducit Francorum nobiles ſub exitum Carolinorum, qui fuit 987. cognomina ſibi adſciviſſe, plerosque ab illuſtrioribus ſuis feudis: ruſticos & ſervos à miniſteriis & villis quas habitarant. Sed nec feuda ante hanc ætatem hæreditaria. Nemo ergo credat, ſignacula clypeorum hereditaria tum fuiſſe, cum neque cognomina, neque feuda, neque dignitates id juris obtinuiſſent. Pergit. p. 29. *Ajo igitur inſignia tum fuiſſe perſonalia & mutabilia ad placitum deferentis, uti heroum illa antiqua, vel ut hodie ſolent in haſtiludiis emblemata.* Quod exemplo è Malmesburienſi petito probat. De Anglis ſuis p. 40. *Noſtrates, poſtquam in Angliam penetraſſet Wilhelmus I. hunc armorum cultum à Normannis videntur accepiſſe. Nec confeſtim vulgatus evaſit, quod ſoli potiebantur, qui in acie conſiſterent, aliis quantacumque nobilitatis nihil prius inſignium expetentibus. Hinc multis nec ignobilibus familiis ſua defuere inſignia, etiam usque Henrici VI. ætatem.* p. 43. *Clypeos inſignitos accepiſſe non videntur ante Richardi I. ævum. Quin & ipſa familiarum cognomina à Normannis ſunt noſtratibus inchoata: prioribus Græcorum more ſimplici appellatione contentis.* P. 84. memorat deinceps è majorum nobilium ſcutis in minorem tranſiviſſe decorem armorum. Inprimis ut Proceres clientibus ſuis aliquid concederent ex ſuis inſignibus. Iterum p. 51. ita comparat vetera & nova *moderna inſignia, tum propter rei ſimilitudinem, tum propter inſtituti finem & rationem, cum prioribus illis ita videntur conjuncta, ut vel eadem prorſus, plus quam olim abſoluta, vel ex iisdem, tanquam prolem poſtera, humanam, ſuſcitata dixeris. Præcipuum enim diſcrimen in perfectione ſitum eſt, adeo ut ab antiquis inveniri, à poſteris videantur reſtaurari perficique, ut artes omnes.* conf. ſupra num. 14.

Ex ultramarinis expeditionibus uſus.

§. XXXV. Addendum his, quod *expeditiones ultramarinæ* multum contulerint ad ulteriorem culturam. Ita P. Pithæus de Camp. Comit. *Valde eſt veroſimile ultramarinas expeditiones nobis attuliſſe magnam partem armorum & ſymbolorum; illorum ſalutem uſum reddiderunt magis communem & religioſius obſervatum quam ante fuiſſet.* Ita & Henricus d'Outreman in hiſtor. Valencian. P. 2. c. 3. *Il eſt certain, qu'en ce temps là* (loquitur de temporibus Caroli M.) *les Princes & les Seigneurs ne portoient point d'armes certaines & aſſeurées pour leurs poſterité, beaucoup moins les villes. On truvera difficilement lettres d'aucun Prince ou Seigneur avant l'an mille, qui ſoient ſeellés d'un ſceau armoyé, car ils ſe contentoient de ſigner, c'eſt à dire d'y appoſer leurs noms en chiffre, avec certaines entrelatures de lettres l'une dans l'autre: & bien qu'ez tournois & batailles ils ſe ſerviſſent de quelques figures dans leurs eſcus, ſi eſt ce que pour la plus part ils les changerent à leurs plaiſir.* Certum eſt, hoc tempore Principes & optimates non certa vel quæ ad poſteritatem transmitterent inſignia habuiſſe, multo minus civitates. Difficulter reperientur ullius Principis vel Dynaſtæ literæ anno milleſimo anteriores, cum ſigillo inſignia deferente; ſufficiebat enim illis ut ſignarent, hoc eſt nomina certo charactere & literis varie implexis exprimerent. Et quamvis in ludis equeſtribus & præliis uſi ſint figuris in clypeis, plerumque tamen ſuo arbitrio eas mutare ſolebant. Addit dein, hoc poſt Bullioneam expeditionem factum, & eſſe hanc plerorumque Virorum Doctorum ſententiam. Ita & ex Cl. Faucheto iſtud allegari vidi: *Il ne me ſouvient d'avoir veu marque de fleur de lis precedente Pepin, mais depuis Louis le Gros (au temps duquel il ſemble, que les armoiries commencerent à eſtre hereditaires) elles furent plus aſſeurées aux familles, & commencerent de paſſer aux maiſons de pere en fils.* Non recordor vidiſſe lilii inſigne ante Pepinum, ſed poſt Ludovicum Craſſum (cujus tempore videntur inſignia cepiſſe eſſe hereditaria) certiora facta ſunt, & ceperunt in familiis ad poſteros transmitti. Huc illa *Dav. Blondelli*, viri ſi quisquam alius fuit hiſtoriarum peritiſſimi: Is vero *aſſert. Geneal. Franc. T. I.* 66. 2. *Ante annum* 1146. *quo cruce cum Conrado III. ſignatus eſt Ludovicus VI. ſive liliati ſ. teſſera alia inſignis ſcuti nullus in regia familia uſus fuiſſe videtur.* & inprimis T. 2. p. 163. *Quotquot usque nunc aſſervantur, chartarum ante annos* 600. *ſcriptarum archetypa, vel ſolo autographis monogrammate conſignata reperies, vel ſi qua bulla addita ſit, in ea ſcutum nullum ſed ſolam*

ſolam ſeu regis ſ. alterius rege minoris effigiem deprehendes; nihil ex tumbarum ἐπιγραφῶν *aliisque lapideis monumentis ultra ſperaveris. Vnicum Vredius Flandria tota Roberti Friſionis ſigillum, chartæ anno* 1072. *conſcriptæ appoſitum invenit, in quo ſcutum leone ſignatum viſeretur: ante illum nemo, poſt illum plures ſigillis ſuis ſcuta nullis teſſeris inſignia impreſſerunt: Hugonis, Roberti, Henrici, Philippi, Ludovici, quotquot in Eccleſiarum, quas opibus ſuis ditarunt, archivo & regio tabulario reſervata ſunt, unam regis effigiem repræſentant: nummi non omnes eam repræſentant, ſed ſolum regis monogramma, & loci, in quo moneta cuſa eſt nomen fere omnes exhibent. Omnium primus Ludovicus VII. ſcutum lilio inſigne (licet* 40. *circiter antequam regnaret annis, cruciatæ Hieroſolymitanæ occaſione, gentilitiarum in ſcutis & vexillis teſſerarum uſus introductus fuiſſet) ſigillo ſuo impreſſiſſe videtur: ante Philippi I. tempora, ubique reges ſolo crucis, hac aut illa forma effigiatæ, ſigillo contenti fuerant, ſed paulatim alius ubique uſus invaluit, quique teſſeras primi ſibi ſumſere, eas alluſione ad ſuum vel regni nomen facta ſumſere, &c.* Circa lilia Gallica idem cum ſuo hoc alioquin adverſario ſentit *Ioh. Iac. Chifflet. anaſt. R. Childer. c. 12.* p. 166. ſeq. autoritate literarum *Cheſnæi* & *Peireſcii* apud *Gaſſend.* Horum virorum autoritas facit, ut parum attendamus contradictioni *Ferrand. epinic. pro lil. impr. 3.* p. 31. 32 ſeq. qui ſententiam refellere conatur, & Peireſcii conjecturam de regum, quæ extant, mauſoleis quam vulgo credantur recentioribus rejicit.

Meneſtrierii ſententia ad Philippi Auguſti regnum referentis inſignia.

§. XXXVI. Huc etiam accedit calculus, cujus mihi in pretio autoritas eſt, *Cl. Franc. Meneſtr.* cum in *abbreg. Method.* p. 19. & *L'art. du blaſ. juſtif.* c. 17. p. 304. ante expeditiones ultramarinas exiſtimat fuiſſe inſignia tantum feudorum, qualia ſunt ſupremorum principum, & qualia dominorum vexilliferorum (*Seigneurs bannerets*) qui diverſa geſtabant, juxta diverſa vexilla locorum, quibus imperabant, delectus pro principe inſtituentes. Hoc genus cenſet circa *Caroli M.* tempora ortum. Sed poſtea putat regnum *Philippi Auguſti* vere dici poſſe tempus ortus inſignium. Hunc fuiſſe, qui lilia impreſſerit monetis, illis ornamenta regia conſerit, illorum etiam aliquibus, qui fidelem operam præſtiterant, gratiam conceſſione fecerit: vexilla quoque in exercitibus ſuis liliis aſpergi curaverit. Sub ipſo etiam in artis formam figuras has imaginarias redactas, conſtitutos feciales, & librum ei inſcriptum. Poſt hunc *P. du Val obſ. ſur. le blaſ.* p. 3. ita etiam ſentit: *L'uſage des armes eſt fort ancien, mais les regles & les preceptes du blaſon n'ont gueres eſté ſuivies, qu'apres les croiſades & les voyages que l'on a fait en la terre Saincte.* Uſus armorum veteſtiſſimus eſt, ſed regulæ & præcepta artis locum non habuere, niſi poſt cruciatas expeditiones & peregrinationes in terram ſanctam. Paulo poſt fatetur, ante *Hugonem Capetum* non fuiſſe arma hereditaria ſed affixa dominiis, unde ſumſerint poſſeſſores. Malumus hos ſequi, quam poſt *Chaſſaneum* & alios, *Labourerium*, qui argumento liliorum Francicorum arma in Gallia ſemper hereditaria fuiſſe colligit, & expeditione ultramarina tantum conſvetiora reddita concedit. *orig. des arm. n. 4.*

Modi acquirendi inſignia.

§. XXXVII. Videamus jam quod alterum eſt, *quibus nempe modis acquirantur inſignia?* Hos ita enumerat *Hæping. de Iur. inſign.* cap. 8. 1. collationem vel conceſſionem principis, qui conferendi, augendi, minuendi, mutandi habeat facultatem. 2. præſcriptionem. 3. conſvetudinem. 4. ſtatutum. 5. feudi nobilis acquiſitionem. 6. ſucceſſionem vel teſtamentariam, per ſubſtitutionem, fidei commiſſum, majoratus inſtitutionem, jus accreſcendi, vel ab inteſtato (An in *materna inſignia* ſuccedatur, vid. idem *Hæping. de Iur. inſ.* c. 7. §. 2. n. 51. ſeq. an agnati ſuccedant §. 7. n. 308. an agnati & affines n. 328. de ſucceſſione inter virum & uxorem §. 8. num. 337. ſeq.) 7. Adoptionem quæ olim frequentior. 8. Donationem. 9. pactum. 10. contractum. 11. ceſſionem. 12. tranſactionem. 13. parochialis Eccleſiæ vel Collegii fundationem. Modos hos examinare nolo; poſſunt enim forte aliqui expungi & ſub alios reduci. Tum & addi alii, e. g. cum cap. 1. §. 11. docuimus, poſſe quempiam ſuo arbitrio ſibi inſignia ſumere. Adderes etiam ex *Vptono*, quod ſuperiorum ſeculorum fuit, ſi quis alium capiat, ac ita ejus arma ſibi ſuisque heredibus vindicet; qua ratione ille credit, lilia Gallica ad Edoardum III. R. Angliæ ob Joannem Regem captum translata eſſe. L. I. pag. 257. vid. paulo poſt num. 40. & infra P. Spec. L. I. c. 3. n. 6. Poſſent item plerorumque modorum adduci exempla, ſi opus eſſet. Adducimus tantum aliquorum. *Donationis* exemplum eſt, cum apud Meſſen. Theatr. nob. Svec. paraphr. c. 18. p. 124. *Steno Sture* Senior Sveciæ gubernator maſcula deſtitutus

Inprimis, Donatio. Succeſſio.

proles

prole *Hemmingo Gadd*, Episcopo Lincopensi, concessit Sturiorum tria folia nymphea, sed in scuti per medium secti parte inferiori. *Mathildis Luciorum* familiæ heres *Percios*, quod Henrico Percio Comiti Northumbriæ nupsisset, instituit heredes, ut tamen tres lucios in area rubra jungant Percio leoni azurio quarteriatim, apud Ed. Bisse. NN. ad Upton. p. 42. Conf. exemplum *Waldpurgensium* dapiferorum, qui à Sveviæ ultimo Duce insignia accepere, cum morituro fidus parastata astitisset ex illis aliquis. Infr. Parte 2. Special. Recentius exemplum est, cum ex pacto matrimoniali, neptem Cardinalis *Iulii Mazarinii Hortensiam Manciniam* ducens *Armandus Carolus* fam. *de la Porte de la Meilleraye* cum Mazarinio nomine etiam scutum gentile (quod est cæruleum securim consularem argenteam in imo spiculatam, fascibus aureis argento ligatis circumdatam, & quæ tori inducitur fasciam rubeam; stellis aureis insignem complexum) assumere, & omisso paterno solum usurpare jussus est. *Successionis* exempla sunt frequentissima, & hac imprimis ratione areæ in Germanorum scutis multiplicantur. Fit vero illud duobus modis: vel ut plane omittantur vetera (ita Hannonica arma Flandricis cessere locum; Castellani Gandavenses Guinensia arma suis omissis accepere, ex illis aliquis secundo genitus cum uxore assumsit *Couciaca* nomen & arma) vel frequentius, ut tantum accessoria prioribus jungantur. Fit vero hoc non tantum, cum successione in bona, sed aliquando sine illa, imò sine prætensione. Erhardo 2. Dn. de Polheim Imperator concessit, ut soceri Gaudentii C. de Metsch S. Amasiæ insignia gestaret, quod licet postea neglexerint liberi, bonis ejus in Cæsaris fiscum relatis, permisit tamen iterum Ferdinandus II. Gundaccaro Polheimio ex alia linea oriundo Tozenbachia (lineæ alteri prius propria) & Metschia suis adjungere insignia.

§. XXXVIII. Addi debet, quod nonnunquam in *pœnam* dari insignia legatur. Exemplum in nobilibus de *Steinau* videre est apud Limn. Jur. publ. 6, 6, 122. cum cujus relatione tamen non convenit scutum, quod in Wapenb. P. I. p. 107. visitur. Saltem insignibus nonnunquam aliqua *mutatio* in pœnæ locum infertur. Ita ob convitium matri ingestum *Comitem Hannriæ* coactum leoni suo linguam & falculas detrahere, legis ap. eund. Limn. addit. T. IV. ad 6, 6, p. 112. In his tamen, ne quis præceps judicium ferat. Ordinarie enim Ed. Bissæi NN. ad Upton. p. 49. verba regulam præstant: *Insignia nunquam in deteriorem partem accipi, adeo ut quicquid virtutis animalibus adscribi solet, primis gestatoribus attributum sit. Data enim sunt insignia iis in honorem, quibus concessa sunt.* Conf. infra de discerniculis c. 8. Quæ in pœnam dentur?

§. XXXIX. Quamvis vanum credam, omnium figurarum, quæ in insignibus occurrunt, rationes postulare, cum ea sæpe nulla fuerit, sed sine ratione assumentis voluntas, non abs re tamen est, notare aliquas causas, ob quas certa ratione bene multæ figuræ in pluribus scutis visuntur: atque ita unde originem hoc vel illud δῶγμα. trahat. Joh. Loccen. antiq. Svec. Goth L. 2. c. 10. p. 63. Istam distributionem causarum instituit: *Insignia nobilium prisco avo simpliciora fuerunt. Progressu temporis ornatiora & ampliora facta sunt. Ea vel ab armis, quorum olim præcipuum studium, vel à nomine prædiorum avitorum, in memoriam generis, vel à rebus terræ, unde orti, sui non immemores; vel ab astris & cælo, quo tendebant, animisque & votis aspirabant; vel ab insigni rerum gestarum eventu, petere placuit. Quidam sumserunt à rebus firmitatem aut fortitudinem repræsentantibus, alii ab animalibus, quorum robur, vires, solertiam & agilitatem aut studio emulabantur, aut ratione virtute animique vigore superabant.* Causas alio ordine *Hæping. de jur. inf. c. 5.* enarrat. 1. Res præclare gestæ. 2. ortus. 3. status & conditio vitæ. 4. officium. 5. fidelitatis promissæ perseverantia. 6. expeditio in terram sanctam. 7. bene merita. 8. religio. 9. nominis convenientia. 10. scientia & eruditio. 11. fertilitas locorum. 12. eventus vel casus aliquis. 13. arbitrium, fictio ingeniosa & lubitus merus, 14. armorum victi abdicatio & nova per victorem assumtio. 15. aggregatio. In enumeratione hac forte multa desiderari possunt: Cum abundare, quoniam alius sub alio continetur, & deficere quidam tituli videantur. conf. *Cyr. Spangenb.* Adelsp. P. 2. L. 12. c. 28. p. 304. b. Qui volet ista utatur, ut nempe rationes, propter quas certæ in insignibus dantur vel sumuntur figuræ, sequentes sint. 1. *Præmium virtutis cujuscunque & rei egregiæ gestæ memoria.* Hoc vero non uno modo fieri potest. Aliquando simplex hierogliphicum leonis vel alterius animalis fortis huic usui adhibetur. Ita apud *Hæping. de Iur. inf. c. 8. §. 1. M. S. n 92.* Rudolphus Imperator *Vitoduri*, cujus cives sibi contra Rationes insignium. Præmium virtutis & rei gestæ memoria.

Ottocarum fidelem & fortem operam præstiterant, clypeum leone rubeo auxit. Huc spectat aurea stella Erico Brunsvicensi concessa. vid. in P.2. Spec. L.2. c.9. n.9. Ita olim Artaxerxes Cyri minoris percussori præmium contulit, ut in acie gallum aureum super hasta gestaret, *Spelman. aspilog. p.* 131. Non dubito huc referre, quod *Christoph. Columbo* ob inventi novi orbis honorem datus apex à Ferdinando rege mundanus globus, imposita cruce rubea ap. Limn. Jur. publ. 6, 6, 94.

Insignia ex spoliis victorum hostium.

§. XL. Nonnunquam aliquid *hosti ademtum* scuto inseritur vel galeæ imponitur, quod instar *trophæi* est, & ab Hæping. penultimo loco allegatur. Huc refert hermas in galeis *Chifflet. in prærogat. Lum.* sed *Blondell. Plen. assert. Gen. Franc. T.2. p.* 352. conjecturam rejicit. *Rappolsteiniorum* tamen cassidi Saracenicus herma quod insistit (vid. infra Parte Spec. L. 2. c. 72.) huc pertinet. Ita jam olim Romani *Cantabrorum* victorum insignia suis, & post Dacos debellatos eorum dracones, quos illi à Scythis acceperant, commodius ob terrorem, quem modi in aëre faciunt, insigne (*Spelmann. aspilog. p.* 17.) assumsisse dicuntur. Hæping. de Jur. inf. c. 5. n. 16. conf. eund. c. 5. n. 87. ex MS. Germ. Poetæ, de Alberto M. Duce Brunsvic. belligerante cum Ottone Nob. Dn. Hadmerslebii sic loquitur.

Hette Burne Herr genan/
Sine borch / und vinc wol drizzig man
deruffe/ Ritter und knapen/
und theilten ihre wapen/
De sine so man pliget
Sua ein dem ander obersiget
daß her an auch sin wapen stiget.

De veteri more in universum Spelmann. aspilog. p.9.10. *Victi insignia ad victorem pertinebant, quæ & ferre licuit per prælia in triumphum: sic Turnus Pallantis balthea, sic Flaminius Bojorum regis galeam. Ductum forte ab Hercule, qui Antiopes Amazonum reginæ arma, victoriæ præmia deportavit, Menalippis sororis regiæ captivitate prælata.* vid. paulo ante n. 37. Huic origini deberi credo castella & vexilla, quæ in scutis vel apici imposita cernuntur. Ita huc referendæ aquilulæ Montmorenciorum ob ereptas imperialibus aquilas ap. *Andr. du Chesne hist. Geneal. de La maif. de Montmor.* L. 1. c. 3. p. 14. & infra P. Spec. L. 1. c. 65. In Hispania in memoriam fortitudinis *Petri Ariæ Davilæ Dn. de Punno enostro* Joanna regina ejus & posterorum scuto circumdedit limbum 8. castellis & 7. scalis ac vexillo impressum. Vide historiam ap. *Al. Lop. de Haro. Nobil. geneal. Hisp.* L. 8. c. 8. Apud eund. L. 10. c. 14. cum *Didacus Fernandez de Corduba M. de Comares & Did. Fern. de Corduba C. de Cabra* viciissent & cepissent 21. April. 1483. Mahometem Baudelinum dictum Chiquito *R. Granatæ*, ut plura vexilla scuto apponerent, & in cuspide scuti regis catena aurea vincti iconem gestarent, illis concessum est. In Anglia cum *Th. Howvardus Surriæ comes* prælio Floddensi Jacobum IV. Regem Scotiæ fudisset cæcidisset-que, ei permissum est, ut clypeum baltheo gentili superiori parte insereret aureum, in quo erectus leo rubeus ac sagitta trajectus & duplici peribolo ejusdem coloris ut inq; liliato incluſus appareret. Spelman. aspilog. p. 95. Ita cum Gallus quidam *Gundomarum* ultimum Burgundiæ regem in prælio cepisset *felem* (insigne regale) in clypeo suo cancellis ajunt occuluisse, ut hoc commento captivum regem innueret, factique monumentum posteris relinqueret. Spelman. aspilog. p. 108. De hac rei ita M. Gilb. Varenn. R. d'arm. P. I. p. 112. *Nous ne voyons rien de plus commun sur les timbres & aux cimiers des Allemanns & des Anglois, que des espees, des heaumes & des enseignes, que leurs ayeulx ont arrachées des mains des ennemis. En France mesme nous voyons quantité des maisons tres illustres, qui portent en leurs armes les figures de ces chaisnes, de ces coutelas & de ces lances, qu'ils ont ostées valeureusement aux trouppes infideles:* Nil vulgatius conspicimus in apicibus Germanorum & Anglorum, quam gladios, galeas & vexilla, quæ ipsorum majores eripuere manibus hostium. In ipsa Francia nostra videmus plurimas illustriores Domos, quæ in scutis gestant figuras catenarum, acinacum & lancearum, quas fortiter infidelium copiis extorserant. Huc illud etiam referendum est, quod *Andr. du Chesne hist. geneal. de la maif. de Montmor.* L. 1. c. 3. p. 14. notat, aliquando victorem victi insignia in victoriæ notam propriis plane relictis assumsisse.

Cum allusione ad certas cir-

§. XLI. Nonnunquam ad *certam rei gestæ circumstantiam* alluditur. Ita post celebrem pugnam, qua 1227. *Baeça* à Maurorum servitute liberata est, quia die S. Andreæ

dreæ festo contigit, nobiles plerique victores cruce Apostoli scutorum limbos exornavere. Ita *Cuevæ* in limbo coccineo gestant 8. tales cruculas. Ex *Iul. Chifflet. Ed. Bisse. NN. ad Vpton.* p. 71. Huc spectant ex *Cambd.* insignia *Iohanni Ramsey Vicec. Hadingtoniæ* collata, quæ constant scuto ex viridi & argento bipertito. In priori areola manus gladium exerit cor perforans, cujus cuspidi corona hæret: In albo surgere videas aquilam coronatam. Clypeo imminet planta virens: symbolum autem est: *Hæc dextra vindex patriæ.* Telamones hinc unicornu, illinc leo. Rationem qui volet scire, apud *Thuan.* L. 104. p. 696. historiam legat de Jacobi R. periculo, quod à Gauriæ comite perpessus erat, sed suâ Ramsey hujus, & aliorum virtute servatus est. Huc retuleris etiam, quod *Andr. du Chesne hist. geneal. de la mais. de Montmor.* L. I. c. 3. p. 14. notat: sæpius plures orbes vel globos, annulos, circulos, vel similes figuras, inserta esse scuto ad *numerum hostium*, quot in pugna quis cæcidisset: ejus rei exemplum in *Montmorenciis* agnoscendum credit. Hoc vero veteris etiam moris fuisse, exinde patet, cum Arist. in Polit. teste, Carthaginenses militibus & ducibus bellicis tot annulos dedere, quot reportassent victorias. cumstantias.

§. XLII. Dein 2. *originis notandæ* causa nonnunquam insignia adsumuntur, vel retinentur. Apud veteres id frequens. *Idomeneus* Minois nepos, quia à Sole s. hujus filia Pasiphaë oriundus dicebatur, *gallum gallinaceum* gestavit, Pausania in Eliac. prior teste. Heraclienſium tyrannus *Clearchus*, quia à Jove, aquilam auream. Idem Pausanias in Arcad. memorat (ut supra diximus n. 31.) *Epaminondæ* tumulo impositam columnam cum scuto, in quo draco celatus; Indicio quod ortus sit ab iis, qui Sparti nuncupabantur, dicebanturque editi in lucem è draconis dentium satione. Ita nonnunquam *Alexandro M.* anguem usurpatum lego, qui infantem vix natum evomeret, quia draconem in cubili matris ejus visum, quem Jupiter intuerit, eoq; hunc genitum multi crediderint (vid. *Freinshem supplem. Curt.* 1, 1, 10. & ibi alleg. autores) conf. *Hæping. de Iur. inf.* c. 5. n. 24. Huc etiam spectat, quem ibidem notat, coloniarum patrium emblema retinentium mos. *Luc. Marin. Siculus de Reb. Hisp. c.* 10. memorat *Ilerdam* civitatem *Valentiæ* (quæ eam matrem appellare solet & colere) dedisse lilii florem, quo monetam insignirent, ut ex eo cum Ilerda prius 4. floribus uteretur, tribus deinceps usam. Nec minus huc retulerim *Seleucianorum* numerum anchoram, quia posteri à natura hoc gentilitium signum femore habuere. Cui exemplo affine est, quod de *Estoute villeorum* s. *Tuttavilleorum* leone, qui sine lingua & falculis pingitur (*morné*) refert *M. Gilbert. de Varenn. R. d'arm.* P. 2. p. 269. quod talis apparuerit ut genitiva nota impressus humeris cujusdam filii, primi ex hac gente, qui Catholicam fidem professus sit. Memoria originis.

§. XLIII. Ex recentioribus illa sunt: *Matthias Corvinus Huniades* R. Hungariæ in testimonium, quod à M. Valerio Corvino descenderet, corvo usus est. (*M. Gilbert. de Varenn. R. d'arm.* P. 4. p. 549.) Unde in Batoriis insignibus dein areola aurea cum corvo pullo, corpore in lævam obverso, capite in dextram spectante, qui rostri cuspide duplicatam crucem coccineam teneat, petiolo oblongo in obliquum superlato. (in scuto Sigism. Batorii Pr. Transsylvan. ap. *Chifflet. inf. Eq. A. V. n.* 265. qui Corvinæ gentis nomen adscribit. Huc etiam certo modo spectat tota materia subdistinctionum (*des brisures*) de quibus c. 8. Exempla recentia. Corvinorum.

§. XLIV. 3. *Officium* non unius notæ causa est vel origo: cum nempe præcipuum insigne muneris inseritur scuto. Conf. supra c. 1. n. 34. de insignibus dignitatis: cum illa observatione n. 35. quod frequenter, quæ dignitatis fuerunt tandem fiant gentilitia, abolita nonnunquã originis etiam memoria. Exemplum ibi dedimus *Buticulariorũ Silvanectensium*. Tum n. 31. *Bozheimiorum*, qui crucem auream in nigro scuto assumsere, ob præturam Selestadiensem, quam gesserint: ut & *Wasleri de Eckerich.* Ita etiam *Moncadæ* gestant 6. aureos orbes, (quos vetusta monumenta catinos s. patinas vocant) in solo rubeo, servandæ memoriæ dapiferatus, quem familia habuerit. *Bisse. ad Vpton. NN.* p. 56. In insignibus Moncadensibus Wapenb. IV. p. 6. pinguntur in area secunda octo orbes, & solum non rubeum sed cæruleum est. Huc spectant insignia *Ehingensis* famil. Svevicæ, cui *Crus. annal. Svev. P. 2. L. 3. c. 13. p. 179.* attribuit duos tignos aureos in scuto nigro zwey gelber dachsparren gleichsam eines winckelmaß / ex ea conjectura, quia fabrorum tignariorum sub Imperatoribus fuerint præfecti. In Wapenb. Ex officio deducta.

I. p. 113. non nisi unus cantherius pingitur. Affine huic est, si quis (ut inter ignobiles fieri sæpe solet) majorum vel suæ professionis vel artis instrumenta scuto inserat.

Memoria eventuum vel casuum singularium.

§. XLV. Nonnunquam 4. *eventus aliquis singularis* aut memorabilis causam dat figuræ. Ita apud veteres *Vlysses* delfino dicitur usus pro signo, quia Telemachum puerum in mare profundum è littore prolapsum Delfini servarint & extulerint, ut Plutarchus habet: *Menelaus* dracone, quia draco ei in Aulide victoriam hariolatus erat. Pausan. in Phoc. Ita *Martino Albaiæ* pastori, qui 1210. exercitum Christianorum per montium anfractus non difficili aditu supra caput Maurorum stirit, & victoriæ memorabili ad Navas de Tolosa obtentæ hac ratione magnum momentum attulit, data sunt insignia auro & minio tessellata, cum limbo cæruleo sex vaccinis capitibus argenteis impresso: quia in itinere vaccæ caput à lupis recens semesum repererat. Ut ex *Favino, Oviedo, Covarruvia, Varga, Bissæus NN. ad Vpton. p. 55.* Sic cum *Rogerius C. Foxensis* in corpus S. Volusiani Vasconum Apostoli ab Arianis occisi incidisset, dicitur vehiculo suo, quod duæ vaccæ trahebant, imposuisse, & pedes ad locum sepulturæ deduxisse. Unde symbolum *Bearni* sunt duæ vaccæ gradientes rubeæ jugis, tintinnabulis & cornibus cæruleis (cornua alii minio tingunt) in solo aureo. Aliam rationem vide c. 9. n. 15. De *Heusdanorum* dynastarum insignibus vid. Henninges Theatr. Geneal. T. 3. P. 2. p. 363. De abb. *Stabulensi* s. *Stablo* Hæping. de jur. inf. c. 6. n. 86. In Provincia *Porcelleti* gestant in solo aureo porcum gradientem nigrum, quod inde factum dicunt, quia aliqua ex imprecatione pauperculæ, quam eleemosynam petentem duris verbis abegerat, simul pepererit novem infantes ut scrofæ soleant: unde natum sit nomen Porcellet & arma. M. Gilb. de Varenn. R. d'arm. p. 288. & 289. qui tamen credit commentum esse. (*conte fait à plaisir.*) Cujus generis pleraque forte sunt, quæ pro veris tamen ex traditione habentur. Huc retulerim illas ferarum vel avium figuras, quas insignibus inseruere, qui tales straverant aut ceperant. (conf. de Lotharing. Duc. & Com. Stolberg. suo loco.) Nec minus cruces vel leones aut peregrinas feras, quas assumsere, qui in expeditione Palæstinæ cruce se signari passi erant, vel ob peregrina adita loca illarum bestiarum imaginibus memoriam servare studebant. Forte hæc causa est, quod Belgæ post expeditionem Bullioneam aliis usi insignibus, ut vult *Pontus Heuterus* apud *Limn. Iur. publ.* 6, 6, 122.

Insignium figuræ ex iis quæ in provincia frequentia.

§. XLVI. Affinis huic illa causa est 5. cum desumitur figura ex illis, *quæ in provincia, cujus sunt arma, vel ditionibus familiæ subjectis, nascuntur vel alioqui* reperiuntur. *Id apud veteres non modo Ægyptios, sed omnes alios populos & principes, observatum fuisse videmus, ut animali, fructu, vase, aliove signo depicto occultum aliquid significarent. Ilienses suem, Thebani testudinem, Chii & Africani spicam, his se abundare indicantes.* Guid. Panciroll. in c. 37. com. in Not. Imp. Orient. Jul. Jacobinus in append. ad I. Bapt. Font. libr. de prisca Cæsiorum gente. *Ex iis rebus, quibus vel maximè abundat, provinciam aliquam designari, haud raro legimus. Sic cuniculo Hispaniam, sic equi symbolo nostra ostentatur Italia.* Ita & olim *Ægypti* symbolon crocodilus, quod animal ibi frequens, & merges, ob fertilitatem. De *Hispaniæ cuniculo* plurimis notatum est, unde in Adriani numo (Numism. Caroli D. Arschot. cum comment. Ioan. Hemelarii) ita designatur, & pars dicta *Cuniculosa Celtiberia.* Segoing. tr. de L'antiq. des arm. c. 4. p. 36. *Quelquefois aussion signifie la province ou le terroir conquis par les animaux, esquels il abonde. Par exemple, si c'est un pays de forests & abondant en chasse de noir, on peut fort à propos le figurer par le sanglier ou autre beste semblable.* Aliquando provincia vel regio occupata repræsentatur per animalia quibus abundat, e. gr. si sit sylvosa & apris frequens, apro vel simili fera designari potest. Exempla occurrunt frequentia. Granatæ regnum malum punicum, quia abundat illis, defert, Bituricenses vervecem, in Danicis insignibus Stormaria cygnum, Islandia asellum piscem. Huc referas maculas *Rohaneorum* (vid. c. 5. & in parte spec. L. 1. c. 79.) Item quod *Britanniæ Duces* Hermionico, ut vocant, usi sint scuto (vid. *Vpton. de offic. milit.* L. 4. p. 167.) quia mustela illa in Armorica Britannia reperiatur. conf. *Bisse. NN. ad Vpton p.* 61. Ita idem *Vptonus* cornices atque graculos in *Cornubia* frequentes observat frequenter etiam in Cornubiensis nobilitatis scutis comparere. Bissæ. p. 62. refert, familiam de *Schuckburg*, in agro Warvicensi, gestare tres astroites lapides argenteos (echinatarum calcarium modularum instar) circa capreolum ejusdem metalli, in scuti valvulo atro. Quia lapides tales circa manerium eorum Shuckburg passim reperiuntur. Sic & *Naptonorum* de *Napton* familia illo teste gestabat

stabat tria conchylia aurea super fasciam cæruleam, in clypeo argenteo: quia lapides conchyliorum forma ibi reperiantur. Sic in Brasilia dedere provinciis interſignia *Paraybæ* 6. conos sacchari, quales formari solent (Zuckerhüt) *Tamaracæ* 3. uvas, *Algoæ* 3. pisces, *Garasu* 3. cancros marinos. conf. de Bearnensium vaccis infra c. 9. n. 15. ubi alia quam quæ §. præced. allegata est, ratio adducitur. Ob hanc rationem existimat *Iul. Chifflet. Marq. d'honn. de la maiſ. de Taxis* P. I. c. 2. p. 28. Tassiis Taxum placuisse, quia in valle Cornelia, ubi sedem fixerant, animalis hujus proventus sit frequens, & venatione Lamoratus ejus auctor delectatus fuerit. Existimat ibidem, pisces ab illis inscriptos scutis, quorum ditiones fluvii piscosi rigarent.

§. XLVII. Sunt aliqua exempla 6. cum *religionis* (utinam non plerumque simul *superstitionis*) causa assumtæ sunt figuræ. Ut jam de crucibus nihil dicam, *Colonia Agrippina* in scuti, inferius argento tincti, superiori parte rubea tres coronas aureas defert: quod corpora Magorum, quos tres reges dictitare solent, possidere se credit. Wap. I. p. 219. *Treviris* S. Petri rubeo amictu incedentis imaginem gestat (vid. Hæping. de Jur. inst. c. 6. n. 1170.) *Hala Hannoniæ* (Wap. I. p. 221. imaginem Deiparæ, quæ ibi colitur, inserit clypeo. Ordo equestris utitur *Georgii effigie*, nempe Patroni sui. Sic ajunt *Carolum Borromeum*, quem sanctorum diptychis postea Pontifex inseruit, loco gentiljum armorum scuto inseruisse imagines Ambrosii, Gervasii & Protasii, cum symbolo: *Tales ambio defensores.* M. Gilbert. de Varenn. R. d'arm. P. I. p. 160. Ex religione assumta.

§. XLVIII. 7. Ratio nonnullarum figurarum à *conjugiis* repetitur, quæ genti honorifica contracta sunt. Id Hispanis, imprimis in limbis, infrequens non est. Ita *Leiva* ob Isabellam Edoardi III. Regis Angliæ filiam naturalem Sancio Martinez Levæ forti bellico duci nuptam gestant Leopardos Anglicos in insignibus. Ex conjugiis.

§. XLIX. Frequentissima fere ratio figurarum est 8. *paronomasia* s. *allusio* ad nomen. De quo genere insignium prolixè agetur toto c. 9. quo me refero. Ex paronomasiâ.

§. L. Huc etiam 9. referenda est *concessio*, si nempe princeps suorum insignium aliquid, affectus testandi vel honoris faciendi causa, aliis largitur. Conf. *Hæping. de Iur. inst. c. 8. §. 1. m. 5. n. 99. seq. Ed. Biss. NN. ad Spelm.* p. 103. Eleganter in hanc rem ex Barn. Moreno *Iul. Chifflet. Les Marques d'honneur de la Maiſ. de Tax.* P. I. c. 4. p. 67. *Les Princes ont eu dez long temps la coustume de laisser des tesmoignages de leurs reconnoissance à des familles entieres. Or comme cela ne se peut faire ni si facilement ni de me illeure grace, qu'en imprimant quelque marque de cette vertu dans l'escu, qui est commun à toute la race: de là vient que dans les armes de plusieurs maisons anciennes on y reconnoit des pieces tirées des escus des Roys mesmes & de divers Princes. Les Roys d'Espagne donnoyent ou des chasteaux ou des lyons de pourpre: ceux d'Angleterre des leopards: Ceux de France des fleurs de lys: les ducs de Bretagne des hermines: les ducs de Lorraine des alerions, & ainsi des autres. Principes à multo tempore eâ usi sunt consvetudine, ut integris familiis suæ gratitudinis relinquerent monumenta. Quando vero hoc nec facilius nec gratius fieri potest, quam virtutis aliquo vestigio gentili totius stirpis scuto impresso, inde factum est, ut in clypeis plurimum antiquarum domuum conspiciantur figuræ ascitæ ex scutis regnum & diversorum Principum. Reges Hispaniæ dabant castella vel Leones purpureos, Angli Leopardos, Franci lilia, Britanniæ duces hermionicas pelles, Lotharingiæ aquilulas, &c.* Ita *Claromontanis* Pontifex ob merita in sedem Romanam concessit in solo rubeo duas claves argenteas in decussim trajectis: nec minus ut familiari scuto imponeretur tiara Pontificia. *Limn. Iur. publ. addit. T. V. ad 6, 6. p. 59.* Sic & civitas *Senensis Blasio Monlucio* de se bene merito urbica insignia, nempe lupum auroum in parma cærulea, concessit. *Limn. Iur. publ. T. V. ad 6, 6. p. 62.* Exemplum etiam elegans est supra n. 42. allegatum ex L. Marin Siculo, hic vero repetendum, Ilerdæ civitatis, quæ cum coloniam misisset regis jussu Valentiam, scuto 4. liliorum detraxerit unum, & civitati filiæ concesserit vid. *Hæping de Iur. inst. c. 8. §. 1. m. 5. n. 120.* In sinistra scuti parte aurea duo pali coccinei gestantur à *Cuevis*, quos à regibus Aragoniæ ob præclare bellis gesta acceperе. Ut ex *Iul. Chiffletio allegat Biss. NN. ad Vpton. p. 71.* Henricus IV. D. Limburgi, cum sororis Margaretæ filio Theodorico Altenacensi donaret arcem Limburg ad Lainam in Westfalia, concessit nomen & arma Limburgensia. Fam. *Boliers* (in Provinc.) gestat scuto coccineo, cui incumbit caput argenteum, circumdatum limbum Hierosolymitanis & Neapolitanis (quæ Andina sunt cum fasciola trifida) symbolis exaratum: quod donum fuit Joannæ reginæ Neapolitanæ, pro quo *Franciscus de Boliers* multa egerat (Cæsar. Nostrad.) *Thomæ Mannors C. Rutlandiæ*

Hen-

Henricus VII. Rex Angliæ illa dedit insignia, nempe scutum aureum 2. fasciis cæruleis exaratum, cum capite scutario quadripertito, cujus quadræ cæruleæ bina lilia aurea, coccineæ singulos leopardos ejusdem metalli deferunt. Fam. *Goulaine* (Britann.) gestat in scuti bipertiti anteriori parte aureâ tres leopardos rubeos dimidiatos, & posteriori cærulea dimidium & integrum lilium ex auro, atque ita Anglica & Francica regia hieroglyphica. Rationem illam dant, quia *Alfonsus Dn. de Goulaines*, à Duce Britanniæ missus hos duos reges reconciliarit. (Leguntur etiam in eorum castello hinc inde duo à coronata cum tertio, quod ea jungit hoc symbolo: *A cettuycy à cettuylà j' accorde les couronnes.*) Quod vero leopardi Anglici ante lilia locum obtineant, rationem dant, quia à rege Angliæ prius accepti. Le Labour. orig. des arm. n. 50. aliam rationem affert, nempe ne leopardorum posteriora tantum comparerent. Hoc in Anglia inprimis solenne notat Spelm. aspilog. p. 48. Ait enim in *Cestriæ* comitatu plures nobiles uti fasciculis frumentariis, quod comites tribus utebantur aureis in æquore cyaneo. Ita *Calthorpi* Warreniæ procerum munere feudis aucti *VVareniorum* clypeum auro & cyaneo tessellatum armelina fascia deferebant. Sic *Scharneburni*, cum à Wilhelmo de Albeney, hereditatem suam quam illis eripuerat reciperent, assumsere ejus scutum rubrum aureo leone erecto insigne, adjecto pro discriminali angulo ermelino. Ita & *Peitonorum* scutum Zebellinum cruce imbricata aurea, vix aliunde sumtum quam ex clypeo *Vffordorum*, regiunculæ comitum, penticono argenteo priori quartæ ad differentiam ascripto. De *liliorum Gallicorum* concessione vid. P. Spec. L. 1. c. 24. n. 37. seqq. Adde vero illam observationem *Andreæ du Chesne hist. geneal. de la maif. de Montmor. L. 1. c. 3. p. 22.* quod olim plerumque in Gallia regii officiales lilia scutis suis inseruerint: observationem autem suam confirmat exemplo Matthæi 4. Momorancii, cubicularii Franciæ.

Exempla concessarum aquilarum.

§. LI. In *Imperio* nostro non desunt exempla gratiæ Cæsareæ tali concessione indicatæ (conf. etiam Limn. Jur. publ. 6,6,27. & T. IV. addit. ad l. c. ult. n. 32.) inprimis à sæculi memoria. Nec vero unus hoc faciendi modus est. Nonnunquam aquila Imperialis repræsentatur, quæ in pectore scutum familiare gestat: & quidem cum coronæ Augusta, quæ capiti immineat, ut vides Wapenb. P. IV. p. 2. in insign. *Testa Piccolomini* & March *Visconti Cislaghi*. p. 5. C. de *Parr*. p. 14. *Bar. de Porta*. vel corona illa omissa. p. 9. *Baron. de Horrion*. vel ejus loco duabus regiis s. ducalibus substitutis, ut p. 4. *C. Raggio*. Alibi aquila coronæ insidet, ut p. 2. *C. Fabroni*: aut galeæ mediæ p. 7. *C. Verdugo*: ut & Com. de *Trautson*. Wapenb. I. p. 23. Nonnunquam secundæ, ut B. de *Horrion*. (Wap. V. p. 9.) ubi inter galeam & aquilam corona regia clausa interjacet. Alius modus est, cum in scuti media parmula cum corona vel sine ea inseritur: exempla sunt Com. *Kurz* (Wap. IV. p. 1.) C. *Altenburg* (IV. p. 1.) sed in scutulo bipertito. C. *Sorina* (p. 2.) Com. *Mettich*. (p. 3.) Bar. *de Beck* (p. 9.) Nonnunquam aquila primum laterculum & qui ei respondet quartum occupat, ut exempla docent March. *Balbi* (Wap. P. IV. p. 2.) *C. Capra* (p. 3.) C. *Crescentii* (p. 4.) *C. Verdugo* (p. 7.) Nec desunt tamen in quibus posteriori loco exaratur, ut in B. de *Porta* (Wap. IV. p. 14.) C. de *Brembatis* (Wap. IV. p. 3. nisi quod illa aquila tantum μονοκέφαλος & minio tincta suspicionem facere posset, ab imperiali aliam esse: sed corona tamen Imperialis est.) Nec aquilæ tantum concessæ sunt, sed aliquando nominis etiam litera initialis & numerus. Ita Wap. P. IV. p. 2. aquila M. *Visconte Cislaghi* ascriptas habet literas *F III*. quod indicium est gratiæ à Ferdinando III. acceptæ. Ibidem C. *de Sorina* pectori inscriptum *F II*. (Ferdin. II.) nisi obscurior sculptura tertium I. occultat. Sic & pag. 6. aquila primæ insistens cassidi C. *Truchsess. de VVezhausen* pectore easdem literas *F II*. defert, imminente corona Augusta. *F III*. legitur in pectore aquilæ, quam media galea Bar. *Sporkiorum* sustinet. Wap. IV. p. 12. Alibi literas *F III*. videas in propria parmula, corona Imperiali insignita pro Bar. *de Losimthal*. (Wap. IV. p. 8.) vel loco parmulæ serto *Bar. de Lanan* (Wap. IV. p. 14.) Alibi toti inducta aquila conspicitur, ut pro *B. Boyneburg* (Wap. IV. p. 10.) quo tamen insigni eos non uti accepi. Famil. *Grossia* in Linguadocio & Pedemontio gestat ex concessione imperiali aquilam nigram corona Imperiali rubea ornatam, apud *M. Gilbert. de Varenn. R. d'arm*. P. I. p. 161. De frequentibus aquilæ concessionibus *Scaligerorum* genti factis vid. *Haping. de jur. inf. c. 8. §. 1. m. 5. n. 100.* Porro ut huic concessioni sua dignitas constet, nec nisi ab ipso Imperatore notæ tales obtineri possint, plerumque diplomati-

bus.

bus, quibus Comites Cæsarei Palatini creantur, formula inseritur, ne Imperii vel Austriaca insignia aliis concedant: quod supra c. 1. n. 12. monuimus.

§. LII. Nonnunquam conceduntur non ipsæ figuræ Principis sed *aliquid affine vel particula tantum*. Ita ap. *Haping de jur. insign. c. 8. §. 1. m. s. n.* 92. Ludovicus Imp. fratribus *de Prato* ob strenuam operam navatam concessit, ut leonem avitum coronа Bavaricis coloribus variegata redimerent. Ap. eund. n. 99. Carolus V. ex symbolo suo *Iovii* columnas Herculis concessit. Huc etiam exempla spectant, cum domus Burgundica *crucem Andreanam* dedit. Concessio figuræ affinis vel particulæ.

§. LIII. Affinis illa causa est, quam 10. loco numerabimus, cum nempe è *Principis scuto aliquid in testimonium subjectionis insignibus recipiunt urbes subditæ*. Cujus in Parte Spec. plura occurrunt exempla. Vel cum in testimonium accepti beneficii aliquid ex ejus scuto adsciscitur, cui nos ad gratitudinem obstrictos profitemur. Ita apud *Tilium* (*rec. des R. de Fr. p. 320.*) *princeps Antiochenus*, ut se gratum præstaret Ludovico IX. R. Franciæ ob accepta beneficia, insignia Francica suis quadrifariam junxit, conf. infr. c. 3. n. 67. Huc spectat, quæ *Campanile dell' armi* p. 216. memorat, familiam d'*Alemagna* in regno Neapolitano, ut Andegavenses reges, Germanicæ originis hominibus infestos, haberet magis placatos, non tantum nomen, ortus indicium, cum alio de *Merloto* mutasse, sed etiam Andegavense scutum medio scuto suo inter fascias & merulas avitas inseruisse. Testimonium subjectionis ex insignibus.

§. LIV. Huc spectat illud veteris Heraldi & Poëtæ carmen ad Joh. de Vergy Dn. de Fonvens, seculo decimo quinto scriptum, ubi aliquarum figurarum origines adducit; quæ uti de omnibus dici non possunt, qui istis figuris utuntur, ita tamen de pluribus non fallere existimarim. Refert illud Jul. Chifflet. Les marq. d'honn. de la mail. de Tax. P. I. c. 2. p. 26. Ita verò sonat: Poeta vetus de originibus figurarum.

Sieur de Fonuens, si desirez d' entendre,
D' où que procedent tant des Armes diuers,
Que nous voyons parmi la France espers,
De cet escrit brief le pourrez comprendre.
Des Huns, Normans, & nations semblables,
Sont les taureaux, ours, sangliers, loups, renards:
De ceux d' Afrique, des tigres, leopards,
Griffons, lyons, & dragons espantables.
Lors que nos Roys manierent le sceptre
Romain, nos peres peindrent aux escussons
Aigles, merlettes, alerions, faucons,
Et ce que d' eux en Armes l' on peut mettre.
Mais nos Ayeuls soubs Clouis Roy de France
Prindrent des fleurs comme roses & lys:
Et quintefueilles, oeillets, pauots, soucis,
Ou bien d' un arbre quelque fruit, fueille, ou branche
Tesmoins les Lys d' or, d' argent, azurées,
Gueules, verd, sable, & les fleurs de Vergy,
Loigny, l' Hermite, Seninghen & Flauy,
Lesquels tenons pour anciennes lignées.
Et peu aprés les croix ont pris essence,
Sautoirs & cors, bandes, pals, chefs, cheurons,
Fasses, moulettes, hermines, vairs, poissons,
Besans, tourteaux, leschiquier & l' emmanche.
Car les mainez ne se soucians mie
Porter les Armes de leurs antecesseurs,
Seuls s' amusoient conseruer les couleurs,
Et tout le reste forgeoient à fantaisie.
Iusques à ce que ce saint personnage
LOVYS Neufiesme octroya à son fils
Auec brisure l' Escu des fleurs de Lys:
Ce qui depuis est demeuré en usage.

Domine de Fonvens, si lubeat addiscere, unde tot diversa insignia, quæ in Francia observamus, procedant, ex hoc brevi scripto cognoscere poterit. Ab Hunnis, Normannis & similibus gentibus oriuntur tauri, ursi, apri, lupi, vulpes: Ab Afris tigrides, leopardi, gryphes leones & dracones horribiles. Cum Reges nostri tractarent sceptrum Romanum, nostri avi in scutis pingebant aquilas, merulas, aleriones, falcones, & quicquid horum armis idoneum visum est. Sed etiam majores nostri sub Clodoveo rege Francia flores assumsere, utpote rosas & lilia, flores pentaphyllos, caryophylli, papaveris, bellis, vel arboris fructum, folium s. ramum. Testantur hoc tot lilia aurea, argentea, cælestina, rubea, viridia, nigra, flores familiarum Vergy, Loigny, l'Hermite, Scninghen & Flavy, quas stirpes vetustas credimus. Paulo post ortum cepere cruces, decusses, cornua, balthei, pali, cephali, cantherii, fascia, molula echinata, vellera hermionica vel varia, pisces, Byzantini numi, orbes, tesseræ, vel cuspides. Nam post geniti parum pensi habentes ut servarent decessorum arma, solum soliciti erant circa servandos colores, quod reliquum erat, juxta beneplacitum fingebant: Donec S. Ludovicus IX. filio suo cum discerniculo scutum liliatum concessit, qui mos deinceps duravit.

Mutationes insignium.

§. LV. Uti vero insignia semel assumta plerunque servantur, ita tamen etiam mutatorum non desunt exempla, ad quam mutationem varias causas quas hic enumerare prolixum esset, motæ vel coactæ sunt familiæ. Exempla aliqua insignium successu temporis mutatorum recenset Cyr. Spangenb. Adelsp. P. 2. L. 12. c. 28. p. 309. b. c. 30. p. 312.

Sylva Petrasanctæ de origine imaginum tesserarium.

§. LVI. Sub finem hujus capitis doctissimam tractationem *Sylvestri Petrasanctæ*, cujus opus de *tesseris gentilit.* valde rarum non cuivis inspicere contingit, universam inserere visum est, qua in tesserarium imaginum ex antiquitate originem inquirit; de qua lector, quem saltem varia eruditio non potest non delectare, judicet. Continetur ea 10. capitibus, à quarto ad decimum quartum.

Cap. IV.

An tesseræ gentilitiæ originem habuerint ex veterum imaginibus?

AUspicaturus pulcherrimam, sed difficillimam quæstionem de harum tesserarum origine, expendam prius, quidnam alii senserint de illa, scripserintvè: mox aliqua præmittam, ut struere viam possim iis, quæ in hac re postremò, tam generatim, quàm particulatim subdam.

L. 35. c. 2.

Cum hæ icones tesseratiæ sint certissima & propria quædam signa germanæ atque avitæ nobilitatis; propterea existimarunt aliqui, originem eis datam ex veterum imaginibus: quæ olim solis concessæ nobilibus, servabantur in atriis & armariis, & comitabantur funera: *semperq. aderat*, ut Plinii verbis utar, *defuncto aliquo totus familiæ ejus, qui unquam fuerat, populus.*

Sed enim hæ quidem erant cereæ, ideoque ferri poterant in funeris pompa; atque adeo ceræ dicebantur: ut in Juvenalis aurea illa sententia;

Satyr. 8.

Tota licet veteres exornent undique ceræ
Atria; nobilitas sola est atque unica virtus.

Tull. orat. in Pison. Plin. Epist. ad Fab. Sueton. in Vesp. Juven. Pers.

Aliæ verò erant marmoreæ, aut ex metallo; numerusque earum Romæ alterum à civibus populum repræsentabat. Fumosæ quæ forent, nobilitatem antiquam; novam contra subitæ recentesq; significabant. Ignobiles item gens obscura & sine imaginibus, homines novi, filii terræ, ac fatres Gigantum, quos terra genuerat, appellabantur.

Non moror in his explicandis; tantùm insinuo, Budæum, Philibertum Campanile, & Scriptores alios existimasse, gentilitia symbola familiarum, ex antedictis veterum imaginibus nata esse.

Dissentit Justus Lipsius vel ideo; quia quique ignavissimi hæc insignia, judice ipsô, usurpant, & multi, quibus nulla, aut Avorum, aut propria est nobilitas. Mihi tamen hæc ratio haud satis firma videtur: etenim fatendum est, plerasque has gentilitias tesseras nihilominus esse argumentum veræ nobilitatis. Videlicet insignia perduellium comminuuntur; quia infamia tanti criminis lucem prosapiæ omnem extinguit. Quotquot viri nobiles etiam diem vitæ postremum obeunt; absque congeneri hærede, totidem cum insignibus propriis, quasi illud sit funus gentis universæ, tumulantur. Sed & litem intentare, ac vocare in jus licet illos, qui insignia efferunt aliena: cum id veluti quoddam furtum honoris esse videatur.

Quocirca ex alio capite reor minùs congruè ab veterum imaginibus peti originem tesserarum gentilitiarum: nimirum quia simul Romæ utraque diu manserunt: Torquati enim & Cincinnati, simul Avorum statuas, simul eorum stemmata, hoc est tor-

torquem illi; & hi crinem, retinuerunt; tanquam duo distincta nobilitatis propriæ monumenta.

Erat verò discrimen, quod statuæ domi tantùm, alia insignia foris quoque, & in bello præcipuè usui essent. Postquam deinde imaginum exolevit usus; sola hæc manserunt insignia, utpote magis parabilia, & quæ domi forisque ex æquo assumi, ac circumferri poterant.

Cap. V.

An Originem habuerint ex Augusti regia & Romanis castris.

EX tessera Augusti prodiisse gentiles hos typos, censuit Philibertus Monetius: refert verò ea Isidori verba: *Pilam in signo constituisse fertur Augustus, propter Nationes cuncto in orbe sibi subjectas; ut eas magis figura Orbis ostenderet:* atque hic est idem ille mundi globus; qui hodieque in numismatis Augusti, cum Capricorno, & gubernaculo spectatur. De origine rei tesserariæ. c. 3. Etym. l. 28. c. 3.

Eundem coloribus, & metallis variis illusum, legionarios tulisse ad expeditiones bellicas, credit Philibertus Monetius, variante scuti area. Ita ut auratam hanc aream habuerint Vindices auxiliares in Neronis principatu; argenteam quinta legio Macedonica ab Augusto instituta; puniceam Falconarii Siculi, Honoriani felices, ac Daci legionarii; cyaneam sagittarii juniores senioresque, & Marcomanni: prasinam armigeri defensores seniores; Molochinam Asturii seniores auxiliares: furvam denique Honoriani juniores cetrati.

Cum verò plurimus, & locuples sit in iis recensendis; parmulas in legionariis eisdem reperit ab summo, ab latere, ab dextro, atque ab lævo angulo in semissem diremptas; item sæpius interciſas, & lemniscatas, exaratasque palis, fasciis, balteis. Imò nec excipit quadrarias tesserulas, nec rhombos, nec fusos tesserarios. Interpretatur verò, datum hoc laudi fuisse Matronis Romanis; ut quæcunque lino, lana, plagulis, ad usum rei domesticæ, parabant, ea ex opificio muliebri, ob commendationem frugalis animi, ad scuta militum, atque ad Ducum vexilla transferrentur; fusumque ideo, & colum, seu obsitam lino, seu vacuam; acum item, & radios textiles exprimi tessellis oxygoniis arbitratur.

Equidem amo, & complector hanc rerum pulcherrimarum varietatem: sed mihi videor posse subvereri, ne dissentiant multi. Tum quia grandiore supercilio decora hæc militaria metiuntur: quàm ut patiantur ex his pleraque, ceteroqui mascula & heroica, exigi ad fœminarum fusum & colum, ad plagularum textum, atque ad lanæ carminationem. Tum etiam quia signa legionum alia proposuimus, peræque idonea, ad gentilium tesserarum originem asserendam. Dabimus deinde peculiariter Aquilam bicipitem cum diverso schemate coloris ac metalli, tùm in suomet corpore, tùm in area scuti; in qua C. Mario, Julio Cæsari, Gn. Pompejo, & Octaviano Augusto militavit: & constabit facilè; multò æquiùs ex illa posse trahi originem harum gentilium tesserarum.

Cap. VI.

De veteri usu colorum in vestibus, præsertim domi seu in urbano cultu.

INcipio ea præmittere quæ necessaria mihi videntur; ut definiam; quid in hac disceptatione sit sentiendum. Non disgredior ad mulierum delicias, & ad stolas earum; etsi auro, & gemmis rigentes, uti ad palam; etsi sumptuosas, & basilicas, uti ad regillam: etsi raras, & splendidas, uti ad rallam. Multò minùs habitus comicos proferam: cujusmodi erant tunica sciffilis, catatiste, epizostris, nebris, exomis, parabaculus, seleogis, lithus, & lagebulum. Heroica enim, & illustria, non ludicra, aut effœminata sectamur.

Pudet etiam, vestium materiem commemorare, quam inducere luxus cœpit, postquam pelles, lanam, & linum didicit fastidire. Nec enim de infirmi sexus amiculis tantùm dici potuit, *Fœmineum lucet sic per bombycina corpus;* Mart.

Sed virorum quoque ea vestis tenuis, & translucida erat propter tædia æstiva: *in tantùm*, inquit Plinius, *à lorica gerenda discessere mores, ut oneri sint etiam vestes.* Eædem prohibitæ aliquandiu, propter pretium excedens, (cum exigeret libra serici libram auri, auroque fila pensarentur) vilucre nihilominus; quemadmodum & aurum; quod pariter esse vestis sensim cœpit; ne quicquam id prohibente Aureliano Principe; dum quereretur per bractearum & filiorum liquationes, auri usum interire. Tacitus l. 2. Vopisc. in Aurel.

Formam insuper vestium fusiùs non descripsero; sed insinua vero duntaxat genera earum præcipua. Stola, mulierum plerumque, sed interdum etiam virorum indumentum, ad talos demittebatur: atque ad extremam ejus oram, instar limbi, assuebatur instita.

De Pallio

Tunica, substricta & brevis initio, laxior evasit demùm & longior: adeò ut deberit cingulo castigari, sive, ut Tertullianus loquitur, suspendi.

Toga ea erat laxitate, ut videretur sarcina veriùs, quàm vestis: atque oneraret potiùs, quàm tegeret. Pacis artes, & studia comitabatur: sed nonnunquam rebus publicis togæ plus nocuerunt, quàm loricæ. Fœminarum quoque amiculum olim fuerat toga; postea in pœnam & probrum illis dari cœpta est, quæ fuissent adulterii compertæ: eòque spectat illud,

Martial.

Coccina famosæ donas, & ianthina mœchæ:
Vis mage, quam meruit, mittere? mitte togam.

Pallium & quadrangulum erat, & ab utroque laterum regestum, cervicibusque circumstrictum, in fibulæ morsu acquiescebat: atque erat habitus plenus disciplinæ gravitatisque, adeo ut solo parvos mores silentio redarguere crederetur. *Purulentias Civitatis*, inquit Tertullianus, *quis eliciet, & evaporabit; ni sermo palliatus? sermone, inquit, me svasisti, meditamine sapientissimo. Verùm etsi eloquium quiescat, ipse habitus sonat. Sic denique auditur Philosophus, dum videtur: de occursu meo vitia suffundo.*

Tertull. de Pallio circa fin.

Clamys ea erat forma, ut ad ejus modum normamque, Architecti dederint Alexandro Magno descriptionem Alexandriæ; orbe nimirum gyrato lacinioſæ, atque anguloso procursu, ab dextera lævaque. Jam his, aut prætermissis, aut leviter adumbratis, venio ad colorum usum in vestibus, domi atque in urbano cultu.

Plautus.

Ex colore croceo libet exordiri, quoniam affinis est auro. Byssus genus lini flavi, ac tenuissimi; crocota, seu vestis croco infusa, & cujus infectores Crocotarii dicebantur; Flammea, quibus capita obtegebant novæ nuptæ, dum ad sponsi thalamum intrarent, argumento esse possunt, Plinio judice; colori crocco seu luteo honorem antiquissimum fuisse.

Plin. lib. 8. c. 48.

At luxus eo contentus diu non fuit, demùmque auro ipso splenduit: quo prisci Romanorum Duces usi verecundiùs, tantùm in veste triumphali aurum textile miscuerunt. Donec vestem omninò auream primus induit, fatiscente Imperio & morum jam facta inclinatione, Aurelianus Princeps. Idem adjunxit pretiosos lapillos, non dicam cum Tertulliano, idoneos tantùm, ut ædificent mulierum stuporem; sed aptos ut destruant laudem omnem famamque hominis frugi.

Victor. in Aurel. Tertull. de hab. mulier.

Fœminis lex Oppia inhibuerat, ne in vestibus plus auri semiuncia haberent: nihilominus, edente Naumachiam Claudio Principe, scribit Plinius, ab se visam Agrippinam ejus conjugem cum paludamento, quod erat ex textili auro.

Tandem aurea vestis esse Regis propria incœpit; & decuit sanè, ut qui hominum est quasi Sol, fulgeret inter homines solis instar; quia Sol vicissim syderum est quasi Rex. Discat interim Rex, non posse occulta esse, quæcumque agit: dum videt, se totum, ut ita dicam, revelari splendore auri: atque adeo agnoscat, sibi perpetuò demonstrari luce illa vestium; quantopere indigeat Respublica Rege aureo.

Ad hæc supremo Urbis Præfecto, sicut & Senatori ejusdem Urbis, conceditur toga aurea, & par Regum, in vestis eo lumine, majestas.

Cæterùm libet hortari omnes, quotquot aureo amiciuntur panno, ut semper involvant eo gemmeos mores, veramque virtutem: quia profectò,

Vilius argentum est auro, virtutibus aurum.

Proxima dignitas videtur candidæ vestis, quia simile argento est lumen ejus. Qui Romæ supremum honorem petebant, candidati apparebant; ut se puros à sordibus comitiorum esse, & ab omni ambitu, ea coloris innocentia, testarentur.

Aristoph. Plutarch.

Præsides æquitatis ornavit idem albus color, eoque usi sunt Athenienses, Platæenses, & Romani Judices: atque ad hos fortasse potest referri fausta illa acclamatio;

Martial.

Vivat & urbanis albus in officiis.

Linteæ atque albæ vestes insuper spectarunt semper in omni ævo ad Sacrorum Antistites: ut dixerit propterea M. Tullius: *color albus præcipuè decorus Deo, tùm in cæteris, tùm maximè in textili: Non enim fas est,* inquit Plato, *pura Deorum Numina contaminatis & impuris rebus coli.* 2. de leg. Plut. in Isi. & Osi.

Toga item pura, quæ fuit coloris candidi, utebantur tyrones, & novæ nuptæ: item in puerili ætate omnes ingenui; Consules etiam, Prætores, Ædiles, Quæstores, ac demum Tribuni, & Centuriones; ex quo tempore iis concessa fuit ab Augusto prætexta, & Senatoria dignitas; inter civilia bella, ut interpretatur Justus Lipsius; quando nimirum omnia immodica erant, & pleraque injusta. App. lib. 5.

Porrò ipsam prætextam albam fuisse, non autem purpuream, ut quidam perperam senserunt, satis constat: quia Livius hæc duo distinguit; *dona,* inquiens, *ampla data, quæ ferrent Regi; vasa aurea, argenteaque, togaque purpurea, & toga prætexta.*

Cum verò hæc vocetur à Plutarcho περιπόρφυρος, & cum prætexere apud Latinos idem sit, atque extremam oram tegere, seu circum ornare; existimandum est; prætextam in limbo tantùm purpuram habuisse, cetera fuisse candidam.

Heroum quoque indumentum, fuit alba vestis: nec aliter induitur à Statio Amphiarus. L. 6. Theb.

Ipse habitu niveus, nivei dant colla jugales,
Concolor est albis, & bassis, & infula cristis.

Fuit & Regum amictus candidus, laneoque habitu Ægypti Rex Nectenabo Æsopum excepit, ad se missum ab Rege Babyloniæ; jussis ad esse magistratibus pariter in veste alba: & cum hi postridie purpurei splenduerint, solus ipse mansit candidatus. In vita Æsopi.

Sed patuit maximè albi coloris dignitas, olim in Regum diademate, quod naturâ fermè institùit, ut album esset: nam in Regis apum fronte *macula est,* ut loquitur Plinius, *quodam diademate candicans,* & de basilisco serpentum Rege, *Cyrenaica,* inquit, *hunc generat Provincia, candida in capite macula, ut quodam diademate insignem.* Lib. 11, c. 6.

Candida certè fuit fascia, quam Tigranes projecit ad Pompeji Magni pedes; ut significaret, se Regnum suum ponere in illius potestate; ac de candida fascia, qua idem Pompejus, tegendi vulneris causa, crus obligaverat; *non refert,* inquit Favonius, *qua in parte corporis sit diadema: exigui panni cavillatione regias ejus vires exprobrans, atque insinuans, nihil admodum interesse quam corporis partem redimiret regia Majestatis insigne, in viro magnæ fortunæ, & quo nec fortior, nec prudentior in Patria quisquam erat.* Plutarch. Val. Max. lib. 2. c 2. Ammian. Marcell. lib. 17.

Sed & Pompeji æmulo Julio Cæsari perindè invidiam creavit fascia candida, præligata coronæ laureæ simulacri ejus. Quam ideo Tribuni plebis detrahi ac tolli mandarunt: quia in Cive glorioso ac summæ potentiæ, videbatur odiosa cares, & prorsus inimica libertati. Suet. in Julio.

Alioqui uni ex Metellis, cum nec adeò esset potens, nec tantoperè fortuna ejus metui deberet, adsimilis fascia, qua accinctus frontem propter vulnus diu fuerat, citra invidiam affectati Regni, peperit cognomen *Diademati.* Plutarch. in Coriolan.

Rubeus color debet honoratissimus censeri, propter Auctoris famam: nam inventor purpuræ Hercules habitus est. Quamquam is, ut alia monstra, ità exiguum piscieulum, & cum eo luxum, utique monstrum non impar aut Hydræ, aut Leoni Nemæo, æquiùs multò sustulisset. Quid enim? purpura ad argentum appensa ei rependebatur, ejusque & margaritarum paria fuerunt aliquando pretia. Nihilominus quanta fuerit ejus copia in divitum armariis, Horatius insinuat his versibus: Jul. Pollux in Onomast. Athenæus Plinius.

------ clamydes Lucullus, ut ajunt,
Si posset centum scenæ præbere, rogatus;
Qui possum tot, ait: tamen & quæram, & quot habebo
Mittam: post paulò scribit, sibi millia quinque
Esse domi clamydum: partem, vel tolleret omnes. Epist. ad Numid.

Et hæ erant ex purpura, qui fuit clamydis color, uti exponunt interpretes. Plutarch. in Alex.

Memorabilis quoque vis ejus, Susis ab Alexandro captis, reperta est: nempe Hermionicæ purpuræ quinquaginta millia talenta; reposita ibi à bis centum annis, cum recenti admodùm coloris flore; quem in tàm longa ætate ajunt non defecisse: quoniam ex melle fuerat infectura ejus.

Sed enim abusos officere colori pulcherrimo non debet: nam purpura aut cocco imbutæ vestes, fuerunt semper supremorum ordinum, & summi Magistratus

apud Romanos. Eo quippe lumine fulsit latus clavus; tunica videlicet propria Curiæ,
Sueton. in Aug. seu ordinis Senatorii. Quæ ideo resecta, & cadens fortè ad Augusti pedes, dum is togam virilem sumeret; visa est præsagire, futurum aliquando; ut Ordo, cujus illa erat insigne, Augusto eidem subjiceretur. Ceterùm nomen latus clavus habuit à purpureis nodis, qui referebant capita clavorum, Senatoriæque tunicæ assuebantur; sive unus, sive plures essent; atque iisdem Senator à Patritio, & ab Equite discriminari solebat; Neque hi purpurei nodi erant intexti, aut impressi; sed addititii, atque exemptiles in modum fibulæ, quæ vestem simul ornare, atque adstringere videtur. Id autem ex eo
L. cum aurum. conjicere sit, quòd Ulpianus Jureconsultus clavos eosdem, & aureos, & purpureos, definierit partem esse vestimentorum, & censeri cum ipsa veste legata. Dixi aureos, &
Vopisc. in Tacito. purpureos: quia ex auro etiam cœpti sunt fieri, & fuit necesse, ut Tacitus Imperator, vestibus auro clavatis interdiceret.

L. cum aurum. Sed cum præterea Ulpianus, inter ornamenta vestium adventitia, præter clavos, accenseat insitas eis picturas; ex hoc pariter conjicere sit, qualis nam toga picta fuerit; quæ solos Consules, & insuper Prætorem in ludis duntaxat Megalensibus, ornabat; nam hic aliàs prætexta utebatur. Erat verò tantæ dignationis, ut acciperetur ex ipso Jovis templo; ex quo factum est, ut Juvenalis eam Jovis tunicam appellaverit. Eadem fuit pretiosiùs tincta, hoc est dibapha: cujus utique libram Plinius affirmabat emi non potuisse denariis mille.

Insitæ illi picturæ ex auro videntur fuisse, Juvenalis

Et latum pictæ vestis considerat aurum.

Statuere non possum tamen, quænam picturæ in ea spectarentur.

Tunica palmata, non à clavorum latitudine palmari, uti opinatur Festus, sed à palmæ ramis, ex textili auro, dibaphæ impressis, aut insertis, vocabulum accepit: & lato clavo, togaque picta eò fuit dignior, quòd solius Consulis in pace, solius supremi Ducis in triumpho, indumentum esset: cum toga picta etiam Prætori, latus clavus cuilibet Senatorum concederetur.
Cassiod. l. 6 ep. 1. Suet. in Claud. c. 17.

Cinctus Gabinus ex purpura etiam ipse fuit, eratque toga ita in tergum rejecta, ut una ejus lacinia, à tergo item reducta, hominem cingeret. Ea verò solus Consul amiciebatur, quoties bellum indiceret; obtinuitque superstitio, atque incæpit; quia dum Gabii sacris operarentur, nunciatum est hostes ingruere: Cives verò ab aris ad aciem progressi; ita ut erant accincti togis, memorabilem victoriam reportarunt.
Servius l. 7. Æn.

Ut generatim loquar, vestis purpurea, seu coccinea Romæ Senatum diu ab Equite, & a Plebe distinxit: Martialis

Divisit nostras purpura vestra togas.

Sensim tamen descendit ad Equitem in trabea; nam Equites trabeatos Tacitus, & Valerius Maximus vocarunt. Servius autem triplex genus trabeæ considerans, primum ex sola purpura Diis consecrat; alterum ex purpura quidem, sed cum albo miscellaneo, tribuit Regibus; & tertium ex purpura & cocco ait fuisse indumentum Augurale.
Tac. l. 3. Val. Max. l. 2. c. 1.

Imò descendit adhuc magis, nempe ab Equite ad Plebem, teste Juvenale:

Æquales habitus illic, similemque videbis
Orchestram, & Populum.
Satyr. 3.

Propria ceteroqui Regum, & summorum Principum purpura est, ac semper fuit: nam ii sanguinis pœnam exigere à reis possunt: eaque alioqui necessitas, velipsimet Neroni dura visa est, dum esse bonus potuit; quia rogatus, ut subscriberet sententiæ unius sontis, desideravit nunquam litteras didicisse. Dura, inquam, est ea necessitas, sed consentanea tuendæ justitiæ, ac sanandæ improbitati; cujus medicinam utique pœnam esse, Plato sapienter pronunciavit! Jubentur itaque Reges, & supremi Magistratus; quotquot in omnes corporis sui partes, diffusam purpuram vident, meminisse perpetuò; legum se vindices esse, & custodes probitatis. Nisi malint admoneri potiùs conditionis cujusdam excellentioris; fundendum nimirum sanguinem, & vitam consecrandam esse pro salute populorum, exemplo dixerim Codri, an Christi Regis æterni?
Suet. in Nerone.

Certè dandi, quàm hauriendi sanguinis, videtur honestior, in milite etiam, professio: atque ideo ibit in sæcula Boëmundus Guiscardi Apuliæ Ducis filius, ac Princeps

Taren-

Tarenti. Quoniam deliberata expeditione sacra & scissis ac diremptis in tæniolas coccineis duabus vestibus, cruces confecit, assuirque eas sagulis duodecim millium bellatorum: quò nimirum admonerentur, proprium unicuique sanguinem esse profundendum, pro Regionis Sanctæ liberatione.

Sed & sacer atque augustissimus Senatus Ecclesiæ Romanæ, ab Innocent. IV. Lugduni (quando is Friderico II. Cæsari diem dixit) causiam puniceam primùm accepit; ut eo colore defensionem Ecclesiæ ad sanguinem usque profiteretur. Verùm ad colores alios pergo.

Usum cyanei coloris tam frequentem in vestibus non reperio: nisi fœminarum aliquando in luctu Romæ, ut alibi dicam: Juvenalis tamen in versu illo

Cærulea indutus, scutulata, & galbana rasa, Sat 2.

insinuare videtur, haud omnino inter vestes eum desiderari consuevisse.

Cæterùm Hebræi olim ferre jussi sunt vittas hiacynthinas ad angulos palliorum; ut memores Cœli, hoc est Dei, ejusque legis perpetuò essent. Refero ipsum præceptum. *Dixit Dominus ad Moysem; loquere filiis Israel, & dices ad eos; ut faciant sibi fimbrias* Num. 15. *per angulos palliorum, ponentes in eis vittas hiacynthinas. Quas cum viderint, recordentur* 35. *omnium mandatorum Domini: nec sequantur cogitationes suas, & oculos per res varias fornicantes.* S. Hieronymus verò ait, aliquos ex eis religiosiores addidisse limbo huic cæruleo sentes & spinas; *ut ambulantes*, inquit, *per earum punctuam legis divinæ semper admonerentur.*

Saltem inter nationes alias placuisse hunc ceteroqui gratissimum colorem, & fuisse tesseram prosapiæ clarioris, nullus dubito. Nam Gelonos, quos appellat Virgilius pictos, Herodotus ait, solitos tingi pigmentis cæruleis, & eò quidem liberalius, quò singuli magis nobilitate præstarent.

Cæsar etiam scribit; nobiliores Britannos infici consuevisse glasto; diceres congruè ad schema circumfusi maris: nam ex glasto exprimebatur cyaneus color. Si autem ad corpora vultusque; cur non ad vestes etiam eum colorem transtulerint?

Viridem colorem pariter infrequentem video; cum terræ tamen pulchritudinem vestiat: saltem est insigne Sacrorum Antistitum: nam ignorat nemo, Episcopis dari causiam coloris prasini, & ei esse alterum à purpura decus.

Violacei coloris est ea dignitas, ut propter affinitatem cum purpura rubenti, mereatur purpuræ nomen; & interdum nequeas apud Scriptores satis distinguere, de ianthina loquantur, an de ostrina purpura; dum vestem purpuream nominant.

Quia verò est simul modestiæ, simul dignitatis plenus hic color; ideò vela ianthina Arcam Dei olim exornarunt; atque adeò Cleri proprius color fuit, inter primos atque antiquissimos Christianos; hodieque retinetur in talaribus indumentis familiarium Romani Pontificis; Præsulesque Urbis majori ex parte eo inornantur.

Rarior in vestibus color niger olim fuit, quippe aspersus superstitione mali infaustique ominis. Idcircò M. Tullius in Vatinium; *Cui de balneis exeunti, præter te*, inquit, *toga pulla unquam data est? cum tot hominum millia accumberent; cum ipse epuli Dominus Q. Arius albatus esset; tu in templum Castoris, te cum C. Fidulo atrato, ceterisque tuis furiis funestum intulisti.* Sed saltem apparet, aliquando veste nigra usos Romæ viros nobiles: etsi ominosum videbatur, in templis, aut in epulis, versari cum eo colore luctuoso. Or. in Vatin.

Plebs autem lacerna, seu penula nigra passim utebatur; & ideò pullata turba, pullati ejus circuli dicebantur. Martialis:

Roma magis fuscis vestitur, Gallia russis,
Et placet hic pueris, militibusque color.

Macrinus verò dicitur parasse populo penulas coloris rosei, hoc est pro pullis rubras ei tribuere lacernas deliberasse; ut dubitare non liceat, quin vulgi atrum fuerit indumentum. Lamprid. in Anton.

Superest jam, ut varios colores in una veste disquiramus: ex eo genere autem primò scutulata vestis. Galliam instituisse ait Plinius, ut colores vestium Romæ scutulis dividerent. A scuto autem scutulæ dicuntur, & ideò Plinius loquens de cassibus aranearum, earum rete scutulatum appellavit. Cum item Livius scutale nuncupaverit partem illam fundæ, quæ sit plagularum textu, & silicem continet, vibratque: ex his Plinii, ac Livii locutionibus conjicere possumus; scutulatam togam eam fuisse, quæ fiebat tessellato & vermiculato contextu. L. 8. c. 48. Lib. 11.

Dio-

Diodorus, agens de his Gallorum ſagulis, ſcutulas ejusmodi nuncupavit laterculos. Sed & Vitruvius fruſtra marmorum, in pavimentis rotunda, ſcutulas dixit: Palladius verò ſcutularum colorem in equis eum nuncupavit, qui vulgò à pomis nomen habet, & fermè poma refert.

Lib. 7. c. 10.

Veſtes itaque alternantes colorem quibusdam maculis aut rotundis, aut quadratis, aut oblongis, erant ſcutulatæ. Ita ex Juvenali illud paulò altiùs referebam,

Satyr. 2.

Cærulea indutus ſcutulata, aut galbana raſa.

Atque hæ ſane id meruere honoris: ut numerarentur inter triumphales togas. Virgatæ veſtes Gallis auctoribus perinde tribuuntur: ita de illis ipſis, qui invaſerunt Romanam arcem, Virgilius:

Alex. ab Alex. lib. 5. c. 18.

Virgatis lucent ſagulis.

Acu. l. 8.

Et de Chrixo Boiorum Duce, cui dat à Brenno ſtirpem, Silius Italicus;

Auro virgatæ veſtes, tunicaque rigebant
Ex auro.

Nec aliter deſcribitur à Propertio Gallorum Rex Virdomarus;

Illi virgatis jaculantis ab inguine brachis
Torquis ab inciſa decidit unca gula.

Apud Servium.

Ceterùm Julius Pollux, *virgata*, inquit, *veſtis, in qua intexebantur virgæ purpureæ, hoc eſt lineæ*: Hermolaus Grammaticus autem cenſet, eas veſtes fuiſſe omninò purpureas, affirmatque idiomate Gallico virgam, olim idem ac purpuram fuiſſe; ſed de auro Virgilius, & Silius Italicus loqui videntur.

Saltem eas fuiſſe veſtes lemniſcis colorum diſſimilium contextas, inſtar virgarum, dubitare non poterit is, qui meminerit, propterea tigres, tùm à Silio, tùm à Seneca virgatas appellari.

Harum veſtium uſus percrebuit tantopere, præſertim ex quo tempore patuerunt Alpes adventui in Italiam Regum Barbarorum: ut neceſſe fuerit Eccleſiaſtica ſanctione Clero eas detrahere: nec enim modeſtiæ piorum virorum conſentaneæ illæ videbantur.

Clem. 2. de vit. & honeſt. Cler.

Segmentatæ veſtes & quænam fuerint, non uno modo Scriptores explicant. Probus in eum Juvenalis verſiculum:

Sat. 2.

Segmenta, & longos habitus, & flammea ſumit.

Ait, auri argentique bracteolas inſtar faſciolarum, recto ordine inſui ſolidas, ad veſtium extremam oram, veſtesque purpureas eo ornatu inſtructas, appellari à Plauto ſegmentatas.

Alii opinantur potiùs ita vocari monilia, torques, & armillas; quoniam conflantur è ſegmentis auri, argentique. Sed hi abeunt à re veſtiaria; ad quam ſpectare ornamenta hæc ſegmentata inſinuant, non Ovidius modò in eo verſu,

L. 3. de Art.

Quid de veſte loquar? non jam ſegmenta requiro!

ſed etiam Valerius Maximus: nam cum in Hiſtoria Coriolani dixiſſet, *Senatus Matronarum ordinem benigniſſimis decretis adornavit*; addit inter multa; *permiſit quoque his purpurea veſte, & aureis uti ſegmentis*, hoc eſt purpurea veſte, cum annexu bracteolarum ex auro, argentoque.

Lib. 5. c. 2.

Nec putem magnoperè ab his differre veſtem nexilem; cujus fuit uſus vetuſtior, quàm textilium indumentorum; & hoc aſſerit Lucretius eo verſiculo;

Nexilis ante fuit veſtis, quàm textile tegmen.

Et nexili habitu hodieque amiciuntur Helvetii Romæ, qui cuſtodes ſunt Romani Pontificis.

Syntheſim iis addo; ſed non ea ſignificatione vocabulum hoc accipio, qua veſtiarii ſupellex univerſa interdum exprimebatur.

Tertull. de alio. Vopiſc. in Aureliano.

At ſyntheſim pro veſte ſumo, quæ cum ſit infecta diverſis lanarum coloribus, multitia ideo, tum à Tertulliano, tum à Vopiſco nominatur.

Fuiſſe hanc veſtem domeſticam, & cœnatoriam, ſatis inſinuat Martialis in Zoilum: *Undecies una ſurrexti, Zoile, cœna:*
Et mutata tibi Syntheſis undecies.

Miror tamen, eam vile indumentum cenſeri, tum à Lazaro Bayfio, tum à Cælio Rodigino; cum & Equitum, & Senatorum, & lautiorum virorum eſſet: ut propterea Martialis dixerit: *Syntheſibus dum gaudet Eques, Dominuſque Senatus.*

Sed

Sed Synthesi foris uti non licebat, nisi quinque diebus Saturnalium; nam, ut dixi, domestica erat: arguebaturque propterea Nero levitatis; quoniam Synthesi, extra Saturnalia, indueretur. Suet. in Nerone.

CAP. VII.

De colorum usu in ludis Circensibus.

STABUNT in acie rursus Partes, sopitæ tot jam tranquillis annis; sed placidæ, atque amantes pacis: nec tam ad certamen, quàm ad spectaculum venient cum insignibus suis.

Olim colores duo, albus & russeus Hiemi, atque Æstati dicati erant: mox totidem alii accesserunt; nec eadem tamen apud Scriptores illorum est significatio. Tertullianus cum dixisset, *Aurigis coloribus Idololatriam vestiverunt, & ab initio duo soli fuerunt albus, & russeus: albus hiemi ob niues candidas, russeus æstati ob solis ruborem voti erant*, ostendit, quanam ratione aucti fuerint, vel voluptate, vel superstitione provecta; nam addit; *Marti russeum alii, alii album Zephyris consecraverunt; prasinum Terræ matri, vel Verno, venetum Cælo, & Mari, vel Autumno.* Lib. de Spect. 9.

Cassiodorus spectasse eos colores putat solùm ad quatuor anni tempora: *Colores*, inquit, *invicem temporum quadrifaria divisione funduntur: prasinus virenti Verno; venetus nubilæ Hiemi; roseus Aestati flammeæ; albus pruinoso Autumno dicatus est: ut quasi per duodecim signa digrediens annus, integer signaretur, & naturæ mysteria spectaculorum compositæ imaginatione luderentur.* Lib. 3. Epist 51.

In tragicis perinde ludis Chorus gradiens, primò à dextra in lævam, motum Cæli ab ortu in occasum per strophem; remeans in dextram à læva, conversionem errantium syderum ab occasu in ortum per antistrophem; & demùm quiescens per epodon, terræ ipsius libramentum perpetuum repræsentabat.

Referunt eos alii tantummodo ad quatuor prima mundi corpora. *Romulus*, inquit Cedrenus, *imposuit, partibus ista nomina; Terræ viride & porraceum; Mari venetum, quia aquæ sunt cæruleæ; Igni russeum, & Aeri album:* atque idem leges in Chronico Alexandrino, in Isidoro, & aliis.

Quòd ad rem nostram facit, quatuor fuisse in Circensibus Partes, totidem earum colores, dubitari non potest. Sextus Rufus ideo in nona Urbis regione, ubi fuit Circus Flaminius: quatuor stabula earundem Partium collocavit. Albus color quis fuerit, nemo ignorare potest. Russeum alii Roseum vocant: eundem esse tamen, nec à rosa eum dici, constat ex illis Coripp i versibus, & ex prima ejus syllaba producta; In lib. de Region. Vrbis.

Roseus æstati, rubra sic veste refulgens,
Vt nonnulla rubent ardenti poma colore. Lib. 1. de color. Circens.

Prasinum vocarunt viridem colorem, quasi porraceum, ut insinuavit Cedrenus: quia Græcè πράσον, porrum sonat. Venetum esse cæruleum constat: quia Heliogabalus, qui harum partium colores ad æstivas mensas suas transferebat, & ad schema earum quotidie apparatum triclinii variabat; pisces dicitur apponi aliter non permisisse, quàm coctos in marina aqua, & cum conditura Veneta; ut loquitur Lampridius. Vegetius etiam naves exploratorias exigit eo instructu, ut illarum nautæ induantur veste veneta, & vela insuper colore veneto tingantur. Lamprid. in Heliog. L. 2. de re mil.

Etsi tamen ii ordinarii colores Circensium fuerunt, quos enumerat sesqui hendecasyllabo Sidonius Apollinaris; In hendec. cas.

--micant colores
Albus, & venetus, virens, rubensque

Fit mentio etiam nonnulla tum coloris crocei seu lutei, tum coloris purpurei. *Russeos æstati currere voluerunt*, inquit Isidorus, *albos hiemi, & Zephyris; Veri prasinos, & floribus; venetos aquæ; Marti luteos; & croceos igni, & Soli: purpureos Iridi.* Quæ Isidori verba expendens Bulingerus luteos, croceos, purpureos pro russeis debere accipi, arbitratur; affirmans quatuor tantum colores in Circo fuisse.

Equidem eos distingui prorsus reor, & senos aliquando fuisse: quia Domitianum duas Circensibus gregum factiones, aurati nimirum purpureique panni, ad pristinas addidisse, in comperto est: & de purpureo peculiariter Martialis meminit. Suet. in Domit. c. 7.

Lib. 14. ep. 55.

Proficies nihil, hoc cædas licet usque flagello;
Si tibi purpureo de grege currit equus.

Haud diuturni tamen ii colores fuerunt? manſitque prior Circenſium apparatus: certè coloris purpurei, à Tiberio ſublati, eſt mentio apud Cedrenum, qui

Cedren in Tiber. Justin.

cum ageretur: inquit, *natalis Circi, & partes ferrent veſtes canaliculatas purpureas, & clamydes Imperatoriis aſſimiles, Tiberius vetuit, ne eas ferrent.*

Color niger unicus eſt, quem non admiſere olim ludi, & Partes; nam lætæ, & pictæ amœniùs ad certamen veniebant.

Si verò quiſpiam ſciſcitetur; in aurigis, an in curru, an in equis ii colores ſpectarentur? ajo ea omnia colorata in Circum prodiiſſe; Aurigas quidem, quia

Xiphil. in Neron. & in Heliog.

Nero, inquit Xiphilinus, *agitabat indutus veſtem viridem, & galea aurigantium tectus.* Peculiariter verò illud advertere ſit; fuiſſe in Circenſibus aurigarum proprium quoddam tegmen, inſtar galeæ, & id confirmat clarè Athenæus, dum *agitatores*, inquit, *petaſo, vel galea alba, viridi, ruſſea, veneta invicem diſtinguebantur.* Deinde currus ipſi, ut tradit Xiphilinus, coloribus & pannis diſtincti erant: poſtremò equi pariter prodibant eo ſchemate; ideoque aliquos eorum albatos Plinius

Lib. 8. c. 42.

nominavit.

At quamvis ut dixi, quaterni in Circo eſſent ordinarii colores, & totidem Partes, ſeu factiones; duæ duntaxat frequentius recenſeri ſolet, velut præcipuæ: praſina videlicet, cui alba plerumque jungebatur; & veneta, cui jungebatur ruſſea.

Cedrenus de Romulo, *conjunxit album*, inquit, *cum viridi, id eſt aerem cum terra; quia inter ſe miſceri, ac temperari utraque debent: item ruſſeum ſubjunxit cæruleo; quia igni aqua ſuppoſita eſt.*

Id verò cauſæ fuit, cur Antoninus Imperator praſinam, & venetam duntaxat enumeraverit: & cur Principes Romæ dicantur factioni aut praſinæ, aut venetæ faviſſe.

Caligula, inquit Dio, *bene animatus erat in eum, qui viridi panno uteretur, qui &*

Sueton. in Calig. c. 55. Dio p. 446.

à colore Praſinus dicebatur. Imò eò amentiæ demum venit; ut in ſtabulo cœnarit, manſeritque aſſiduè; atque adeò incitato equo ſuo equile marmoreum, præſepe eburneum ſtruxerit: ſed & appellato ad prandium eidem equo inauratum hordeum appoſuerit; propinaverit vinum in aureis pateris; promiſeritque etiam fore, ut aliquando eum Conſulem crearet. Putem, poſtquam populum Romanum omnem ſuſtuliſſet ſecuri; ſi (quod optabat) unam cervicem habuiſſet: dignus enimvero, qui in ſtabuli regia brutis ſolùm imperaret.

In Ner. c. 22.

Neronem perinde faviſſe colori praſino, cum quo & aurigavit, ut diximus; Suetonius affirmat; & idem inſinuat quoque Martialis eo epigrammate:

Lib. 11. epig. 34.

Sæpius ad palmam praſinus, poſt fata Neronis,
Pervenit, & victor præmia plura refert.
I nunc livor edax; dic te ceſſiſſe Neroni:
Vicit nimirum non Nero, ſed Praſinus.

Capitol. in Vero.

Verus Imperator, Volucri equo praſino favit tantopere, ut dicaverit ei ſimulacrum aureum; ſed & paſſus à veneta factione dicitur injurias graves, *quod turpiſſimè*, inquit Capitolinus, *contra eos faveret.*

Huic factioni venetæ ſtudiis maximis adhæſit Vitellius, jubens eos perimi, qui eidem obtrectarant; fuerintque illius perſtudioſi adhuc alii: cum eſſent Principes

In Vitellio.

viri, qui in *veneta veſte ſæpe equos fricarent*, ut loquitur Xiphilinus.

Nihilominus etſi diviſa erant, & Principum, & plebis ſtudia, propenſio

Lib. 3. ep. 52.

major videtur fuiſſe erga praſinum. Conjicio id tùm ex Caſſiodoro, qui *tranſit*, inquit, *praſinus, pars populi mœret; præcedit venetus, & potior turba Civitatis affligitur*; tum verò clariùs ex Juvenale;

Satyr. 11.

Totam hodie Romam Circus capit, & fragor aurem
Percutit; eventum viridis quo colligo panni.

Exarſerunt verò hæc ſtudia partium ad reprehenſionem uſque. Caracalla, cum in aurigam, cui ſtudebat, cavillatus eſſet populus, exercitum immiſit, & pœnas exegit. In ſeditione Circi maxima ſub Hippatio ceciderunt ad trice, & quin-

Jud. Cæſ. Buling.

que virorum millia; ita ut ægrè Imperatorem Beliſarius ex tumultu eripuerit.

Nec Romæ tantùm, ac dein Conſtantinopoli; ſed per univerſum Orientem

Pra-

Prasini, & Veneti, se mutuis cædibus prostraverunt, præluseruntque, infaustis nominibus, Guelphorum, & Gibellinorum, Alborum, Nigrorumque, qui pariter Europam, atque Italiam imprimis, luctuosum in modum laceraverunt. Paul. Diac. lib. 4. hist. Longob.

CAP. VIII.

De colorum usu in bellicis expeditionibus.

EXordiar à rubro colore, qui solus cum sanguine Martis rore similitudinem, aut affinitatem habet.

Plinius ait, coccum dicatum fuisse Imperatorum paludamento seu clamydi eorum: cujus forma terram habitatam referebat; eratque, uti explicat Strabo, extremis longitudinis utrimque angustis, latioribus imis: quasi terram, quam regebat, Imperator ipse indueret, atque humero sustentaret. Figuram ejus proponit Justus Lipsius, ex antiquorum lapidum monumentis. Varro autem clamydem eandem paludamentum dici putat; quia qui illa induitur, conspicuus redditur, & palam fieri videtur. Strabo lib. 1. Lib. 6. de L. 1.

Sed & lictores quoque ad bella ibant paludati. Silius Italicus, describens conflictum Varronis Consulis, hoc apertè asserit.

Isque ut Varronem procul inter prælia vidit, Lib. 9.
Et juxta sagulo circumvolitare rubenti
Lictorem: nosco pompam, atque insignia nosco,
Flaminius modò talis, ait.

Constat præterea, paludatos fuisse Tribunos, Centuriones, & milites; cum minore tamen panni luce, vel gloria, quàm Imperator ipse. Si dubites de milite gregario, in promptu est tum Lucilii versus;

Ponè paludatus stabat Rorarius velox, tum Livii auctoritas, qui de uxore unius ex Curiatiis trigeminis cæsis, *cognito*, inquit, *super humero fratris, paludamento Sponsi, quod ipsa confecerat.* Lib. 1.

Videbatur itaque exercitus universus rubere, atque in purpura esse Marti consanguinea: eratque discrimen, ut dixi, tantum in panni pretio, aut in ejus coloris præstantia. Cæteroqui frustra de Tribuno militum Decio scripsisset idem Livius *Hæc omnia sagulo gregali amictus, Centurionibus item, manipularium militum habitu ductis, ne Ducem circumire hostes notarent, perlustravit.* Lib. 7.

Fuisse autem plerumque in Ducum clamyde, aut paludamento rubeum colorem existimo; nec apud Romanos modò, verùm apud exteros etiam Plutarchus ideo licuisse ait Eumeni causias purpureas, & clamydes largiri, quæ à Macedonibus habebantur inter regia dona (& has obiter causias Budæus credit posse apte transferri ad Cardinalium coccineos galeros-) In Eumen.

Coccinea igitur fuerit Alexandri Magni clamys illa, cum qua Gn. Pompeus de Asia triumphavit, post annos circiter trecentos. Et fuerit profectò læta ea species; quia Pompeus non rebus gestis tantùm, sed vultu quoque habebatur simillimus Alexandro; & ideo L. Philippus, vir Consularis, dum in causa quapiam ei patrocinaretur dixit lepidè à se absurdum nihil agi, si cum esset Philippus, Alexandrum complecteretur.

Ne mirum autem sit, Alexandri clamydem ferre potuisse eam ætatem, refero Plinii testimonium, qui asseverat; Servii Tullii prætextas mansisse annis quingentis sexaginta; absque teredinum damno, vel injuria.

Cum autem & abollam idem Martialis, & lænam Virgilius Tyrias, & Horatius gausape purpureum vocarint: has etiam vestes militares fuisse rubentes, manifestum videtur. Quamquam gausape à Juvenale luteum etiam appellatur; & hoc *duplex* usui erat, nempe, amphimallum, atque heteromallum: hoc est ab utraque, aut ab una tantùm parte villos habens: ex cujus usu miles gausapatus aut gausapinatus dictus est. Satyr. 6.

Quin etiam gausape militum in Castris lectus erat. Plinius, *antiquis* inquit, *torus è stramento erat, qualiter nunc etiam in castris gausape:* haud sanè duro accubitu: quia hæ amphitapæ, villis ingentibus molles, à Lucilio, & cum pluma, & cum quovis cubili deliciarum comparantur. Varro autem affirmat, volupe fuisse reclinari, ac dormire in amphitapa bene molli. Lib. 8. c. 48. Lib. 1.

Ad hæc Spartani rubro indumento etiam ipſi utebantur in præliis ; eo nimirum conſilio ; ne vulnerati, aſpectu ſanguinis, quem tegebant panno concolori, expavefierent, atque hoſti cedere cogerentur.

Sed frequens albus color etiam in ſagulis militum fuit, & videtur certatim cum rubro ad prælia concurriſſe. Plutarchus, *vix rubra*, inquit *ſagula conſpicati ſunt, quòd regiæ partis omnes albis uterentur, agnoverunt ſtatim hoſtes eſſe.* Hirtius quoque de Scipione Africano : *cum ſagulo purpureo* inquit, *ante adventum Regis uti ſolitus eſſet ; dicitur Iuba cum eo egiſſe ; non oportere illum eodem veſtitu uti, atque ipſe uteretur. Itaque factum eſt illicò, ut Scipio ſe ad album veſtitum transferret.*

Lib. 1. c. 6. Alioquin pro arbitratu, modò albati, & modo purpurati in bello erant; nam lego in Valerio Maximo de Craſſo ; *Ducturus erat à Carris adversùs Parthos, ei pullum traditum eſt paludamentum ; cum in prælium exeuntibus album, & purpureum dari ſoleat.*

Plut. in Demetr. Cæterùm etſi pulla ea veſtis Romani Ducis omen triſte habuit ; quaſi funus Legionum Romanarum præſagiret ; ſaltem omine caruit Demetrii Polyorcetis clamys, colore nigro ſublucens, & picta inſtar noctis ; in qua cœlum aureis ſtellis, ſignisque duodenis exornatum pulchrè ab ipſo velut ab Atlante, aut ab Hercule aliquo, circumferebatur.

Ut ad exercitus redeam, Artaxerſis, & Cyri minoris copiæ, illius quidem cum puniceis, hujus verò cum albis ſagulis depugnaverunt : & ſi Cyrus major, Cleomenes, & Ageſilaus, puniceo panno militem ſuum ad prælia ornarunt. Boii, & Inſubres & Antiochi milites uſi ſunt auratis ſagulis ; purpuratis Perſæ, Afri, Caunii, Numidæ, Maſſagetæ ; Galli eiſdem, aut virgatis, aut ſcutulatis ; diſcoloribus Samnites ; Æthiopes aut lintea, & alba veſte amiciebantur, aut corpora inficiebant dimidia minio, dimidia gypſo ; quo etiam gypſo tùm corpora, tùm arma Phocenſes tinxerunt. Britanni glaſto ; pullo colore Thraces, & Arii Germaniæ populi. Sicut etiam in Barſtetania Strabo, ait, majorem partem, ſagis illitis colore nigro uſos eſſe. Quocirca non coloribus minùs, quàm armis olim exercitus maximi certarunt.

Xenoph. in Pedag. Cyril. l. 6. & 7. Herold. l 8. Plin. l. 33. c. 7. Plut. in Atrax. in Æmilio. in C. Gracco. Liv. l. 9. & 10. Cæſ. l. 5. Comm. Ælia. lib 6. c 6. Tac. de mor Ger. Valer. Max. l 2 c. 1. Virg. 8. Æne. Silius lib. 3.

Cap. IX.

An ex Circenſium agmine diſcolori originem habuerint teſſeræ gentilitiæ.

PLurium veſtium ſupellex, quam expoſui, & quam in magnos uſus pro re præſenti, ſicuti reor, ſubſtitui oculis contemplandam, fortaſſe aliquos inducet in eam perſuaſionem : ut quia teſſeræ noſtræ gentilitiæ cenſentur, ad diſcrimen factionum præſertim, uſurpari cœpiſſe, exiſtiment ideo ex factionibus Circenſium eas primùm natas eſſe.

De orig. rei teſſer. Diſſentit quidem Philibertus Monetius : quia humiles tantum, & viles greges in eis luſiſſe affirmat : ut plurimùm enim, aut ſervi, aut liberti, aut advenæ fuerunt aurigæ atque agitatores Circenſium.

In ſuis Inſtitut. Diſſentiret quoque Theophilus, qui aurigas eosdem infames non minùs, quàm ſcenicos & gladiatores, appellavit. Certè Alexander Severus ſcenicos & aurigas cenſuit alendos eſſe, ſicuti ſervos & muliones : atque Ammianus Marcellinus *famoſos* vocat, *audenteſque omnia prælicenter.* Ita verò eſſe, ſatis manifeſtè oſtendit Tertullianus ; *Quadrigarios*, inquiens, *ſcenicos, xiſticos, arenarios, damnant ignominia, & capitis minutione, arcentes Curia, Roſtris, Senatu, Equite, cæterisque honoribus omnibus ſimul, & ornamentis. Quanta perverſitas ? amant, quos mulctant ; depretiant, quos prohibent ; artem magnificant, artificem notant.* Atque adeò in eos armantur leges ipſæ, qua humanæ, quà ſacræ : ſiquidem in legum humanarum Codice, appellantur *inhoneſtæ perſonæ* : in actis verò Concilii Arelatenſis ſanctio hæc habetur. *De Circiſſariis agitatoribus, qui fideles ſunt, placuit eos, quamdiù agitant, à communione removeri.*

Lamprid. in Alex. Amm. l. 28. Tert. l. de Spect. l. 11. C. c. 40. l. 4. In Conc. Arelat.

Sed dum hæc adferuntur in medium ; ſanè verendum videtur, ne patefactis carceribus rurſus earundem factionum agmina prodeant in arenam, ſuique panni nobilitatem tueantur. Equidem ſi patrocinium ſumpſero ; ipſis à legum cenſura non

non metuo. Quid enim? Ulpianus *Agitatores*, inquit, *non sunt inter famosos:* & alibi de iisdem pronunciatur, *Aurigæ non sunt infames:* Quinimo in illos, si quid peccassent in Circo, animadvertere, tanquam in humiles personas, & vulgi quisquilias, non poterat Præfectus Urbis; extatque de ea re lex in hæc verba, *Præfectus urbis eos, qui agitandi munus exercent, propter Circense certamen, nullis afficiat suppliciis.* L. 4. de his, qui not. infam. de do. his, qui not. infam. l. Athletas. L. 11. C. 1, 41. l. 3.

Quòd deinde cœtu piorum arcerentur; non aurigis tantùm, sed quibuslibet Christianis spectatoribus ea pœna intentari debuit, metu superstitionis, aut idololatriæ. Ideoque promulgari oportuit Pontificiam illam Constitutionem: *Qui spectat venationes, aut Circenses, ejiciatur; aut ludis valedicat:* plerumque enim dicati alicui Deorum erant: atque eò spectat, quod Alexander Severus ajebat; ingenuum currere, nisi in sacro certamine, non debere; insinuans sacros diis interdum fuisse eos ludos, & religionem habuisse: proinde Christianos intervenire, piaculum credebatur. Clem. 18. constit. Lamprid. in Alex.

Cæterùm Principes ipsos, & florem nobilitatis in iis ludis aurigare solitos in comperto est. Cum Sylla victor Circenses daret, Antonius, & viri honestissimi quadrigas agitarunt. In eisdem editis à Julio Cæsare, depugnavit Furius Leptinus stirpe Prætoria, & Q. Calpenus, Senator quondam. Pyrrhicam verò saltaverunt Asiæ, Bithyniæque Principum liberi. Quin etiam spatio Circi ab utraque parte producto, & in gyrum Eurypo addito, quadrigas, bigasque, & equos desultorios agitaverunt nobilissimi juvenes. Julianus. Suet. in Jul. Cæs.

Peræquè Augustus ipse in Circo aurigas, cursoresque, & confectores ferarum, nonnumquam ex nobilissima juventute produxit. Dicitur etiam Caligula edidisse Circenses plurimos, à mane usque ad vesperam, interjecta modò Africanarum venatione, modò Trojæ decursione, minio & chrysocolla constrato Circo; nec ullis, nisi ex Senatorio ordine, aurigantibus. Nerone Principe inierunt Circum Equites, & Senatores; & ipsemet Nero aliquoties aurigavit, modò usus pallio Græco, modò pallio prasino, & modò panno concolori ipsimet Circo, quem constraverat chrysocolla. Suet. in Aug. Suet. in Calig. Xiphil. in Ner. Plin. lib. 33.

Imperator Heliogabalus, & Imperator Commodus cum prasino ornatu etiam ipsi currus agitarunt. Nec Romæ tantùm, sed in annos consequentes Constantinopoli, & alibi, Equites, Senatores, assectæ Principum, & Principes ipsi quadrigarii fuerunt. Xiphil. in eisdem Cæsaribus.

Quæ omnia sunt profectò abundè, ut Circensibus indignitatem quantamvis adimant, & ut asserant honorem panni; si ex eo hausti acceptique colores rei nostræ tesserariæ viderentur. Præterquam quod Virgilius haud satis prudenter Æneæ Heroi maximo, & Sociis Circenses tribuisset; si eos ludos esse rem indecoram existimasset.

Cum autem Hiemis, Veris, Æstatis, Autumni, Terræque, Oceani, Ignis, & Aëris significationem habuerint colores Circensium: & cum accedente iis croceo, & purpureo panno factum sit, ut si colorem atrum excipias, nullum colorem desideres ex his, quibus tesseræ gentilitiæ tinguntur: posset ideò quis ita ratiocinari.

Studia partium incensissima, dum hi phrasino, illi veneto favent panno, sensim rem à prælio ludrico ad verum certamen adduxerunt; pugnatumque in theatris, quàm in Campis fuit sæpenumero asperiùs. Tunc verò fingamus eos, qui sectabantur factiones jam cruentas, in acie stetisse, non panno instructos ampliùs, sed munitos ferro. Ut constaret tamen de discrimine partium; panni colorem ex veste, in loricam clypeumque eos transtulisse.

Quamquam hæc asserui, non ut evincam tesseras nostrates ex Circensibus ortas omnino esse (haud enim id magnopere urgeo) sed ut in re simillima præludam sententiæ, quam puto satis probabilem, & cujus necessaria quædam hactenus præstruere me oportuit fundamenta.

Cap. X.

Ex vestium ornatu petitur origo gentilium tesserarum.

ROmanos milites in aciem veniisse cum paludamentis, dixi, aut rubris, aut albis: insinuavi etiam Artaxerxis, & Cyri minoris copias, quemadmodum

& alios quoſque nationum exercitus, non coloribus minùs, quàm armis pugnaſſe.

Plut. in C. Gracco. Jam ſcire oportet, eas veſtes concolores militibus, vel à Duce ipſo, vel à Republica dari conſueviſſe: atque eò ſpectat lex C. Gracchi, de veſtibus ære publico diſtribuendis cuique militum, abſque ſtipendii ejus damno, vel, diminutione.

Decad. 4. lib. 7. Porrò cum id eſſet Reipublicæ oneri magno, propter ſumptus nimirum excedentes; quod ſatis inſinuavit T. Livius referens, tanquam grave tributum; togas quingentas, cum quingentis tunicis fuiſſe imperatas, pro milite in hibernis: id circo ceſſare ab eo inſtituto ſenſim etiam oportuit: tum verò colores, ne omnino deeſſent ad exercitus diſtinguendos, translati ſaltem ad clypeos fuerunt.

Ita priſci Germani dicuntur pro clypeis geſtaſſe fucatas colore tabulas, easque ornaſſe lectiſſimis coloribus: quandoquidem circa veſtes ſummo erant neglectu:

Tac. de morib. Germ. nempe, ut loquitur Cornelius Tacitus, *nudi, aut ſagulis leves, & ſine ulla cultus jactatione: utpotè quibus tegmen erat ſagum fibula, vel, ſi hæc deeſſet, ſpina conſertum.*

Dein Chriſtianorum ſacris expeditionibus ſigna ſocialia fuerunt, Cruces coloratæ. Suſcepto enim bello contra Saladinum, ex Clementis III. Pontificis adhortatione, ad diſcrimen militum ſuorum, Rex Galliarum cruces rubeas; albas Rex Britanniæ; praſinas Flandriæ Comes aſſumpſerunt: habentque tot alii Equeſtris militiæ ordines nobiliſſimi hodieque proprii ſchematis cruces, quæ ſunt in præliis jam loco veſtium concolorum.

Cæteri, quotquot militiæ ſe devoverunt, geſtant in balteis ſaltem, & cingulis, teſſeras Principum, aut Ducum, ſub quibus merent. Quippe balteo, aut cingulo utuntur cyaneo Auſtriaci, Bavarique; albo Galli; albo, & cyaneo Britanni; puniceo Belgæ, qui militant Hiſpano Regii (nam hic fuit color domus Burgundicæ) alii Belgæ confœderati, hoc eſt Batavi, fulvo aut ſubrufo.

Verùm cum hæc ſocialia, & communia ſint inſignia; propiùs accedo ad gentilitias teſſeras: ut eas ex veſtibus potiſſimùm acceptas fuiſſe oſtendam.

In vita Apollon. Philoſtratus ait, Herculem in clypeo habuiſſe duo hæc lumina, ſeu pigmenta: nempe aureum, atque purpureum. Cur non putem, hæc manaſſe à ſchemate indumenti ejus, partim aurei ob fulvi Leonis pellem, qua tegebatur; partim purpurei: cùm ſit veriſimile, ſimul purpura uſum Herculem, ſiquidem fuerat purpuræ inventor?

Plut. in Nicia. Niciæ ſcutum etiam auro fulgebat, & purpura; & veſtes illius fortaſſe eo utroque erant contextæ licio, extra aciem, atque in urbano cultu.

Ne tamen ex ingenio proprio hæc videar comminiſci; provoco ad Alexandrum Severum. Etenim apud Scriptorem aliquem ſanè haud ignobilem legi, eum

Frontinus. Imperatorem amiciri albo, & croceo panno in principatu conſueviſſe: ut pollicetur, ſe populis Imperii Romani fore beneficum, Solis inſtar, atque inſtar Lunæ. Quoties verò exeundum in prælia erat, toties juſſiſſe, ut milites Prætoriani, ac legionarii reliqui ex ſuomet amictu, transferrent ad ſcuta colores illos, croceum nimirum atque album quò ita omnes ad argumentum Principis armarentur.

Perinde alii Duces, ac nobiles Viri & ſe, & ſuos aſſeclas in prælia eduxerint, cum clypeis fucatis colore veſtium ſuarum: quandoquidem ferrum inducre loco panni oportuerat: clypei deinde ita expicti, manſerunt ad familiæ decus; & cum ſtirpe ad nepotes, veluti generis teſſeræ, immigraverunt.

Certè inſignia primùm fuiſſe in veſtibus, ſuadent multa. Quid enim? Julius

Comm. de bell. Gall. lib. 7. Cæſar de ſe ipſo acceleraſſe, ait ſe, ut prælio intereſſet, ſuumque adventum ex colore veſtium cognitum: quo inſigni uti in præliis conſueverat. En proprium ſchema Julii Cæſaris in veſtibus fuit.

Plut. in Alex. Alexander Magnus conſpicuus in præliis fiebat ex regio habitu; Siculo nimirum amictu, thorace lineo, ferrea caſſide duplici, auratiſque ac gemmatis armis, clypeo verò argenteo: ex quo Argyraſpis eſt appellatus.

Lamprid. in Alex. Sever. Sic Alexander Severus, vocatus Chryſaſpis ex clypeo aureo, cum quo in acie fulſit ad illius æmulationem; habitu cætero erat albatus: atque ita ſaltem eos duos colores, quos dixi, croceum albumque, teſte Lampridio ad bella efferebat.

Plut. in Lucullo. Lucullus pugnavit cum amictu purpureo, & thorace ſquameo.

Pyrrhus

Pyrrhus Rex clamyde armisque spectabilis, cùm in conflictu animadverteret, se unum undique jaculis Romanorum peti; propria vestium insignia cuipiam ex amicis tradidit: tutiùsque aut saltem securiùs, dissimulato habitu, in hostes Romanos impetum fecit. Plut. in Pyrrho.

Cùm constet itaque, viros Principes vestibus usos esse, colorum schemate proprio exornatis: potuerint ii, quando prodire in aciem cataphracti solebant, inficere clypeos ejus colore panni, quo in ornatu domestico amiciebantur: ut nobiles hoc pacto essent; hoc est, ut à suis agnoscerentur. Itaque peculiares parmulæ tesserariæ, quotquot illusæ sunt asso vel coloris, vel metalli lumine, totidem ab unius panni uniusvè schematis indumento prodierunt.

Bicolores aliæ peti poterunt ex panno vestium bicolori: præsertim eæ, quæ sunt dimidiæ unius, & dimidiæ alterius luminis. Cujusmodi fuisse Magnatum & Principum indumenta, dubitaverit solùm is, qui priscos usus rerum tantùm à limine salutaverit.

Sed & plurimæ antiquæ Urbes, atque Respublicæ etiam nunc famulos seu Templorum, seu Magistratuum vestiunt bicolori amictu, nempe ad vetus schema atque ad argumentum Civitatis. Amiciuntur enim aut dimidii ex prasino, dimidii ex veneto, aut aliter colores binos in uno eodemque habitu assuere consueverunt.

Quadripartitas parmulas gentilitias dederint pariter vestes quadrifariam pictæ: & harum specimen crebrum videas, in tabulis veterum, seu Urbium, seu Templorum, si vel Sacraria horum adeas, vel illarum invisas prætoria.

Virgatæ parmulæ, & lemniscis aut rectis, aut transversis, aut obliquis exaratæ, ex vestibus aut virgatis, aut segmentatis, aut nexilibus; sicut & illusæ plurifariam ex syntheſibus, fuerint acceptæ.

Scutulatæ item parmulæ gentilitiæ, hoc est tessellis aut quadris, aut acutangulis; oblongis item laterculis, fusisque tesserariis impressæ; obortæ fuerint ex vestibus scutulatis; atque ex coloratis earum tesserulis, laterculisvè.

Has verò esse nobilissimas, & perantiquas, inter gentilitia insignia Nobilium, suadebit priscus in vestibus aut virgarum, aut scutularum usus. Imò vestigium earum multò ante adventum Gallorum in Italiam reperi equidem in Homero ipso; qui utique in Agamemnonis clypeo pinxit semitas & vias, nempe coloratas tœnias fasciasque, exaratas instar plurium semitarum aut viarum. Sed & scutum Sarpedonis, continuis virgis aureis, quasi splendidis lemniscis, exornavit. Iliad. 11. Iliad 12.

Has certè scutarias vittas amplexi sunt avidè, obliquas quidem aut transversas Guelphi, Gibellini autem erectas. Si vera narrant ii, qui affirmant etiam, colorem album à Gibellinis, à Guelphis nigrum, & colores medios stetisse.

Specimen horum aliquod dedit Paulus Jovius, dum narrat; Equites bis mille Galeatii Sfortiæ, & Hippagios pueros, à quibus militares ejus equi producebantur, incitabanturque in annua lustratione prodisse omnes, conspicuos ex versicolore lacinia: atque insuper, quotquot erant conscripti in albo familiæ ejus, laciniam purpurei serici phrygio opere, ad argumentum Principis depictam, bis quotannis dono accepisse. Paulus Jovius in ejus Elog.

Antea etiam Sfortia Magnus, & Braccius duo strenui atque inclyti Duces, iisdem usi vexillis, & laciniarum coloribus, se suosque equites singulis ad dextram purpureis, ad lævam ex albo & glauco undulatis induerant: nec alio discrimine; nisi quòd Sfortiani peracutos, obtusiores Bracciani fluctus habuerint. Idem in Elog.

Non omiserim quoque limbos, marginesque scuti tesserarii, nam eos putem posse revocari ad ingenuorum, & nobilium prætextas. Quæ omnia si æqui judices invicem conferant; hoc est tùm ea, quæ dixi de vestibus, tum alia, quæ subdam suo loco, paradigmata gentilium parmularum aliquantulum à cura comparent: agnoscent opinor (nisi meæ amor sententiæ me fallit) scuta gentilitia prorsùs ad sua exigi exemplaria; dum ex vestibus petitur eorum origo.

Hactenus videar aream tesseræ gentilitiæ, quam fæciales campum appellant, tantummodò propositisse. Sentio iconem jam desiderari, quæ ipsi areæ adpingitur: & si sola interdum aut metallorum, aut colorum lumina sunt instar figurarum, & abundè familias distinguunt.

Aggre-

Aggrediar nunc itaque figuras ipſas: ſed neceſſe habeo adhuc nonnulla præmittere, quæ ducant me faciliùs ad earum originem. Mos Heroum olim fuit, pellibus terribilium ferarum, exemplo Herculis, conveſtiri, & cum accerſita ea ſpecie in prælìis hoſtem terrere. Homerus de Agamemnone;

Iliad. *-humeros circumjecit pelle inde leonis*
Ardentis magni, crurum tenus.

Virgilius de Aventino;

7. Æn. *Ipſe pedes, tegmen torquens immane leonis,*
Terribili impexum ſeta, cum dentibus albis.
Indutus capiti, ſic regia tecta ſubibat
Horridus, Herculeoque humeros innexus amictu.

De Evandro;

8. Æn. *Tum lateri, atque humeris Tegeæum ſubligat enſem,*
Demiſſa ab læva pantheræ terga retorquens.

De Ornito;

11. Æn. *Cui pelli latos humeros, erepta juvenco*
Pugnatori operit.

De Camilla;

11. Æn. *Pro crinali auro, pro longæ tegmine palla,*
Tigridis exuviæ per dorſum à vertice pendent.

Et alibi.

15. Æn. *heus, inquit, juvenes monſtrate, mearum*
Vidiſtis ſi quam hic errantem fortè ſororum,
Succinctam pharetra, & maculoſæ tegmine lyncis.

Nec à Poetis duntaxat ea indumenta Heroibus parabantur: ſiquidem Cornelius Tacitus Germanicum, ait, contectum humeros ferina pelle adiiſſe caſtrorum vias. Imò Juſtus Lipſius eruditè, ut ſolet, deprehendit; in Trajani columna, ſigniferos omnes cum eo habitu ſpectari; hoc eſt cum leonis pelle, quæ caput armos dorſum tegat, & dum cauda pedes flagellat, veluti ad iram exſtimulet.

De Mil. Rom.

Julius Pollux l. 8.

Ne quis verò miretur, Heroes affectaſſe iſtiuſmodi belluarum formas; ſciat Deos, Deaſque illis olim indutos etiam fuiſſe. Sic Athenis in Lyco Juno ipſa formam feræ præ ſe tulit: Saturnus autem nunc erat draconis facie, nunc rictu leonis, nunc apri dentibus, nunc avis criſta.

Mart. Capell.

Eædem exuviæ ferarum, olim præmia victoribus dabantur. Virgilius,

--tergum Getuli immane leonis
Dat Salto, villis oneroſum, atque unguibus aureis.

5. Æn.

Sed & ipſos Heroum, ac Ducum equos tegumentis iis inſternebant, ut hoſtes magis terrefacerent. Virgilius item;

8. Æn. *Ducunt exortem Aenææ, quem fulva Leonis*
Pellis obit totum, præfulgens unguibus aureis.

Statius verò;

9. Theb. *Illum acies inter medias, jam cæde ſuperbum*
Neſcius armorum, & primas tunc paſſus habenas,
Venator raptabat equus, quem diſcolor ambit
Tigris, & auratis adverberat unguibus armos.

Ut ad Heroes redeam, eæ formæ, aut ſimilitudines, citra notam immanitatis, eis tribui potuerunt. Quid enim? Chriſtum Imperatorem æternum appellamus Leonem de Tribu Juda, & ſi minus Leonis pelle, ſaltem illius fortitudine ipſum induimus. Ex Hiſtoricis etiam ſacris, unum inſtar Bovis, Leonis inſtar alterum, tertium Aquilæ inſtar figuramus.

Herod. l. 4. Plin. 7. 5. 2. Solin. c. 55.

Videlicet fuerit duntaxat inhumanum & barbarum; aut involvi pelle hoſtis perempti, quod de Gelonis Herodotus, Plinius de Scythis narrant; aut animalium figuris corpora inſcribere à pueris, ut fuco cicatricibus infuſo creſcerent cum ætate pigmenta, quod refert Solinus de Britannis. Quemadmodum & Braſili, & Indiæ Populi alii nunc etiam inciſos corporum ſuorum arctus, ſucco expreſſo nativi graminis, colorant.

Iſid. Orig. l. 19. c. 23.

Demus itaque ornamenta hæc antiquis, & novis Barbaris; vel, quod ait Iſidorus

dorus, *Permittamus, ut has ad sui specimen cicatrices ferat pictis arctubus maculosa nobilitas :* dummodo maneat ; nec barbarum, nec à vera fuisse, virtute alienum, amiciri pellibus ferarum, quæ utique in Heroibus masculum animum ac strenuum tegebant.

Quod in rem nostram facit, vel inquinante paulatim luxu priscam illam, & nobilem indumenti Heroici severitatem ; vel quia non satis munimenti erat in pellibus, adversùs telorum impressiones violentas : cum ferro tegere corpora oporteret, deinceps in clypeis, & galeis, & sagulis gestari cœptæ sunt icones ferarum : nec ex re alia, quàm ex vestiaria suppellectile fortissimorum Ducum ac militum, data est origo tesseris etiam figuratis.

Enimvero interfuit bonæ administrationis, in re bellica ; ut internosci posset unusquisque militum, saltem ex clypeis, eorumvè signis. *Ne milites* inquit Vegetius *in tumultu prælii à suis contubernalibus aberrarent, diversis coloribus, diversa scutis signa pingebant, ut ipsi vocant* δειγματα, *sicut etiam nunc moris est fieri.* Quæ signa ad id conferebant etiam, ut quisque ex armamentario sua sine errore caperet arma : in ipso autem prælio, ut qui fortes essent aut ignavi, Ducibus ii propriis noti, conspicuique redderentur. Polybius de galeis agens ; *adornantur*, inquit, *& simplici tegmine capitis ; atque est, cum lupinam, aut tale aliquid imponunt, tutelæ simul, & signi causa : ut Ductoribus, cum strenuè, aut aliter pugnaverint, possint innotescere.*

Proderant præterea, ut sciret hostis, cujus manu caderet, aut quem superaret ; atque eò spectat responsio illa Spartani militis ; qui cum haberetur ludibrio, quasi ex ignavia & metu muscam exilem, & viva nihilo grandiorem, in clypeo pinxisset, *imo*, inquit, *ut agnoscar : usque eo enim accedo, ut hostes cernere cominùs possint signi mei modum.*

Hinc crebra apud Scriptores mentio militarium signorum, quæ custodiebantur accurate, thecisque involvebantur. *In Agamemnonis clypeo*, inquit, Pausanias, *terror expressus est, cum leonis capite, & epigraphe.*

Hic pavor est hominum, manibus gerit hunc Agamemnon.

Alcibiadi dedit Athenæus solum fulmen, excussum è nubibus ; Plutarchus adjecit Cupidinem, qui fulmen complecteretur. Ulysses delphinum ad Trojam, & Græci milites communiter Neptunum, Trojani Minervam gestarunt in eo bello decennali. Aliàs Græci usi sunt russatis clypeis ; Carthaginenses, Cimbri, Teutones, Thraces, Pœni aut pictis, aut ex auro sculptis imaginibus exornarunt scuta.

Peculiariter *Pœni*, inquit Plinus, *ex auro factitavere & clypeos, & imagines, secumque in castris tulere.* Certè captis eis, talem clypeum Asdrubalis invenit Q. Martius Scipionum in Hispania ultor : idemque clypeus supra fores Capitolinæ Ædis, usque ad incendium ejus primum, perseveravit.

Livius quoque tradit, in argenteo scuto Hannonis Carthaginensis, pondo centum triginta octo, fuisse imaginem Barchini Asdrubalis.

Anchoram in scuto cujusdam expictam, ait Herodotus, *quoniam* inquit, *nunquam quiescens, semper rotabatur.* Theseus vultum leonis, & Polynices vultum apri in eo gestarunt. Noti sunt etiam Claudiani versus.

Nervius insequitur, meritusque vocabula Felix,
Dictaque ab Augusto Legio, nomenque probantes
Invicti, clypeoque animosi teste Leones.

Nunquam absolverem, si quæ mihi hæc scribenti obvèrsantur hujus generis plurima, vellem ea hoc loco prolixiùs referre. Tantùm indicaverim, sicut ante exactum tyrocinium pura parma, & ingloria milites utebantur ; quam & Statius nubigeram vocavit, propter chalybis lævorem : ita qui diutius meruerant, coronas, torques, phaleras, hastas ereptas hosti, cædesque, & prælia, aut etiam ea, quæ gerere proposuerant, in sagis, in galeis, in clypeis eos figurare consuevisse.

Solent, Inquit Justus Lipsius, *Græci, Romani, Barbari varias formas aut colores scutis addere, sive ad insigne, ut cognobiles essent, sive ad decorem. Vetus ritus, & quem Heroicis quoque temporibus video obtinuisse.* Postea magis ad rem nostram ; *ab illis peculiaribus*, inquit, *nata insignia, & argumenta hæc familiarum, qui in usu esse dicam, an abusu ? ignavissimi usurpant, & quos meliore jure increpes, quàm suum illum*

Lib. 2, c. 18

Tac. lib. 1. hist. Dio in Domitiano.

Plut. in Laconicis.

Cæs. in Comm. Lib. 5.

Athen. l. 12 c. 16. Plut. in Alcibiad. Serv. in lib. 1. Æneid. Alex. ab Alex. lib. 6. c. 32.

Plin. l. 35. c. 5.

Decad 1. lib. 5.

Lib 9. Apolli. lib. 3. Biblio. De Bello. Getico.

Virg. 7. Æn.

In Anal. ad Mil. lib. 3. Dial. 2. Ibidem.

Africanus Scipio, qui cùm ornatum ſcutum (verba frontini) elegantiùs cujusdam vidiſſet, dixit non ſe mirari; quòd tanta cura ornaſſet, in quo plus præſidii, quàm in gladio haberet.

Imò addam ego, ex his figuris non inſignia modò, ſed inſuper militum, & Ducum cognomenta nata eſſe. Videntur verò inſtituto huic oracula ipſa præludere voluiſſe: nam Lyſander non ſatis monitus, per oraculi ambages, ut Draconem vitaret, à milite occiſus eſt, qui geſtabat in clypeo iconem draconis.

Adraſtus quoque, juſſus ab oraculo filias nuptum dare, alteram Apro, & alteram Leoni; deſponſavit eas polynici, & Thydeo; nam ille cum ſpolio Apri, & hic cum ſpolio Leonis præliabatur.

Poſtremò ut quæ mea ſit ſententia ſummatim dicam; do utique hæc ſigna, aut omnia, aut pleraque eſſe præmia rei bene geſtæ domi forisque, ſed poſtquam ev aſerunt ſigna generis, atque ad poſteros tranſcribi cœperunt, ajo in veſtibus exprimi, & circumferri conſueviſſe, aut in ſagis ſi ad bellum iretur; imò & in galeis, & in loricis, & in clypeis, & in vexillis, & in equi dorſualibus, phalerisque.

Sic Torquati torquem olim geſtaverint; poſtquam T. Manlius Torquatus in certamine militi Gallo illum cum vita eripuit; aut Cincinnati crinem, poſtquam auctorem hujus cognomenti, cum coma & cincinnis natura enixa eſt.

Poſtmodùm exiſtimo, in ſolis clypeis hæc eadem familiæ inſignia exarari cœpiſſe. Tametſi verò uſurparentur etiam, ut dixi, in loricis, in galeis, in vexillis, præterquam in veſtibus; ab his veſtibus potiſſimùm pretii originem eorum: quia in eisdem communiùs, & frequentius, hoc eſt, ſeu pacis eſſent, ſeu belli tempora, circumferebantur.

Si modum deſideres hæc ſigna tranſcribendi ex veſtibus ad clypeos, nempe ex uniuslumini panno, vel bipartito, vel quadripartito, vel lemniſcato, vel ſcutulato; fingas clypeo ſuperponi pannum ejus ſchematis, & ſtatim habes iſtiuſmodi gentilitias teſſeras.

Quod ſi deinde icones in area ſint pingendæ, ſume paludamentum, in quo ſint figuræ aut innexæ, aut intextæ: & par erit picturæ hujus facilitas. Ut exemplo rem aperiam, ex trabea Sancti Ludovici Regis potes aut terna exſcribere aurata lilia, aut plura & ſine numero, vernantia in ſolo cyaneo; & habes teſſeras Regum ſimul, & Principum conſanguineorum, in Regno Galliæ.

Ex clamyde item Ferdinandi IX. Regis ſanctitate juxta & majeſtate venerandi; ex ejus, inquam, clamyde, intexta caſtellis & leunculis (quia Rex erat Legionis, & Caſtellæ) parmulam habebis, aut bipartitam, ſi unum leunculum expingas, & unam turrim: aut ſi exſcribas duos leunculos duaſve turres, quadripartitam, eruntque diſpoſiti tetrantes unius alveoli, prorsùs ad normam rei teſſerariæ; nam icon una in primo & ultimo, altera in ſecundo tetrante ac tertio figurabitur.

Ne multis; eum, quem dixi, fuiſſe morem texendi in trabeis, & ſagis figuras rerum varias, cum Heroica ſignificatione. Athenæus, & Polybius teſtari poterunt: nam ii dum referunt Antiochi aulam, & ſuperbum ejus apparatum, poſtquam millenos & millenos deſcripſerant habitu, armis, diademate conſpicuos; affirmant, cunctis paludamenta purpurea fuiſſe, quibuſdam autem auro texta, & animantium imaginibus picturata.

Athen. lib. 12. Polyb. lib. 15.

Neque id magnopere miror; nihil enim eſt, quod ars humana in eo genere non conetur. Ita Juſtiniano Imperatore mortuo, inſtrata eſt ei veſtis ſtragula, in qua phrygio opere intextæ erant victarum Urbium, & barbarorum Regum, quos debellaverat effigies: in ea verò elatus, non tam ad tumulum, quàm ad triumphum iré videbatur.

Baron. ad Juſtin. an 39.

Multò facilius fuit, exprimere icones ferarum, quæ diſcrimen Heroum faciebant. & nomen ipſis juxta poſteriſque, ut dixi, velut commune generi universo, imponebant. Adſimile quid fieri hodieque deprehendi in Urbibus variis oræ Septentrionariæ, in quibus nimirum ædes civium notantur icone aliqua, aut avium, aut ferarum, & vulgò inde nomen familiarum oritur: ut dicatur filius Aquilæ nigræ, filius Leopardi, qui in ea domo natus eſt vel ſaltem degit, cujus domus inſigne ſit aquila, ſeu leopardus.

Supe-

Cap. XI.

Superatur difficultas, quæ videtur oriri posse ex metalli usu in pictura tesseræ gentilitiæ.

DUbitare quis posset, cur natas ex panno affirmaverim icones tesserarias ; siquidem in eis inveniuntur præter colores metalla, utique parum accommodata rei vestiariæ ? Difficultas hæc admodum est pertinens, & gravis, ex eaque telum video in me torqueri satis validum : proinde confero me statim ad loricam, ne pateat vulneri locus.

Videlicet lorica etiam cuditur ex metallo ; attamen potuit accepisse originem ex lino, ex panno, ex crudo corio, ut verbo dicam, ex re vestiaria. Id si ostendero, impetravero etiam, potuisse nostras tesserarias icones provenire ex veste, aut ex panno ; tametsi jam confici debeant ex metallo.

Loricis à loro inditum nomen esse, ait Strabo ; *quia de corio crudo*, inquit, *pectoralia faciebant*. Ex lino item fuerunt, ipso Trojano bello, eoque munimenti genere sunt usi Ajax, atque Adrastus. *Honor lino* inquit Plinius, *etiam Trojano bello ; cur enim non & præliis intersit, ut naufragiis ?* Homer. Ilie. ad. 2.

Thoraces perinde lineos Xenophon Thracibus ; Hispanis Strabo ; Æmilius Probus Macedonibus tribuerunt ; & Plutarchus ipsimet Alexandro magno. Sed & Livius refert, Augustum legisse in veteri thorace linteo *De Cossi opimis spoliis*.

Scio, Pausaniam existimare, loricam lineam venatoribus potiùs, quàm belatoribus fuisse aptam : dum *loricæ linteæ*, inquit, *pugnantibus, non æquè utiles : transmittunt enim vel coactæ vel fractæ ferrum. Venantibus autem prosunt, franguntur enim, aut retunduntur in iis leonum dentes, & pantherarum.* Lib. 1.

Nihilominus Scriptores alii fermè dant eis firmitatem chalybe majorem. Suidas quippe loricarum coactilium, ait, sinuationem fuisse firmam. ac stabilem : & hæc verba Justus Lipsius ita interpretatur, quasi sensus sit ; duras eas fuisse, nec potuisse flecti, quamvis servarent civitatem, habitumque corpori aptum. Nec frustra Cæsar, *omnes ferè milites*, inquit, *aut ex subcoactis, aut ex centonibus tunicas, aut tegmenta fecerunt, quibus tela vitarent ; si hostiles sagittas admitterent.* Lib. 3. Civil.

Plinius *lanæ*, inquit, *per se coactæ vestem faciunt ; & si addatur acetum, etiam ferro resistunt.* Laudatur verò Conradus quidam ex Monte Ferrato, qui ut loquitur Nicetas Choniates, *ipse tunc quidem sine scuto pugnabat, sed ex lino factum textum quoddam vino austero affatim salito madidatum, sæpius replicatum loco thoracis induerat : adeo autem ictibus resistebat, vino, & sale coactum, & perfusum, ut omni telo esset robustius.* Porrò quæ subcoacta Cæsar, hæc Ulpianus coactilia, & Plinius lanas coactas nominarunt. Lib. 8 c. 48. In Isaaci regibus. Fulgo feltrio.

Itaque ex panno icones tesserariæ non minus accipi potuerunt, quàm loricæ : tametsi ferreæ postea fieri cœptæ sint, tum loricæ solidæ, nempe ex integra lamina ; tum loricæ segmentatæ, ex laminis nexilibus & quasi cratibus ; tum loricæ catenatæ seu hamatæ ex insertis anellis ; tùm loricæ squameæ vel plumeæ, in modum piscium vel avium ex ferro elaboratæ. Ut sileam loricas corneas, ex ferarum cornibus rasis & lævigatis, loricasque ungulatas, ex unguibus equorum præfectis ac purgatis ; quæ ex ferro non parabantur.

Obiter illud insinuaverim, & si Strabo pectoralia loricas vocavit, easdem texisse nihilominus ex æquo humeros etiam. Ideo Alexander Magnus fertur fugitivis militibus semiloricas dedisse : ut manentes quidem in acie, tuti essent, defenso pectore : ait in fugam conversi humeros nudos exponerent injuriæ. Fiebant verò ea impatientia & robore ; ut telum catapultarium, quantumvis incidens violenter, illas sæpe non frangeret ; solaque strictura levis & cœca ex ictu superesse notaretur.

Sed si hæc, quæ recensui de loricis, haud sufficient ad necessariam defensionem ; explicabo vexilla, ut evincam certiùs, ex panno rectè originem peti gentilium tesserarum. Etenim non inficior quidem, aquilas, & alias feras ex metallo fuisse in legionum signis, ornarique & ungi, tanquam Deorum simulacra, eas consuevisse. Sed enim scio, ipsis Heroicis temporibus fuisse aliqua vexilla textu serico. Plin. lib. 23. c. 4.

Dracones loquor, quos fuiſſe tunc etiam in velis pictos, indicare videtur Prudentius his verſibus;

Hymn. 1.

Proquè ventoſis draconum, quos gerebant, palliis,
Præferunt in ligno ſignum, quod draconem ſubdidit.

Sed & eos fuiſſe textiles, atque habuiſſe corpus, quod auram acciperet, ſibilum ederet, ſpiraretque iram, ex Ammiano diſces. Qui deſcribens Conſtantii Auguſti ingreſſum in urbem; purpureos, & ſubtegminibus textos dracones recenſet, hiatu vaſto perflatiles, & perinde ac ſi eſſent ira perciti, ſibilantes, caudarumque in ventum volumina ſpargentes. Claudiani verſus eò ſpectant.

Oaneg. mr. jor.

..quid fixa draconum
Oravelint; fluitent ventis, an vera minentur
Sibila, ſuſpenſum rapturi dentibus hoſtem?

Clariùs adhuc Sidonius;

..Iam textilis anguis
Diſcurrit per utramque aciem, cui guttur adactis
Turgeſcit Zephyris: patulo mentitur hiatu
Iratam pictura famem, pannoque furorem
Aura facit, quoties craſſatur vectile tergum
Flatibus, & nimium jam non capit alvus inane.

Quos Sidonii verſus expendens Juſtus Lipſius, *vix aliud poſſis dicere*, inquit, *quàm deſingi ab eo rotundum & inanem draconem, ita textum ut vento turgeſcat, quem per guttur admittat.*

En itaque belli ſigna ex panno interdum, interdum ex metallo: ut poſſint etiam inſignia gentilitia ex panno aliquando fuiſſe, & nunc exigi ex metallo.

Ut veniam propiùs ad aurum & argentum, hoc eſt ad metalla, quæ ſola congruunt rei teſſerariæ, coronam in medium adfero; nam hæc etiam, cùm jam paretur ex alterutro pretioſo eo metallo, ex lino tamen olim aut ex panno parabatur.

Q. Fabius Pictor l. 1. Athen. l. 15

Fuit corona initiò vinculum capitis, inductum ut nimiæ potioni mederetur; atque adeo inventor ejus pariter ac vini creditur fuiſſe Liber, ſeu Janus. Strophium Virgilius appellavit;

Virg. in Cupa.

Eia age pampinea feſſus requieſce ſub umbra;
Et gravidum roſeo necte caput ſtrophio.

Capitis nimirum arterias interſtringebat, ne viri vapores ad cerebrum permearent; atque hæ vittæ linteæ ornari cœptæ ſunt roſis, aut aliis floribus; natæque ex hoc ritu ſunt corollæ floreæ convivales.

Orat. 6. de gloria.

Sed diadema regium etiam fuit faſcia caput evinciens. Dio Chryſoſtomus; *Si quis alius*, inquit, *caput illæſum faſciis obligaret, omnibus eſſet ludificatui; Regibus tamen id honeſtum putant, & multa hominum millia pro eo linteolo mortem oppetiverunt.*

Plut. in Polit. Valer. Max. l. 7. c. 2.

Seleucius Rex, cum traditum ſibi diadema, ut capiti ſuo illud imponeret, diu conſideraſſet, dixiſſe fertur; *O nobilem magis, quàm felicem pannum, quem ſi quis penitùs cognoſcat, quàm multis ſolicitudinibus & periculis & miſeriis ſit refertus; ne humi quidem jacentem tollere vellet.*

Stobæus.

In eandem ſententiam Antiochus, cum Anus quædam beatum ipſum prædicaret; *O mater*, inquit, *ſi ſcires, quot eorumque maximorum malorum cauſa ſit hic pannus*, diadema ſuum oſtendens, *profectò ne ſupra ſimum quidem poſitum auferres.*

Si hæc non ſufficiunt; ut in comperto habeatur, diademata Regum aliquando fuiſſe linum & pannum; ſubdam aliquid, quod pudet propemodum referre. Nempe hunc etiam ignobilem, & funeſtum ejus uſum fuiſſe: ut Mileſia uxor Regis Mitridatis eo ſibi fauces interpreſſerit; *Lacerato capitis diademate*, inquit Plutarchus, *illud circumpoſuit collo, ſeque ſuſpendit: ſtatim autem fracto; ò impurate inquit, panne, ne ad hoc quidem mihi utilis eris.*

Plut. in Lucullo.

Honeſtius ſit narrare. Alexandrum Magnum, cum de equo exiliens, haſtæ cuſpide Lyſimachum ita in fronte vulneraſſet, ut ſanguis aliter fiſti non poſſet, diadema ſibi ademiſſe, & adpoſuiſſe ejus capiti, ſtudio vulneris obligandi, ſiquidem alia inſtita in promtu non erat.

Quæ omnia ſuadebunt facilè, coronam olim ex lino & panno fuiſſe; & ſi jam

jam ex pretioso fit metallo : atque adeo ex panno potuisse prodire icones gentilitias: tametsi fæciales nunc illas misceant coloribus & metallis.

Cap. XII.

Confirmatur potiùs eadem sententia ex ipso usu auri argentique in apparatu rei tesserariæ.

RETorqueo jaculum, & probo; ex metalli usu evinci posse ; congrue admodum peti, ab indumentis nobilium, originem iconum gentilitiarum. Sciscitari libet, & cur ab his prosapiæ symbolis faceſſant alia metalla , nempe æs , chalybs, ferrum ? An hæc videntur inclytis ducibus , & militibus strenuis minùs consentanea? At cognatio quædam eisdem militibus, ut ita dicam, est cum ferro; agnoscitque eam Claudianus :

-- -- conjuncta per artem
Flexilis inductis hamatur lamina membris,
Horribilis visu; credas simulacra moveri
Ferrea, cognatoque viros spirare metallo.

De Achille etiam ducum maximo , quando eum Thetis genitrix habitu pu- Tertull. de
ellæ occultavit, Tertullianus; *de prælio sonuerat*, inquit, *nec arma longè: ipsum fer-* Pallio.
rum virum attrahit.

Cur ergo ferrum seu chalybs non ornat peræque clypeos ducum honorarios ac gentilitios: quemadmodùm ornat, instruitque clypeos eorum veros ac militares? Dicam & ego cum Tertulliano; *si de qualitate usus gloria est auro ; & ar-* De habitu
gento ; at quin magis ferro, & æri? certè non ager auri opere paratur ; nec navis argenti vigore contexitur ; nullum bidens aurum demergit in terram ; nullum clavus argentum intimat tabulis: & paùlo post: *jam igitur æstimandum est, unde obveniat tanta dignitas auro & argento; cur & consanguineis, quantùm ad genus, & potioribus ; quantum ad utensilitatem, præferatur?* mulierum.

Dabo autem eandem , quam ipse causam: nempe, *quoniam aurum & argentum principes materiæ sunt cultus sæcularis* , verbo dicam; quoniam de ornatu vestium agitur: & in vestibus æs, chalybs, ferrum locum non habent. Si fæciales igitur alia metalla præter argentum , & præter aurum in suis clypeis tesserariis non admittunt, an non tacitè insinuant ; ex vestibus recte sumi originem eorum, quæ vestes, duo illa pretiosa metalla duntaxat, ad sui contextum admittunt?

Ad hæc præcipiunt iidem fæciales , ne metallum metallo ; id est aurum argento, vel secùs in clypeis hisce symbolicis adjungatur. Atqui cælatura militarium clypeorum societatem conjunctionemque auri atque argenti sanè non respuit. Quid enim? de Sigimere Regio juvene , deque ipsius lectissimo comitatu , *clypeorum lux* , inquit Sidonius , *in orbibus nivea, fulva in umbonibus, ita censum prodebat, ut studium.* En auri argentique in eis nitor : & Poetæ nihil habent frequentiùs, quàm ut scuta Heroum his duobus exornent metallis.

Ad Regum igitur & nobilium vestes eundum est, quas opere phrygio elaboratas fulsisse constat, nunc auro, & nunc argento: uti modò insinuabam ex Tertulliani sententia.

Hæ porrò vestes nunquam argenteus pannus fuerunt, cum aureis intextis ornamentis, seu contra; sed vel sericus erat pannus, eique aurum seu argentum intexebatur: vel parti sericæ pars aurea seu argentea, instar virgæ, aut segmenti, aut scutulæ, aut flosculi, aut aviculæ , aut leunculi addebatur assuebaturque ; & fiebant vestes virgatæ, segmentatæ, scutulatæ, aut pictæ. Ex quibus quia trahitur nostrarum gentilium tesserarum origo; idcircò interdicitur, ne in eis metallo metallum addatur, Quemadmodum interdicitur etiam, ne addatur colori color; quia phrygiæ vestes, quales nobilium erant, sine auro & argento , vel intexto vel aliter per acum inducto, parari non solebant.

Considerétur etiam locutio ea fæcialium ; qua nimirum , quod est in scutis gentilitiis, vel aureum, vel argenteum, jam neque croceum ipsi nominant , neque album : sed retinentissimi sunt metalli utriusque : atque adeò ipsis avaris constantius semper argentum , & semper aurum sonant. Et tamen sæpe numero in harum tesserarum pictura, loco auri luteus color, & color albus loco argenti solet adhiberi.

Nempè nihil vulgare, aut humile pati ex æquo, aut veſtes nobilium, aut eorum teſſeræ debuerunt : ideoque illud utrumque lumen ex metallo, re utique pretioſiore, quàm ex licio byſſi aut lini accipere maluerunt. Si licuiſſet pro purpureo, pro cyaneo, pro praſino, pro janthino, furvoque ductiles gemmas, hoc eſt pyropum, ſaphyrum, ſmaragdum, amethyſtum, adamantem liquare in ſtamina, & intexere: eas gemmas pro lanæ pigmentis luxus ad veſtium cultum tranſtuliſſet: ſicut aurum, & argentum pro luteo & albo demum tranſtulit.

Hæc itaque fæcialium locutio etiam ipſa probat, teſſeras gentilitias, quod ſæpius dixi, ex veſtibus natas eſſe. Alioquin ſi de pictura, non de veſtium ornatu ageretur, deberent aut poſſent ſaltem duo ea lumina exprimi coloris, & non metalli appellatione.

Cap. XIII.

Adferuntur quædam adhuc veroſimilia, qua ſuadent originem eandem gentilium Teſſerarum.

NImius videar, niſi contraham omnia, quæ ſuperſunt, & proponam ea quàm breviſſimè.

Si in ſcuti gentilitii area color ſit, & in ejus adpicta icone ſit metallum : teſſera creditur plus & antiquitatis, & nobilitatis præ ſe ferre; quàm ſi metallum in area fulſerit, exceperitque illuſas colore icones. Philib. Campanile. Cur id vero ? an quia priſcus mos fuit, ſerico velo intexere aurum ? nam veſtes omninò aureas, ſaltem uſu frequentiore, induxerunt Barbari.

Cur deinde humanæ formæ in iis honorariis teſſeris raræ ſpectantur ? an quia raræ in Heroum & Nobilium trabeis ac ſagis eæ pingebantur ?

Cur item præcipitur; ne ut plurimùm gentilium ſcutorum icones inſiſtant humi, ſed perſtent libratæ mole tantùm ſua ? An quia deſumi ex panno ſolent, in quo plures acu pictæ ſpectantur abſque tumulo & baſi, nec re ulla ſuſtentantur ?

Cur etiam violaceus color eſt rarus admodum in hiſce ſcutis ſymbolicis? An quia ille diſtinxit olim Cleri veſtes, Templiſque & aris, non caſtris meruit ; atque ideo in veſtibus peræque, vel in clypeis honorariis non fuit illorum; qui caſtra ſequebantur ?

Cur præterea (exemplum eſto in liliis) ſcuti areola obſita, & conſperſa iis floribus abſque numero, in extrema circùm ora oſtendit eos ſectos, truncos, & reciſos? An quia ita prorsùs eveniret ; ſi pannus cyaneus, intextus auratis liliis, militarem clypeum tegeret ornaretque ? Certè pictura flores in eum modum præfectos & mutilos nunquam daret ; ſed flores eoſdem pulcherrimos meliùs ſereret diſponeretque.

Cur inſuper fæciales admittunt vellera ſcutaria, ſeu quæ muſcariis atris, ſeu quæ petaſis cyaneis variantur? An quia precioſiores eæ pelles ſpectare ad veſtium ornatum exiſtimantur ? cum earum una præſertim ſuffultura vetus clamydis Regum Gallorum appelletur.

Quid recenſeam cruces militarium Ordinum ? de his alibi quidem agendum erit: nunc inſinuaverim tantummodo ; ipſas ex panno fuiſſe olim, hodieque pannum eſſe.

Omitto figuras ferarum atque avium complures, ac formas rerum varias, quæ in his familiarum teſſeris imbuuntur colore non ſuo frequentiſſimè ; nec aliam ob cauſam: niſi quia ſolent ad argumentum Principis colorari, ac veluti, expingi ex eorum indumentis.

Sileo pariter veſtes eorum, qui armigeri, aut fæciales ſunt Regum aut Ducum maximorum. Sunt enim ſchemate ſimili, ac regia eorum teſſera : tanta videtur eſſe rei utriuſque propinquitas, & veluti cognatio.

Explicabuntur non ita multò poſt quædam ſcuti teſſerarii partitiones ; in quibus Patres Petrati, & fæciales ſententiæ huic noſtræ ſubſcribere videbuntur. Nonnullas enim parmulas gentilitias manicatas vocant, brachatas alias, & alias clamydatas. Iidem quando ſcutario capiti colorato, coloratam inſtitam jungunt, ita loquuntur ; quaſi nexilem pannum affuere capiti ſcutario item ex panno, dicerentur. Et quia ſcuti partitio univerſa (uti ſuo loco apparebit) deſignatur

tur per caput, collum, pectus, umbilicum, crura, & pedes: perinde ac si vestis uni viro potiùs, quàm pictura uni clypeo adornaretur: hæc me sanè magnoperè confirmant in sententia, de horum insignium origine ex vestibus petenda.

Concludam, & dabo jam in theatrum hermas aliquot, convestitas insignibus tesserariis: quas videre est prominentes ex casside scutaria nobilium quarumdam familiarum Germaniæ. Habent eosdem typos in veste, qui spectantur in clypeis honorariis, atque ostendunt illam, quam inter hæc duo reor equidem intercedere affinitatem.

Fateor tamen, inter solas nos conjecturas versari, & posse contingere, ut error sit; ita de harum tesserarum origine pronunciasse. Sed ab æquis judicibus hic erit existimandus saltem ejusmodi error, qui me isthæc scribentem, aptè ad fallendum, hoc est inter tot & tam pulchra rationum momenta, veluti personatus, præiverit cum larva simillima veritatis. Sum enim alioquin satis gnarus, falsa interdum veris probabiliora videri; suoque fascino sæpenumero illudere menti ea, quæ ex ingenio proprio, vel necesse vel volupe saltem fuit: in re maximè ambigua, excogitare.

Demùm fateor illud etiam, me studio magno quæsiviisse; num Scriptorem aliquem invenire possem, qui mecum idem sentiret, & incidisse duntaxat in ea Lyrani verba; *Signa propria sunt in vestibus & scutis, quibus bellatores mutuò se cognoscunt, & suos ab adversariis distinguunt.* In c. 2. lib. Num.

§. LVII. Claudat tractationem, qui cum Petrasancta idem sentit, *Æg. Gelen. de Colon. Agr. magn. p.* 115. 116. *Dico in vestimentis veteris militiæ universæ Heraldicæ scientiæ disciplinam latere, dummodo vestimentorum nomine, non solum ea intelligas quæ proximè corpus tegunt, sed etiam quæ supra vel circum, & militiæ, domique adhibeantur, uti scuta, vexilla, flamulæ, labara, ex bisso, lino, vel alio tenuissimi panni genere. Item aulæa papilionum & stragula vestis, qua lectos, sedes, equos, thensas, mensas ac currus operiebant, quia & trabeæ pictæ, palmatæ, vestesque majestatis opere phrigio aureis & argenteis emblematibus ornatæ. Porrò hæc vestimentorum genera non tam cuilibet privato conficere, quam in publico præstitæ virtutis judicium accipere à belli Ducibus moris erat: ab his hujusmodi panni, vestes, stragula, vexilla, aulæa & trabeæ militibus dabantur ad incitamentum gloriæ; hi talibus ornamentis certo colore distinctis acceptis, clypeos & cætera sua obtegentes fortitudinis honoratæ notas posteris transcripserunt. Testes hujus rei plures dare cum possim, unico contentus ero* Aristotele, *quo authore Alexander M. Ducibus suis vexilla divisit. Sunt qui hæc eadem, nonnihil tamen differenter referunt; nempe olim publico sumptu legionibus concolores vestes distributas, cum vero hoc ærario grave videretur, cœpisse singulis tantum beneficiarii & concoloris panni distribui; quantum singulorum clypeis tegendis sufficeret, & huic panno singulos concessa à Principe signa virtutis & gloriæ intexuisse; gentes etiam militares, quæ nudè agebant, teste* Herodiano, *notabant corpora picturis variis & omniformium formis animalium. vid. Phil. Cluverii Germ. antiq. L. I. c. 16.*

CAP. III.

DE SCUTIS.

1. *Præcipuum subjectum insignium scutum. Ejus dignitas.*
2. *Scuti etymologia. Differentia à clypeo.*
3. *Clypeus.*
4. *Parma.*
5. *Cetra. Pelta.*
6. *Græca nomina.* θυρεὸς· ἀσπὶς· πέλτη· *Gerra.*
7. *Hebræa vocabula.*
8. *Germanica.* Schildt. Tartsch. Hurt.
9. *Nomina Gallica & Italica.*
10. *Materia scutorum ap. veteres.* Viminea.
11. Lignea.
12. Ænea. argentea. aurea.
13. *Campanilii collectio.*
14. *Forma scutorum veterum* Rotunda. Ovalis.
15. τετράγωνα. Imbricata. Triangula.
16. Umbo.
17. *Quantitas scutorum antiquorum.*
18. *Scutorum hodiernorum figura: nova, vetus.*
19. *Cartouches. An solum civium?*
20. *Scuta in cordis forma.*
21. *Ovalia Diversarum gentium mores.*
22. *Loco scutorum rhombi s. Lozenges. An fœminarum?*

23. Vexil-

23. Vexillum. *En banniere.*
24. *Moneti ſententia de quadrata figura.*
25. *Situs ſcutorum. Erectus, inclinatus.*
26. *Diviſio ſcuti in ſuas regiones.*
27. *Varii modi diviſionum.*
28. *An eæ antiquæ?*
29. *Diviſio centralis in partes æquales duas.*
30. *Palaris. Party.*
31. 32. 33. 34. *Exempla.*
35. *Sectio diverſa inſignia uni parmæ includens.*
36. *Tranſverſa. Coupé.*
37. 38. 39. 40. *Exempla.*
41. 42. 43. *Diagonalis dextra. Tranché.*
44. 45. 46. *Diagonalis ſiniſtra. Taillé.*
47. *Sectio per pinnas.*
48. *In nubium ſpeciem.*
49. *Per gradus.*
50. *Invecta ſ. vairée.*
51. *Denticulata & ſtriata.*
52. *Singulares ſectiones.*
53. *Sectio tripartita, palaris.*
54. *Tranſverſa.*
55. *Diagonalis dextra.*
56. *Siniſtra.*
57. *Per lineas in medio concurrentes.*
58. *In margine.*
59. *Tripertita in partes inæquales.*
60. *Per lineas cochleares.*
61. *Diviſio quadriſida.*
62. *Quadripertita ſcuta.*
63. *Exempla.*
64. *Quadripertita per lineas dentatas, ſtriatas, cochleares.*
65. *Uſus in diverſis inſignibus compingendis.*
66. *Quadræ in alias quadras diviſæ.*
67. *Sectio decuſſata.*
68. *Figuræ ſectioni huic inſcriptæ.*
69. *Sinus. Fianqué.*
70. *De quinaria diviſione.*
71. *Senaria.*
72. *Sectio in areolas plures.*
73. *Sub diſtinctiones.*
74. *Modi plura ſcuta jungendi.* 1. *nuda juxta poſitione.*
75. 2. *Colligatione.*
76. 3. *Conglutinatione.*
77. 4. *Inſitione. Scutulum medium.*
78. *Scutuli medii inſerti accidentia.*
79. *Uſus ſcutulorum mediorum.*
80. *Inprimis ob teſſeras gentilitias.*
81. *Inſertio novarum ditionum in areolas.*
82. *Inſitio per triangulum.*

§. I.

DIximus c. 1. §. 22. & ſeq. non unum tantum *ſeιγμάτων* gentilitiorum ſubjectum, ſed varia eſſe: nec dicta repetimus. Nunc nobis tantum clypei curæ ſunt, cum his *primo olim omnique ſeculo præcipue emicuerint inſigniendi ſymbola ſeu imagines: inde & nomen clypeorum juxta Plinium.* Ut loquitur *Spelmann. aſpilog. p.* 1. Certe ut ex armis illis, quibus vis hoſtilis arcetur, primarium locum obtinuit ſemper ſcutum, (Notum eſt, quod Chabrias Ageſilai, Horatius Porſennæ exercitus objectis ſcutis ſuis ſuſtinuerint) ita dignitas ejus nunquam non magni habita: Servo ſcutum geſtare nunquam licebat, ne militia dedecoraretur: atque ita libertatis ſignum fuit. Viciſſim amiſſi ſcuti præcipuum Græcis probrum habitum eſt. Conf. ſuper. c. 1. §. 47. cur in ſcuto potius quam armis offenſivis honor inſignium quæſitus ſit.

Inde ſequentibus ſæculis ſcutiferorum, ſcutariorum (*eſcuyer*) nomen nobilitati hæſit.

§. II. Cum verò hic nobis de ſcuto tanquam primario ſignorum ſubjecto agendum ſit, de nominibus primum agemus. Scutum ergo *Gorop. Becan.* L. 4. *Franc.* p. 93. ſuo more derivat ex Cimbria lingua, in qua *ſcut* idem ſit, quod depello, amolior, tueor, unde fiat, ut idem nomen corio & clypeo ſit tributum σκῦτος. Ab hoc verò Græco vocabulo mavult, quam aliunde deducere vocem *Lipſ. de milit. Rom. L.* 3. *Dial.* 2. *p.* 107. Olim enim *Varro* à ſecando, *Iſidorus* ab excutiendo deduxit. Porro ſcutum haſtatorum & ita ſecundi ordinis in Romana militia fuit. A *clypeo* differt, qui proprie in juſtum orbem relatus, & rotundus, cum ſcutum in longum exibat.

Scutis protecti corpora longis.

de Gallis *Virgil. L.* 8. *Æneid.* dicit. Quamvis autem peditum proprie eſſet, uſi tamen equites breviori. Ita denuo *Virgil. Æn.* 9. de Volſcent.

Tercentum ſcutati omnes.

Græce ſcutum ſemper *Polybio* θυρεὸς, ἀσπὶς verò redditur clypeus: quod diſcrimen quoque *Dionyſius* & *Plutarchus* obſervant: Verum *Dio* & recentiores confuderunt. Ex Plutarcho etiam lego apud *Lipſ. de milit. Rom. L.* 3. *Dial.* 2. *p.* 112. Romulum, cum ſui antea clypeos Argolicos geſtaſſent, mutaſſe morem, & ſcuta Sabinorum exemplo introduxiſſe. *Liv. L.* 8. Clypeis autem Romani uſi ſunt, deinde poſtquam facti ſunt ſtipendiarii, ſcuta pro clypeis fuere.

§. III.

§. III. De clypeis illa ex *Spelmann. aſpilog.* pag. 54. noto. Plinius L. 35. cap. 3. Clypeus.
Scutis qualibus apud Trojam pugnatum eſt, continebantur imagines: unde & nomen habuere clypeorum, *non ut perverſa Grammaticorum ſubtilitas voluit,* à cluendo. *Is igitur* clypeum ἀπὸ τῦ γλύφειν *à ſculpendo deduxit, ut dicatur clypeus q.* γλυπτὸς *id eſt ſculptus* g *in* c *mutata: Non ut* Servius ἀπὸ τῦ κλέπτειν vel καλύπτειν *ab occultando & celando quod corpus celet.* Apud eundem vide diſputatum, an per *i* an *y clipeus* vel *clypeus* ſcribendum ſit, nec non *clupeum*, vel *clipeum*. Porrò forma propriè quod diximus rotunda fuit: Unde illud *Virgil.* 2. *Æneid.*

Clypeique ſub orbe teguntur.

Et 3. *Æneid.*

Argolici clypei aut Phœbeæ lampadis inſtar.

Major tamen erat quam parma. Fuere v. clypei *Argolici* inprimis olim celebres. vid. *Lipſ. de milit. Rom.* L. 3. dial. 2. p. 107. & 112. Apud Romanos ſolius erat peditis & quidem ſpectatiſſimorum militum, qui principes. *Spelman. aſpilog.* p. 54.

§. IV. *Parma*, quod à medio in omnes partes par, *Varroni* dicta, ipſo nomine ro- Parma.
tunditatem figuræ indicat. Tum brevis fuit quaſi parvus clypeus. Ut eſt apud *Iſidorum.* Unde Magnif. *Bœcl. in Indic. ad Corn. Nepot.* voce *Parma ſcutum breve, peltata men majus.* Plerumque tamen Peltam ex Græco Latini *parmam* vertunt. Sed in *Iphicrate Cornel. Nepos* ex Græco ἀσπὶς vertit. Fuit ordinariè equeſtris. Unde in Gloſſis: *Parma* ἀσπὶς ἱππικὴ. Utebantur tamen etiam pedites, ſed latiori ap. *Polyb.* Eodem nomine ap. *Lipſ. de milit. Rom. L. 3. dial. 7.* p. 143. *Suidas* appellat, coriacia ſcuta Carthaginenſium: & idem *Lipſ. Saturn. L. 2. c. 9.* Threcibus, quod gladiatorum genus eſt, parmas aſſignat.

§. V. *De Cetra* ita *Iſidorus. Cetra ſcutum loreum ſine ligno, quo utuntur Afri & Mau-* Cetra.
ri: nec non *Britanni* ap. *Tacit.* conf. *Lipſ. de milit. Rom. L. 3. dial. 7. p. 143.* ubi etiam Peltæ.
Hiſpanis uſi tatam, & *citram* quoque dici aſſerit. Tum eund. *in analect.* p. 383. ubi diſputatur, ulterioris an citerioris Hiſpaniæ populo hoc adſcribendum ſit. His *Alex. ab Alex. Genial. dier.* 6, 22. p. 369. Gallos & Perſas addit, qui item ceteris uſi, & figuram rhombo comparat. Græcè ferè *pelta* redditur. Ita *Livius L.* 31. ex *peltaſtis cetratos* vertit, & ex his iterum *peltaſtas Plutarchus.* conf. *Curt.* 3, 2, 5. ibi *celeberr. Freinshem.* in NN. Vocatur etiam ἀσπὶς λησρικὴ, latronum ſcutum. *Lipſ. Analect.* p. 383. ſed pro hac propemodum mavult ſubſtituere λιβυσικὴ. *in milit. Rom. L. 3. dial. 7. pag. 144.*

§. VI. Græcis in uſu ſunt nomina θυρεὸς à ſimilitudine θύρας, cum ſit ſcutum ob- Græca nolongum: & ἀσπὶς, propriè clypeus, atque ita rotundæ figuræ. Unde Homerus mina.
ἄσπιδας ἐυκύκλους & πάντοσε ἴσας item ὁμφαλοέσσας dixit ap. *Lipſ. de mil. Rom. L. 3. dial. 2.* θυρεὸς.
Lacedæmoniis inprimis has tribuunt. Prætereà πέλτη Græcis uſitata vox eſt, quàm ἀσπὶς.
cetræ reſpondere modo diximus, nonnunquam verò *parmæ. Thucydid. Scholaſt.* πέλη.
πέλτη ἀσπὶς τετράγωνος, & Suid. ap. *Lipſ. in analect.* p. 384. Adducit tamen alia, quæ rotundam facere videntur. Umbone caruiſſe legitur. Fuit ordinaria *Thracum* armatura; illi autem dixere merida. *Alex. ab Alex. Gen. d.* 6, 22. p. 369. (deſcribunt verò has Thracicas, quod fuerint lateribus arctioribus ancilium inſtar) Tum *Amazonum:*

Ducit Amazonidum lunatis agmina peltis
Pentheſilea furens. ap. Virgil.

(Hoc *Lunatis Lipſ.* intelligit de duplici ſemilunæ figura. *Plinius* verò Amazonicam peltam comparat ficus Indicæ folio. vide *Roſin. L. 2. c. 9. Loccen. Antiq. Sveo-Goth. L. 3. c. 2. p. 119.*) *Macedonum*, horum peltam hederæ confert *Xenophon*, & *Thermodontis* fluvii accolarum: unde *Silius*, L. 2. *Thermodontiacas* vocat. Prætereà *Iphicratis* invento eas adſcribit *Corn. Nepos.* 11, 1, 4, (ubi celeb. *Bæclerus in Ind.* voce *Pelta. Pelta ſcutum parmâ brevius.*) Sed reſtitutos à Philopæmene clypeos grandiores, auror eſt *Plutarch. in vit.* His nominibus addo, quod & *gerras*, vel *gerra* Græci & Latini dixere, ſed voce peregrina. Eſt verò illud genus ſcuti Perſici ex viminibus vel univerſim barbaricum ſcutum. conf. *Euſtath. Iliad.* μ 22. & *Iliad.* χ 184. Figura apud *Strabonem* exprimitur ῥομβοειδὴς.

Hebræa vocabula.

§. VII. Hebræos quod concernit, illi duabus imprimis vocibus utuntur מָגֵן & צִנָּה Illa à גנן protexit. Unde metaphoricè pro protectore & principe Genes. 15, 1. Hos. 4, 18. & passim. vid. Glass. Philol. sacr. V, I, 12. pag. 1332. Credunt vero Hebræi per hanc propriè scutum majus intelligi, quod totum obtegat hominem ex Ps 5, 15. R. *Dav. Kimchi* ait vulgo vocari טרגן vel טרגא. Gall. *targue* seu *targe*. Occurrit utrumque nomen 2. Par. 9, 15. 16. ubi צִנָּה reddidere LXX. Θυρεὸς. Vulg. *hastas*, Luth. Schild/ מָגֵן LXX. ἀσπὶς Luth. Tartsch. Vulg. scutum. Hieron. pelta. Præter hæc vocabula tertium est שִׁלְטִים 2. Reg. 11, 10. 2. Sam. 8, 7. 1. Par. 18, 7. Cant. 4, 4. Ezech. 27, 11. In quibus tamen locis Hieron. *arma* vel *armatura* vertere mavult. Sed 2. Par. 23, 9. *peltas* exprimit. *Mercer. ad Pagnin. Thesaur. radice* שלט. notat: *Sunt qui etymon offerunt, quod his uterentur potentiores, & qui autoritate pollebant. Et cum locis, quæ hic citantur, jungatur cum* מָגִנִּים *videtur horum clypeorum alia fuisse ratio. Germani etiamnum hodie lingua sua vernacula scuta seu peltas vocant* Schild. Facilè huic etymo assurget, qui cogitat in statu constructo scuti, שִׁלְטֵי quod ipsum est nostrum Schildte.

Germanica. Schild. Tartsch. Hurt.

§. VIII. Hoc enim præcipuum nomen est, quo in lingua patria utimur. Ejus verò incunabula cum Mercero in Hebræa lingua quærere malo, quam cum aliis conjicere, quod ab außhalten/quasi außhilt seu außheld/ vel à latino *clypeus*, ut Wapenh. 1. Præf. n. 8. derivaretur. Ab hac voce, ab amisso scuto, quidam credunt descendere nomen probrosum Schelm/ quasi Schildnehm. Sed Hæpng. de jure inf. c. 21. n. 75. aliquando non inhonestum nomen esse, & Schildmann/ significare existimat: quod confirmari potest, quia nobiles familiæ non dedignatæ hoc nomen. In specie vero principale scutum paternum in Silesiaco jure Equestri (Schlesisch Ritterrecht) vocatur der Heer-Schild/als welchen er in dem Heer offentlich geführet. Not. Generos. Schweinizio in Geneal. Schweiniz. Præfat. Præter hoc nomen etiam lingua nostra habet vocem Tartsch: tum qua antiqui (Wapenh. 1. Præfat. n. 7.) usi hurten à viminibus.

Nomina Gallica & Italica.

§. IX. Gallis ista nomina usitata invenio: *escu*, seu *escusson* haud dubiè à Latino scutum, *targue* s. *targe*, *bouclier*, *pavois*, *rondache*. Italis *scudo*, *targa*, & *targhetta* (proprie est imbricatæ formæ) *targone* (rotundus clypeus) *rotella*, (parma.) *brocchiero*.

Materia torum ap. veteres Viminea.

§. X. Cæterum quamvis parum ad rem nostram facere videatur, qua ex materia scuta antiquorum confecta fuerint, crediderim tamen non omnem illam operam lectori injucundam fore. Varia materia scutis in antiquitate adhibita est. Si conjicere liceat, *viminea* omnium vetustissima existimarem, uti simpliciora etiam reliquis sunt. His majores nostri usi sunt, & hurten dixere, ut §. 8. monuimus. vid. de Germania nostra meritissimum *Phil. Cluver. Germ. antiq.* L. 1. c. 14. p. 346. Sed hic p. 347. omnes gentes etiam illis usas esse credit. Certè Persarum gentes tales fuere, obtectæ tamen corio: Ap. *Ammian. Obtecti scutis vimine firmissimo textis & crudorum tergorum densitate vestitis.* Iisdem usi Parthi, nec non Hiberni (ap. Jac. Waræum antiq. Hibern.) ut & interdum Galli ap. Cæsarem de bello Gall. L. 2. c. 33. Ita & Macedones veteres talia ex cratibus scuta gestare sunt soliti (vid. Cort. 10, 2, 23. & ad illum vers. allegationes Freinshem.) Imò ipsi veteres *Romani*, tum *Syracusii*:

Brachia vimineis scutis pressi atq; gravati. Lucanis etiam viminea, sed corio contexta dat *Alex. ab Alex. dier. gen. 6, 22, pag. 369.* Cæterum alium usum scutorum vimineorum *Veget* indicat: *Antiqui hoc genere exercuere tyrones, scuta de vimine in modum cratium corotundata texebant, ita ut duplex pondus cratis haberet, quam scutum publicum habere consuevit.* Id verò de reliquis ordinariis, quorum in bello usus, ne intelligas: nam potiùs ob levitatem equitibus data fuerunt.

Lignea.

§. XI. Alia lignea fuêre scuta, non tantum quæ ex solo arborum cortice constabant: uti ap. *Stat. 8. Thebaid. Arborei dant scuta sinus* conf. Cluver. Germ. antiq. L. 1. c. 44. p. 347.) Sed & quæ ex pluribus minutis tabulis coagmentabantur. Unde *Varroni* scutum à *secando*. Ordinariè ex duplici assere conglutinato, inducto corio. *Polyb.* 6. c. 21. Compingebatur autem scutum taurino glutine & linteo, ut firmiùs hærerent tabellæ. Demùm exterius corio obducebantur. Aliquando nervis & ferro firmabant. Ordinariè autem curvatura circa superam inferamque partem ferro muniebatur contra ictus ensium & contra inclinationes aut depositiones in terram.

Adjecit

Adjecit verò, *Plutarcho* teſte, & in orbem adaptavit illam laminam Camillus, cum ſuorum ſcutis à Gallorum immanibus gladiis timeret. Porro *Plinius* aptiſſimas arbores huic uſui credit, quæ lentiſſimæ, & quarum plaga ſe protinus contrahit clauditque vulnus: Inter quas excellunt ficus, tilia, ſambucus, populus, ſalix. Omnibus verò hæc & ficus ob levitatem præferebantur. Unde ſæpe μετωνυμικῶς *ſalix* pro ſcuto, ut & apud Græcos ἰτέαι. *Heſych.* Porro Germanis noſtris itidem ex tenuibus tabulis ſcuta aſſignat *Cluver. Germ. antiq. l. c.* p. 346. 347.

§. XII. Præter has *nervinorum* ſ. è nervis contextorum ſcutorum mentionem facit, & *Hiſpanis* dat *Diodorus*. Frequentiora verò fuere *coriacea*, unde per metonymiam pro ſcuto *corium* hinc inde legas. *Homerus* vocat ſcutum βοὸν ἀζαλέην *bovem aridum* Il. ζ. verſ. 238. Geſſere tales parmas & cetras *Afri*, & quidem ex corio mero, nulla ſubjecta materia. Vid. *Lapſ. de milit. Rom. L.* 3. *dial.* 7. *p.* 143. Numidis Græcos jungit *Alex. ab Alex. gen. dier.* 6, 22. p. 369. In ſpecie Maſaniſſa geſtabat ἐλεφαντίνην, è corio elephanti *Lipſ. analect. ad* 3, 1. p. 383. Inprimis vero commendabant ad hunc uſum Orycis animalis, quod minus bubalo ſit, pellem. Nervina. Coriacea.

§. XIII. Inde metalla adhibere cæpere. Æneos clypeos aureorum vicarios legimus 1. *Reg.* 14, 27. ita & Goliathi. 1. *Sam.* 17, 16. Liguribus tales etiam dat *Alex. ab Alex. dier. Gen.* 6, 22. p. 369. Imo Romanis clypeos ſemper ex ære vel metallo fuiſſe, aſſertio eſt *Spelmanni aſpilog.* p. 54. Sed Iliacis temporibus ex multis orbibus ferri, æris, corii. ut *Virgil.* 10. *Æn.* Ænea.

At clypeum tot ferri terga, tot æris
cum pelles toties obeat circumdata tauri

Alibi:

ærata micant peltæ.

Talia quoque ancylia fuiſſe produntur.

Tum argentum adſcitum, ut apud Samnites *Alex. ab Alex.* l. c. Talia Macedonibus ſuis fieri, nempe ſcutis argenteas laminas addi, curavit Alexander, unde *Argyraſpidum* nomen. apud *Curt.* 8, 5, 4. & ibi Excell. *Freinshem.* atque eundem ad Flor. 1. 16, 7. Nec aureo parcitum. De Antiochi exercitu legimus 1. Macc. 6, 39. χρυσᾶς καὶ χαλκᾶς ἀσπίδας, Ita de Neſtoris clypeo Homerus Il. 8. 129. ἀσπίδα νεσοξέην τὴν νῦν κλέος ὐραιὸν ἵκει, πᾶσαν χρυσείην ἔμεναι κάνονάς τε καὶ ἀυτην. Id quoque Samnites fecerant. Liv. 9. c. 40. Tum auro & ebore fulgere dicebantur Indorum ſcuta, in allegato *Curtii* loco. Tale etiam ſcutum Alcibiadis apud Athenæum. Apud Romanos invenimus *argyraſpidas & chryſoaſpidas* ab Alex. Severo ab aureis ſcutis, ne quid pompæ deeſſet, nuncupatos eſſe. Ita & Romani Claudio Aug. quod Gothos à finibus Imperii removiſſet, aureum in foro clypeum erexerunt ap. *Iſidor. Chron.* 369. Omnibus his antiquius exemplum eſt in ſcutis aureis, Salomoneæ magnificentiæ parte. 1. Reg. 10, 16. 17. 14, 26. 27. Nec deſunt, qui *Nahum.* 2, 3. clypeos Chaldæorum igneos, interpretantur de inauratis & ſplendentibus: ut ap. *Virgil.* 10. *Æneid.* Argentea. Aurea.

Ardet apex capiti criſtisque à vertice flamma
funditur, & vaſtos umbo vomit aureus ignes.

§. XIV. Ex hoc quod veterum ſcuta priùs ex alia materia quàm metallo fuerint parata, colligit *Campanile dell' armi.* c. 3. p. 9. arma illa plus ab antiquitate trahere, & ob hoc nobiliora eſſe, quorum area colore, figura verò metallo conſtat, quam ordine inverſo. Sed parum collectioni huic roboris ineſſe credo. Campanilii collectio.

§. XV. Quod formam ſcutorum priſcorum concernit, nec illa una fuit omnium. Parmæ rotundæ erant, & inde nomen. *Polyb.* περιφερὴς ὅσα τῷ σχήματι, τρίπεδον ἔχει τὴν διάμετρον. Ubi vid. *Lipſ. de milit. Rom.* 3. *dial.* 1. p. 103. Idem in *analect.* p. 384. putat Græcorum peltam à Romana & velitari parma haud longè abfuiſſe, etſi fortaſſe haud uſque quaque ſic rotundam. Ἀσπίδας εὐκύκλους ex Homero ſupra vidimus. Conf. de noſtris *Cluver. Germ. Antiq.* L. 1. c. 44. p. 347. De Gothis *Sidonius*; in orbibus nivea, fulva in umbonibus. Conf. de his *Ioh. Loccen. antiq. Sveo-Goth. L.* 3. cap. 2. pag. 119. Ad rotundam proprius accedit *ovalis* figura, qua aliqua ſcuta fuerunt, quæ lata vocantur in oppoſitione ad imbricata. *Valeriano* ancile ex veterum nummis ovalis figuræ eſt. Nec tamen omnino: nam *Plut. in Numa. Ancilia* ex figura vocant, neque enim circulus eſt, neque peltæ orbem, ſed habent inciſuram lineæ tortuoſæ, cujus reflexi ſæpius Forma ſcutorum veterum. Rotunda. Ovalis.

apices recurrentesq; continenter in se mutuo ἀγκύλην, id est curvam figuram reddunt. *Festus.* Ancyle scutum breve, quod ideo sic appellatum est, quia ex utroque latere erat recisum, ut summum infimumque ejus latus medio pateret. Vid. *Rosinum*, & alios.

Fuit vero ancyle salutis symbolum, quia è cœlis decidisse ferebatur, & pestis malo afflictæ urbi salutem Numa regnante attulisse: unde in religionem venit, & Saliorum solennitatibus circumlatum est. *Ovatos* quoque clypeos triumphales vocat & inferioribus seculis introductos memorat *Spelman. aspilog. p.* 55. Quod Lunatas Amazonum peltas concernit, ex marmore illas expressit *Lipsius in analect.* p. 582. & paulo aliter p. 385. *Ducit Amazonidum lunatis agmina peltis.* Virg. Æn. 1.

§. XVI. Τετράγωνος figura non tantum in peltis (ap. *Suidam* & *scholiast. Thucyd.* ἀσπίδια Τετράγωνα. Τετράγωνα. De quo tamen *Lipsius* dubitat in *analect.* p. 384.) observatur, sed & Germanorum nostrorum scutis, quæ quadrangula sed oblonga erant ex tabulis composita vel viminibus texta: & quidem plana, ut nec interior pars concava nec exterior convexa esset. *Cluv. Germ. antiq. L.* 1. *c.* 44. *p.* 346. Illa tamen, quæ ex corticibus arborum facta, necessario sinuata erant. p. 347. Horum figuræ accedebant *imbricata s.* Imbricata. σωληνοειδεῖς, patula & in curva. Aliud scutum octangulum ex columna Antonini exhibet *Lipsius*: & nostris fere conveniens *Samniti sive hoplomacho* gladiatori assignat *Saturn.* L. 2. c. 11. Triangularem quod concernit figuram, hanc à Sabinis sumsisse Triangula. Romanos credit *Limn. Iur. publ.* 6, 6, 46. Ea verò cum hodierna maximè convenit. *Spelmann. aspilog.* p. 60. *Scuti summum latus, quà pectus atq; humeri teguntur, fastigio æquali, ad imum cuneatior, nobilitatis causa.*

§. XVII. Porrò media pars scuti, quæ protuberabat & cum rotundo tumore efferebatur, *umbo* vocitatur, qui etiam apud Poetas præcipuè nonnunquam pro toto clypeo accipitur. Umbo. Fuit autem plerumque ille ferreus, qui vehementiores ictus lapidum & sarissarum averteret apud *Polyb.* tum cominus utebantur eo impellendis hostibus. apud *Liv. Umbonibus incussaque ala sternuntur hostes.* conf. Curt. 3, 10. 6. Postea aliquando aureus fieri cœpit. Cum verò aliquid scuto inscribebatur, circa umbonem sedes erat, atque ita in extima superficie: quamvis non desint, qui δόγματα interiori faciei inscripta opinarentur, quos refellit *Spelmam. aspilog. p.* 32. Potius ea parte aversa latoris nomen inscribi solebat, ut de ejus vel fortitudine vel ignavia constaret.

§. XVIII. De quantitate veterum clypeorum ista notasse juvet. *Trojani clypei ad mensuram hominis accessere, & destinatis baltheis ad gestantium terga suspensi cervicem & talos verberabant. Spelman. aspilog.* p. 55. De Germanis quoque *Tac.* memorat, quod habeant immensa scuta: De Gallis *Diodor.* Θυρεοῖς χρῶνται ἀνδρομήκεσι, πεποικιλμένοις ἰδιοτρόπως. *Scutis utuntur ad hominis longitudinem pro cujusq; ingenio pictis.* Erant tamen potius longa quam lata, unde inepta, hominem totum tegere. *Lipsius Analect,* p. 385. conf. *Cluver. Germ. antiq. L.* 1. *c.* 44. *p.* 345. Ubi tamen arbitratur, quod de latitudine minori prodatur, carere fundamento, adductis aliis autorum locis, quibus adseratur, scuta illa Celtica oblonga corporis latitudinem omnem implesse. Marsis ampliissima scuta, quæ decumana dicerentur, dat *Alex. ab Alex. Gen. dier.* 6, 22. p. 369. *Romanorum* scuta latitudinem habebant in gibba superficie 2½. ped. longitud. pedum 4. majus etiam palmo excedebat. Unde *Iosephus* vocat Romanorum Θυρεὸς ἐπιμήκεις, *Plutarchus* ποδήρεις: ita homo leviter se inclinans tegebatur: stantes autem caput super marginem scuti ponere poterant, ut dormirent. Parmas autem vèlitum 2. pedum diametro fuisse autores perhibent. *Lipsius de milit. Rom. L.* 3. *dial.* 1. p. 104. dubitat, ac amplius considerandum putat. De *Lusitanis Strabo* perhibet, clypeolos habere bipedali diametro, cavos antrorsum: de iisdem *Diodorus*, quod ferant πέλτας μικρὰς παντελῶς. *Ælianus* etiam *de instruend. acieb. c.* 12. Macedonico scuto refert, optimum esse ex ære non admodum cavum, diametro 8. palmarum, s. bipedali. *Corn. Nep.* de Iphicrate memorat, cum antea maximis clypeis uterentur, peltam pro parma feciisse, ut essent ad motus concursusque leviores. Sed reduxit majores clypeos *Philopœmenes* apud *Plutarch.*

§. XIX. Hæc de antiquorum clypeis dicta sunto: nunc de nostris loquamur, de quibus observabimus. 1. Figuram. 2. Situm. 3. Divisionem. 4. Plures jungendi modum. Quod *figuram* concernit, vult quidem Phil. *Campanile dell' armi.* c. 4. p. 10. quia veteres tantum usi sint parmis, peltis, clypeis & ancylibus, eos qui armis

armis & militiæ claritatem generis adſcribunt, ſcutis ejusmodi debere inſignia ſua inſcribere, qualia fuere vetera, vel non multum differentia. Legem tamen ſibi dici in hac re nobilitas non patitur. Potius varias figuras reperimus, quarum aliæ aliis placuere. Si Gallorum ſtemus ſuffragio, illa præcipua eſt, quam etiam ſolis nobilibus propriam volunt, cum clypeus fere quadratus pingitur, niſi quod inferius latus in rotunditatem flexum in cuſpidem deſinit. Hanc figuram tantum non univerſaliter uſu receptam in Gallia videmus, à quibus etiam ad plures dimanavit. Proportionem longitudinis & latitudinis Hiſpanus *Alf. Lop. de Haro nob. Geneal.* Hiſp. L. 1. p. 6. iſtam adſignat, ut illa hanc ſexta parte excedat. Quamvis verò uſus ita obtinuerit, ſunt tamen quos male habet veteris figuræ, quæ ad triangularem propinquius accedebat, in hanc μεταμόρφωσις. *Ita Moreau des arm. de Fr.* c. 4. p. 169. ſuccenſet pictoribus, qui triangularem ſpeciem Chriſtianis ob ſacrum ternarium gratiorem temeraverint: addit: *l'ancienne façon reſtraincte par les flancs du haut en bas, telle qu'on la voidés vieux tombeaux, eſt meilleure, car elle eſt conforme au cœur & à la poitrine; & nous repreſente la divinité, qui étendue là haut en ſa gloire, fait couler peu à peu ſes influences icy bas; elle nous enſeigne, qu'il faut deſirer les choſes celeſtes, & les aimer de toute l'étendue de nôtre cœur, combattre pour elles de toutes nos forces, mais ne nous arrêter, que fort peu apres les terreſtres & inferieures:* Quod ita ſonat: *Antiqua figura, latera à ſummo ad imum paulatim reſtringens, qualis in vetuſtis monumentis apparet, melior eſt: conformis enim eſt pectori & cordi: atque iconem præbet divinitatis, quæ ſuperius ſuâ majeſtate extenſa, influxus ſuos in hæc inferiora paulatim deſtillare ſinit: nos etiam docet, quod cœleſtia deſiderare, toto cordis noſtri complexu amare, omnibus viribus pro illis decertare, ſed terreſtribus & inferioribus, non niſi perparum incumbere debeamus.* In eundem ſenſum *M. Gilb. de Varenn. R. d'arm.* P. 1. p. 74. cenſet, cum ab 8. vel 9. ſæculis triangularis figura à Gallis fuiſſet uſurpata (documento tumulorum antiquorum (eam περιεργίαν ſculptorum & pictorum alteratam eſſe: Verba aliqua exſcribam: *Nos peintres & nos ſculpteurs abuſans de la facilité, ou de la negligence de nos ayeulx, ont depuis quelque cent ans alteré de plus en plus cette figure de pyramide renverſée, en elargiſſant la pointe, de ſorte que peu s'en faut aujourdhuy, que le tout ne ſoit quarré. Il falloit à mon advis leur permettre ſeulement de 2. choſes l'une, où qu'ils nous rendiſſent entierement quarré l'eſcu d'armes, à l'occaſion de la banniere, ou bien qu'ils nous les laiſſaſſent dans la figure ſemblable au triangle ou à peu pres. Pictores & ſculptores noſtri abuſi facilitate vel negligentia deceſſorum noſtrorum, ab aliquot centuriis annorum magis magisque alterarunt figuram hanc pyramidis inverſæ, cuſpidem dilatando, ut parum hodie à quadrato ſcutum abſit. Mea ſententia alterutrum ipſis duntaxat permittendum eſſet, ut vel ſcutum armorum ad modum vexilli omnino quadratum effingerent, vel relinquerent in figura triangulari, vel quæ ad triangulum propius accedit.* Argumentum quo triangularem formam vetuſtam probat, à diſpoſitione plurium in eodem ſcuto figurarum, quæ in plures lineas diſpoſitæ, numero ſubinde decreſcere ſolent, non ineptum eſt. Cæterum exempla talium veterum ſcutorum triangularium ex monumentis inprimis deſumta, vid. in *Meneſtr. l'art. du blaſ. juſtif.* c. 8. p. 182. & c. 10. p. 242. unde quædam excerpſimus.

§. XX. Ratione totius figuræ non longe hinc abit illud ſcutorum genus, quòd Galli *cartouches* appellant, cum margines varie inflexi & quaſi tornati ſunt. Hoc enim à reliquis ſcutis, quarum figuram ex Gallorum ſententia deſcripſimus, differunt, cum ipſa figura integra propius accedat ad quadratum inferius in cuſpidem exiens, quàm ad aliam figuram. De hiſce clypeis *Philib. Campanile. Dell. armi.* c. 4. p. 10. ita pronunciat: per errorem multos hac forma delectari, cum tamen non tam ſcuta referat, quam corium animalium, quibus principes privilegia magiſtratuum & ſimilia inſcribere ſoleant: unde flexiones illas pedibus anterioribus & poſterioribus, atque caudæ confert; ac concludit eum, qui huic figuræ ſuæ δείγματα inſerat, potius à togata quam militari origine deduci velle. Nec multo alia mens eſt Gallorum; quorum nomine *Meneſtrierium*, Verit. art. du blaſ. c. 6. p. 59. audiamus, qui ita dicit: *Les bourgeois de villes annoblies doivent mettre les armes dans des cartouches, l'eſcu n'étant, que pour ceux, qui font profeſſion des armes, & qui s'y ſont ſignalés par de belles actions. Cives civitatum nobilitatarum ſua inſignia inſerere debent clypeis varia curvatura flexis, cum juſtum ſcutum proprium ſit viris militaribus & fortitudine geſtorum nomen aliquod meritis.* Sed his ſententiis exteris nobilitatis noſtræ Germanicæ, nulla alia

Cartouches. An ſolum civium?

inferioris, exemplum opponimus, cui tantum non unicè quam illi damnant clypeorum variis flexuris ornatorum figura placuit: viciſſim, cum in his etiam, quandoquidem nec lege nec univerſali conſuetudine quidquam definitum eſt, pro ſuo ingenio & habitu quiſque varient, nulla alia minus recepta eſt, quàm quæ Gallis unicè in pretio. Itaque relinquat quivis populus alteri in hoc quoque ſuum arbitrium: Et ſi in Francia nobiles ſuos ad eandem figuram ſcuti obſtringunt, noſtris libertatis ſuæ amantibus, & ob hoc nullam certam figuram reliquis excluſis vel contemtis unicè diligentibus, legem ne dictam arbitrentur. Campanilium verò Italum eo remittimus, ut cum Principibus Italiæ potioribus tranſigat, quibus, quam ille reprobat, forma præ aliis omnibus noſtrorum exemplo arriſit: Horum certè ſuffragium, quam hominis effatum nobis tantiſper majoris erit.

Scuta in cordis forma.

§. XXI. Adderem hiſce ſcuta in cordis formam effigiata, qualia ferè Mauris priſcis attribuit *Lipſius in analect. ad milit. Rom.* p. 383. ſi idoneis exemplis in inſignium materia probare poſſem. Quamvis enim aliqui, vid. **Wapenb.** Præfat. II. §. 57. clypeorum figuram ordinariam huic particulæ humani corporis conferant, de ea tamen ſermo eſſet, quæ exactius iſtam referret. Vidi equidem illuſtres virgines ſigilla ſua in hac forma repræſentaſſe, tum aliqua ſcuta in libro noſtro armoriali non longe abſunt, ſed illarum beneplacitum, & artificum qui hæc ſculpſere phantaſia, vix ſufficiunt, ut exinde novam prioribus ſuperaddam figuram.

Ovalia.

§. XXII. Aliter verò cenſendum, de *ovali* figura, quæ præ aliis *Italiæ* placuit, inque ea potiſſimùm Eccleſiaſticis, Cardinalibus, Papæ, *M. Gilb. de Varenn. R. d'arm.* p. 71. deducit eam ex figura parmarum, quas velites & auxiliares copiæ geſtarint, inprimis quia etiam Romani rotunda figura univerſale imperium denotare ſoliti ſint. Unde ab Italis mutari nollet: *Les peintres & les ſculpteurs ont grand tort à la verité, quand ils leurs inventent d'autres formes du Champ en leurs armes, puiſque c'eſt étcindre la memoire de ce qui releve merveilleuſement leur païs & leur naiſſance. Certè injurii ſunt pictores & ſculptores, cumillis adinveniunt alias figuras inſignium areæ ſervituras, cumitaextinguant ejus memoriam, quod mirabiliter eorum regionem & ortum celebrat.*

Diverſarum. gentium mores.

Addo demum quæ Clariſſ. *Seb. Feſchius de inſign. eorumque jure.* c. 9. n. 12. circa diverſarum gentium mores in hoc argumento notat. *Germani noſtri ſcutis utplurimum utuntur triangularibus, quorum anguli duo ſuperiores recti, inferior in rotunditatem inflectitur, lateribus utrimque inciſis in modum veterum anciliorum. Galli & Angli olim quidem ſcutis vere triangularibus ad formam τῦ δελτα Δ inverſi accedentibus uſi ſunt, quæ ſuperiori ſæculo in quadrata mutarunt, quorum tamen pars inferior leviter in rotunditatem inflexa in cuſpidem deſinit. Italorum ſcuta ovalia plerumque ſunt aut figuræ huic non abſimilis. Hiſpanorum parte ſuperiori ad quadratam, inferiori ad rotundam figuram accedunt. Diverſitas autem horum ſcutorum à rebus fluxiſſe videtur, quæ in iis exprimebantur: Aquila namque biceps Imperii Germanici illam quam diximus formam deſiderabat: tria lilia ſeu unicum quod antiquum eſt, Gallorum in trigonum poſita, figuram triangularem: Caſtello regni Caſtellæ figura illa ſcutorum Hiſpanicorum eſt omnium convenientiſſima: Ovalis Italicorum quibuſvis rebus recipiendis apta à vulgaribus Romanorum ſcutis fluxiſſe videtur.* De his judicium lectori integrum permitto.

Loco ſcutorum rhombi ſ. Lozenges.

An fœminarum?

§. XXIII. Hæ figuræ ſcutorum, prout illa recipiendis ſημασι ſerviunt, fuere: addimus nunc non tam ſcutorum alias ſpecies, quam eorum vicarias figuras: *rhombum* & *quadratum vexillum*. In *rhombi* forma *lozenge*, **rauten Form**/ repræſentare ſolent inſignia ſua apud exteros, imprimis Gallos, tantum fœminæ, ut his propria dici poſſet, licet olim à maſculis etiam non alienam habitam fuiſſe pateat exemplo ſigilli Com. Aymonis Sabaudici diplomati 1330. appenſi, aliisque apud *Sam. Guichenon. in hiſtor. dom. Sabaud.* & *Pont. Heuterus* ap. *Limn. Iur. publ.* 6, 6, 16. aliquibus Eccleſiaſticis eandem dare velit. Aſſerta *Philib. Campanile.* c. 5. p. 11. non poſſum non mirari, cum ita dicit: *Appreſſo i Germani ſtà queſta regola in ſi rigoroſa oſſervanza, c'havendoſi à ſcolpire in un medeſimo monumento l'armi del marito e della moglie, ch'entro di quello ſaranno ſepolti, non inſieme unite, come altri ſtimerebbe eſſer convenevole, mà ſeparate le fanno, formando quelle dell'huomo in ſcudo e quella della donna in guanciale.* Germanis regula hæc tam exactè ſervatur, ut cum eidem monumento inſculpenda ſunt duorum conjugum ibi ſepultorum arma, non junctim, quod alius conveniens exiſtimaret, ſed diviſim ita effigiant, ut mariti inſignia in ſcuto, uxoris in rhom-

bo

bo repræsententur. Id verò communi usui nostræ gentis quam maximè repugnat; Cum fœminæ non alia quàm viri scutorum forma in sigillis & ubivis utantur. Valeat ergo ejusdem canon apud alios quoscunque, nostros certè non ferit, cum ait arrogantiæ hinc, isthinc effœminatæ vilitatis haberi; si fœmina in clypeo, in rhombo mas sua arma referat. Quod verò ipsam attinet figuram, rhombus à quadrato parum, & in hoc differt, quod summus & imus (cui insistit) anguli lateralibus dilatatis acutiores appareant. Idem memoratus *Campanile*, quia *guanziali* dicuntur Italis, c. 5. pag. 10. culcitras vel pulvinaria in figura hac quærit, (ita & *Æg. Gelen. de Colon. Agr. magnit. L. 2. p. 117. sunt nobilium matronarum pulvillum referentia figuræ oxygonæ*) haud dubiè ejus generis, qualia in usu sunt muliebri sexui, cum nere vel alias operas peragere solent (Nebenküssen.) Unde hoc quoque deducit, laborem olim etiam fœminis illustribus, non verò vitæ bellicum genus probatum fuisse. Alii in pavimentis palatiorum, quæ hujusmodi lateribus strata sint, originem quærere amant: Alii ab Amazonum scutis, hæc verò lunata fuere (vid. 12. 15.) monumenta tamen illarum virginum hac specie fuisse autor est *Plutarchus*, unde nonnemo ad illa respici etiam in hoc armorum negotio, credit. *Scaliger* in conject. ad *Varron.* conjicit *Lausangias* quasi laurangias, à lauri folio, quod non longe à rhombo abit: id verò coactius est. Le Labour. orig. des arm. n. 145. derivat à Græco *oxygonos*, unde Galli fabricarint *Ozenge*, & articulo coalescente *lozenge*. videatur etiam infer. cap. 5. S. 1. m. 2. n. 17.

Vexillum, En banniere.

§. XXIV. Quod quadratam formam attinet, nonnunquam solo armorum adhibitam, vexilla esse volunt, Galli dicunt *en banniere*, & id Pictonicæ nobilitati proprium esse ajunt. Ita *Menestr. verit. art du blas.* c. 6. p. 58. ubi ex *Loiseau des Seigneur.* c. 8. primam legem consuetudinariam ejus Provinciæ allegat: *Le Comte, Vicomte & baron peut porter banniere, qui est à dire, qu'il peut en guerre & en armoiries porter ses armes en quarrè, ce que ne peut le Seigneur Chastelain, qui seulement les peut porter en forme d'escusson. Comes, Vice-Comes vel Baro jus habet portandi vexillum, hoc est, in bello & insignibus* δείγματα *sua in figura quadrata exhibere potest, quod eximium habet præ Domino Castellano, qui tantum ad figuram scuti restringitur.* conf. *Limn. Jur. publ. 6, 6, 25.* Unde etiam quibus jus portandi fuit, *Seigneurs bannerets*, seu vexilliferos dominos dictos & bacalariis & scutariis (*Bacheliers & Escuyers*) oppositos volunt, quod in bellum proficiscentes, proprium vexillum, nempe quia secum suos clientes adduxissent, portarent. Porrò non patitur *M. Gilb. de Varenn. R. d'arm.* P. 1. pag. 73. ab hisce dominis deduci, sed à quadratis vexillis, lanceæ aut hastæ extremo affigi solitis, quæ in quavis turma vel centuria equestri pedestrive, Capitanei vel Legati horum, suis cum insignibus gestare soliti sint.

Monetæ sententia de quadrata figura.

§. XXV. Hæc quadrata figura in eo pretio est *Moneto*, ut eam solam, veram & antiquissimam δειγμάτων illustrium aream credat. Ita enim ille de *orig. Gentil. tesser.* n. 5. *Scuti nostri, ut vocamus, gentilis & tesserarii figura nequaquam delineata est, ad exemplar & prototypon ullius scuti Romani, Græci, Asiatici, Gallici, Germanici, Hispaniensis, aut cujusquam alterius, sed expressa est omnino ex archetypo ac germana specie priscorum vexillorum Gallicæ formulæ, ac eo quidem consilio, uti mea & sedes æquè nobilis & illustris pararetur nostris gentilibus tesseris atque ipsæmet sunt tesseræ; quod eo rectissime comparatum est, quoniam signum seu vexillum perpetuo & apud omnes gentes certissimum fuere excellentiæ ac principatus hieroglyphon: ejusmodi scutum nec fuit nec esse potuit.* Hisce verbis vir doctissimus suæ sententiæ summam complectitur: eam dein latius deducit, & statuminare conatur: Veteres Gallos qui ex formula tesserarum Cæsareanarum sua gentilitia symbola ingeniosissimè expresserint, simul etiam mutuaturos fuisse nativam figuram illorum scutorum, inprimis scutum orbiculatum Cæsareanorum exercituum, nisi statum & certum ipsis fuisset consilium, longè clariorem quam cujuscunque figuræ scutum esset vel esse posset aream statuere: cum nullum prorsus scuti militaris genus unquam in se & ex se habuerit ullam notam, ullum titulum potioris dignationis & principatus: vicissim perpetuo vexillum fuerit legitimi imperii germaniissimum Hieroglyphon & genuinæ nobilitatis verissimum symbolum: *Tametsi enim Vexillarius suo genere non sit nactus imperii jus in copias militares, nihilominus, ut autore duce armatis manipulis cum signo præmissus est, quod ipsi est in manibus signum, de sacramenti lege & obstringit, & ipsa necessitate adigit exercitum, uti*

uti per confertos gladios, per denſas flammas, per transverſa quævis pericula, ſacrum illud principatus & imperii Hieroglyphon ſubſequatur, quod ſublime prolatum inter primos manipulorum ordines, illo ſymbolico ſuo ductu vices præeuntis Imperatoris exprimit & obtinet. Pergit dicere: *Hæc quidem vexilli nobilitas & dignitas Gallicis quondam proceribus juſtiſſima cauſa viſa eſt, cur & vexillum, & jus obtinendi ſua in familia vexilli, germanæ nobilitatis legitimam notam cenſuerint, ejusque magno intervallo ſublatæ ſupra commune vulgus nobilium propterèque ſummâ curâ obſervavit perpetuo hunc morem, uti* vexillares nobiles, *hoc eſt, nobilium proceres* (des bannerets) *qui bellicæ rei clariſſimis facinoribus, equeſtris dignationis ac tituli jus fuerant adepti germano quadratæ figuræ vexillo, ut proprio ſemper, & ſoli uterentur:* ſcutarii *verò ſeu vulgaris notæ nobiles* (eſcuyers) *pinnato & longioris laciniæ ignobiliore vexillo* (pannonceau) *inſtructi ad caſtra exercitumque procederent.* In hanc allegat conſuetudinum provincialium verba, quæ §. præced. adduximus: Extremam verò voculam *écuſſon*, ſcutum reddi nollet, cum id parum ab hieroglyphici vexilli forma abeat, ſed oblongam laciniam pinnarumque vexillum, ſeu caudatum, quod ſolum genus Caſtellanis & ſcutariis h. e. ſimplicis notæ nobilibus, patrum memoria, permiſſum ait. Inde adjicit: *Reges, Principes, Dynaſtæ Gallici nominis, qui omnes olim quadratæ ac vexillariæ areæ gentiles teſſeras habuere, aliarum rerum graviore cura præpediti, & aliud agentes paſſi ſunt, per imprudentiam, in ſua hieroglypha gentilitia induci vitiatam figuram vulgati ſcutuli, mediam inter vexillum & lacinioſum ſcutulum, eamque curam permiſerunt pictorum ſculptorumque prudentiæ atq; arbitrio: qui nequaquam fraude ſed inſcitia, vitium corruptæ procerum teſſeræ in univerſam Galliam propagarunt, & quidem ab hinc annis plurimis. Plerique tamen Dynaſtarum, è Pictonibus, Aremoricis, Cenomanis, Aquitanis* (dein addit *Andes, Santones*) *obſervata hujusmodi corruptela, in ſolo illuſtrium ſymbolorum, in ſervandis integris teſſeris, perſtiterunt, imperitosque artifices prohibuerunt, ne quid figuræ gentilibus ſuis ſymbolis quadratis inducerent: pati & quidem merito ea depravatione vexillarii hieroglyphi ſplendorem ſeu nobilitatis violari non mediocriter.* Exemplum allegat fam. Pictonicæ *de Nucheſes des Francs*, quæ ſemper in quadrata area puniceâ ſuas molulas echinatas argenteas locarit: tum *Biroriorum* fam. de *Gontaut*, ex qua aliqui aream quadripertitam auro & minio quadratam formarint. Inde in probationem adducit ſuæ opinionis lacinioſa ſcutula juridicæ pignerationis, quæ nempe regia interpoſita autoritate affigi ſolent, tum bracteatas & verſatiles pinnas hujus figuræ in nobilium ædium culminibus. Concludit demum: *Conſuetudo tamen obtinuit, & præter jus extorſit, uti area & ſedes gentilium ſymbolorum, vulgo nominaretur ſcutum, non autem ut oportuit, vexillum; quod ex eo accidit, quia ut nunc vivitur longè majorum eſt virium abuſus, quam ratio & rectus uſus, ac nominatim apud ignaros ejus rei, in qua peccatur: cui pravo uſui nonnulla etiam umbra rationis ſuffragata in eo eſt, quod omni ſæculo longè plures nobilium teſſeræ ſcutis quam vexillis apictæ ſunt, uti revera ſunt multo frequentiores vulgaris notæ nobiles, quam vexillariæ prærogativæ proceres. Atq; ita ferme neceſſariò evenit, uti ex majore illo numero ſcutariorum quam vexillariorum nobilium, celebraretur ſcuti appellatio, vexilli ſileretur.* Habemus viri ſententiam, quam adeo operoſe tuetur. Cuivis liberum permitto, ut dicta ejus examinet. Optarim ego plura & quidem regum vel principum ex antiquitate adducta eſſe exempla, qui δείγματα ſua inſeruiſſent his quadris. Cum viciſſim illorum inſignia frequentia admodum extent in ſcutorum figuris. Unum obſervavi *Amedei viridis C. Sabaud.* Cujus adhuc minoris ſigillum arma exprimit in quadrata area, adjectis tutorum teſſeris in rhombos deſcriptis. Quicquid verò horum ſit, noſtram Germaniam ea non reſpiciunt, in qua quadratam illam formam ne ſemel quidem obſervaſſem.

Situs ſcutorum. Erectus, inclinatus.

§. XXVI. Nunc de *ſitu* pauca dicenda ſunt. Is verò duplex eſt. Ordinariè ſcuta erecta ſtant, nonnunquam tamen in latus inclinantur, quæ *eſcus couchés*, liegende Schilde / *ſcuti cadenti* ſeu *chianati*, ſcuta inclinata vocant. *Campanile dell' armi* c. 13. p 18. credit actum præliarem hoc ſitu notari, cum ſcutum præliantis brachio adaptatum ita pendere ſoleat: atque ita ſignum eſſe viri militia clariſſimi: Addens, omnem hujusmodi clypeo impoſitam caſſidem clauſam eſſe debere, quod in ſuo libro ſtudioſe obſervavit. In Germania noſtra ſitus hujus ſignificationem peculiarem nullam obſervavi; potiùs privatorum plurimi ſua inſignia modo erecto

hoc

hoc modo inclinato ſitu repræſentare ſolent, quod argumento eſt, eos in hac variatione nihil ſitum credere. Ex illuſtribus habemus exempla clypeorum hoc ſitu locatorum Com. *Mezler & Gadii.* Wapenb. P. IV. p. 7. Portò cum inclinatur ſcutum, in dexteram vergat oportet: neque in contrarium vidi ullum exemplum. Habet tamen *M. Vulſ. de la Colomb. Sc. heroiq.* p. 417. 419. aliqua, quibus nonnulli domus ruinam minitantis inclinationem notari conjiciunt, improbante *Vulſonio.*

XXVII. Circa 3. ſcuti *Diviſionem*, *partitionem vel ſectionem* (Schilds-Theilung) pluribus occupabimur. Dividitur autem ſcutum vel dividi mente concipitur lineis parallelis, aliis transverſis, aliis perpendicularibus. Hæ imprimis duæ concipiuntur clypeum in tres partes dividentes, duo videlicet latera, & medium. Iſtius generis totidem ſunt, aliquando plures. Si duabus lineis in tres partes ſecatur ſcutum, ſuperior regio cephalica caput, *le chef*, Oberſtelle nuncupatur, cujus duo latera anguli ſeu cornua ſuperiora dicuntur: media regio centrica audit, vel *la faſce*, Mittelſtelle / centro (qui locus ap. Græcos præcipua ſedes fuit inſignium, unde umbonem ipſum τὸ ἐπίσημον hoc eſt inſignium ſedem dixere) adſita latera complectens: infima perigæa nonnullis indigitatur, ſeu pes, calx, conus, angulus infimus, *la pointe*, ſeu *le pas de la pointe* Unterſtelle. Si vero in plures partes ſecanda ſit parma, id plerumque per lineas fit, atque ita inter centricam & cephalicam regionem interjicitur honoraria, *point* ſeu *lieu d'honneur*, Ehrenſtelle: dein inter infimam & centricam umbilicaris, *point du nombril avec ſes deux flancs* (aliq. umbilicus vocatur *bas de la faſce*, latera, *le point de la dextre ou de la ſineſtre de la pointe*) die Bandſtellen. Demum *Monetus* & alii mediantibus 5. lineis ſex partes conſtituunt, umbilicari, quam diximus regione iterum in duas diſtincta. Juxta hanc partitionem comparat *Vulſonus*, nec multo aliter *Monetus*, ſcuti regiones cum partibus humani corporis, ſupremam cum capite, quod judicii & memoriæ ſedes eſt, proximam cum collo, cui torques & alia ornamento circumdantur, tertiam cordi (vocatur etiam medium illud cor ſeu abyſſus, *cœur* ſeu *abiſme*. Unde frequens phraſis *mis en abiſme*, de figura medio ſcuti inter alias inſerta) quartam umbilico, quintam ventri, ſextam pedibus comparat. Cæterum rectius hæc viſu dignoſcuntur: cui uſui ſervit figura: in qua literæ notant A. medium & B. C. latera cephalicæ regionis, D. honoris punctum, E. cor. F. G. latera faſcialis regionis. H. umbilicum I. K. latera umbilicaris regionis, vel etiam infimæ (ita *Du Val.*) L. imum ſcuti. Lineis craſſis in tres, ſubtilioribus vel quæ punctulis tantum conſtant, in ſex partes fit diviſio. Cum in quatuor partes fit diſtinctio, vel juxta illas figuræ in ſcuto diſponuntur ſuprema regio *en chef*, proxima *en faſce*, tertia *en flanc*, ultima *en pointe* audit ap. *Varenn. R. d'arm.* P. I. p. 151.

Diviſio ſcuti in ſuas regiones.

§. XXVIII. Hæc diſtributio regionum ſcuti fuit: ſed nondum ita materia diviſiouis exhauſta eſt. Conſiderandum enim nunc eſt, quam variis modis ſcutum harum regionum capax dividi poſſit. Fit autem diviſio illa vel in diverſas areas, quarum ſingulæ ſua ſymbola continent, vel alioquin in diverſas partes, aliis δείγμασι vacuas, cum ipſa partitio ſcuti loco ſymboli eſt, vel ipſa ita ſecta area uni figuræ, quæ toti incumbit ſubſternitur. Utriusque generis diviſio ſcutum in duas, tres vel plures partes æquales diſtinguit: Tum vel rectis, vel curvis vel alioqui vario modo inflexis lineis perficitur.

Varii modi diviſionum.

§. XXIX. De his diviſionibus illa notat Spelmann. aſpil. pag. 78. *Hodiernorum ſcutorum diviſiones Theodoſianum ſæculum non novit, credam nec Caroli Magni, dubitem an ſubſequens. Parcius apud Anglos ætate Henrici II. frequentes ſub Edoardo III. Rege. Vetuſtiorum Principum clypeos areis cerno ſimplicibus. Et naturam ars ſequi videtur; ut diſſecto prius ſit integrum, umbra corpus. Sectiones enim umbræ ſunt & tramites ſymbolorum ſtationariorum.* Paulò poſt ſolam ſectionem palarem in Theodoſianis invenit, quâ mutuum auxilium & Romani Imperii conjunctionem credit innui. Qui diviſiones has antiquiores facere vellet, forte allegare poſſet Germanorum lectiſſimis coloribus diſtincta ſcuta.

An eæ antiquæ.

§. XXX. Ante omnes alias iſtam diviſionem videmus, cum una eaque recta linea per centrum tranſeunte clypeus in duas æquales partes diſtinguitur. Id verò quadrifariam fieri poteſt, cum linea perpendicularis, transverſa vel diagonalis è dextro aut ſiniſtro angulo duci poſſit.

Diviſio centralis in partes æquales duas.

§. XXXI. Prima ergo eſto ſectio erecta *palaris*, cum linea ex medio ſuprema oræ in ipſum cuſpidem deſcendens anteriorem parmæ partem à poſteriori ſe-

Palaris. Party.

parat. Galli hoc vocans *party* (unde Upton. *partita*) vel *myparti*, Hiſp. *partito en palo*, noſtri getheilt / ſeu der länge nach getheilt / lang-getheilt / langwerts getheilt. Latinè clypeum talem dixeris, à ſummo bipertitum ſeu ad perpendiculum diſpertitum, ſeu perpendiculariter ſectum. Et quidem lineam partientem per centrum ſcuti tranſire oportet, ſi ſecus fiat, *adextré* vel *ſiniſtré* vocatur, illud, ſi dimidiâ minor pars à toto ad dextram ſeparetur diversâ tincturâ infecta, hoc ſi ad lævam.

§. XXXII. Utuntur hac ſectione, ut anteriori parti auro tinctæ addant poſteriorem rubeam (*parti d'or & de gueules.* Getheilt vornen Gold-farb / hinten roth / ſimilis formula in reliquis etiam ſervanda eſt.) *Linſneck* (Com. (α) quod vitioſe ſcriptum reor pro *Leiſnick* ſeu *Liſnick:* cujus familiæ prima & quarta area talis eſt

Exempla. (β) & in *Groitſch* Com. (γ) ſecunda: unde Ranzovii agnationem ſuam cum Leiſniciis inter alia probant. vide Hiſt. inſign. L. 1. c. 75.) *Iffan* ſeu *Yffan* (Com. & Baron) (δ) *Sax.* Baron (ε) *Säxen.* [Sileſ.] (ζ) *Döringeberg* [Haſſ.] (η) *Ertmansdorf* [Miſ.] (θ) Nigram *Wartenberg* (ι) *Steckborn* [Bavar.] (κ) *Rumelheim* [Alſat.] λ) *Buchvvitz* [Sileſ.] (μ) *Watzmansdorf* [Bav.] (ν) in repetitione tranſponitur tinctura, forte ex errore pictoris.) Cæruleam *Kalenberg* [Alſat.] (ξ) Praſinam fam. Sueca de *Winâs* (quæ tamen dein gryphum, cumque eo novum nomen aſſumpſit, priora illa inſignia, ut & alia ad hunc modum bipertita, *diem & noctem* vocitare ſolebant.)

§. XXXIII. Inverſo ſitu poſteriorem ſcuti partem auro tingunt, anteriori cærulea *Plettenberg* [Rhen.] (ο)

Nigra *Watzdorf* [Miſn.] (π) *Haydeck* [Helvet.] (ϱ)

Rubea *Nvvegrafen* Com. (ϛ) *Rabenſtein* Baron. (τ)

§. XXXIV. Simili ſectione affecta ſcuta anteriori parte argento fulgent, quorum poſterior vel rubet: Ita *Halberſtattinus* Epiſc. (υ) *Julbach* Com. (φ) *Ranzavv* (Holſatica) celeberrima familia, quæ ex Leiſniciis Burggraviis deduci amat, & in argumentum adducit horum ſimilem ſectionem ſcuti, ſed argento in nobilius metallum mutato. vid. *Hæping. de Jur. inſ.* c. 13. n. 43. conf. hiſt. inſign. L. 1. c. 75. (χ) *Starhemberg* in 1. area, Baron. nunc Com. (ψ) *Aurach* (*Bavar.* (ω) *Wanglin* (Thuring. (α) *Rockenhaus* Comit. (β) *Bettvvingen* [Helvet.] (γ) *Herbſt.* [Tirol.] (δ) ſed inſcripto orbe ſeu globo, ad modum ſcuti ſecto, ac oppoſitis coloribus tincto. *Donnerſtein* [Bav.] (ε) ſed argento impreſſa rubea faſcia. *Pelckhofen* Bav. (ζ) ſed minio inducta faſcia argentea:

Vel nigricat. *Traun* Baron vel Com. (η) *Werſabe* Haſſ. (θ) *Marmels* (Helvet.)

(α) Wap. III. p. 14 caſſidi diademate tortili tectæ impoſita duo cornua, rubeum & aureum. (β) Wap. II. p. 21. reſpondet galea prior coronata jugum alarum, quarum aurea rubeam ex parte tegit, ſuſtinens. (γ) Wap. II p. 21. Reſpondet galea ſecunda, Leiſnicenſem modo memoratũ apicem ſuſtinens (δ) Wap. II. p. 25 & 42 caput moloſſi cum collo, ſcuti coloribus item bipertitum (ε) Wap. I p. 24 galea tecta diademate tortili aurato & miniato volitantibus extremis, ſuſtinens caput urſi nigrum. (ζ) Wap. I. p. 70. urſus emergens. Videtur ex nominis & inſignium convenientia familiarum duarũ agnatio conjicienda. (η) Wap. I. p 139. duæ lanceæ, tricuſpides, aurea & rubea (θ) Wap. I. p 159. Jugum alarum, quarum prior rubet, altera auro fulget. (ι) Wap. I. p. 32. Galeæ coronatæ impoſitum jugum complicatum alarum nigrarum, foliis vel corculis aureis ſparſarum. (κ) Wap. II. p. 31. coronatæ galeæ impoſitus ſtrobilus aureus. (λ) Wap. II. p. 133. Similis priori ſtrobilus. Juxta Herzog Chr Alſ. L 6 p 200. faſciculus plumarius, ſimili tincturæ variegatione (μ) Wap. I. p. 58. ex coronata galea erumpens gryphus niger coronatus. (ν) Wap. I. p. 82. Duo cornua aurea exterius quaternis ſingula ſtruthionicis plumis nigris ornata. (ξ) Wap. II. p. 128. duo cornua auratum & cyaneum.

(ο) Wap. I p 130 Corona aurea faſtigiata plumis ſtruthionicis erectis, cyanea & aurea. (π) Wap. I. p. 164. Duo cornua aureum & nigrum, pavoninis pennis exornata (ϱ) Wap. II. p. 149 Duo cornua nigrum & aureum (ϛ) Wap. II. p. 13 Duo cornua rubeum & aureum colligata (τ) Wap. III. p. 34 Jugum alarum complicatum, ad modum ſcuti bipertitum (υ) Wap I. p. 10. (φ) Wap. II p. 11 duo cornua argenteum & miniatum colligata (χ) Wap. I. p 180. & Wap. III. p. 154 Ubi tamen rubeus color argento præponitur. Apex conſtat 2 cornibus, argenteo & rubeo. (ψ) Wap. I. p 33 reſpondet galea prior coronata, ſuſtinens colligata duo cornua, quorum prius inferiori parte minio, ſuperiori argento tingitur, poſterius inverſo ordine tincturas refert (ω) Wap I p. 94. caput moloſſi cum collo, coloribus ſcuti bipertitum. (α) Wap. I. p. 147. ex coronata galea inter alas expanſas argenteam & coccineam erumpens lupus. (β) Wap. III p. 27. Duo cornua, ternis faſciculis graminis vel pennarum gallinacearum exornata. (γ) Wap. III. p. 182. Herma juvenilis, habitu & pileo ad modum ſcuti bipertito. (δ) Wap. III. p. 105. Globus ſcutarius bipertitus, & pennis gallinaceis faſtigiatus. (ε) Wap. I. p. 83. ala cum ſcutaria ſectione. (ζ) Wap. I. p. 84. Cornua duo argenteum & rubeum cum argentea faſcia. (η) Wap. I. p. 20. ex galea coronata prodiens jugum alarum explicatum, quarum altera argento candet, altera nigra eſt. (θ) Wap. I. p. 137. Duo cornua argenteum & atrum.

vet.) (ι) *Metis* ſeu *Metz* civit. (κ) *Lochen* [Suev.] (λ) *Michelſpurg* [Tirol.] (μ) *Altendorf* [Suev.] (ν) *Wittenheim* [Alſat.] (ξ)

Vel Cyano pingitur. *Gögeritz* [Francon.] (ο)

§. XXXV. Contrario ſitu argentum tingit poſteriorem partem ſcutorum, quorum prior vel cocco tingitur. Ita *Auguſtanus* Epiſc. (α) *Oeth.* in 1. & 4. [Auſtr.] (β) *Aurbach* (Svev. neſcio an cum ſuperiori Aurach §. 34. eadem ſit familia, nomine per errorem alterato.) (γ) *Eſchvvege* [Hoff.] (δ) *Bünau* [Miſn.] (ε) *im Thurn* [Suev.] (ζ) *Alt-Guffidaun* [Tirol.] (η) *Eppan.* [Tirol.] (θ) ſed impoſito orbe ad modum ſcuti item bipertito. *Isl von Oberndorff* [Bavar.] (ι) *Rohvviz* [Silef.] (ο) ſed faſcia nigra argento inducta.) Exempla.

Vel atro colore. *Train* Comit. (κ) *Ylnkover* [Bavar.] (λ) *Michelſpeck* [Bavar.] (μ) *Wittenheim* [Alſat.] (ν)

Vel cæruleo colore. *Lucerna* civit. (ξ)

Vel viridi colore. *Eßlingen* [Bavar.] (ϖ) *Wäller.* [Suev.] (ϱ)

§. XXXVI. Ad hunc modum videas ſcuta bipertita, ut duas areas ſect o conſtituat diverſas: Quod non una ratione vel cauſa fieri ſolet. Ordinarium ferè hoc uxorum illuſtrium eſt, ut in clypeo bipertito à dextris mariti inſignia gerant, altero latere propriis tributo: ubi licet pluribus areolis utraque conſtent, rectè ſcutum bipertitum dicas, utraque parte inæquali quidem diſtributione iterum in quadras vel areolas diſtincta. Non minus nonnunquam illuſtrium ſcuta ad perpendiculum ſecantur, quæ ex duobus integris gentilitiis conſtant. Ita cum *Schvvarzenburgici* Comites Honſteiniam ſucceſſionem creviſſent, hujus areolas non tam ſuis miſcere, quam ſiniſtro ſcuti lateri, ſervata areolarum utrinque diſpoſitione, inſerere amarunt: ut videre eſt *Hiſt. inſign. L. 3. c. 34.* Et quidem ſæculis prioribus ſimplicitatis adhuc amantioribus frequentius hoc fieri ſolebat, ut familia, ſi alterius ſucceſſione aucta eſſet, hujusque δάγμαλα parmæ inſereret, alteri lateri inſcribere eſſet contenta. Ita videmus *Hiſt. inſign. L. 1. c. 50. Leuchtenbergium* & *Halſenſis* Comitatus ſymbola ſcuto inſerta bipertito. Quam rationem reor plerorumque ſcutorum bipertitorum, ut videlicet utrumque latus diverſam ſignificationem obtineat, plerumque ex ſucceſſione aliqua. Poſtquam autem quadripertitorum clypeorum elegantia oculi capti ſunt, plerique omnes à multo tempore illam pene ſolam diſpoſitionem prætulere ſimplici ſcuti ſectione, quod utrumque δᾶγμα bis repetitum plus habere ſplendoris videretur, quod non in illuſtribus modo, verùm etiam equeſtribus familiis jam pene ſolenne eſt, ut ſi de miſcenda vel addenda nova areola ad priſca decora agatur, vix de alia quam quadrifida ſectione cogitetur. Sectio diverſa inſignia uni parmæ includens.

(ι) Wap I. p. 204. Pileus acuminatus, coloribus ſcuti bipertitus, & nigris galli-gallinacei pennis faſtigiatus. (κ) Wap. I. p. 220. De fabuloſa origine lege *Hæping. de jur. inſign. c. 6. num. 1232.* (λ) Wap. II. p. 92. cygni caput cum collo candidum tribus bulbis nigris jamque germinantibus exornatum. (μ) Wap. III. p. 99. ala aurata. (ν) Wap. III. p. 113. coronatæ galeæ cauda pavonina impoſita. (ξ) ap. Bernh. Herzog Chr. Alſ. L. 6. p. 215. ſed in Wap. II. p. 132. ſitus invertitur. (ο) Wap. II. p. 71. Coronatæ galeæ impoſita cornua argenteum & cæruleum.

(α) Wap. I. p. 10. (β) Wap. I. p. 34. Coronatæ galeæ impoſita duo cornua, prius inferius argento, ſuperius minio tinctum, poſterius oppoſito ſitu. (γ) Wap. I. pag. 112. moloſſi cum collo caput bipertitum. (δ) Wap. I. p. 138. (ε) Wap. I. p. 155. reſpondet galea prior coronata alas expanſas, ſanguineam & argenteam ſuſtinens. (ζ) Wap. II. p. 92. duo cornua miniatum & argentatum. (η) Wap. III. p. 105. pileus rubeus, ora reducta argentea, faſtigiatus pennis galli gallinacei nigris. (θ) Wap. III. p. 105. galea tecta diademate tortili, cujus extrema volitant, ſuſtinens orbem ſeu globum ſcutarium bipertitum & candidis atque coccineis plumis ſtruthionicis faſtigiatum. (ι) Wap. III. p. 120. coronatæ caſſidi impoſitum jugum complicatum alarum, inferius argento ſuperius cocco tinctarum. (κ) Wap. II. p. 11. jugum expanſum alarum, nigræ & argenteæ. An fortè ſuſpicandum erratum chalcographi, & legendum *Traun*, de quo §. præced. coloribus tantùm inverſis. (λ) Wap. II. p. 54. pileus acuminatus, qui ipſe & ora reducta, oppoſito ſitu, & ſectione bipertita, colores ſcuti repetunt. (μ) Wap. II. p. 67. jugum alarum complicatum aureum. Cogitetur annon ſubſit error chalcographi, ut legendum ſit Michelsburg: de quo §. 24. & *Michaelsberg.* Wap. III. p. 33. ubi planè eadem inſignia, niſi quod hoc loco laciniæ ad legem argenteæ & nigræ pinguntur, quæ in illis tantùm aureæ repræſentantur. (ν) Wap. II. p. 132 caput moloſſi cum collo, coloribus ſcuti bipertitum. Herzog Chr. Alſ. L. 6. p. 215. invertit ſitum: unde §. præcedenti etiam illuc retulimus. (ξ) Wap. I. p. 222. (ο) Wap. I. p. 67. duo cornua argenteum & miniatum, ex quibus quaterna vexilla, ex illo rubea, ex hoc argentata prominent. (ϖ) Wap. II. p. 61. (ϱ) Wap. II. p. 96. duo cornua, praſinum & argenteum.

Transversa. §. XXXVII. Succedit divisio *transversa* seu *balthica* Spelmanno: cum scutum transverse sectum vel bipertitum repræsentatur: Aliquibus partita ex transverso. Galli

Coupé. dicunt *coupé:* nostri dicere possunt gespalten vel überzwerch des Schilds getheilt. Sed observandum quòd linea dividens centrum scuti permeare debeat, si enim altior sit *caput* seu *cephalus* erit, si humilior, triens infimus [Gallis *Champagne.*] non verò scuti partitio tantum æstimabitur. conf. de capite. c. 5. S. 1. m. 1. num. 3. de illo triente n. 145.

Ut variationes *hujus transversæ* divisionis ratione colorum videamus, videbimus primò, in quibus superior pars scuti argento tingitur: Huic ergo subjicitur 1. color niger gespalten/ oben schwartz/ unten weiß. *Coupé d'argent & de sable*, vel *coupé d'argent sur sable*, vel *d'argent soûtenu de sable*, vel *d'argent coupé de sable*, transverse sectum, sursum argenteum, deorsum nigrum. Eædem phrases in sequentibus etiam intelligendæ sunt.) *Ruckesleben* [Thuring. & Hass.] (γ) *Hatterbach* [civitas (δ) *Kölnbach* [Bavar.] *Gaylingen, Schöder,* [Francon.] (ζ)

2. Rubeus color *Hohenberg* Comit. (η) *Freidenberg* [Bavar.] (θ) *Ehelebon* [Thuring] (ι) *Lubecæ* civ. Imper. & Hanseatica Princeps (κ) *Halberstad* civit. (λ) *Solothurn* seu *Solodurium* civ. ex Cantonibus Helvet. (μ) *Honburg* Comit. (ν) *Störn zum Störnstein* [Bavar. sed inscripto leone coronato, quem sectio similis contrariis coloribus tingit.] (ξ)

3. Cæruleus color *Stauf de Ehrenfels* in 1. & 4. [Baron. (ο) *Braidenstein* [Bav.] (π) *Schmihen* [Bav.] (ρ) *Altorf.* dict. *Wolnschlager.* & de *Gropsberg.* [Rhen.] (σ) *Schœner de Strubenhart* in 2. & 3. [Suev.] (τ) *Hertenstein* [Suev.] (υ) *Praunen* [Suev.] (φ) *Wolffsattel.* [Suev.] (χ) *Tauffer de Sinching.* [Bavar.] (ψ)

Exempla. §. XXXVIII. Argentum in sequentibus inferiorem scuti partem occupat, superiori nigra *Schenck de Geyren* [Franc.] (ω) *Bendeleben.* [Thuring.] (α) *Ulma* [civit. Imperial.] (β) *Friburgum Uchtlandiæ* [civ. ex canton. Helvet.] (γ) *Aheim* [Bavar.] (δ) *Wieland* [Bavar.] (ε)

Superior verò rubea est in istis. *Magdeburg.* Archiep. (ζ) *Poppel de Lobcovviz* & *Hassenstein* Baron. nunc Com. & Princ. (in altero priori, in altero posteriori loco hæc area pingitur.) (η) *Bretz* [Suev.] (θ) *Herter de Herteneck* [Suev.] (ι) *Lerbach* [Hass.]

(γ) Wap. I. pag. 148. Ex coronata galea prodeuntia duo cornua, quorum inferior pars atra est, superior argentea, & Wap. III. p. 171. ubi apicis cornua quaternis singula hastis aureis spiculis argento tinctis exornantur: ipsorum verò cornuum anterius superiori parte, posterius inferiori nigro colore tinguntur, cum reliqua argento fulgeant.

(δ) Wap. I. p. 226. (ε) Wap. II. p. 54. Duo cornua, quorum inferiora nigro colore, superiora argento tincta sunt, singula quâ aperiuntur, inter duas argentatas struthionicas plumas aliam nigram sustinentia. (ζ) Wap. II. p. 75. duo cornua ad modum scuti picta. (η) Wap. II. p. 12. duo cornua inferius rubentia, superius argento tincta, aureis tæniolis colligata. (θ) Wap. I. p. 77. ex coronata galea prodeuntia duo cornua ad modum scuti tincta. (ι) Wap. I. p. 144. tegitur cassis pileo, qualis Electorũ & Ducum esse solet, rubeo, ora reducta hermionica, inserta ipsi pileo corona aurea; eminent ultra pileum duæ clavæ. (κ) Wap. I. p. 219. Aliter Hæping. de jur. inf. c. 6. n. 1053 (λ) Wap. I. p. 221. (μ) Wap. I. p. 222. (ν) Wap. III. p. 22. Inter duo cornua ad modum scuti secti tincta, & inter ea duo annuli. (ξ) Wap. I. p. 88. Leo scutarius. (ο) Wap. I. p. 24. respondet galea prior, sustinens pileum rubeũ acuminatum, ora reducta argentea, coronatum & fastigiatum pluma struthionica argentea. (π) Wap. I. p. 77. ex coronata casside prominens jugum complicatum alarum, ad modum scuti sectarum. (ρ) Wap. I. p. 77. pileus nisi quod olam reductam cyaneam attinet, argenteus, acuminatus, coronatus & rosa rubea fastigiatus. (σ) Wap. II. p. 122. & 133. cornua duo secta ad modum scuti: in linea *Gropsbergia*, coronata est galea. Nisi dicas, semper eam esse debere coronatam, quia Wap. III p. 113. simili modo pingitur inter Suevicas stirpes. (τ) Wap. I. p. 121. respondet galea secunda, sustinens ora reducta cærulea argenteum pileum coronatum, & inter duas cyaneas candida struthionica pluma fastigiatum. (υ) Wap. II. p. 90. pileus argenteus ora reducta cyanea fastigiatus flosculo argenteo. (φ) Wap. II. p. 92. duo cornua argenteum & cæruleum. (χ) Wap. I. p. 92. (ψ) Wap. III. p. 120. pileus acuminatus argenteus ora reducta azurea, coronatus & plumis struthionicis candidis fastigiatus. (ω) Wap. I. p. 101. exoriens aquila superius nigra, inferius argento tincta. (α) Wap. I. p. 146. jugum extensum alarum, quarum prioris superiora, & alterius inferiora argento, reliqua nigro tincta sunt. (β) Wap. I. p. 219. (γ) Wap. I. p. 222. (δ) Wap. II. p. 62. ala ad modum scuti tincta. (ε) Wap. II. p. 68. jugum expansum alarum, ad modum scuti sectarum. (ζ) Wap. I. p. 9. vid. P. II. Proleg. 2, 3. & L. 1, 13, 4. (η) Wap. I. p. 32. (θ) Wap. I. p. 113. inter duo cornua ad modum scuti tincta, consistens vir rubeo amictu, argento tamen distincto, acinace nudo minax. (ι) Wap. I. p. 113. duo cornua, inferius argentea, superius cocco tincta. (κ) Wap. I. p. 138.

[Haff.] (κ) **Unterwaldt** [civit.] (λ) *Harf* [Rhen.] (μ) ſed laciniola trifida impoſita capiti ſcuti cyanea. [Gelen.] ita philoſophatur de eo ſymbolo. de Col. Agr. magn. L. 1. ſ. 24. pag. 180. *Quaſi ſecaretur terrarum orbis Horizontis circulo, ut pinnata faſcia ſcutoque ſignificent ſe ex altero Horizonte rediiſſe claros murali corona vel facinore occupati aut tutati pontis.*

Cæruleam argenteæ præponunt partem *Lupfen* Comit. (ν) *Dugesheim* [Alſat.] (ξ) *Stain* Baron. (ο)

Viret ſuperior pars ſcuti, cujus inferiora argento candent in famil. *Hohenfels* [Suev.] (π)

§. XXXIX. Auro tingitur ſuperior pars ſcuti in illis, cum inferior rubet: *Corvey* Abbat. (ρ) *Vintimiglia* [in Ital.] *Liechtenſtein* Baron. nunc Princip. & Comit. (σ) *Jemmedingen* [Helvet.] (τ) Exempla.

Inferiora parmæ ſuperius aureæ nigricant in illis: *Morſpeck* [Bavar.] (υ) *Lengenfeld* [Franc.] (φ) *Pfinzing* [Suev.] (χ)

Cyano tinguntur inferiora parmarum illarum, ſuperius auratarum. Sturii jun. fam. [Suec. appellant inſignia diem & noctem.] *Greggen* [nob. Suev. & patrit. Ulm. (ψ)

Viret inferior pars clypei, ſuperius aurati pro famil. *Bolſchwiz* [Sileſ.] (ω) *Landeck* [Suev.] (α) *Schnebelin* [Suev.] (β) *Krantzau* [Rhen.] (γ)

§. XL. Aureæ qua inferiora parmæ, partem ſuperiorem admovent vel rubeam *Megapolit.* ſeu *Meckelburg.* Duc. in parmula media (δ) vid. P. II. L. 1. c. 61. n. 7. *Megen* Comit. (ε) *Merherrn* Comit. (ζ) Exempla.

Vel cyaneam, ut *Strain de Schwarzenau* [Baron.] (η) *Berſau* [Rhenan.] (θ) *Bittenheim* [Alſat.] (ι)

Vel nigram *Urſebek* [Bavar.] (κ) *Khunſtein* [Francon.] (λ) *Offenheimer zu Seybersdorf* [Bavar. inſcripto leone, quem ſectio ſcuti coloribus oppoſitis tingit.] (μ)

Scutum ex transverſo ſectum, inferiori parte cærulea, ſuperiorem rubeam palo argenteo exarat *Tauffkirchen* [Bavar.] (ν)

§. XXXXI. Hac diviſione etiam nonnunquam ſcutum in diverſas areas,

 quarum

jugum extenſum alarum, ad modum ſcuti tinctarum. (λ) Wap. I. p. 222. mentio hujus fit civitatis, quam ubi quæram neſcio. Certè non eſt Canto Helvetiæ, illo nomine. (μ) Wap. I. p. 123. galea tegitur pileolo lato cæruleo, ora reducta argentea, & ex eo prominent alæ duæ argenteæ & cæruleæ: Laciniæ ſimiles. (ν) Wap. II. p. 14 caput cygni candidi cum collo, quod perforatur transverſo bacillo, utrinq; duos petiolos coronatos & penis pavoninis faſtigiatos ſuſtinente. (ξ) Wap. II. p. 130. draconis caput ignivomum, argento tinctum, cyaneis cornibus & armilla. (ο) Wap. III. p. 34. complicatum jugum alarum, ad ſectionem ſcuti tinctarum. (π) Wap. II. p. 89. ad modum ſcuti tincta cornua. (ρ) Wap. I. p. 13. (σ) Wap. I. p. 27. Galeæ coronatæ impoſitum jugum alarum complicatum, ſectione ſcuti hic quoque locum reperiente. Eadem parmula media eſt. Wap. III. p. 6. (τ) Wap. III. p. 175. Leo erumpens rubeus. Laciniæ argenteæ & rubeæ pinguntur, quod an ex errore factum alii judicent. (υ) Wap. II. p. 67. culcitræ rubeæ impoſita rota aurea 6. radiorum. (φ) Wap. II. p. 71. pileolo rubeo, cujus ora reducta argento fulget, impoſitum cornu venatorium rubeum, & in petiolo, pennæ galli gallinacei. (χ) Wap. III. p. 116. cornua ad modum ſcuti picta. (ψ) Wap. I. p. 218. Ex coronata galea prominens par cornuum ad modum ſcuti tinctorum. Sic & Wap. II. p. 85 ſub nomine *Grecken de Kochendorf.* Niſi quod corona caſſidis non apparet. Quod tamen fit p. 101. viciſſim Wap. III. p. 107. corona omittitur, ſed inter cornua apparet virginea imago, cyaneo amictu, caput diademate tortili ornata. (ω) Wap. I. p. 67. duo pedes urſini, ſingulos globulos rubeos tenentes. (α) Wap. II. p. 83. cornua duo ad ſectionem ſcuti picta. (β) Wap. II. p. 89. duobus vaſculis argenteis pennæ pavoninæ impoſitæ. (γ) Wap. II. p. 109. caput leonis coronatum aureum. (δ) Wap. I. p. 7. (ε) Wap. III. p. 7. jugum complicatum alarum, ad ſectionem ſcuti tinctarum. Huc refero *Maygen* Com. Wap. III. p. 20. ubi eadem clypei facies, apex v. coronam addit, & alteram alarum omittit. (ζ) Wap. III. p. 11. coronatæ galeæ impoſita ala diagonali linea (quæritur an rectè? an potius transverſa?) diſtincta, & auro atque cocco infecta. (η) Wap. I. p. 24. galeæ ad modum antiquum clathris deſtitutæ inſidet inter duas alas ad ſectionem ſcuti pictas leo rubeus. (θ) Wap. I. p. 125. caput caninum ſuperius cyano, colli parte inferiori auro tincta. (ι) Wap. I. p. 195. ex corona prominens virilis imago, hinc cæruleo, iſthinc aurato amictu ſiniſtram, tanquam aliquid indigitaret, manum protendens. (κ) Wap. I. p. 79. reſpondet galea prior coronata, inter jugum alarum expanſarum, quarum illius ſuperiora, hujus inferiora nigro colore, reliqua auro tinguntur, & duo cornua inverſa diſpoſitione tincta, rotam argenteam ſuſtinens. (λ) Wap. II. p. 81. mitra Epiſcopalis nigra auro ornata, & duabus pennis pavoninis faſtigiata. (μ) Wap I. p. 88. ex corona galea impoſita erumpit leo aureus. (ν) Wap. I. p. 78. coronatæ caſſidi inſidet vulpes coronata rubea.

quarum utraque peculiaria sua δείγματα continet, secatur. Hinc inde non infrequentia occurrent occasione figurarum exempla, quæ in libro armoriali videri possunt.

Diagonalis dextra. Tranché.

§. XLII. Diagonalis sectio, quæ nunc sequitur, duplex est, lineâ ex angulo superiori vel dextro vel sinistro in oppositum inferiorem ducta. Si à dextris descendit obliqua sectio hæc diagonalis, Galli *tranché*, vocant, nostris rechts durchschnitten dici potest. Exempla dabimus ista. Argento anteriorem ita sectæ parmæ regionem tingunt, posteriori nigra. (Gallus dicet *tranché d'argent & de sable*, seu *de sable sur argent*. rechts durchschnitten / hinden schwartz / vornen weiß.) *Roteneck* Com. (α) *Schmirsiz* [Silesiæ] (β) *Eckher* [Bavar.] (γ)

In aliis posterior pars rubet, priori sectionis regione argentea. In insign. pr. *Lignic.* parmula media [vid. P. II. L. 3. c. 30. n. 28.] *Gößken* [Baron.] (δ)

Diagonalis sectio hæc aliis exemplis argentum à cyano separat. *Braunspach* [Suev.] (ε) *Ettenhart* [Tirol.] (ζ)

Exempla.

§. XLIII. Vicissim in aliis exemplis hujus sectionis posteriorem locum occupat argentum, priore parte vel cærulea. Ut *Tigurum* seu *Zurich* [civit. & canton. Helvet.] (η) *Truchseß* de Wäldenburg [Suev.] (θ)

Vel rubea. *Kraigga* [Baron.] (ι) *Artstetter* [Austr.] in 1. & 4.

Vel nigra. *Schmiritz* [Baron.] (λ) *Perger zu Clamm* [Austr.] (μ) *Nopping* [Bavar.] (ν) *Blindheim* [Suev.] (ξ)

§. XLIV. Aurum in hac sectione reperitur præmissum *minio*. *Wildenstein* [Silesiæ] (ο)

Vel cæruleo. *Hausner* [Suev.] (π)

Vicissim aurum tingit partem scuti posteriorem priore cærulea *Richenburg* [Helvet.] (ρ)

Vel nigra à *Rotkirchen* [Col.] sed in auro addito capite Mauro nigro, laciniola tæniato (σ)

Diagonalis sinistra. Taillé.

§. XLV. Si ex angulo sinistro linea diagonalis ducatur, Galli *taillé* vocant, nos lincks durchschnitten. Hanc verò sectionem rariorem observant, quia ictus talis gladii vix alii quam scævolæ conveniat. Porrò sectione tali utuntur isti Argentum adjiciunt coloribus, & quidem 1. nigro, ita ut metallum vel anteriorem scuti partem tingat (*taillé d'argent & de sable*, seu *d'argent sur sable*) vornen silberfarb / hinten schwartz) *Altmanstein* [Comit.] (τ) *Altenlegern* [Baron.] (υ)

Vel posteriorem *Abensperg* [Com.] (φ) *Süzel de Mergetheim* [Franc.] (χ)

2. Rubeo, ut hic argentum præcedat *Weigsdorf* [Silesiæ] (ψ) *Frauenberg* [Suev.] (ω)

Vel ut metallum priori sit loco *Hoffstetten* [Helvet.] (α)

3. Cya-

(α) Wap. II. p. 9. coronatæ galeæ impositi tres petioli, ternis singuli rosis rubeis ornati. (β) Wap. II. p. 53. jugum alarum complicatum, & ad modum secti scuti tinctum. (γ) Wap. II. p. 67. ala sectionem scuti repræsentans. (δ) Wap. II. p. 34. ala ad modum scuti secta. (ε) Wap. II. p. 78. jugum alarum expansum, & ad modum scuti tinctum. (ζ) Wap. III. p. 97. & IV. p. 55. coronatæ cassidi impositum jugum alarum complicatum & sectione scuti pictum. (η) Wap. I. p. 222. (θ) Wap. II. p. 83. cornua duo cyaneum & argenteum. (ι) Wap. I. p. 26. ex coronata galea prodit ala minio & argento secta. (κ) Wap. I. p. 37. (λ) Wap. I. p. 32. coronatæ galeæ insistit jugum complicatum alarum, quarum argentea nigram majori ex parte tegit. Cogitetur an non eadem sit familia cum Schmirsitz in §. præced.? (μ) Wap. I. p. 34. respondet galea prior coronata alam scutaria sectione affectam sustinens. (ν) Wap. II. p. 60. ala scuti modo secta. (ξ) Wap. II. p. 82. cornua arietina argenteum & nigrum. (ο) Wap. I. p. 71. (π) Wap. II. p. 94. cornua duo, quorum prioris superiora & alterius inferiora auro reliqua cyano tinguntur. (ρ) Wap. III. p. 173. quatuor pennæ pavoninæ. (σ) Wap. II. p. 11. ex galea coronata eminent aures duæ argentea & nigra, medio utriusque sanguineo. (τ) Wap. II. p. 24. Ex coronata cassidè cauda pavonina eminet. (υ) Wap. II. p. 9. coronæ impositæ aures duæ argentea & nigra, hæc argenteis, illa atris plumis struthionicis exornata. (φ) Wap. II. p. 74. herma virilis nigro amictu. (χ) Wap. I. p. 72. expansum jugum alarum, quarum hæc rubet, illa argento fulget. (ψ) Wap. p. 113. mitra Episcopalis simili sectione affecta. (ω) Herma Æthiopis. De hoc symbolo Rothkirchio ita philosophatur Gelen. de Col. Agr. magn. L. 2. s. 17 p. 167. 168. non domestico aliquo facinore, sed aliunde importatas esse eas imagines, tanquam heroum characteribus (cum scutum sectum referre videatur zodiaci circuli perinde obliqui partem illam, quæ nobis adversa est) arma sic loquerentur: Ex plaga longinquæ regionis cum his cæsi æthiopis spoliis aurati revertimus in Ubios. Dicit verò eandem esse cum ea gente *Rotkirchia*, quæ in Silesiam transplantata, sed aliud δεῖγμα gestat conf. c. 5. s. 2. m. 1. n. 20. (α) Wap. II. p. 137. ora reducta argentea pileus acuminatus ad scuti sectionem tinctus.

3. Cyaneo. Colorem antecedit argentum in illis, *Zelcking* Baron. (α)

§. XLVI. Necminus aurum in sectis ad hunc modum scutis reperitur. Ante Diagonalis sinistra. Taillé. ponunt illud coloribus 1. nigro. *Rornstatt* [Bavar.] (β)

2. Rubeo. *Wildenstein de Wildenstein* [Bavar.] (γ) *Hilpolstein* [Franc.] (δ)

3. Cæruleo. *Pelheim* [Bavar.] (ε) *Tanneck* dicti *Ruck* [Suev.] (ζ)

Subjiciunt verò colori.

Rubeo *Buchholtz* [Bar. in 2.3.] (η)

§. XLVII. Simili obliqua Diagonali sectione nonnunquam scutum in duas areas distinguitur. Dabimus exempla quædam. *Lendersheim* [Francon.] (θ) anteriorem partem ita sectæ parmæ tessellis argenteis & coccineis replet, posteriorem nigro colore. *Pœmer* [Patrit. Norimb.] (ι) illam binis argenteis & rubeis baltheis sinistris, hanc atrò colore pingit. &c.

§. XLVIII. Vidimus scuta bipertita linea recta. Nunc addendum de sectionibus, cum parma in duas partes distinguitur, non una recta linea. Id verò multipliciter fieri potest. Sectio per pinnas. 1. Ut per pinnas secetur ad longitudinem vel latitudinem scuti, vel diagonaliter, ex dextro aut sinistro angulo. Primi modi (alicubi *indentata* vocari observavi) exemplum subministrat *Rohr* [Bavar.] (α) parmæ anteriori parte rubea, posteriori argentea.

Secundi modi exemplum est *Holnstein* [Bavar.] (β) cujus parmam gentilitiam superius coccineam, inferius argenteam duæ pinnæ ascendentes dirimunt. Sic & *Preysing* seu *Preusing* [Bavar.] nunc Baron. (γ) & opposito situ (nisi error sit) *Preisinger de Woltzach* [Bavar.] (δ) Unica pinna est, quæ in superiorem partem scuti argenteam ex inferiori nigra assurgit pro *Wolrab zu Hauzendorf* [Bav.] (ε) Contrarium in modum instar pinnæ ex superiori parte argentea quadra imprimitur in inferiorem rubeam pro *Hundt de Lauterbach* [Bav.] (ζ) vel nigram impressa argento folio quercino vel qualecunque est aurato, in scuto *Geyman* [Austr.] (η)

Tertii modi exemplum est fam. *Dettelbach* [Marc.] (θ) in cujus scuto anteriora cyanea, à posterioris partis auro pinnis hujusmodi dirimuntur.

Quarti modi exempla illa invenimus *Lincken zu Schwabach* [Franc.] (ι) qui anteriorem scuti per pinnas diagonaliter divisi regionem auro, ulteriorem nigro colore tingunt. *Ebron de Wildenberg* [Bavar.] (κ) argento & cyano. *Lewenstein* dict.

(α) Wap. I. p. 20. Respondet galea prior coronata sustinens jugum alarum complicatum, & ad sectionis scutariæ modum tinctum. (β) Wap. II. p. 60. duo cornua ad modum scuti ratione tincturæ secta. (γ) Wap. I. p. 79. pileolus latior aureus, ora reducta rubea, fasciculo pennarum galli gallinacei nigrorum fastigiatus (δ) Wap. II. p. 80. ex coronata galea prominet jugum expansum alarum ad modum scuti sectarum (ε) Wap. I. p. 83. coronatæ cassidi incumbit cornu venatorium, hinc cyano, inde auro tinctum; aperturæ inseruntur plumæ struthionicæ. (ζ) Wap. I. p. 118 Ala sectionem scuti imitans. (η) Wap. I. p. 31. ex lanceis aureis dependentia 6. vexilla cocco & auro secta. (θ) Wap. I. p. 102. pileolo cujus ora reducta ad modum scuti tessellata est, imponitur jugum complicatum alarum, scuti sectionem repræsentantium. (ι) Wap. I. p. 206. herma æthiopis, amictu rubeo, caputio argentato tecta, fasciola coccinea & argentea, quo diadema capitis contorquetur, circa illud volitante.

(α) Wap. I. p. 96. (β) Wap. I. p. 96. ex corona prodeuntia cornua rubeum & argentatum. (γ) Wap. I. p. 77. coronatæ galeæ imponuntur duo cornua, nigrum & album. Cujus etiam coloris perhibentur esse laciniæ. Nisi lapsus chalcographi hic verendus sit, aliunde apicem hunc adscitum oportet. (δ) Wap. II. p. 120. Similiter alterum cornu nigro colore inficitur, sed laciniæ, ut analogia requirit, minio & argento tinguntur. Tum corona deficit, & inter cornua considet psittacus viridis: quod argumento esse potest, hanc à priori non aliã esse familiam, atque adeo argento hic quoq; inferiorem deberi locum (nisi de distinctione linearum sit suspicio.) nam Wap. IV. pag. 19 Baronum de *Preusing* scutum cum priori convenit tincturæ dispositione, apice verò & laciniis cum hac, nisi quod cornua exterius hinc nigris, illinc candidis liliis, utrinq; quinis exornantur, & psittaco corona imposita conspicitur: tum inter hæc cornua & cassidem, interjacet alia corona. (ε) Wap. I. p. 84. herma virilis nigro habitu & caputio. (ζ) Wap. I. p. 90. pileus turbinatus rubeus nodo argenteo, corona aurea & plumis struthionis argentea & 2. rubeis. (η) Wap. I. p. 36. ex coronata galea assurgunt duo cornua superius argentea inferius atra, sectione pisiata. Cornuum utriq; adhærent extremitati terna folia scutaria aurea. Laciniæ utrinq; nigræ addito hinc auro, isthinc argento. (θ) Wap. I. p. 176. ex diademate tortili eminent duo cornua, quorum alterius superior, alterius inferior pars auro, reliqua cyano tinguntur, inseruntur verò aperturæ fasciculi nigrarũ plumarũ struthionicarũ. (ι) Wap. I. p. 109. ex coronata galea inter cornua duo, atro colore & auro tincta, & ternis struthionicis plumis exornata, exsurgẽs lupus v. vulpes. (κ) Wap. I. p. 78. cor-

dict. *Schvveinsberg* [Haff.] (θ) argento & minio (ut pinnæ quatuor miniatæ in argenteam aream intrent.)

In nubium ſpeciem. §. XLIX. Alia exempla 2. ſunt ſcutorum linea in *nubium* formam ſinuata bipertitorum. Galli tribus utuntur terminis, qui apud ipſos diſtinctas figuras notant. *Enté* (ab inſitione ſumpta metaphora) definiunt, *que les deux parties de l'eſcu entrent l'une dans l'autre par des entures rondes:* *Geliot* hac voce. *Nebulé, en faſce de nuées, qui ſe mélent les unes dans les autres.* *Paillot* h.v. *Nuagé. en façon de nués.* Idem, differentiam ægrè exprimas vocibus, ſed picturis. Primo termino quæ ſubjiciuntur exempla, lineam diſterminantem ita ſinuatam exhibent, ut inſitio parum abeſt rotundis ſphærulis fiat: hæ compreſſiores & latiores ſunt pro altero termino: Pro *Nuagé* linea diſterminans minus ſinuatur, tanquam arcus eſſent peripheriæ majoris. Noſtrum non eſt, ut Gallis loquendi, vel fecialibus illarum figurarum diſcernendarum regulas præſcribamus. Ad noſtram verò Germaniam quod attinet, dubito, an differentia recepta ſit. Unde promiſcuè dicemus, Wolcken weiß getheilt/ geſpalten/ rechts oder lincks durchſchnitten. *Wolckenſtein* [Baron. & Com.] (α) diagonalem ex dextro angulo deſcendentem, ſinuatam lineam, dextræ partis argentum à cocco ſiniſtræ diſcernentem [ſi fides eſt noſtro armoriali] hac ſpecie formant, quam Galli termino *enté* exprimunt. [& exemplum aliud eſt famil. *Fregoſiæ* Genuenſ. ſcutum transverſe tali linea ſectum ex nigro & argento geſtantis, *coupé, enté de ſable & d'argent*] Ea verò ipſo nomine *Wolckenſtein* indice nubes repræſentare debet; [unde ipſe *Paillot* pag. 675. vocat *tranché nebulé.*] unde non dubito ſcutum nubium ſpecie diviſum vocare. Quod verò Gallorum *nebulé* [innebulata alicubi legi.] attinet, exempla ſunt *Panichner* [Bavar.] (β) in cujus familiæ parma talis, linea diagonalis dextram rubeam à læva argentea diſterminat. *Ziegler* [Helvet.] (γ) in quorum ſcuto, pars ſuperior nigra ſtellâ inſignis ab inferiori parte aurea tali ductu nebulato ſeparatur.

Quod verò *nuagé* attinet, exempla ſuppeditant fam. *Heinſpach* [Bavar.] (δ) *Höchſtetter* [Auſtr. & Auguſt.] (ε) ſcutum tali modo, diagonali ſectione geſtans, parte anteriori aurea, læva cyanea. A dextris cærulea, à ſiniſtris aurea partita ſec. longum & innebulata lego inſignia *Povvrorum* in Angl. Inter noſtros anteriori parte nigra, poſteriori argentea Dom. *de Sallnburg* [Auſtr.]

Per gradus. §. L. Alia ſcuta 3. mediantibus quibusdam gradibus in duas partes æquales diſpeſcuntur. Alicubi non niſi duo gradus apparent, zwo Staffeln von der rechten zu der lincken herab: oder von der lincken zu der rechten. Ita à dextra parte ducto initio *Fronberg* [Bav.] (ζ) & *Lindt* (Carinth.) (η) ſcuto argenteo, duos ejusmodi gradus rubeos, *Leubrechting* [Bav.] (θ) nigros, *Langeneck* [Suev.] (ι) nigro argenteos inſcribit. A ſiniſtro latere in illis ducitur initium cum *Aurberg* [Bav.] (κ) duos gradus nigros argenteæ areæ inſert. Hoc genus Galli vocant *coupé parti & recoupé.*

Tres gradus rubeos ſumpto à læva initio inſcribit parmæ argenteæ *Seybolzdorf* [Bavar.] (λ) quatuor itidem coccineos argenteæ *Schürsdorf* [Bav.] (μ) Hoc exemplum *Geliot* voce *Emmanché*, ita enunciat *tranché, emmanché d'argent & de gueules de 3. pieces & une*

nua duo nigra, quaternis pavoninis pennis exornata. Lacin. nigræ & argenteæ. Quod niſi de errore ſuſpectum ſit argumento eſt apicem eſſe adſcititium. (θ) Wap. I. p. 135. jugum expanſum alarum ſectione ſcuti effigiatarum. (α) Wap. I. p. 26. Reſpondet galea prior coronata, ſuſtinens duo cornua miniata, exterius quinis pavoninis pennis ornata, & inter ea tres plumas ſtruthionicas argenteas. conf. Hiſt. inſign. L. 2. c. 112. (β) Wap. I. p. 79. herma virilis, amictu rubeo, collari argentato, pileo argenteo, cujus ora reducta rubet. (γ) Wap. I. p. 201. ala ſymbolis ſcuti picta. (δ) Wap. I. p. 93. duo cornua cærulea, ternis exterius aureis ſtellulis, & ternis ſtruthionicis plumis, duabus aureis, media cærulea, extremitati cornuum inſertis exornata. (ε) Wap. I. p. 37. & 214. cornua cyaneum & deauratum globulis & panniculis oppoſiti coloris exornata. (ζ) Wap. I. pag. 81 galeæ coronatæ impoſitum jugum complicatum alarum ſectionem ſcuti retinentium. (η) Wap. I. p. 45. ex galeæ corona prominet reginæ purpuratæ imago, paſſis crinibus. Ea dextra aureum annulum ſapphiro inſignem protendit. (θ) Wap. I. p. 80. caſſidi coronatæ impoſita duo cornua, ſcuti colores ſervantia. (ι) Wap. I. p. 144. pileo nigro acuminato & globulo aureo faſtigiato, inſeritur corona aurea, cujus circulum ora pilei reducta argentea occulit. (κ) Wap. I. p. 81. pileus niger acuminatus, & nigris pennis galli gallinacei faſtigiatus: cujus etiam coloris tincta eſt ora pilei reducta. (λ) Wap. I. p. 77. coronæ caſſidis imponitur jugum expanſum alarum, gradibus ſimilibus diſtinctarum. (μ) Wap. I. p. 90. ſimilis priori apex.

une demie au chef. Verum abludit ejus pictura, super qua descriptio ejus fundatur à nostra: si etiam conferamus in nostro armoriali P. II. p. 145. scutum *Bubendorf*, cujus speciem cum hac eandem facit.

Alibi utrinque gradus descendunt. Ita *Profer.* [Silef.] (α) in scuto rubeo tres utrinque gradus, quorum tamen tertius communis est argenteos repræsentat. *Paillot* voce *Pignon.* ita enunciat: *de gueules coupé pignonê renversé de 2. montans sur argent.* In Wapenb. *P. 3. præfat. n. 45. describitur:* drey weisse Absätz wie die Staffeln gegen einander.

§. LI. Addunt 4. alii sectionem, quam vocant *invectam* seu *vairée.* Ubi linea disterminatrix in figuram cymbalorum [quibus nonnunquam discoloribus scutum repleri solet, formatur. Talis est parma famil. *Haslang* [Bavar.] (β) cujus ita distinctæ dextra pars auro fulget, sinistra rubet. Aliter hæc arma explicat *Paillot* voce *palissé*, & vocat *palissé de gueules & d'or en fasce de 6. pieces.* Talem sectionem ita enunciat Gelen. de Colon. Agrip. magn. L. 2. S. 2. pag. 136. de familia *Cencia* seu *Cynthia Romana in divisa galericulatarum acierum concursu parmula lunas geminant.* Et f. 19. pag. 171. familiæ *Scipiadum* seu de *Stave* (γ) [Colon.] adscribit scutum *duobus coloribus à summo deorsum inæqualiter divisum quasi galericulatis murorum pinnis sibi mutuò implexis discriminatum* ex minio & argento tum familia *de Waldt* seu *de Vallo* (δ) *ex nigro & argento*) *ut suspicari liceat repræsentari roseam aut muralem coronam, vel serras* seu *serratas Romanorum acies. Affirmari autem, quod exhibeatur littus* seu *procurrens in aquas atque in sinus denuo reflectens ripæ margo. Quod unaclypei pars quasi crepido sit, altera depressior. Inprimis repræsentari potuit ob gloriam Scipionis Africani, littus Africanum in frequentissimos sinus flexum.* Invecta seu vairée.

§. LII. Alia 5. sectio fit per *denticulatam* vel *striatam* lineam. Tali sectione parmam ex summo ad imum distinguunt argenteam & nigram *Birnimghamii*, rubeam & argenteam *Penricei*, argenteam & cæruleam *Hicmani*, [Angl.] cæruleam & auream superiori parte inscriptis duabus rotis ex meliore metallo *Clema* dict. *Tschapsky* [Silef.] (ε) Diagonalis striata sectio sinistra distinguit parmam auream & cyaneam pro *Hechstötter* [Austr.] (ζ) Dentes profundiores sunt vel cuspides, quibus diagonali situ anterior nigra ab altera aurea parte scuti separatur in insign. *Sigmar* (in 1 & 2. Austr.) (η) Denticulata. & striata.

Huc retulerim scutum bipertitum lineis cochleatim ductis & striatis mit außgeschuptem Schneckenzug abgetheilt) *Rordorf* [Helvet.] (θ) ex auro & minio.

§. LIII. Addamus illa singularia. *Helchner* [Norimb.] (ι) parmam duplici rivulo leonino, linea ex sinistro angulo descendens distinguit, anteriori parte cocco, posteriori argento tincta. *Hilinger* [Bavar.] (κ) clypeum linea in tria trifolia effigiata distinguit, superiori parte & trifolio inferiori argento, inferiori & 2. trifoliis superioribus cocco tinctis. Unum trifolium ex superiori argentea parte in inferiori coccinea formatum videtur ap. *Feur von Au.* [Bavar.] (λ) *Hermsdorf* [Bavar.] (μ) à parte scuti superiori argentea inferiorem rubeam tali linea distinguit, quæ foliolum in argento format. Singulares sectiones.

§. LIV. Sequitur divisio scuti in tres partes æquales, ea verò denuò vel rectis & parallelis, vel rectis nec tamen parallelis, vel aliis modis fit. Videamus initio eam, cum duæ rectæ parallelæ in tres partes dirimunt scutum. Si illæ rectæ perpendiculares sint, scutum dicunt in palum vel longum vel à summo tripertitum seu trifariam sectum ad perpendiculum. Galli *tiercé en pal*, vel *tiercé parti*, vel *parti en trois* Sectio tripertita, palaris.

(α) Wap. I. p. 50. 4 pennæ nigræ galli gallinacei.

(β) Wap. I. p. 77. Pileus acuminatus scuti figura variegatus, coronatus & fasciculo nigrarum plumarum struthionicarum fastigiatus Ora verò pilei reducta argento candet (γ) duo cornua. (δ) duorum draconum aversa ignivoma capita; in memoriam Scipionis Africani. vid Gelenium.

(ε) Wap. I. p 67. ex coronata galea jugum alarum cærulearum. (ζ) Wap. V. p 56. (η) Wap. I. p. 34. coronatæ galeæ insistens leo niger.

(θ) Wap. I p 198. (ι) Wap. II. p. 198. in ala repetita figura scutaria. (κ) Wap. I. p 96. ex coronata galea alarum expanditur jugum, quarum prior rubet, altera argento fulget. (λ) Wap. I. p. 81. Pileolus turbinatus, rubeus, coronatus, & tribus struthionicis plumis, quarum media rubet, extremæ candent, fastigiatus, ora reducta sectionem scuti repræsentat. (μ) Wap. I. p. 85. Caput capreoli cum collo nigrum. Rehehals.

en trois. Dreyfach von oben herab oder pfalweiß getheilt. Exempla ſunt parmæ anteriori parte aurea, media nigra, poſteriori argentea *Enzesdorf* in 2. & 3. [Auſtr.] (α) rubea, argentea, cærulea *Heldrith* [Francon.] (β) & *Gelterchingen* [Helvet.] (γ) rubea, argentea, nigra *Diefenbach* [Carinth.] (δ)

Eadem ſectione in 3. areas ſcuta nonnunquam diſtinguuntur. Exempla ſunt: *Oſtfriſiæ* ſeu *Friſiæ Orient.* Principes & Comites (vid. Hiſt. inſign. L. 3. c. 49.) Ita P. *Fürſt.* Wap. IV, 4. Comitibus *Paulutiis* ſcutum dat tripertitum, cujus anterior palus faſciis aureis & nigris exaratur, impoſito cephalo rubeo cum roſa inſcripta argentea, medius conſeritur liliis (neſcio an per errorem aurea argenteis miſceantur, areæ autem color expreſſus non eſt.) Tertius aquilæ mediam partem repræſentat. Eo etiam ſpectant exempla ſcutorum quadripertitorum, quibus interjicitur palus medius; qualia exempla ex Italis vidimus ducum *Parmæ* Hiſt. inſ. L. 1. c. 22. p. 107. *Urbini* L. 1. c. 98. pag. 375. Ex Germanis ſimilia videas exempla Comitum à *Kollonitſch* Wap. IV, 5. à *Saurau*. ibid. &c.

Transverſa. §. LV. Si duæ lineæ parallelæ per ſcutum transverſim ducantur, vocant Galli *tiercé en faſce*, ſeu *tiercé coupé*, ſeu *coupé en trois*. Dixeris transverſe tertiatum ſeu transverſe tripertitum. Dreyfach geſpalten. Exempla damus. Geſtant ejusmodi ſcuta ſuperius cæruleum, media regione argenteum, inferius rubeum *Flersheim* [Rhen.] (ββ) rubeum, argenteum, nigrum *Machvvitz* [Miſn.] (ε) *Pergles* [Miſn.] (ζ) *Gaſtnitz* [Miſn.] (η) *Hundelshauſen* [Haſſ.] (θ) *Falckenſtein* [Baron.] (ι) *Guffidaun* [Tirol.] (κ) *Hochburg* [Baron.] (λ) *Neu-Bechburg* [Baron.] (μ) *Sparrenberg* [Thuring.] (ν) *Rådvviz* [Bavar.] (ξ)

Rubeum, nigrum, argenteum *Schvveiniz* (olim von Schwenze ſeu Schwenz. [Sileſ.] (ο) (cujus illuſtris ſtirpis genealogiam integram dedit magnum ejus decus David à *Schvveiniz*, in quo pietas, eruditio & prudentia paria faciebant: conf. quæ ad ejus decora ſpectant paucula à me delibata in dedic. P. 4. Theatri progonologici.)

Argenteum, rubeum, nigrum. *Feilitſch* (Miſn.) (π) *Röder* (Miſn.) (ρ) *Zedvviz* [Francon. & patrit. Francof.] (σ)

Rubeum, argenteum, cyaneum, *Haydeck*. Baron. (τ) *Weiler* [Bavar.] (υ) *Rauchbaupt* (Miſn.) (φ)

Nigrum, argenteum, rubeum *Trezka zu Linda*. [Baron.] (χ) *Eltersbofen* [Francon.]

(α) Wap. I. p. 38. reſpondet galea poſterior coronata, alam ſcutaria ſectione inſignem ſuſtinens. (β) Wap. I. p. 107. herma virilis, amictu tripertito, pileo rubeo, niſi quà oram reductam argenteam, plumis ſtruthionicis 3. colorum faſtigiato. (γ) Wap. II. p. 145. cornu tricolor, ligatura & ornamentis affixis aureis. (δ) Wap. V. p. 62. ex coronata galea jugum expanſum alarum cum ſcutaria diviſione. Laciniæ argenteæ reflexæ hinc rubeo iſthinc nigro colore. (ββ) Wap. I. p. 124. herma juvenilis rubeo amictu, ſerto roſaceo, argenteo & rubeo, caput redimita, loco brachiorum 2. alas, admodum ſcuti tinctas habens. (ε) Wap. I. pag. 158. pileus acuminatus ad modum ſcuti tripertitus, corona ultra oram reductam hermionicam inſerta & impoſito globulo aureo, trium colorum ſtruthionicas plumas ſuſtinente. (ζ) Wap. I. p. 164. idem apex: niſi quod plumæ ſtruthionicæ in gallinaceas mutatæ (η) Wap. I. p. 165. cum Pergleſiano apice convenit, niſi quod ibi ora reducta hermionica non apparet. (θ) Wap. I. p. 134. expanſum jugum alarum, ad inſtar ſcuti diſtinctarum. (ι) Wap. II. p. 32. collum cygni tricolor, plumis ſtruthionicis exterius ornatum. (κ) Wap. III. p. 103. duo cornua ad modum ſcuti tincta. (λ) Wap. III. p. 34. triplex ordo plumarum, ſcuti tincturas referentium. (μ) Wap. III. p. 38. & Wap. II. pag. 147. (ν) Wap. III. p. 139. galeæ coronatæ ſcyphus argenteus impoſitus. (ξ) Wap. I. p. 88 pileus niger ora reducta argentea, cui mediante globulo argenteo impoſitæ plumæ ſtruthionicæ argentea, nigra, coccinea. (ο) duo cornua bubalina ſectione ſcutaria diſtincta. Laciniæ argenteæ, reflexæ exterius ſuperiori & inferiori parte rubeæ, circa medium nigræ. (π) Wap. I. p. 153. Inter jugum expanſum alarum ad modum ſcuti tinctarum, conus vel potius pileolus acuminatus pari tinctura affectus, & globulo faſtigiatus. (ρ) Wap. I. p. 165. pyxis, qualis eſſe pharmacopœorum ſolet, deaurata. (σ) Wap. I. p. 105. inter duo cornua, conus vel pileolus acuminatus & globulo faſtigiatus, tincturâ quæ areæ eſt. Galea verò quæ hæc ſuſtinet coronata eſt. (τ) Wap. I. p. 31. ex caſſide coronata prominet caput & collum gryphi (niſi ſtruthionis malis.) tincturis ſcuti ſectum, roſtro ferream ſoleam equinam geſtans. (υ) Wap. I. p. 91. cornua duo ad modum ſcuti picta. (φ) Wap. I. p. 154 herma virilis, amictu tincturis ſcutariis, ſed palorum in modum tincto; capite ſuſtinens galli gallinacei pennas. (χ) Wap. I. p. 32. coronatæ galeæ imponuntur duo cornua rubeum, & argentatum, utrinque quinis vexillis, oppoſitis coloribus, exornata.

con.] (θ) *Salching.* [Bavar.] (ι) *Schencken de Roßberg* [Francon.] (κ)
Rubeum, cæruleum, argenteum *Panholz* [Bavar.] (λ)
Argenteum, nigrum, rubeum *Rebiz* [Francon.] (μ)
Nigrum, rubeum, argenteum *Reutlinga* [civitas Imperial.] (ν)
Viride, argenteum, rubeum *Brombſen* [Saxon.] (ξ)
Nigrum, aureum, rubeum *Puzner zu der Puzn* [Bavar.] (ο)
Cæruleum, rubeum, aureum. *Scheufel* [Bavar.] (π)
Rubeum, aureum, nigrum. *Sitſch* [Silef.] (ϱ)
Cæruleum, argenteum, aureum *Bezenſtein* [Bavar.] (σ)
Aureum, rubeum, argenteum *Sattelböger* [Bavar.] (τ)
Aureum, nigrum, argenteum. *Gfäller* [Suev.] (υ) *Sulching* [Suev.] (φ)
Argenteum, cyaneum, aureum *Pfullingen* [Suev.] (χ) & *Rempe de Pfulingen* [Suev.] (ψ)
Nigrum, cæruleum, aureum *Weſterreich* [Comit.] (α)
Argenteum, nigrum, aureum *von der Hudte* [*Brunſv.*] (β)
Aureum, cyaneum, argenteum *Trauelmanns* [Lubec.] (γ)

§. LVI. Aliquando oblique & quidem dextrorſus lineis duabus diagonalibus tripertitum ſcutum videre licet. Dreyfach durchſchnitten. *Tiercé en bande. Tiercé tranché.* Vel *tranché en trois.* Exempla dabimus; tranſmeat baltheus argenteus, aream hinc nigram, illinc rubeam *Starſchedel* [Miſn.] (δ) *Galtinger* [Suev.] (ε) Diagonalis dextra,

Cæruleus argenteam & rubeam *Poſeck* [Thuring.] (ζ)
Argenteus cyaneam & rubeam *Ergoltsbach* [Bavar.] (η)
Rubeus auream & cæruleam *Caumont.*
Rubeus nigram & auream *Mendel* [Norimb.] (θ)
Niger rubeam & auream *Küllmer* [Carinth.] (ι)
Argenteus cæruleam & auream (auro inſerta roſa rubra) *Mülhofen.*

§. LVII. In lævam cum dicuntur lineæ, *tiercé en barre*, vel *tiercé barre*, vel *barré en trois*, vocant. Nos dicemus ſiniſtrorſus oblique tripertitam aream, dreyfach lincks durchſchnitten. Exempla ſunt, ut anterior parmæ pars ſit aurea, media, nigra, poſterior argentea *Turlinger de Turlingſtein* [Bavar.] (α) Siniſtra,

Nigra, argentea, rubea, *Biſchofsheim* [Silef.] (β) *Reiſperg.* [Carinth.] (ϱ)

(θ) Wap. I. p. 108. cornua duo ad modum ſcuti picta.

(ι) Wap. II. pag. 65. pileus argenteus, ora reducta rubea, ſummitate, & impoſitis galli gallinacei pennis nigris. (κ) Wap. II. p. 74. jugum complicatum alarum, quas credo ſcuti ad modum pictas. (λ) Wap. II. p. 65. pileus argenteus, ora reducta iisdem quibus ſcutum coloribus diſtincta, impoſitis vertici galli gallinacei pennis nigris. (μ) Wap. I. p. 108. galea coronatæ impoſitus pileus diſtinctus coloribus ſcuti, deſinens in globulum aureum, pennas galli gallinacei ſuſtinentem. (ν) Wap. I. p. 219. (ξ) Wap. III. p. 142. cornua ſcuti ad modum diſtincta, prominent ex diademate tortili. (ο) Wap. I. p. 91. cornua ſcuti ſectione affecta. (π) Wap. I. p. 95. caſſidi coronatæ inter jugum alarum ad modum ſcuti tricolorum imponitur ſceptrum aureum. (ϱ) Wap. I. p. 58. complicatum jugum alarum nigrarum, quibus aureus nummus bizantinus imprimitur. (σ) Wap. I. p. 89. ex coronata galea eminet jugum expanſum alarum, quarum prioris ſuperiora alterius verò inferiora argento, reliqua cyano tinguntur. Eadem tinctura laciniarum, omiſſo auro. (τ) Wap. I. p. 91. coronatæ galeæ imponuntur cornua ſcuti ad modum tincta. (υ) Wap. II. p. 84. culcitræ nigræ impoſitum complicatum jugum alarum ad normam clypei pictarum. (φ) Wap. II. p. 86. cornua ut ſcutum tribus coloribus diſtincta. (χ) Wap. II. p. 90. coronatæ galeæ impoſita cornua clypei tres colores referentia. (ψ) Wap. III. p. 108. duo cornua ſuperius & inferius argentata, media percurrente faſcia cærulea.

(α) Wap. III. p. 10. quales verò Comites hoc titulo intelligendi ſint, non capio (β) Wap. I. p. 186. diademati tortili imponuntur duo cornua, ad normam ſcuti tincta. (γ) Wap. III. p. 196. cornua duo alterum argenteis & cæruleis, alterum cæruleis & aureis faſciolis diſtincta. (δ) Wap. I. p. 160. coronatæ galeæ impoſitum jugum alarum expanſum, ſectione & tinctura ad modum ſcuti. (ε) Wap. III. p. 116. Pileus acuminatus, ad modum ſcuti tinctus. (ζ) Wap. I. p. 150. pileolo rubeo, cujus ora reducta argento fulget, impoſitæ plumæ ſtruthionicæ cærulea, argentea, coccinea. (η) Wap. II. pag. 54. duo cornua, quorum poſterius minio, anterioris ſuperior pars argento, inferior cyano tincta eſt (θ) Wap. I. p. 212. herma virilis auro induta, & alata, alis ſectionem ſcuti continentibus. (ι) Wap. I. p. 45. impoſitum caſſidi coronatæ jugum complicatum alarum, ſectione ſcuti tinctarum. (κ) Wap. I. p. 89. coronatæ caſſidi impoſita cauda pavonina. (λ) Wap. I. p. 59. ex coronata galea eminent tres plumæ galli gallinacei, nigra rubea argentea. (μ) Wap. III. p. 91. coronata galea ſuſtinet alam item tripertitam.

Nigra, rubea, argentea *Geltinger* [Tirol.] (α)
Aurea, rubea, nigra *Mendel* [Norimb.] (β)
Cærulea, rubea, argentea (impreſſa rubræ roſa argentea) *Maſchwitz* [Sileſ.] (γ)

Per lineas in medio concurrentes.

§. LVIII. Quæ rectæ nec parallelæ ſunt, vel in medio ſcuti concurrunt, vel in margine. Illud duplici modo fieri reperio, ut 1. ex utroque ſuperiori angulo deſcendant, & ex cuſpide aſcendat linea, in corde ſcuti concurrentes. *tiercé en pairle* in die ecke dreyfach getheilt/ ſeu in Triangel getheilt. Aream trifidam bipedem dixit Spelmannus, fortè etiam dicere poſſis, in literam pythagoricam ſectam. Talis eſt parma fam. de *Prieſen* [Miſn.] (δ) capite ſcuti nigro, lateribus argenteo & rubeo. 2. Oppoſita ratio eſt, cum ex duobus angulis inferioribus ductæ cum tertia ex capite deſcendente in medio ſcuti concurrit. Exemplum eſt *Haldermanſtetten* [Suev.] (ε) cujus ſcuti angulus cephalicus dexter argento, ſiniſter auro, baſis cyano *V*ingitur. Aliqui aream trifidam bicipitem nuncupant. Similis ſectio eſt parmæ fam. p*ngeraten* [Sileſ.] (ζ) cui inſcribuntur tria aurea flagella trituratoria in angulos ſcuti converſa & in parmæ medio concurrentia.

In margine.

§. LIX. Aliquando *in margine* concurrunt. e. g. 1. ex angulis ſuperioribus in cuſpidem ducuntur lineæ duæ, & quidem paulum curvatæ (arrondies) anteriorem ſcuti partem nigram, poſteriorem rubeam relinquentes, mediam verò argenteam continentes. *Brieſe* [Sileſ.] (η) vel ut anterior rubea, poſterior argentea, media nigra ſit *Mediger* [Sileſ.] (θ) 2. ex inferioribus angulis in capitis marginem ductæ lineæ includunt argentum medium, inter latera cæruleum & rubeum Dom. *de Hornberg* [Auſtr. in 2. & 3.] (ι) & *Cappel* [Franc.] (κ) rubeum & cæruleum *Abſperg* [Franc.] (λ)

Tripertita in partes inæquales.

§. LX. Non aliena ab hoc loco eſt illa diviſio parmæ in tres partes, quæ partes non omnino æquales facit. Ut cum linea ſcutum in baſin & caput dividente, illa vel hoc alia linea iterum ſecatur. Illius exemplum eſt ſcutum *Gerſdorf* [Miſn.] (μ) & [Sileſ.] (ν) cujus caput rubeum, baſis hinc nigra iſthinc argentea eſt. Simile ſcutum *Parsberg* [Bavar.] (ξ) Caput aureum, baſis argento & cyano diviſa. *Scharffenberg* [Bavar.] (ο) vel argento & minio (ſed ut aureum caput hircum exorientem nigrum contineat) *Goldäcker* [Bavar.] (π)

Hujus exempla ſuccurrunt illa, ut baſi nigræ impoſitum caput dextra parte rubeat, ſiniſtra argento ſplendeat (*de gueules parti d'argent ſoûtenu de ſable*) *Wittern* [Thuring.] (ρ) & inverſo tantùm ſitu minii & argenti *Weiters* [Haſſ.] (σ) *Panvvitz* [Sileſ.] (τ) *Volſtedt* [Thuring.] (υ) cæruleæ baſi caput hinc argenteum iſthinc

(α) Wap. III. p. 103. pileus acuminatus tricolor, auro coronatus & tricoloribus plumis faſtigiatus. Eandem familiam puto cum *Gäldinger* Suev. de qua §. præced. ubi lineæ dextrorſum ducuntur. (β) Wap. II. p. 157. jugum complicatum alarum triplici colore tinctarum. conf. de eadem ut puto familia §. præced. (γ) Wap. I. p. 72. plumæ ſtruthionicæ cærulea, argentea, coccinea. (δ) Wap. I. p. 154. Ala ad modum ſcuti diſtincta. (ε) Wap. I. p. 112. caput moloſſi argenteum, armilla aurea ornatum, aure cæruleo colore infecta. (ζ) Wap. I. p. 70. inter duo aurea flagella 5. plumæ ſtruthionicæ trium colorum. (η) Wap. I. p 53. ala ad modum ſcuti tincta. (θ) Wap. I. p. 50. duo cornua bubalina, tæniis tricoloribus picta. Laciniæ hinc nigræ iſthinc miniatæ utrinque addito argento (ι) Wap. I. p. 34. ex caſſide coronata inter duas alas ſcuti in modum pictas cauda pavonina. Lacin. cærul. & argent. (κ) Wap. I p. 108 ex galea coronata prodiens herma virilis nigro amictu, & pileo, niſi quod hujus ora reducta argento fulget, impoſitis plumis ſtruthionicis tricoloribus. (λ) Wap. I. pag. 101. herma muliebris nigro induta crinibus contortis, caput tectum pileo rubro, triplicis coloris plumis ornato. (μ) Wap. I. pag. 162. pileus rubeus, ora reducta argentea, tectus diademate tortili, & faſtigiatus argenteis atq; nigris pennis galli gallinacei. (ν) Wap. I. p. 53. galeæ coronatæ impoſitus pileus rubeus argentea ora reducta, faſtigiatus globulo, & ex illo eminentibus pennis gallinaceis. (ξ) Wap. I. p. 78. coronæ imponitur pileus hermionicus coronatus, & argenteis ſeu plumis ſeu gramine faſtigiatus. In laciniis minio hinc argentum iſthinc niger color additur.

(ο) Wap. I p. 87. inter duo cornua diviſionem ſcuti planè imitantia electoralis ſeu ducalis pileolus rubeus ora reducta hermionica. Lac. argent. & cyaneæ. (π) Wap. I. p 87 herma virilis auro induta, pileum geſtans rubeum, cujus ora reducta argento fulget. (ρ) Wap. I. p. 147. ex corona prominens caput aquilinum nigrum faſtigiatum pennis gallinaceis. (σ) Wap. I. p. 136. anas argenteus, aliquot folia capite ferens. (τ) Wap. I. p. 55. cornua bubula quorum inferior pars nigra, ſuperior hinc argentea iſthinc rubea. (υ) Wap. I. p. 145. pileus niger, ora reducta argentea, faſtigiatus pennis galli gallinacei argenteis & rubeis.

isthinc aureum *Zschirn* [Misn.] (α) & hinc rubeum isthinc argenteum *Schaumberg* in 3. & 4. [Francon.] (β) Singulare est exemplum parmæ *Trupbach* [Franc.] (γ) quam linea denticulata transversim & medietatem superiorem alia similis denticulata iterum partitur: basi cærulea, capite hinc argenteo isthinc rubeo, tribus inscriptis rosæ, quarum quæ in argento & cæruleo sunt rubent, tertia in rubeo candet. Et simili planè modo (unde de agnatione familiarum alii cogitent) *Mengersdorf* [Francon.] (δ) nisi quod capitis duas areas linea non denticulata sed recta distinguit, & quod rosa argento inscripta cærulea visitur non rubea. Nisi fortè à chalcographo erratum in altero fuerit. Vel cum scuto ad perpendiculum secto iterum alterum laterum transverse secatur. Tale est fam. *Florianer* [Bavar.] (ε) cujus dextrum latus argento & minio sectum, posterius cæruleum. Ita fam. *Leubel* [Silef.] (ζ) scutum in tres partes inæquales dividit, cum enim linea perpendicularis duas regiones faciat, posterior cocco tingitur, priorem alia diagonalis in duas iterum secat, nigram & argenteam.

Forte hujus generis dixeris etiam illam divisionem, cum in cantheriorum modum secatur scutum. e.g. *Peffenhausen* [Bavar.] ubi cantherius medius argento tingitur, pars supra illum rubeo inferior nigro colore inficitur. (η) Similiter *Stingelheim* [Bavar.] (θ) vel ut cantherius argenteus superiorem partem nigram ab inferiori rubea sejungat *Hocholting* [Bavar.] (ι)

§. LXI. Ita vidimus, quæ per rectas lineas fiunt: præter eas nonnunquam scuta in tres partes distinguuntur cochleatim ductis. Dreyschneckicht oder schneckenweiß dreyfach abgetheilt. Talis est partitio scuti, argento, cocco & nigro tincti *Fridesheim* in 1. & 4. [Austr.] (κ) *Megenzer* [Suev.] (λ) cocco, argento, nigro. *Teufel* [Norimb.] (μ) Galli ita enunciant: *tiercé en 3. girons arrondis & joints en cœur.* Per lineas cochleares.

§. LXII. Jam ad quaternariam accedamus divisionem, fit ea verò vel per lineas parallelas, vel intersecantes. De priori specie (in qua iterum quadruplex est differentia, ut lineæ vel perpendiculares vel transversæ vel à dextra aut sinistra diagonales sint) sermo hic propriè non est, ea enim exempla palis, fasciis, & Zonis seu baltheis annumerabuntur. vid. c. 5. n. 31. Divisio quadrifida.

§. LXIII. Quæ verò lineis intersecantibus in quatuor areolas vel quadrantes (*quartiers* unde barb. *quarteria.*) distinguuntur scuta, propriè huc pertinent. Sunt verò hæc etiam duorum generum, nam lineæ secantes vel ex lateribus mediis vel ex angulis dicuntur. Illud genus vocant scuta *quadripertita*, quadrifida, quaternaria, quadratim discissa, quadripertitò secta, quadratim divisa, quadrantibus dispertita seu divisa, in quadras secta, quarteriata; Galli *écartelé* seu *écartelé en banniere*. Nostri gevierdt/ durchkreutzt/ vel quartirt/ qui terminus ita obtinuit, ut etiam in diplomatibus Cæsareis ejus usus sit. Hoc verò vocant parmas *decussatas*, decussatim quadripertitas, dextrorsum & sinistrorsum sectas: Galli *escartelé en sautoir, escloppé*. Nostri schregsgevierdt/ querchsgevierdt/ creutzweiß quartirt. Habent id commune, quod oppositæ areolæ eundem colorem servare soleant. Singularia enim Quadripertita scuta.

 sunt

(α) Wap. I. p. 157. ex diademate tortili prodeunt cornua duo, quorum inferior pars cyano, superior in uno argento in altero minio tincta est. Laciniarum item argento hinc cæruleus, illinc rubeus color additur. Unde errorem suspicor in scuto, & pro auro minium substituendum esse. (β) Wap. I. p. 100. respondet galea sinistra sustinens hermam cyanea & argentata veste indutam, tectam pileo acuminato, sed antrorsum verso, quem minium & argentum tingunt: laciniæ rubeæ & argenteæ. (γ) Wap. I. p. 108. jugum expansum alarum, quas linea denticulata partitur, inferiori parte utriusque cærulea, superiori alterius argentea, alterius rubea, inscriptis rosis ibi cærulea, hic argentea, addita tertia rubea inter alas. Laciniæ hinc argenteæ & rubeæ, isthinc argenteæ & cyaneæ. (δ) Wap. I. p. 106. idem qui Trupbachiorum. (ε) Wap. I. p. 91. coronatæ galeæ impositum rapum argenteum coronatum auro & fastigiatum pennis nigris (ζ) Wap. I p. 66 inter duas rubeas & totidem nigras argentata pluma struthionica. (η) Wap. I. p. 77. & p. 94. ex coronata galea prominet complicatum vel expansum jugum alarum symbolis scutariis insignitarum. (θ) Wap. I. p. 84. cornua ad scuti similitudinem distincta. (ι) Wap. I. p. 90. coronatæ galeæ impositus pileus turbinatus ad modum scuti distinctus, & plumis struthionicis nigra inter argenteam & rubeam fastigiatus. (κ) Wap. I. p. 37. pileus Hungaricus rubeus, in aureo nodo desinens, ora reducta argentea, inserta corona aurea, & huic insistentibus tribus struthionicis plumis erectis argenteis & rubeat λ) Wap. I. p. 119. pileus acuminatus rubeus, ora reducta nigra, additis utrinque rosa, hinc argenteo bacillo fixa nigra, isthinc nigro argentea. (μ) Wap. II. p. 157. herma virilis rubeo induta.

ſunt & rara iſta exempla, *Zinzendorf* [Baron.] (ν) parmulam toti ſcuto imponunt, cujus prima quadra rubeo, ultima nigro colore tinctæ, reliquæ duæ argento fulgent. *Puchenſtein* [Tirol.] (ξ) primam areolam tingunt minio, ſecundam argento, tertiam auro, quartam nigricat. Cæterum quæ de præſtantia diviſionis quaternariæ leguntur apud *Hæping. de jur. inf. 6. c. 11. §. 3. n. 74.* ut adſcribantur an digna ſint, vehementer dubito.

Exempla. §. LXIV. Exempla jam videamus diviſionis quaternariæ, geſtant ergo illi quadripertita ſcuta ex auro & nigro *Hohenlandenberg* [Helvet. in 2. & 3.] (α) *Griffenſee* [Suev.] (β)

Ex auro & cæruleo *Gylta* [Suec.] *Tournemine de la Hunadaye.*

Ex auro & rubeo *Ruck* [Com.] (γ) *Hager* [Auſtr.] (δ) *Hagen de Altenſteig* [Styr.] (ε) *Winckenthal* [Suev.] (ζ) *Tott* [Suec.] *Gontaut de Biron, Kerſimon.*

Ex auro & viridi *Ellerbach* [Suev.] (η)

Ex nigro & auro *Dorſtatt* [Comit.] (θ)

Ex rubeo & auro *Hildesheim* [Epiſc.] (ι) *Walderſee* [Baron.] (κ) *Burgermeiſter de Diciſavv.* [Suev.] (λ) *Winckenthal* [Alſat.] (μ) *Vere* C. de Oxford Angl. ſed primo quadrante molula echinata argentea impreſſo.

Ex argento & cæruleo *Jungingen* [Suev.] (ν) & *Gremlich de Jüngingen* [Tirol. 1. & 4.] (ξ)

Ex argento & nigro *Zollern* ſeu *Hohenzollern* [Com.] (ο) *Bemelberg* [Baron.] (π) & qui ejusdem ſunt ſtirpis *Boyneburg* cognomen *die Weyſen* [Haſſ.] (ρ) *Welſperg* [Bavar.] (σ) *Heſſen* [Rhen.] (τ) *Aichach* [Tirol.] (υ)

Ex argento & rubeo *Dol, Combour, Tſcherny* [Sileſ.] (φ) *Meyendorf* ſeu *Meinstorf* [Marc.] (χ) *Wackerbrodt* [Saxon.] (ψ) & (ſed inducta toti faſcia cærulea) *Groſen de Trockau* [Francon.] (ω)

Ex argento & viridi *Groſſen* [Miſn.] (α)

Ex cæruleo & argento *Boyneburg* cognomento *de Hoinſtein.* [Haſſ.] (β) *Neuberg* [Bavar.] (γ) *Halsbecken* [Norimb.] (δ)

Ex

(ν) Wap. I. p. 23. reſpondet galea media coronata, ſuſtinens duo cornua, in quorum altero nigro colori argentum, altero rubeus junguntur, & utrinque 3. globuli argentei adjiciuntur. Inter cornua cornu pingitur venatorium nigrum auro ligatum. (ξ) Wap. III p. 101. inter duas aures rubeam & nigram duo cornua quadripertita.

(α) Wap. I. p. 198. reſpondet galea ſecunda ſuſtinens duo brachia ſurſum protenſa, manicis ad modum ſcuti tinctis. (β) Wap. II. p. 84. ex coronata galea prominet ala nigra. (γ) Wap. III. p. 21. cornua ad modum ſcuti quadripertita. (δ) Wap. I. p. 36. coronatæ galeæ impoſitum jugum complicatum alarum, ad modum ſcuti quadrifidarum. (ε) Wap. II. p. 42. coronatæ galeæ impoſita ala quadripertita. An forte cum hæc priori eadem eſt familia? (ζ) Wap. II. p. 93. cornua quadripertita. (η) Wap. II. p 91. cornua ad ſcuti modum tincta. Laciniis ex altera parte argentum allinitur, quod niſi mendoſum, anomalum eſt. (θ) Wap. III. p. 23. ex galea coronata prominet herma æthiopis, diademate tortili argenteo caput revincta. (ι) Wap I. p. 10. (κ) Wap. II p. 24 pileus rubeus ora reducta aurea. (λ) Wap. II. p. 82. cornua duo ad modum ſcuti variegata. (μ) Wap. II. p. 128. cornua ſcuti tincturam referentia. (ν) Wap. II. p. 91. cornua ad modum parmæ tincta, & utrinq; ternis pavoninis pennis ornata. (ξ) Wap. I. p. 42. galea tecta diademate tortili, ſuper ea inter cornua duo cærulea quaternis pavoninis pennis exornata hircus niger exoriens. vid. aream 2. & 3. ſ. 3. m. 2. n. 66. Lacinia argenteæ & cæruleæ, argenteæ & nigræ.

(ο) Wap. I. p. 14 ex galea coronata prominens cum collo caput moloſſi ad modum ſcuti quadripertitum vid. hiſt. inſign. L. 2. c. 117. (π) Wap. I. p 25. coronatæ galeæ inſiſtunt duo cornua, quorum utrumque ſcuti ad modum quaternaria ſectione afficitur. (ρ) Wap. I. p. 136 ex coronata caſſide prodeunt duo cornua, quorum prioris ſuperior pars, alterius inferior argento, reliqua nigro colore inficiuntur. vid. hiſt. inſign. L. 2. c. 7. (σ) Wap. I. p. 92. idem cum proximo apex. (τ) Wap. II. p. 104. cornua, quorum dextrum ſuperiori, lævum inferiori parte argentatum eſt, reliqua pars nigricat. (υ) Wap. III. p. 103. cornua proximis ſimilia. (φ) Wap. I. p. 68. quinque plumæ ſtruthionicæ cocco & argento pictæ (χ) Wap. I. p. 178. Ex ea familia Clemens II. Papa conf. Hæping. de jur. inf. c. 6. p. 1384. (ψ) Wap. I. p 166. pileolus rubeus ora reducta argentea ſuſtinens duos faſciculos pennarum pavoninarum aureis petiolis impoſitos (ω) Wap. I. p. 104. cornua duo rubea, exterius quaternis argenteis plumis ſtruthionicis exornata. (α) Wap. I. p. 135. pileus acuminatus & parmæ ſectionem ac colores referens. (β) Wap. I. p. 136. cornua cyanea & argentea tinctura ad modum ſcuti diſtincta. (γ) Wap. I. p. 92. idem cum priori apex. (δ) Wap. II. p. 159. ala quadripertita.

Ex nigro & argento *Collalto* (Com.) (κ) *Sevigné d'Olivet, Welchenberg* [Bav.] (λ) *Roden* [Haff.] (μ) *Dieden zum Fürſtenſtein* [Haff.] (ν) *Schvvalbach* [Suev.] (ξ) *Tzeſchen* (Sileſ. ſed induta faſcia rubea.) (ο)

Ex rubeo & argento *Caſtel* (Com.) (π) *Schotten* [Franc.] (ϱ) *Siomoruditzky* [Sileſ.] (σ) *Liebeneck* [Bavar.] (τ) *Endikon* [Helvet.] (υ) *Ganſer de Gans* [Suev.] (φ) *Cammerer de Fulda* [Patrit. Francof.] ſed ut rubeas quadras argentei clathri impleant) (χ)

Ex viridi & argento *Hohenfelſer* [Francon.] (ψ)

Rubeo (ſed inſcriptis duabus argenteis faſciis) & cæruleo *Erthal* (Franc.) (ω)

Quadripertita per lineas dentatas, ſtriatas, cochleares.

§. LXV. In hiſce omnibus diviſio facta eſt per ſimplices & rectas: Aliquando verò dentatæ, ſtriatæ vel aliis modis inflexæ ſunt lineæ, quibus diſtinctio fit. Unde quarteriata ingradata (*engreslé*) irraſa (*irraſe*) invecta (*verré* ſeu *vairé.*) indentata (*endenté*) leges ap. *Johan. de Bado Aureo.* In dentatas quadras ſcinditur ſcutum rubeas & argenteas *Liechtenſtein* [Francon.] (α) nigras & aureas *Unmus de Altenhauſen* [Suev.] (β)

Ita lego uſurpari in Britannia parmas quadrifariam diremtas & dentatas ex argento & nigro à *Braſyü*, ex argento & coccino à *Fizvvarinis*, ex coccino & auro à *Bromliis.*

Huc refero exemplum ſcuti fam. *Hetzeldorf* [Francon.] (γ) quod quadrantibus diſtinguitur miniatis & aureis, ſed ita ut linea quidem quæ deſuper deſcendit ſit recta, quæ verò transverſa duci debebat longioribus dentibus aſcendentibus & deſcendentibus latitudinem ſcuti pererret.

Tum ſcuta quadripertita per lineas cochleares, ſchneckenweiß in vier theil getheilt. Exempla ſunt ex argento & minio *Brauneck* [Baron.] (δ) *Nagel de Eltershoven* [Suev.] (ε) ex argento & nigro *Elershofen* [Francon.] (ζ) à Gallis ita exprimi legi: *d'argent à 2. girons de ſable arrondis & appointes en cœur.*

Prorſus ſingulare eſt ſcutum fam. *von Tale* [Brunſv.] (η) quod quatuor amuſſibus (Winckelmaß) binis rubeis & totidem argenteis, in ſcuti medio coëuntibus diſtinguitur. Vulſon. ita enunciat artis ſuæ terminis: *eſcartelê en cœur de gueules & d'argent & componné à l'entour de l'eſcu.*

Uſus in diverſis inſignibus compingendis.

§. LXVI. Inprimis frequens eſt hoc diviſionis genus, cum plura inſignia in unum compinguntur ſcutum: Imo eo caſu vix alia frequentior eſt. Ita ſi duo jungenda ſint, primarium primam & quartam, ſecundarium ſecundam & tertiam quadram occupant ſymbola. Si tria, primus laterculus cum quarto, vel cum tertio ſecundus eandem teſſeram ſervabit, reliqui duo, qui reſtant, aliquando ſinguli quadrantes diſtincta emblemata complectentur. Exempla hinc inde reperire licet. Huc ſpectant, quæ *H. Spelmannus in aſpilog.* p. 81. monet: *In more eſt hæreditaria matris inſignia per quartas iſtas immiſcere, quod apud Anglos non comperi, antequam*

(κ) Wap. III. p. 24. brachium nigro indutum, ora manicæ reducta argentea, tenens anguem cæruleum. Laciniæ cum pingantur aureæ & nigræ, anomaliam ſuſpicari debeam, an ſculptoris vitium, ignoro. (λ) Wap. II. p. 56. cornua duo, quorum utrumque ad modum ſcuti quadripertitum eſt. (μ) Wap. I. p. 138. (ν) Wap. I. p. 139 pileus niger, ora reducta argentea, faſtigiatus nodo argenteo ſuſtinente pennas galli gallinacei nigras. (ξ) Wap. II. p. 88 jugum expanſum alarum parmæ inſtar quadripertitarum. (ο) Wap. I. p. 69. pileolus orientalis acuminatus rubeus, cujus ora argento candicat: ultra eum eminet columnula ſeu thecula, quam bis ambit ſertum roſarum rubrarum, & ſuperius ornant pennæ galli. (π) Wap. I. p. 4. pileus altus diſtinctus argento & cocco (& niſi viſus me fallit, hermionicis maculis aſperſus) coronatus & pavoninis pennis faſtigiatus. (ϱ) Wap. I. p. 102. ex ornata caſſide prominent duo cornua ſcuti ad modum tincta. (σ) Wap. I. p. 73. ex corona protenſa duo capita cum collo cygnorum candida, obverſis roſtris rubeis. (τ) Wap. II. p. 57. coronatæ galeæ impoſita duo cornua diſtincta ſcuti coloribus. (υ) Wap III. p. 184. ala quadripertita. (φ) Wap. II. p. 85. coronatæ caſſidi impoſitum jugum complicatum alarum ſcuti coloribus pictarum. (χ) jugum complicatum alarum ſimili quadratura diſtinctarum. (ψ) Wap. II. p. 71. duo cornua ſcuti tincturam ſervantia. (ω) Wap. I. p. 104. vid. C. 5. S. 1. m. 1. n. 32. (α) Wap. I. p. 100. duo cornua rubra admotis utrinque plumis quinis ſtruthionicis argento tinctis. (β) Wap. I. p. 116. duo cornua, quorum dextri ſuperior, lævi inferior pars nigricant, reliqua auro ſplendent. (γ) Wap. II. p. 71. cornu nigrum exterius exornatum. (δ) Wap. II. p. 36. pileolus acuminatus rubeus ora reducta argentea, adjectis duobus argenteis inſtrumentis. (ε) Wap. I. p. 101. inter cornua duo argentea pileus acuminatus rubeus. (ζ) Wap. I. p. 106. inter duo cornua argentea argenteus pileolus plumis ſtruthionicis nigris faſtigiatus. (η) Wap. I. p. 181. pileus acuminatus & plumis galli gallinacei candidis faſtigiatus, tinctura pilei & oræ juxta normã ſcuti argentea & coccinea.

quam Edoardus III. Franciæ clypeum sic cum Anglico iteraſſet. Priores enim de materno clypeo in ſuum quid conjicere auſi ſunt. Et hoc quidem non ſolum ad maternam memoriam, ſed ad familiarum etiam diſcrimen plurimum efficit. Videtur tamen Barcinoniæ & Arragoniæ arma quadrifariam fuiſſe compoſita annum circa Domini 1137. & Tilius rec. des Rois de Fr. p. 320. refert, Antiochenum Principem, ut gratum ſe præſtaret S. Ludovico Franciæ Regi ob occupatum beneficium, clypeum regium ſic cum ſuo alternaſſe. Quod hic de maternæ teſſeræ adjectione dicitur, à moribus Germanorum alienum ſemper fuiſſe arbitror.

Quadræ in alias quadras diviſæ.

§. LXVII. Accidit hoc quaternariæ diviſioni, ut etiam ſubdiſtinctionibus ſerviat: cum nempe quadrantes iterum quadratim ſecantur; quarteriata quarteriatim nonnemo appellare audet. vierfach gevierdt *écartelé contrecartelé* vocitare ſolent. Si verò quadrans hujusmodi ſubdiſtinctionis nova diviſione dividatur, Gallis *ſurécartelé* vocatur. Cujus apud nos exempla neſcio.

Accidit etiam, ut nonnunquam quadrantibus interſeratur media area per univerſam ſcuti longitudinem ducta. Vide exemplum infra in Com. Lippienſ. P. 2. D. Parmæ L. 1. c. 54. L. 1. c. 22. Urbini L. 1. c. 98.

Sectio decuſſata.

§. LXVIII. Fuere iſta exempla diviſionis quaternariæ, cum lineæ diſtinguentes ex lateribus ducuntur: de *decuſſatis* ſcutis nunc loquendum eſt. Ejus diſtinctionis exemplum præbet ſcutum quartorum Theodoſianorum apud veteres. Hiſpanis verò imprimis eſt familiaris, qui *partido in aſpa* vel *frange* vocant.

Videamus primum parmas tales decuſſatas ſimplices. Adjiciunt ergo capiti & baſi rubeis latera argentea *Paulsdorf* [Bavar.] (α) *Benſtedt* [Marc.] (β) *Eſendorf* [Suev.] (γ) *von der Kyrn* [Suev.] (δ) *Baldorf* [Helver.] (ε) *Lautenſchläger zu Wilmarsberg* [Bavar. ſectioni incumbentibus duabus ſagittis aureis, quarum mucrones ferrei ſunt, & argento & minio pinguntur, ut tinctura areæ oppoſita requirit] (ζ) argenteis rubea *Bertrad.*

Cæruleis argentea *von der Warth* [Baron.] (η) *Fincker de Eichhauſen* [Suev.] (θ)
Cæruleis aurea *Kall* [Tirol.] (ι) *Leinach* [Franc.] (κ)
Aureis cærulea *Heßler* [Franc.] (λ)

Figuræ ſectioni huic inſcriptæ.

Aureis rubea *Lampertheim* [Alſat.] (μ)

§. LXIX. Cum quadris certæ figuræ inſeruntur, initium enumerandi fit à figura quæ capitis & baſis eſt, laterum mentio Gallis fit per terminum *flanqué.*

Exempla iſta ſunt. Geſtant decuſſata talia ſeu dextrorſus & ſiniſtrorſus oblique ſecta ſcuta, rubeum argenteo palo & in lateribus nigris, ſingulis aureis cervis inſigne *Dettenhofer* (ν) aureum duobus capitibus leopardinis, & in lateribus nigris totidem ex meliore metallo liliis notatum *Unverzagt* [Baron.] (ξ) conf. *Siciliæ* inſignia. Hiſt. inſign. L. 1, c. 38. n. 16.

Singulare exemplum eſt *Mendoziorum C. de Monteagudo*, qui ſcutum ſuum non per lineas diſtinguunt, ſed catena argentea in 4. arcolas decuſſatim partiuntur, quarum ſuperior & inferior virides Baltheum rubeum, tæniolis aureis terminatum, laterales rubeæ argentea dena folia populnea continent.

Sinus, Flanqué.

§. LXX. Terminus *flanqué* nos admonet, ut alterius figuræ vel diviſionis ſcutariæ hic mentionem faciamus, etiamſi forte alibi commodiorem locum qui vellet, pro ipſa reperiret. Vocant Galli *flanques* ſeu *flanqué* duas circuli portiones latera

(α) Wap. I. p. 78. coronatæ galeæ impoſitum jugum expanſum alarum decuſſatarum ad modum ſcuti. (β) Wap. I. p. 177. pileolus ad modum ſcuti tinctus ſuſtinens ſex rubras plumas, vel folia acuminata (γ) Wap. II. p. 100. cornua duo minio & argento tincta (δ) Wap. III. p. 115. ala ad ſcuti normam tincta (ε) Wap. III. p. 188. idem cum priori apex (ζ) Wap. I. p. 93. coronatæ galeæ impoſita ala cum ſcutario typo. (η) Wap. II. p. 34. duo cornua cyano & argento ſecta. (θ) Wap. III. p. 118. duo cornua ſcuti colores retinentia, & pennis pavoninis inſertis, qua iſta hiant. (ι) Wap. II. p. 41. cornua ad modum ſcuti decuſſatim tincta. (κ) Wap. II. p. 70. jugum expanſum alarum, ſuperiori parte argentatarum, inferiori coccinearum. (λ) Wap. II. p. 72. cornua duo rubea, exterius ternis plumis ſtruthionicis argentatis, & faſciculis graminis vel pennarum eorum ſummi-tati inſertis ornata. Apex ſi colorem conſideres, videtur adſcititius eſſe (μ) Wap. II. p. 126. coronatæ galeæ impoſitus pileus decuſſatim tinctus, ac globulo coccineo, cui infixæ ſunt quatuor atræ pennæ galli gallinacei, faſtigiatus. (ν) Wap. IV. p. 47. ex coronata galea exſurgens leo ſceptriger aureus. Laciniæ hinc nigræ & aureæ, iſthinc argenteæ & coccineæ (ξ) Wap. I. p. 33 reſpondet huic & alteri areæ (2, 3.) de qua C. 5 f. 1. m. 1. n. 73. galea coronata, ex qua protenditur jugum alarum, quarum altera hanc decuſſatam ſectionem, rubea altera baltheum ſiniſtrum argenteum oſtentat.

latera ſcuti pro chordis habentes, obverſas & mediam ſcuti regionem liberam relinquentes. *Spelmannus* vocat ſinus vel pleuras, vel juxta alios antiſigma, & ait, quoſdam hac figura turres in urbium muris eminentiores intelligere, alios oras anteriores civiles togæ vel militaris tunicæ; Leum virtutis & eruditionis munus regium legatione defunctis datum credere. Conf. *Ren. Franc. eſſ. des merveill.* cap. 42. p. 356. *Varenn. R. d'arm.* P. 1. p. 128.

De ſinople *flanqué d'argent* ſeu *de ſinople à 2. flanques d'argent.*

§. LXXI. In quinque partes ſcutum peculiari partitione dividi non memini: quæ enim per lineas parallelas fieri intelligeretur, hoc nomen exueret, ut 2. pali, balthei vel faſciæ dicerentur, tribus reliquis partibus ſolo aſſignatis. Poſſunt verò huc certa ratione reduci ſcuta quadripertita, quibus nova parmula incubat (*ſur le tout*) vel triangularis laterculus inimo inſeritur (*enté*) verùm de illo §. 78. de hoc §. 83. agemus. De quinaria diviſione.

§. LXXII. In ſex partes ſcutum ſi diſtinguatur, parallelis lineis perpendicularibus, tranſverſis, aut diagonalibus, vera diviſio ſcuti eſt, ſed ob affinitatem figuræ dicemus de illis c. 5. ſub nomine palorum, faſciarum, baltheorum. Alia ſenaria diviſio eſt, cum perpendicularis una, duas tranſverſas ſecat, vel perpendiculares duas tranſverſa una. Sed hæc quoque figuris adſcribere malo, in parma ſecta, parem ſectionem ſuſtinentibus. E.g. *Auer de Puelach* [Bavar.] (α) geſtat ſcutum tranſverſe ſectum, ſuperiori parte rubea, inferiori argentea, impreſſo palo ad eandem ſectionem oppoſitis coloribus tincto. *Hallegg* [Styr.] (β) invertit ordinem tincturæ. *Adeleveſen* [Brunſuic.] (γ) parmam ad perpendiculum diſpertitam, dextra parte cyano, læva argento tincta, impreſſa faſcia oppoſitæ tincturæ, vel *Adelefsen* [Lubec] (δ) loco cærulei coloris auro, & loco argenti cæruleo colore ſubſtituto. conf. c. 9. n. 8. Senaria.

Uti verò iſta figuris potius quam diviſionibus ſcuti adſcribimus, ita tamen manet iſta ſenaria diviſio in ſcutis plurium diverſarum arearum. E.g. ſcutum ſemel perpendiculariter, bis tranſverſe ſectum eſt pro *Lobcovviz* in Wapenb. III. p. 6. Alibi ſemel tranſverſe bis perpendiculariter. Ita Com. *Hanoviæ* vid. L. 2. c. 41. p. 460. &c. Sed iſta facilè ipſo viſu dignoſcuntur.

§. LXXIII. Quod de ſenaria diviſione diximus, idem certo modo etiam de aliis dicendum eſt, quibus areolæ ſenis plures conſtituuntur. Cum enim lineis parallelis fit, quod Galli vocant faſcé, palé, bandé, barré, vera quidem & mera eſt ſcuti diviſio, ſed ob affinitatem inferius accenſebimus figuris, c. 5. quod etiam fit, ubi ſectio ſimplex intercedit. Ex multiplici ſectione oriuntur quoque ſcuta teſſellata, rhombulata. &c. De quibus omnibus ſuo loco agetur. Hic illud ſolum obſervandum eſt, ſcuto in plures ſenis laterculos diſtincto, facile eſſe illos numerare, vel, ſi deſignes lineas, quibus vel perpendiculariter vel transverſe ſecatur, diviſionis modum indicare. Cæterum definitum eſſe areolarum, quot inſeri poſſint uni ſcuto, numerum vix credo: niſi quod apud Gallos lego ad 32. aſcendi poſſe. Notat verò *Varenn.* à principio hujus ſæculi multitudinem illam areolarum alias uſurpari ſolitarum ad pauciores fere redactam, ut illæ ſolæ retentæ ſint, quarum potior ſit ratio. Hoc de ſcutis affinitatis vel cognationis intelligo. Cum verò illa in Germania non ſint in uſu: obſervatio nos non tangit. Si verò aliqua diverſitas in tempore obſervanda eſt, crediderim, hoc ſæculo apud nos areolarum numerum auctum potius quam imminutum, pluribus ſæpe laterculis adjectis, quos ut gentilitiis parmis inſererent priſci vix operæ pretium credidiſſent. Sectio in areolas plures.

§. LXXIV. Antequam hoc de diviſione ſcuti argumentum ex manibus omittamus, id unum adhuc obſervandum eſt, aliam diviſionem eſſe totius ſcuti in certas partes, de qua hactenus ſermo fuit, aliam certarum partium diviſionem, cum nempe areæ ſcuti, quæ ex primaria ſectione reſultarunt, de novo dividuntur. Porro ſubdiviſio iisdem omnino fieri poteſt modis, quibus primaria diviſio, lineis ſeu perpendicularibus ſ. tranſverſis, ſeu obliquis, vel ſe invicem ſecantibus. conf. §. 67. E. g. ſcutum Duc. *Juliaci & Cliv.* Wapenb. I. pag. 6. ſectum eſt tranſverſim (hæc eſt diviſio principalis) capite denuo duabus perpendicularibus, baſi unâ diſtinctis. Unde Subdiſtinctiones.

O

(α) Wap. I. p. 80. pileus acuminatus, coronatus & bicoloribus plumis ſtruthionicis faſtigiatus. Pileus ipſe & ora reducta ſcutariam ſectionem & tincturam ſervant. (β) Wap. I p. 48. galeæ duæ coronatæ. Prior ſuſtinet duo cornua, quorum prius ſuperius argento, inferius minio tingitur, alterum, oppoſito modo. Alterum ſuſtinet alam rubeam, in qua ſcuti figura repetitur. (γ) Wap. I. p. 179. cornua ad modum ſcuti tincta. (δ) Wap. III. p. 191. cornua ſcuti coloribus picta.

de 5. areolæ resultant, sed non æquales. Ita & *Bentheim Com.* Wapenb. I. p. 18. Com. Ostfris. Wap. I. p. 17. gestant parmam 2. perpendicularibus lineis trifidam, area tertia quadrisariam secta. Com. Fugger Wap. I. p. 19. in scuto quadripertito, primam & quartam aream iterum bipartiuntur. *Kevenhüller* Com. Wap. I. p. 20. parmæ quadrifidæ, singulas quadras binis lineis in tres partes secant: Propriè tamen non 12. sed 4. laterculi numerantur; singuli verò in alios ternos subdividuntur. Ita & *B. Vöhlin in Diessen* Wap. I. p. 24. parmæ quadrifidæ singulas areolas perpendiculariter bipertiuntur, nec tamen 8. sed 4. numerandæ sunt areæ. Bar. de *Mäming & Præsing* clypeus Wap. I. p. 2. itidem quadratim sectus apparet: ut tamen quadrans primus & quartus transversim semel, secundus & tertius duabus perpendicularibus lineis subdistinguantur, imo in hac quoque subdistinctione, ultima areola transverse secta, novam observare licet. Hic verò cave, clypeum in 8. vel plures laterculos distingui, dicas, cum non nisi 4. sint. *Bar. de Eyzing* Wap. I. p. 22. in scuto quadripertito, primum laterculum una, quartum duæ diagonales lineæ subdividunt. *Baronum Spaur.* Wap. I. p. 24. scutum transverse secant, caput linea perpendiculari, & in hoc lævam partem iterum diagonali bipertiuntur. *Bar. Baumgarten* p ead. scuti transverse secti caput perpendiculari linea, hujus anteriorem partem transversa, basin totam diagonali sinistra subdistinguunt. His exemplis nisi fallor subdistinctionis ratio non difficulter agnosci potest, & ad eorum normam de aliis quæ forte occurrunt judicari.

Modi plura scuta jungendi, 1. nuda juxtapositione.

§. LXXV. Supereſt ut juxta judicium §. 19. quarto consideremus plura scuta jungendi modum. Id verò vel fit servata figura scutorum, vel mutata. Prius fit iterum non uno modo 1. *Nuda juxta positione*, quæ frequentius fieri solet in circulum. Ita in Wap. I. p. 1. ditionum Austriacæ domus hæreditariarum parmulæ circundant aquilam imperialem. Ita in aliquibus monetis regni Suecici provincias totidem scutulis, quæ regium clypeum circumstant, expressas notavi. Similia in Danicis numismatibus: nec non Saxonicis. In numo aureo Com. *Schvvarzburgicorum* vidi cruci impositam parmulam ipsam principalem, adjectas 4. parmulas, cum tesseris, quæ alioquin eodem scuto solent exhiberi. vid. de hisce Hist. insign. L. 3. c. 34. n. 11. ubi etiam L. 3. c. 8. Colonienſis Electoris scutula in orbem dispositа visuntur. Memini etiam me in numismate Basileensi observasse, insignibus urbis circumposita scutula præfecturarum, quæ illam remp. dominam agnoscunt.

2. Colligatione.

§. LXXVI. Nonnunquam vinculo colliganrur scuta diversa, quod secundum genus esto. Galli vocant *écus liez* vel *liez de courroïs*, zuſammen geheffte Schild. Nobile exemplum est Electoris Palatini, qui tria scuta ita colligare solet. conf. Hist. insign. L. 3. c. 27. n. 5. Ne verò solum hoc sit exemplum, observavi in numismate trium civitatum imperialium Swollensis, Daventriæ & Campæ insignia ita colligata, sed situs tamen à Palatino diversus erat. Nam singularum parmularum capita introrsum, baſes extrorsum spectabant, ut quasi triangulum in medio vacuum relinqueretur, ubi vinculi nota observabatur.

3. Conglutinatione.

§. LXXVII. Tertius modus est *conglutinationis*, cum alterius scuti margo siniſter alterius dextro hæret, tanquam conglutinatus esset. Galli *escus accollez* (conf. *Paillot* h. v. *accollé*) vocant. In Francicis insignibus, Galliæ & Navarræ regias parmas. (uti olim ap. Henr. III. Galliæ & Poloniæ.) adglutinatas videre licet. conf. Hist. insign. L. 1. c. 24. n. 44. Hunc modum observant plerumque, cum mariti & uxoris insignia simul repræsentanda sunt: nec minus si illustris fœmina propria & mariti arma non in eadem sed diversis clypeis repræsentare vult. Ita tamen ut gentilitiæ tesseræ lævum occupent, quæ a. à marito sunt dextrum. Optat *Menestr. verit. art du Blas. c. 6. p. 66.* hanc consuetudinem universaliter recipi, & adducit exemplum Ducissæ Sabaudicæ. Communius enim in Gallia (ap. nostros idem fieri observo) receptum est, ut gentilitia cum conjugis armis in eodem scuto bipertito, & hæc quidem latere potiori conjungantur. Ut diximus ad §. 36. Fuere qui conjunctionem illam alio modo institui petebant, nempè ut in clypeo transversim secto caput conjugis, basis propria uxoris emblemata contineret: sed hos rejicit *M. Gilb. de Varenn. R. d'arm. P. 1. p. 85. La pratique de ceux, qui voudroient mettre les armes d'une Dame au dessous de celles de son mari, ne seroit pas recevable, puis qu'elle n'a pas été formée du pied de l'homme, mais a été tirée selon l'écriture de son côté. Le côté luy est justement dû, puis qu'elle doit étre cherie non comme une servante, mais comme une compagne. Usus eorum, qui insignia fœminæ sub mariti insignibus repræsentare vellent, recipiendus non est, nec enim ea è pede viri, sed*

scriptur à

ſcriptur â teſte coſta formata eſt. Latus ergo ei jure debetur, quæ non tanquam ancilla ſed ſocia diligi debet. Porrò circa hoc duplex abuſus meretur notari. Primus quod aliqui virginibus ſimiliter ſcutum ejusmodi bipertitum aſſignare ſolent, priori parte relicta pura, tanquam expectaretur conjugis aliquando futuri ſymbolum. conf. *Limn. Jur. publ. 6, 6, 72.* Sed optima ratione contradicit mori *Cl. Meneſtrierius*, nec ferre vult, ut partiantur ſcutum virgines, quæ nunquam alicujus viri fuere dimidium. Alter abuſus eſt, quod apud plurimas invaluit, ut ad modum ſcuti bipertiti, nec ſua nec maritiarma integra, ſed ex mariti teſſeris mediam partem priorem, ex paternis lævam tantum uſurparent E. g. ad hunc modum Galliæ Regina in priori parmæ regione loco 3. liliorum nonniſi unum cum dimidio, parte ulteriori faſciæ paternæ partem geſtabit. Sed non ſine ratione hoc ab aliis reprehenditur, inprimis, quia figuræ iſta partitione miſerè deformantur, imò non bene omnes à ſe invicem diſcerni poſſunt. E. g. ſi mariti vel patris ſcutum cantherio fuerit inſignitum, illius dimidium baltheum diagonalem pro ratione ſitus vel dextrum vel ſiniſtrum referet, nec ab eo diſcerni poteſt. Itaque integra pingere longe præſtet.

§. LXXVIII. Addimus jam quartum modum, cum parmula una alteri *inſeritur.* Solet verò inſertio fieri non una ratione, nonnunquam ſcuto ſimplici aliud ſcutulum inſeritur in medio. Id rarius exemplum eſt Wap. I. pag. 15. in Com. *de Eiſenberg. p. 16. c. de Fürſtenberg.* Cum verò id fit, Gallis uſitatus eſt titulus *en abyſme.* Ita geſtat *Thionville en Bauſſe* in viridi parma 3. limaces argenteos, & in medio (en abyſme) ſcutulum argenteum 3. merulas nigras complectens. Frequentius in ſcutis quadripertitis medium locum occupat parmula inſerta: ſi verò pluribus areis conſtet ſcutum, ordinarius ſitus parmulæ eſt medio paulo altior, quem honoris §. 27. nuncupari diximus. Exempla videre licet in inſignibus Saxonicis, Brandeburgicis, Auſtriacis, Brunſuicenſibus aliis in Hiſt. inſig. Insitione. Scutulum medium.

Videas tamen ſcutula ejusmodi etiam pedi ſcuti incubare. Vid. *C. Lævvenſtein.* Hiſt. inſig. L. 1. c. 56. Vel paulo altius in umbilico ſcuti, ut §. 27. diximus. Ita in inſignibus Hiſpanicis duo talia ſcutula impoſita reliquis areis reperiuntur: nempe in honoraria atque umbilicari regione. Hiſt. inſig. L. 1. c. 3. 8. n. 29. 30. 35.

§. LXXIX. Hæc de ſitu parmularum iſtarum: obſervatione porrò dignum eſt, illas nonnunquam pingi coronatas. Exempla ſunt *Com. Puchheim*, & *Truchſeß de Wetzhauſen* Wap. IV. 6. de *Beck.* p. 9. Et quidem corona Imperiali. Bar. de *Loſimthal.* p. 8. Id vero non ſolis Germanis in uſu eſſe, ex *Meſſenio* diſco, qui *theatr. nob. Suec paraphr. c. 10. p. 125.* memorat, cum 1562. *Sturii* in Comitum dignitatem eveherentur, gentilem parmam aureo diademate redimitam, clypeo quadripertito medio eſſe impoſitam. Nonnunquam illarum loco figura, quæ parmulæ inſeri poſſet, toti incubat, vid. exemplum *Limpurg.* infra Hiſt. inſign. L. 1. c. 53. Tum id quoque notandum: ipſi ſcutulo medio cum pluribus conſtat areolis, denuo nonnunquam aliud imponi. Scutuli medii inſerti accidentia.

§. LXXX. Solennis titulus apud Gallos horum ſcutorum eſt, quod vocantur *ſur le tout*, vel cum ei, uti modo diximus, aliud inſeritur *ſur le tout du tout.* vid. exemplum in L. 3. c. 26. n. 19. In diplomatibus noſtris lego Hertzſchildlin vocari: Uſum quod attinet, ille varius eſt 1. Nonnunquam dignitatis notæ illis inſeruntur: ut cum Electores Saxo & Brandeburgicus, & hujus Vicarius C. de Zollern, gladios ſuos & ſceptra, officii notas, eò locant. Uſus ſcutulorum mediorum.

2. Nonnunquam illorum, qui dignitatis vel autores vel confirmatores fuere, vel nomina vel ſymbola in illis conſpiciuntur, conf. inſign. D. Curlandiæ infra ſuo loco: & ſuperius c. 2. n. 50. 51. 52. Ita B. *de Loſimthal* ſcutulo medio inſerit literas F. III. ut Ferdinandus III. autor honoris indicetur Wap. IV. p. 8.

3. Nonnulli ditiones recentius quæſitas his parmulis inſerunt. Huc refero, quod Rex Daniæ Hiſt. inſign. L. 3. c. 12. n. 16. Diethmarſicam parmulam, cum pro illo ſymbolo vix vacaret in clypeo area, reliquis incumbere juſſit. Ita in Com. *Fürſtenberg.* Hiſt. inſign. L. 3. c. 19. n. 5. 6. ſcutulum aquilæ pectori impoſitum *Werdenbergia* & *Heiligenbergia* ſymbola complectitur, quæ recentioris ſunt acquiſitionis.

4. Aliquando ex pacto vel teſtamento parmula talis complectitur inſignia, quæ ſucceſſione vel adoptione obtigere. Exemplum vide in Hiſt. inſign. L. 3. c. 26. n. 16. in *Naſſoviis* inter quos Arauſionenſes principes ſcutum *Cabillonio-Arauſionenſe* huc locant: & Hiſt. inſign. L. 1. c. 8. in *Aumontiis*, qui ſcutulum de *Rochebaron* hunc locum occupare jubent.

5. Aliquando ditionum, quas inter plures unius domus lineas una possidet, præcipua scutulum istud occupat. Ubi vicem subdistinctionis (de qua c. 8. agetur.) obtinet. E. g. in Austriacis Oenipontana linea, Tirolensem aquilam hoc nomine reliquis areis imponit.

6. Nonnunquam, quæ nobilitate præcipuæ sunt tesseræ mediis illis ἀσπιδίοις includuntur. Hoc jure credo fieri quod in insig. de *Rosmadec.* vid. Hist. insign. L. 1. c. 80. loco isto comparet *Bourbon Vendosme.* De hoc verò more ita *M. Gilb. de Varenn. R. d'arm. P. 1. p. 145.* judicat: *Cette maniere pourtant de figurer les armes est assez rare, & communement, quelque illustre alliance qu'on puisse avoir, on met celles de sa maison propre sur le tout:* rarum esse, & communiter, quam illustris etiam familiæ alterius cognatio sit, propriæ domus insignia reliquis imponi.

Inprimis ob tesseras gentilitias.

§. LXXXI. Allegata Varennii verba 7. sed præcipuum usum scutulorum toti incumbentium indicant: quod nempe locus hic debeatur inprimis parmæ gentilitiæ atque propria domus insignia deferenti: conf. infr. insignia Reg. Suec. & Poloniæ. Hist. insign. L. 2. c. 95. & L. 3. c. 30.

Insertio novarum ditionum in areolas.

§. LXXXII. Hi modi sunt conjungendi parmas, servata figura scutaria: sed frequentius est, si quis nova symbola, quocunque titulo, acquisiverit, ut non peculiaribus totidem scutulis inscribat, & prioribus armis imponat, sed peculiaribus areolis, quæ omnes ad quadratam figuram proprius accedunt. Inter eas, quæ dignitas sit, ipse ordo ostendit. Exempla allegare necesse non est, cum ubique occurrant.

Insitio per triangulum.

§. LXXXIII. Huc etiam illud insertionis vel insitionis genus referendum est, cum inter alias areas inseritur alia triangularis: quod Galli *enté* vocant. In Austriacis insignibus Hist. insign. L. 1. c. 9. frequentia occurrent exempla.

Hispani vocant *partido en mantel.* conf. *La Cueva* in Hist. insign. L. 2. c. 17.

Cap. IV.

De Tincturis.

§. 1. *Tincturæ. Esmaux. Unde hæc vox?*
2. *Metallorum & colorum numerus.*
3. *Aurum. An præstantius reliquis?*
4. *Argentum.*
5. *Color rubeus.*
6. *Cæruleus.*
7. *Niger.*
8. *Viridis.*
9. *Purpureus. An peculiaris color?*
10. *Modus tincturas designandi.*
11. *Colores minus principales.*
12. *Naturalis figurarum color.*
13. *Exempla.*
14. *Carnea tinctura. Carnation.*
15. *Pelles.*
16. *Hermionicæ seu maris Pontici.*
17. *Britannia Ducibus usitatæ.*
18. 19. *Exempla alia.*
20. *Contrehermines. Maculæ aliorum colorum.*
21. *Pellis varia. Vaires.*
22. *Origo.*
23. *Accidentalia.*
24. *Exempla.*
25. *Aliæ pelles.*
26. *Tincturæ figurarum naturam non sequuntur.*
27. *Regula aliqua rejecta.*
28. *Altera de metallo metallo, colore colori, non inscribendo. Arma falsa.*
29. *Exceptiones regulæ.*
30. *Inprimis si figura nativo colore pingatur.*
31. *Exceptio de sectionibus scuti.*
32. *Alia exceptio circa figuras honorabiles.*
33. *Alia cautela.*
34. *Arma pervestigatoria seu à enquerir.*
35. *An mysteria in coloribus quærenda?*
36. *Quæ vulgo assignare soleant.*
37. *Similia de colorum conjunctione.*
38. *Color umbraticus.*

Tincturæ. Esmaux. Unde hæc vox?

§. 1. QUod Latini *tincturam* vel *pigmenta* dicere possunt, nostri autem indiscriminatim ferè solent appellare Farben/ Galli peculiari nomine *Esmaux* à sing. *esmail* vocant. Porrò vox ea propriè tincturam illam notat, qua aurifabri opere encaustico, vel alio, quæ conficiunt, solent pingere.

Nostris Schmeltzwerck. Etymon quod concernit, eam deducere amant ab Italico *smalto*, quod facit Menagius, quamvis alii Italos à Francis accepisse arbitrentur.

trentur. Obſervat verò *Meneſtr. verit. art. du blaſ* c. 7. p. 69. antiquiorem ipſa armorum origine hujus vocis uſum in *Anaſtaſ. Biblioth.* vitarum Pontif. ſcriptore, in quo legitur: *fecit tabulam de ſmalto.* Verum uti Italica æque ac Francica & Hiſpanica (huic in uſu eſt *Eſmalto.*) linguæ, cum primitivæ non ſint, aliunde ſua ſumpſerint, alibi origo vocis quærenda eſt, quam ipſe Menagius fatetur, ſe neſcire, unde Itali ſumpſerint. Nullibi verò invenias eam, quam in lingua noſtra Germanica, quod enim *eſmailler*, *ſmaltare* Gallus & Italus dicit, opere encauſtico pingere, ante hos Germanis vocatur ſchmeltzen vel Schmeltzwerck: qui terminus nunc quoque aurifabris vel encauſtis uſitatus eſt. Hoc verò ſchmeltzen ipſiſſimum eſt *ſmaltare*, ſuperioris ſæculi Latinorum, unde linguæ derivata ſua inflexere. Sed hæc evidentiora ſunt, quàm ut pluribus occupari in probatione neceſſe ſit. conf. *Meneſtr. l'art. du blaſ. juſtif.* c. 2. p. 42.

§. II. Sunt hæ tincturæ duorum generum, *metalla* & *colores.* Metalla numerantur tantum duo *aurum* & *argentum*, cum non tantum hæc in reliquis excellant, verùm etiam reliqua ad hæc reduci queant, nam ſtannum & plumbum fuſa atque ferrum politum argento, cuprum auro accedit. vid. *Meneſtr. verit. art. du bl. c. 7. p. 70.* Colores quinque, vel excluſa purpura, quatuor numerantur. Unde pigmenta univerſim ſeptem emergunt. Ut vero hujus ſeptenarii rationem daret *M. Gilb. de Varenn. R. d'arm.* P. 1. pag. 13. & ſeq. non modo varias perfectiones ſeptenarii enumerat, verum etiam quod ex his ſeptem reliqui omnes componuntur. Eum veteribus ex veneratione planetarum uſitatum, & dein Circenſes ludos atque factionum colores allegat. Demum obſervat ex notitia Imperii, ne olim quidem Theodoſianis temporibus plures fuiſſe; quamvis enim Pancirollus decem exhibeat, exiſtimat tamen ferrugineum, puniceum & luteum, ſub purpura, minio & auro contineri. Ex iride eosdem deducit *M. Vulſ. de la Colomb. ſcienc. Hiero. c. 33. p. 362. Ce n'eſt pas ſans raiſon, que les Herauds, qui ont dreſsé les reigles de cette ſcience ont choiſy ces couleurs, & ces metaux, voyans que c'eſtoient celles, qui éclattoient dans le plus parfait ouvrage de la nature, qui eſt l'iris. Ratione non caret, quod hos colores & metalla feciales, qui regulas hujus ſcientiæ concinnarunt, elegerint, utpote quos fulgere viderunt in perfectiſſimo naturæ opere Iride.* Præter ea nomina, quæ communiter uſurpantur neſcio quis Heraldus Britannus tincturis monſtroſa nomina indidit, fortè ut ex ignotis nominibus res ipſa venerabilior, evaderet, aurum dixit *Cytrine*, argentum *aſpre*, rubeum *Coccine*, cæruleum *Veneto*, nigrum *Mauro*, viridem *praſino*, purpureum *oiſcy.*

Metallorum & colorum numerus.

§. III. Ut à metallis ordiamur, vanam credo obſervationem, quæ ab *Hæping. de jur. Inſ. c. 11. n. 55.* allegatur, quod metallum violentiam, color fraudem notent, & factionibus Ulyſſis ac Achillis diſtinguendis ſervierint. Porrò primum ex metallis eſt *Aurum*, d'or, oro gülden / goldfarb ſeu gelb / nullus enim in inſignibus flavus color toleratur, quam aureus, niſi res ſit quæ ſuâ naturâ flava ſit: lego tamen in diplomate quod Megiſero datum apud *Hæping. de Jur. Inſ. c. 15. n. 16.* quod figura vocatur crocea ſeu aurea, ita paſſim Meſſenius vulgari potius quàm fecialium ſtylo flavas, croceas, alibi etiam albas, candidas, arcolas, vocare ſolet. Gelen. etiam de Colon. Agr. mag. L. 2. p. 122. ait nominari poſſe colorem, *croceum, flavum, luteum, galbineum barbara Germana appellatione: Upton. de Milit. Offic.* p. 105. indigitat claucum colorem vel aureum, dicitque eum habere $\frac{3}{4}$ albedinis & $\frac{1}{4}$ nigredinis. Plerisque hoc metallum argento & coloribus nobilius exiſtimant: ita *Alph. Lopez de Haro Nobil. Genial. de Eſpan. l. 1. p. 4.* hanc præſtantiam inde probat, qui aurum naturâ clarum & lucidum ſit, tum ipſa Script. S. juſtitiam vel hominem ſanctum auro, ſoli vel luci comparet; Imò eam legem fecialium recenſet, *Que ninguno leuaſſe ni truxaſſe oro ni dorado en ninguna manera de inſignias, ſi non fueſſe nobleo armado cavallero. Ne quis, niſi nobilis & miles, ulla ratione aurat â figurâ utatur in inſignibus.* Ante eum pro eodem metallo opinatus eſt *Bartolus de inſig n. 24.* Aſt contra hunc diſputavit diſertè *Upton. de Milit. Offic.* p. 106. argento, vel candido, quo potius lux deſignetur, primas attribuens. Imò *Johannes de Bado-aureo* eum azureo poſtponit, & niſi Bartoli autoritate moveretur, infimum colorem conſtituturus erat, quia ex viliſſimo, viridi nempè (talis quippe color foliorum autumno in croceum deficit) fiat. Ad argumentum verò, quòd aurum reliquis metallis præſtet, ita reſpondet

Aurum. An præſtantius reliquis?

ſpondet: ipſam ſoliditatem & nobilitatem ſuam auro obtingere à materiis albis, argento vivo & ſulphure albo. Nihilominus ex Martino Laudenſi *Limneu Jur. Publ. 6, 6, 67.* ad recognoſcendum nobiliorem reſpectu Inſignium auream tincturam pro nota agnoſcit: Confer etiam qui talia fere aſpernatur *Blondel Aſſert. Geneal. Franc. Tom II. p.352.* Memini me aliquando accepiſſe, in certa Imperiali civitate id in more patriciis familiis fuiſſe poſitum, ut ſcuti argentum in aurum mutarent illi ſoli, qui ad rempublicam gubernandam acceſſerant, à reliquis altero ſervato metallo. Scutum mero auro pictum in Hiſpania *Meneſiis*, in Italia *Bandinellis* adſcribi video.

Argentum. §. IV. Alterum metallum eſt *argentum*, weiß oder ſilberfarb. Iterum enim in Inſignibus, excepto ubi figura ſuâ naturâ candet, præter argentum color nullus albus eſt: unde miror, cur *Hæping. de jur. inſign. c. 9. §. 3. num. 450. pag. 750.* album colorem ejusque myſteria ſeparatim conſideret, tanquam alius eſſet ab argento, de quo pag. 657. Meſſenius, *aream cygneam* alicubi nominare audet. *Upton de milit. Offic. pag. 103.* tincturam argenteam ob lucis repræſentationem ipſi auro præfert. Σύμψηφος, niſi idem eſt, Johannes de Bado aureo: refellit eos *Varenn. Roy d'armes part I. p.25.* De argumentorum robore ipſe viderit. E.g. cùm huc trahit ex Cantic. Canticorum, quod ſponſus auro confertur.

Color rubeus. §. V. Colores, quos ita in oppoſitione ad metalla vocant, quinque ſunt, ſi purpuram connumeres. Primus nobis eſto *Rubeus* ſeu *rufus* (quamvis aliàs illæ voces differant aliàs coccineus, miniatus, puniceus, muricatus, fæniceus, tyrius, igneus, conchyliatus, roſeus, oſtrinus, blatteus: nonnunquam *purpureus* nominatur (confer *Meneſtr. l'art du Blaſon juſtif.* c. 3. p. 67. 68. qui inde fictitiam purpuram enatam putat.) Nos appellamus roth oder Rubinfarb/ Itali *roſſo* vel *vermiglio, colorato* vel *de ſangre*. De Gallica voce *de gueules*, (Upton ſcribit *gevvles*, Joh. de Bad. Aureo de *Goul*) multa diſputatio eſt, unde derivetur: aliqui derivant à Gulut Hebræo, alii à Guſgulium, alii à conchylium, (*uti le Labour. de l'orig. des arm. n.* 84. 85.) alii à rictibus animalium, quibus gula rubea apparet, alii à vulneribus apertis quæ rubent, quidam à pelliculis quibusdam (allegantes verba Bernh. Epiſt. ad Hen. Senon. Archiepiſc. *horreant & murium rubricatas pelliculas, quas* gulas *vocant, manibus circumdare ſacratas:* de quo loco dicit Antonius Dadinus Alteſ. *anxiè quæſiêre multi, ſed infeliciter, cùm vocem dominatam peregrè nimirum inquirunt, & in remotis perſpicaces, in propioribus lippiunt.*) Alii à Turcica *Ghiul*, quod notat roſam. Vide de Etymo prolixè diſſerentem *Claud. Franciſ. Meneſtr. verit. art du Blaſ.* c. 7. p. 75. *& l'art du Blaſ. juſtif.* cap. 2. p. 22. & ſeqq. Alibi etiam hunc colorem *Belic* appellatum invenio. Cæterùm inter colores primum huic locum aſſignat *Bartolus num. 25.* quia ſphæra ignis reliquis Elementis ſit ſublimior: eadem ſententia eſt *Philip. Campanile*, & ex Hiſpanis *Alph. Lopez de Haro*, qui in *Nobil. Genealog. Hiſpan.* l. 1. pag. 5. hanc legem refert; *que ninguno truxeſſe ollevaſſe colorado, que ſignifica alteza que no fueſſe noble, ne quis niſi nobilis rubeo colore utatur, quia ſymbolum ſit celſitudinis.* Fuit inprimis in honore Trojanis temporibus. Romæ etiam Deorum ſimulacra minio illinebant, & triumphantium corpora. Tum Perſis, Maſſagetis, Numidis in uſu fuit: Corinthii inprimis rubris clypeis utebantur. Romani milites ſub conſulibus item hoc colore delectati, ut militari. Hujus coloris vexillo etiam apud eos pedites evocari ſolebant. Nec minus Magiſtratibus ille color in pretio fuit, nec in veſtibus uti ſine principis permiſſione licuit. Duces Burgundiæ inprimis illo delectabantur, unde notat *S. Julien* potiores nobiles familias ducatus eum pro ſolo ſcuti aſſumſiſſe ap. *le Labour. orig. des arm. n. 34.*

Cæruleus. §. VI. Alii *Cæruleum* præcipuum inter colores conſtituunt: ita ex Palite de Puteo *Limneus jur. Publ. 6, 6, 64.* Ita jam olim *Joh. de Bad. aur.* eum omnibus aliis mediis præfert, quia non aliâ datâ operâ vel arte ex commixtione albi & nigri reſultet: qui poſt rubrum collocant, aërem allegant ignis ſphæra inferiorem: confer *Blond. Geneal. Franc. aſſert.* Tom. II. p. 354. Porrò alii hunc colorem vocant cyaneum, ſapphirinum, venetum, cæſium, ultramarinum, violaceum, janthinum, alii glaucum ac cumatilem, alii cœleſtinum apud *Hæping. de jur. inſign. p. 651.* Upton appellat pallidum. Vocatur etiam azureus, ita & Gallis *azur:* quod celeb. *Sam. Bochard. in Phaleg. l. 2. cap. 12.* deducit ab Arabibus: *Cæruleum pigmentum quoddam Perſæ & Arabes lazurd vocant. Græci recentiores* λαζύριον, *nos azur primâ rejectâ. Arabes dicunt* לאזורד

Germa-

Germani **blau** vocant, unde gallicum *bleu*, & quod in diplomatibus frequens est **Lazurfarb.**

§. VII. Quod *nigrum* attinet colorem, *Bartolus de insign.* n. 27. infimum con- Niger.
stituit, quia appropinquet tenebris, sed *Upton de offic. Milit. pag. 114* cum albo colorem principalem constituit, reliquos verò omnes colores medios, qui ab his descendunt, vel ascendunt. Nihilominus *campum ex hoc colore factum non putat esse multum laudabilem.* In gestationibus Theodosianis nullibi invenitur, nisi in rebus quibus nativus est, atque his ipsis parcius. Neque nunc frequens apparet in vetustiorum Principum clypeis. Ita *Spelman Aspil.* p. 73. Cæterum quod Latini nigrum, atrum, pullum, vel furvum, nostri **schwartz** vocant; Galli dicunt *de sable* (Joh. de Bado. Aureo *Sabil*) De hujus Etymologia itidem disceptatur. Alii cum Ant. Dadino Altes. derivant à Sabellinis pellibus (**Zobel**) (Ita & *le Labour. de l'orig. des arm. n. 87. ex Oliv. de la Marche*, qui mentionem faciat tegumentorum *de martres, que l'on dit sable, si belles & si noires, qu'il étoit possible d'en trouver*) Alii verò & quidem potiores originem quærunt in voce *sabulum* (unde Gelenius & Chiffletius alicubi vocant colorem sabuleum seu quod sabuli species nigra extergendis armis, seu quod sanguis pulveri mistus illum referat colorem. Vide *Menestr. de l'art du Blas. justif. c. 2. p. 32.* & seqq. Parmam totam nigram adscribunt Comitibus de *Gournay.*

§. VIII. Color *viridis* seu prasinus, gramineus, chelidonius (Gelenio) nobis Viridis.
grün/ Gallis vocatur *de sinople.* Hanc vocem deducunt ab urbe Pontica *Sinope*, verùm terra quæ inde adfertur rubra est, unde vocabulum per errorem deinceps ad viridem colorem tractum autumant; Excusant tamen cum aliis *Ant. Dadinus Altes. & M. Gilb. de Varennes R. d'armes part. 1. p. 35.* quod terra etiamsi rubra viridi colore tingatur, & nomen retineat. *Menestr. in verit. art du Blas. c. 7. p. 80.* deduxerat à Græco πράσινος per inversionem *Sinopra*, vel ex πράσινα ὄπλα. Confer eundem in *l'art du Blas. justif.* c. 2. p. 40. Verùm ipsemet dein p. 45. 47. alii manuscripto veteri cedit, ubi ab Urbe Sinope dicitur adferri & viride & rubrum. Porrò hic color aliquibus contemptior habetur. *Joh. de B. Aur.* p. 4. eum rejicit, & putat initium habuisse ab aliquo milite histrione vel gaudente. Dat verò hanc rationem, quia color sit non medius sed submedius; qui non ex duobus coloribus principalibus albo & nigro, sed mediis cæruleo & aureo mixtis, resultet, (hoc fortè juvenile illud scriptum est, quo colorem viridem se damnasse fatetur, sed revocat, *Upton. de milit. Offic.* p. 123.) Aliam causam contemptus *Chassaneus* dat, quia non numeretur inter quatuor elementa, ac solum ligna, prata, plantas, campos, herbas, arboresque viridantes significet. Non minus ex Hispanis *Alph. Lopez de Haro* eum ex coloribus ignobilissimum pronunciat l. 1. p. 6. His alii contradicunt, & viridis coloris partes tuentur. Non jam dicam de Turcis, quibus viridis color in pretio & veneratione est: vide *Limneum Jur. Publ.* 6, 6, 116.

In materia verò insignium notat *Spelman. aspilog.* pag. 74. eum Theodosianis clypeis frequentiorem fuisse quàm nostris. *Campanile dell' arm.* c. 6. p. 12. eum præponit nigro, quia cum assimiletur plantis & herbis supra terram existentibus, atque adeo propior sit superioribus elementis, merito præferatur nigro, terram ipsam significanti: Nec non, quia plus lucis habeat quàm niger color tenebris vicinior. *Siculus Fœcialis* Alphonsi Regis Arragon. *Blason des couleurs* Tract. I. p. 12. illa dicit: *Elle est reputée par aucuns le moins noble*, sed paulò post, *toutesfois cela s'entend du verd en teinture ou peinture, & non du verd franc & naturel, qui se trouve és herbes, arbres, prez & montaignes, car en cela chose n'est plus belle à voir, ne qui plus rejoüisse le cœur & la veuë. Ab aliquibus ignobilissimus reputatur, hoc verò intelligendum est de figuris, quæ hoc colore pinguntur, non verò de naturali virore, qui in herbis, arboribus, pratis & montibus conspicitur, neque enim alius color est visu jucundior, vel qui plus cor & oculos reficiat.* Ita tamen Siculus ille colorem hunc vult exulare ab aliis figuris, quæ natura non virent. Quod ipsum durius crediderim. Uti verò in omni hoc argumento usus præcipuus controversiarum judex est, si hunc consulamus, nulla deterior nota viridi colori inuri potest, cum passim illustres familiæ eum non dedignentur, etiam cum natura non requirit: Utique verò tali colore inquinaturi non essent honoris symbola, si quid dedecoris in viridi tinctura existimarent esse. *Johanni de Bado aureo* merito objicimus exempla patriæ, Anglicæ, nobilitatis, ex qua illa producit

ducit *Edo. Bisseus NN. cum Upton p. 40. & 92. Erpinghamiorum*, qui parmulam argenteam una cum 8. apodibus avibus ejusdem metalli marginis loco distributis in scuto prasino, *Berneriorum*, qui scutum auro prasinoque quadratim diremptum, *Loveorum*, qui leonem argenteum in scuto viridi, *Nortoniorum*, qui leonem aureum inclypeo viridi, *Luttonorum*, qui in eodem aquilam bicipitem auream, *Ingeorum*, qui capreolum viridem in parma aurea, *Sindallorum*, qui binas aquilas prasinas circa baltheum nigrum fimbriatum cum laciniolis striatis punicies, in clypeo argenteo, *Rusvvorthorum*, qui aquilam viridem & crucem cruciatam nigram circa baltheum ejusdem coloris in parma argentea gestant. Inter Hispanos non pauca etiam sunt exempla, ut de *Mendoziis* non dicam, gestant *Riberæ* in parma aurea tres fascias virides, *Andradæ* in scuto viridi baltheum aureum, quem utrinque caput Draconis ejusdem metalli faucibus excipit, adjecto limbo argenteo cum inscriptione, Ave Maria gratiâ plena, *Colombi*, in areola viridi 5. aureas insulas, *Leivæ*, *Vicenteli* & *Lecæ* itidem areas aliquas virides. Ut jam Gallos & Italos præteream, quorum exempla hinc inde in libro reperire licet: apud Germanos nostros etiam viridis coloris innumera sunt exempla: Ea enumerare vix operæ pretium foret, ut tamen volens aliqua ilico reperire possit, quærantur insignia *Styriæ* March. *Buchholz* Baron. *Fleckenstein* Baron. *Landsperg* [Alsat.] *Rathsamhausen* [Alsat.] *Brumbach* [Alsat.] *Renchen* [Alsat.] *Zoller* [Helvet.] *Fleckensteiner* [Helvet.] *Wilckenitz* [Brunsv.] *Streithorst* [Westfal.] *Mettich* [Saxon.] *Bernhausen* [Suev.] *Welden* [Suev.] *Wiesenbrohe* [Marc.] *Goldaxt* [Marc.] *Gilse zu Gilse* [Hass.] *Puchenau* [Hass.] *Hedersleben* [Misn.] *Drachsdorf* [Misn.] *Loss* [Misn.] *Leutsch* [Misn.] *Krenchel* [Hass.] *Raumschüssel* [Austr.] *Wiesener* [Misn.] *Ganse* [Misn.] *Vestenberg* [Francon.] *Ruder* [Misn.] *Grossen* [Misn.] *Læser* [Misn.] *Grunberg* [Silef.] *Bolschvvitz* [Silef.] *Sinzendorf* [Bavar.]

Purpureus. An peculiaris color.

§. IX. Quos hactenus enumeravimus colores, ab omnibus agnoscuntur, quod de quinto non possimus dicere, quem *purpureum* constituunt, *Chiffletius* vocat *molochinum*, Uptonus *puniceum*. Hunc, qui agnoscunt fieri, volunt, si reliqui colores pari mensura confundantur (unde *Alf. Lopez de Haro* vocat *mistionem*) alii medium constituunt inter rubeum & violaceum. Ajunt autem medio loco ferè esse inter metalla atque colores, instar amphibii; unde metallo æquè atque colori inseri queat. Vetustioribus fecialibus ignotus videtur, forte quod colorem submedium à cæruleo crassiori vel male temperato parum discrepare videntes, excluserint. Quam etiam ob causam pro cæruleo aliquando accipitur, ut apud Virgil.

In mare purpureum. & *Horat.* Epod. 2. v. 20. *Certantem & uvam purpuræ.*

Sicuti verò priscis temporibus, purpura regni & principatus insigne fuit, unde quod Clodius Albinus joco nutricis *Porphyrii* nomen ex eo (ap. Jul. Capitol.) accepisset, quia in fascia matris purpurea ligabatur, inter signa imperii futuri relatum est: Ita Græcis atque Phrygibus tinctura hæc frequens fuit. Niciæ Athen. scutum auro & purpura fulgebat: & ob id in imperii notitia coloris mentio crebra est. Verum ex quo insignium ille modus, qui nunc durat, cepit introduci, post sententiæ hujus authores plures, vix credo purpuræ locum datum esse. Ita sensit ex Gallis, *Andr. Favinus*. Fuse autem hoc agit *Cl. Fr. Menestr. verit. art du Blason*, & in ejus apologia seu *l'art du Blas. justif. c. 3.* toto. Cujus discursus meretur legi. Ostendit verò argentum livescens, inprimis in locis humidioribus, istum colorem contrahere, unde multis errandi occasio nata sit, ut purpureum existimarent colorem, qui argento constabat. Nec parum huc contulit ὁμωνυμία vocis latinæ *purpureus*, qua nonnunquam pro rubeo utuntur (conf. *Menestr. l'art du Blas. justif. c. 3. p. 67. & 365. 366.*) *M. Gilb. de Varenn. R. d'arm.* P. 1. p. 45. non nisi subtimide de hoc colore agere instituit, quia vel omnis clypeorum purpura cæruleo aut puniceo colore contineatur, vel saltem pauci sint nobiles qui ea utantur: itaque hoc tantùm nomine mentionem injicit, ut omnibus satisfaciat, & nihil consulto omisisse dicatur. Inter Italos *Campanile* eum omittit, ex Hispanis *Ambr. de Salazar* diserte excludit. In Anglia *Joh. de Bado aureo* eum omittit, licet *Henr. Spelmann. Aspilog.* p. 69. communem ferè seculi sui opinionem secutus deinceps admiserit, sed tempore à recentiori ætate additum. Pro exclusione validissimum argumentum est, quod hactenus nullum exemplum ostendi potuerit, hujus in scuto aliquo tincturæ. *Blondell. geneal. Franc. assert.* T. 2. p. 313. rariorem concedit usum: sed ab ipso & aliis quibuscunque allata exem-

pla

pla ita examinavit l. c. *Meneſtrier*, ut quid pro retinenda purpura ſcutaria adferri poſſit, vix videam. Quod Germanos noſtros concernit, inter priſcos vix credo exemplum reperiri.

§. X. Hi colores artis Heraldicæ proprii ſunt: quod ad eorum indicia attinet, quibus nempe in figuris æri inciſis deſignentur, hactenus Germani plerumque literas colorum initiales uſurpare ſoliti ſunt, quod in libris noſtris armorialibus apparet. Notat ergò **g. gelb oder gold / w. weiß oder ſilber / ſ. ſchwartz / r roth / b. blau / gr. grün.** qui ultimus color alibi ſigno trifolii ♣ pinguitur. Ita & *Ciaconius* inter Italos notat, A. aurum, a. argentum, C. cæruleum, R. rubeum, V. viride. Nigra quæ eſſe debeant, ipſo illo colore inficiuntur. In *Spelmanno* obſervo paſſim, notis planetarum diſtingui colores. ☉. aurum. ☽. argentum. ♄. nigrum. ♃. cæruleum. ♂. rubeum. ♀. viridem. ☿. purpureum. Nunc verò alius modus punctis vel lineolis tenuibus ſcutum & figuras implendi, inter Gallos præſertim, receptus eſt, & credo aliis etiam populis paulatim ſe probabit, cum non paulo elegantior ſit. Eſt verò ille modus, ut quæ argento tingenda ſunt, alba relinquantur, quæ auro punctulis ſubtilibus repleantur. Rubeum colorem notant lineolæ tenues perpendiculares, cæruleum tranſverſæ, praſinum diagonales dextræ, purpureum, ſi quis eſt, ſiniſtræ, nigrum cancellatæ ſeu interſecantes ſeu perpendiculares & tranſverſæ. De Authore non omnes idem ſentiunt: Alii *Chriſtophoro de Butkens* adſcribunt inventionem, qui ab anno 1626. ea uſus eſt, alii *M. Vulſonio de la Colombiere* hoc honoris tributum malunt. Hic verò ipſe obſcurius ſe autorem ferre videtur, cum *ſcienc. Heroiq. c.4. p.38.* ita dicit: *Je luy fais voir l'invention, de laquelle je me ſuis ſervy au premier livre de blaſon, quæ je fis imprimer, pour connoître les metaux & les couleurs par la taille douce, laquelle a été imitée & pratiquée par le Docte Petra Santa: auparavant on ſe ſervoit des lettres capitales. Oſtendi ei inventionem, quâ (an à ſe inventa, an aliunde mutuo ſumpta,) uſus eram in primo de inſignibus quem ediderам libro, ut metalla & colores ſculptorum lineolis exprimerentur: ſecutus eſt Doct. Petra Sancta: cum prius literis initialibus uti in more eſſet.* Æg. Gelenius de Colon. Agrip. magnit. c.3. p.121. colores etiam ductibus linearum notat, ſed aliis, rectis, videlicet nigrum, tranſverſis rubeum, diagonalibus ſiniſtris viridem, dextris cæruleum colorem, punctis aureum.

Modus tinctura deſignandi.

§. XI. Secundarii colores primariis illis adjiciuntur ab aliquibus. *Nic. Uptonus de milit. offic. p. 117.* quinque addit colores medios, qui à nigredine aſcendant ad albedinem, nempe *griſeum, plumbeum, cinericium, terreum, lividum.* Horum verò an uſus in armis ſit, nullibi vidi. Niſi quod reperio in ſcuto *Oſterhauſen* [Thuring.] (a) cujus anterior pars argentea, poſterior rubea eſt, medium baltheum cinereum, & nominis gratia *Freyberg de Aſchau* laterculum tingit cinereo colore, inſerto monticulo tricolli aureo. conf. c. 9 n. 8. In Hiſpania verò griſeus color non ſemel occurrit. *Pardos* in Gallicia geſtat colorem griſeum, qui illorum lingua Pardo, ut ſint arma æquivoca, & Cardenas 2. lupos lividos in parma cærulea, (dos labos cardenos) ob eandem nominis rationem. *Meneſtr. l'art de Blaſ. juſtif. c.3. pag.64. & 69. Du Val. obſerv. ſur le blaſ. p.4.* Ab Anglis 3. colores addi ait, la ſanguine (qu'ils font de laque) l'orangé (où ils font entrer de la mine de plomb) le tanné (qu'ils compoſent de gueules & de ſable.) *Ren. Franc. Merveil. de Nat. c 42. p.352.* poſteriores duos pro uno habet *orangé* ſeu *tanné* (pomi aurei ſeu badium) primum vocat *ſanguin* ſeu *laque* ſeu *couleur de roſe* (ſanguineum vel roſeum.) Illi etiam quidam pro nata aſſignant characterem ℟. **Wap.** P. 2. præfat. n. 32. Verum *Spelmannus Aſpilog.* p.69. ſanguineum à malo vocari aurantium dicit, atque ita non diſtinguit. Quod dicas exſcriptoris vitium eſſe, & quaſdam voculas omiſſas. Nam p.75. diſtinguit duos colores, ſed vix recipit: licet aurantium Leus venerabilem vocet, & ſanguineum laudet, quia ſit in indumentis principis Walliæ. Porrò quicquid ſit de Anglis: inter noſtros uſum horum colorum eſſe nullibi reperi, niſi *tanné* accipias pro eo, quem nos **braun** vocamus, cujus iſta exempla reperio *Schavver* (ſuper. Palat.) (β) in areola 1. & 4. aurea hujus coloris elephantem ſolo concolori inſiſtentem,

Colores minus principales.

(a) Wap. I. p. 144. Caſſidi diademate tortili argenteo & coccineo tectæ inſiſtit roſa aurea. Laciniæ rubeæ & argenteæ. (β) Wap III. p. 135. reſpondet prior coronata galea, ex qua anteriora elephanti ſcutarii comparent, Laciniæ nigræ & aureæ (ℓ) Wap. III, p. 139. ex diademate tortili, quo galea

tem, *Seligen* [Thuring.] (ε) in ſcuti tranſverſe ſecti, cujus ſuperior pars cærulea lunam cornua ſurſum convertentem continet, inferiori regione aureâ 3. poma deferunt. Apud noſtros alicubi reperio etiam colorem *violaceum*. (Qui tamen juxta *le Labour. de l'orig. des arm. n.* 90. pro purpura habendus eſſet.) Pro *Horitzky* Baron. (ζ) reperio ſcutum ſuperius cæruleum, inferius muro pinnato repletum, cui violaceum colorem *P. Furſt* aſſignat: ſed vix inducor, ut credam pictorem non erraſſe. *Fleckenſteiner* [Helvet.] (η) ſcutum geſtant diagonali linea ſectum, cujus anterior pars aurea, duos baltheos continet, ſed pomum imperiale aureum poſterior, cui licet nunc litera b. colorem cyaneum tribuat, verus tamen editio violaceum aſſignavit.

Naturalis figurarum color.

§. XII. His omnibus, quos tamen ob pauciora exempla coloribus heraldicis non adnumeramus, meliori jure ſubjungimus tincturam, quæ aliquibus figuris *naturalis* eſt. Hunc verò non unum rectè dixeris colorem, ſed pro ratione figurarum eo nomine plures colores veniunt. Galli vocant *au naturel.* Noſtri **in ſeiner farb/ oder in ſeiner natürlichen farb.** Obſervat *Vulſon. de la Colomb. ſcienc. Hero. c.* 4. *p.* 32. naturalem colorem nunquam adhiberi ſolo vel areæ ſcuti, niſi in inſignibus domus de Prado, quæ campum naturali aſpectu repræſentent. *Campanelli dell' armi* cap. 9. p. 14. aliud obſervat, quod nempe figuræ æquivocæ & nomen familiæ exprimentes, non alio tingi ſed nativo colore exprimi debeant. Quam tamen obſervationem infinita exempla refellunt. Vid. caput nonum. *Uptonus de milit. offic. L.* 4. *p.* 200. obſervat, quod in avibus, quarum color nunquam mutatur, vel propter unitatem colorum, vel propter tantam in plumis varietatem, ſemper dicendum eſt, quod talis portat tales aves, non exprimendo colorem vel colores.

Exempla.

§. XIII. Exempla aliqua adducimus. *Eckſted* [March.] (α) parmæ cæruleæ inſcribunt 3. gladios coloris, qui ferro nativus eſt, cuſpidibus in baſi ſcuti coëuntibus. *Gravenreut* [Bavar.] (β) parmæ cæruleæ unicornu argenteum exoriens è petris ſuo colore naturali pictis. Lupum colore nativo tinctum geſtant in ſcuto aureo *Wolf* [Sileſ.] (γ) *Wolfersdorf* [Miſn.] (δ) *Ende* [Miſn.] (ε) in argenteo gradientem *Wolf de Gutenberg* 1. & 4. [Haſſ.] (ζ) Aſinum colore naturali præditum inſcribunt parmæ argenteæ *Rietheim* [Suev.] (η) Felem cinerei coloris murem dentibus geſtantem ſcuto cæruleo, inſerunt *Kazen* [March.] (θ) tryngada (**Waſſerhun**) nativo colore pictam & advolatum paratam aureo clypeo *Luckovvin* [Miſn.] (ι) conf. *Azelndorf.* c. 5. S. 3. m. 1. n. 36.

Carnea tinctura. Carnation.

§. XIV. Naturali tincturæ annumeramus, quæ ſpecies eſt, carneam, *Carnation.* **Fleiſchfarb.** Qua nonnunquam nuda humana membra tingi ſolent, cum in ſcutis obcurrunt. Notandæ huic aſſignant aliqui ſignum **V. Wap.** P. 2. præfat. n. 23.

Pelles.

§. XV. Coloribus vellera ſolaria ſeu pelles, ſeu alutas (ut Moneto loqui placet) addimus. Galli *Fourrures* vel *doublures* ſeu *pennes* (quem terminum cum non iutelligeret de criſtis vel pennis galeæ aptandis interpretatus eſt *Heping. de jur. inſign. c.* 9. §. 4. *m.* 8. *n* 618. à *pannis* autem derivat *le Labour. de l'orig. des arm. n.* 79.) vocare ſolent. Aliqui pro metallis haberi, alii promiſcue metallum vel colorem illis inſcribi volunt. Illis aſſentitur *le Labour. de l'orig. des nom. n.* 101. Apud Gallos quam Germa-

tegitur, prodeunt duo cornua, auro & cyano quadripertita, cum 3. pennis, quæ viridibus foliis exornantur, unum inter cornua lunam ſcutariam ſuſtinet, reliqua duo extremitatibus cornuum imponuntur, (γ) **Wap.** I. p. 144. caſſidi diademate tortili argenteo & coccineo tectæ inſiſtit roſa aurea. Laciniæ rubeæ & argenteæ. (δ) **Wap.** IV. p. 8. ex coronata galea prorumpens, monoceros argento fulgens. Laciniæ argenteæ & coccineæ. Quæ ἀνωμαλία de ſculptoris vitio ſuſpicionem confirmat. (ε) **Wap.** I. p. 200. ex coronata caſſide expanſa ala, baltheos ſcutarios referens. Laciniæ aureæ & virides.

(α) **Wap.** I. p. 175. galea tecta diademate tortili, cui inſiſtunt 3. gladii cuſpidibus ſurſum verſis. (β) **Wap.** I. p. 95. caſſidi incumbit diadema tortile, & ex hoc exſurgit πρωτομὴ monocerotis (γ) **Wap.** I. p. 70. ex corona galeæ exſurgit lupus. (δ) **Wap.** I. p. 151. ex caſſide coronata exoriens lupus coronatus & auratis plumis ſtruthionicis faſtigiatus (ε) **Wap.** I. p. 154. galeæ coronatæ inſidens lupus Phaleræ circa hoc ſcutum volitantes ſunt aureæ & nigræ; ſed circa Wolfianum (Sileſ.) aureæ & griſeæ: quod & de Wolfersdorffis legi, ſed in Sibmachero noſtro hæ etiam pinguntur nigræ. (ζ) **Wap.** I. p. 140. ex coronata galea prominens lupus coronatus. Phaleræ ex uno latere cæruleæ (an griſeæ) & argenteæ. (η) **Wap.** I. p. 115. ex coronata galea prominens, πρωτομὴ aſini. Laciniæ verò ſunt nigræ & argenteæ (θ) **Wap.** I. p. 174. galeæ tectæ diademate tortili inſidet catus ſcutarius. (ι) **Wap.** I. p. 163. coronatæ galeæ inſidet volucris ſcutaria. Laciniæ cinereæ & aureæ.

Germanos aut Septentrionales frequentius occurrunt : licet his in veſtitu frigoris cauſa pelles uſitatiores ſint, cum tamen *le Labour. l'orig. des arm. n. 15. p. 18.* hoc ipſo argumento utatur, quod Francis & Germanis pellium uſus, frigoris cauſa frequentior ſit, quam Hiſpanis aut Italis, quibus regiones obtigere calidiores (conf. *Meneſtr. l'art du Blaſ. juſtif.* cap. 4. pag. 87. 88.) Sunt qui hoc trahere volunt ad priſcorum Gallorum morem, qui variegatis delectabantur veſtibus. Unde de Francis autor vitæ Car. M. ap. Favinum. *Quum inter Gallos Franci militantes virgatis eos ſagulis lucere conſpicerent, novitate gaudentes antiquam conſuetudinem dimiſerunt, & eos imitari cœperunt.* vid. *Meneſtr. verit. art du Blaſ. c. 8. p. 100.* Idem eleganter oſtendit, primum uſum pellium in veſtibus humilitatis & ſimplicitatis fuiſſe, non ſplendoris vel luxus. *L'art du Blaſ. juſtif. c. 2. p. 29.*

§. XVI. Sunt verò in inſignibus pelles receptæ duorum generum, Hermionicæ & variæ. (quas ſimul vides in parma *Rochefſon*, ternis utriusque ſpecici pellium faſciis diſtincta *faſcé de hermines & de vair.*) Quod *hermionicas* concernit, Galli *hermines* vocant, noſtri Hermelin. Monetus illa συνώνυμα congerit ſcutarium vellus Ponticum, Murinum vellus, Pontica diphthera. *Petra Sancta* dicit exuvias Pontici muris candidas, ſed ſparſas muſcariis atris. Armelinas etiam aliqui dicere non erubeſcunt. Vox *hermines* deducitur ab *Herminius*, quod nomen mediis ſæculis fuit Armeniorum, quia ex Armenia frequenter pelles hæ allatæ ſunt. Eſt verò pellis hæc, ſeu ſolum ea, ſeu figuram conſtituat, candida, ſed maculis nigris conſperſa. Præcipuè tamen nomen hoc ipſis maculis, quas *mouchetures* dicunt, tribuitur. Porrò late hoc defendit, quod nempe pellis muris hujus candida, atque adeo maculæ nigræ nonniſi extremæ caudæ indicia ſint, *Meneſtr. l'art du Blaſon juſtif. c. 4. toto. M. Gilbert. de Varenn. R. d'arm.* P. 1 pag. 61. ideo illas nigras maculas adeſſe ait, quia ſoleant uti pelliculis Italicorum agnellorum, quos ob teneritudinem lanæ, mox à partu ſuffocent, ut à pellibus hermionicis minimum differant. Idem pag. 62. nollet exprimi macularum numerum, ſed ſemper ſpargi & aliquas dimidias conſpici. Sed hanc legem alii ſibi imponi vix ferent. Hermionicæ ſeu muris Pontici.

§. XVII. Britanniæ Dux pellem hanc ſuis inſignibus inprimis nobilitavit. De ratione variant. Fabulis qui delectantur, ferunt Arto R. Britann. contra Frollonem gigantem pugnanti Beatam Virginem apparuiſſe, & palliolum hermionicum in ipſius galeam immiſiſſe, ut giganti inviſibilis fieret. Unde omiſſis veteribus inſignibus hæc arma aſſumpſerit. Vide *Vulſon. de la Colomb.* & *M. Gilbert. de Varenn. R. d'arm.* P. 1. p. 66. Rectius fortè cum *Nic. Uptono* facies, qui *de milit. offic.* L. 3. p 116. ita ait: *Dux Britanniæ portat arma ſua ſic maculata cum nigro, quia in ducatu abundant quædam beſtiæ albiſſimæ, cum caudis nigris, de quarum pellibus fiunt furrure* ſeu *foderature valde pretioſe* conf. L. 4. p. 166. 167. & ad h. l. NN. *Ed. Biſſet* pag. 61. Ita & *Vulſon* fatetur in Gallia nullibi, quam in Aremoricis murem hunc quem Ponticum appellamus reperiri. Britanniæ Ducis exemplo non tantùm lineæ gentis collaterales (unde *Limoges* ſcuto hermionico circumdat limbum rubeum, nec non *Eſtampes*, quæ ſunt diſcernicula, cum ex ducali familia Guido Britannus Vicecomes Limovicenſis, Richardus Comes Stampenſis fuerit) ſed etiam aliæ familiæ hoc ſigno uſæ ſunt. Fruſtra tamen ſunt, qui ob hoc exiſtimant, omnes omnino familias, quæ utuntur iſtis pellibus, eas Britannorum conceſſione habere; quos rectè refellit *Meneſtr. l'art du Blaſ. juſtif. c. 13. p. 339.* Britanniæ Ducibus uſitata.

§. XVIII. Adhibentur hæ pelles vel ſolo conſtituendo, vel ut figura illas induta ſit: utrumque denuo duplici modo: nam vel temerè ſparguntur maculæ, quod Varennius §. 16. ſemper fieri voluiſſet, vel certus macularum numerus & diſpoſitio eſt. Illud ſi ſit, vocatur ſimpliciter *de hermines*; hoc verò caſu, numerum & ſitum macularum exprimi oportet. Ita unicam maculam hermionicam argenteo ſcuto inſerit fam. *Bruays.* Exempla alia.

§. XIX. Quædam exempla exhibebimus: geſtant ſcutum hermionicum cephalo impoſito coccineo *Vivonne*, dentato coccineo d'O, inſcriptis tribus faſciis rubeis *Roſtrenan*, Leonem hermionicum coronatum auro, in ſolo ex nigro & rubeo bipertito *Norvvich.* Inter noſtros exempla rariora ſunt, *Mervvick Brockhuſen* (infer. Rhen.) (α) ſcutum tranſverſe geſtat ex hermionico & viridi ſectum (quam-

(α) Wap. II. p. 112. galea tecta diademate tortili, ſuſtinens jugum expanſum alarum tincturaſcuti affectarum.

vis enim figura à ſculptore non bene expreſſa ſit, non tamen dubito maculas hermionicas notari.) Frequentior inter noſtros ejus uſus eſt in pelliceis indumentis, quæ ab humeris geſtare ſolent Electores (quæ Clemangius vocat *plumalia*, cum tamen propriè plumarii ſint, qui veſtimenta ex plumis avium conficiunt.) tum in ora reducta pileorum electoralium, ducalium, imò & aliorum, quorum paſſim exempla reperiuntur.

Contrehermines. Maculæ aliorum colorum.

§. XX. Exempla hæc genuina fuere, cum nempe extrema caudæ nigra pelli reliquæ candidæ inſeruntur. Alicubi verò videas oppoſita ratione ſolum nigrum, maculas argenteas pingi: hoc Galli vocant *contrehermines*, vel *poudré d'argent*. Latinis ſcutum *antihermionicum* eſt. Uptonus refert ſuo tempore dictum eſſe *il porte herminée*, ſed improbat. Maculas, hermionicis ſimiles, etiam rubeas, virides, quin & argenteas & aureas dari autor eſt *le Laboureur*. Sed exempla requirit *Meneſtr. l'art du Blaſon juſtif. cap. 13. pag. 340.* Videtur tamen cap. 4. pag. 74. non negare in exemplo Dominor. *de Baëce* in Delphinatu, qui rubeo ſcuto imprimunt 5. ejusmodi maculas aureas. Cæterum quia pelles hæ metallo & colore conſtant, figuram metallicam vel coloratam illis imponi poſſe, multorum ſententia habet, ſed vitari licentiam hanc mallet *Vulſon. ſcienc. Hero. c. 22. p. 365.* Porrò aliqui mollitiei & deliciarum ſymbolum eſſe comminiſcuntur has pelles, ingratiis tot familiarum illuſtrium, quæ illis delectantur. *Alciat.*

Delicias & mollitiem mus creditur albus
Arguere, at ratio non ſat aperta mihi eſt.

Pelles variæ, Vaires.

§. XXI. Altera ſpecies pellium eſt, quas *varias* Galli *vairé* ſeu *de vaires* dicere ſolent. (junguntur utræque in ſcuto *Palvert*, quod ternis palis varii & hermionici velleris exaratur. Terminum hunc *Hæping. de inſign.* cap. 9. p. 650. & 654. non rectè intellexiſſe videtur, cum ſimpliciter accipiat pro verſicolori: aſt non ſolus color, ſed aliqua etiam figura illo nomine notatur. Eam figuram rectius oculis dignoſces, quam verbis deſcribas: inprimis, quia cujus rei figura ſit diſceptatur, aliis pileorum, aliis campanarum, aliis ædicularum in quibus excubiæ aguntur, aliis vitrorum ἀστρόδων ſimilitudinem in ea agnoſcere viſis. *Meneſtr. l'art du Blaſ. juſtif.* c. 13. p. 355. huc etiam trahit *ſcutulatas* veſtes. Pl. 45. Inde varia nomina latina. *Spelmann.* ſimpliciter vocat aream variegatam ſeu variam, & inter areas interpunctas numerat. *Monet pratiq.* des arm. c. 9. n. 17. iſta habet: ſcutarii ſoli *petaſus*, vel *petaſites vellus*: *cymbalites vellus*: *nola* gentilis parmæ. Unde injurius eſt in Chiffletium, quod imperitum diſciplinæ heraldicæ eum arguit *Joh. Ferrand.* quia diſcoloribus argenteis & cæruleis cymbalis ſcutum diſtinctum dicat, cum ex vellere nola fieri nequeat. Quæ enim dica Chiffletio impingi poteſt, cum eo Ferrandi contribules ſimul involvet. Ita & Ægid. Gelen. de Colon. Agr. magnit. L. 2. pag. 122. vocat *vellus nolatum ſeu alutam petaſis variatam, quæ cymbalis & galericulis macularum quodam lumine aſſimilatur.* Germani vocant: Eyſenhütlein/ (blaue ſtehende und weiſſe geſtürtzte.) Alicubi Sibmacher ſimpliciter ſpitzen vocat. Porrò quod origo ſit à pellibus ſciuri varii (quod genus *varum* dicitur, & dorſum cinerei, ad cæruleum propius accedentis, ventrem autem albi coloris habet) probat *Meneſtr. la verit. art du Blaſ. cap. 4. p. 83.* Inde etiam tinctuæ ratio, quod ordinariè in pellibus his ſit argentea & cyanea. *Uptonus & Joh. de Bado aur.* vocant *invectos colores* vel *barrata invecta inſignia*, hoc eſt, quæ pelles has, ut ſolet communiter fieri, faſciatim (barras, faſcias dicit.) diſpoſitas continent.

Origo.

§. XXII. Originem harum pellium adſcribit *M. Gilb. de Varenn. R. d'arm.* P. 1. p. 57. victoriæ Car. Martelli contra Saracenos, qui pelles *geneſtæ* (genette animalculum eſt Africæ) geſtarint, quod ſpecioſæ eſſent, & cum incaleſcebant, ſuavem ederent odorem. Itaque Carolum illarum amore captum, præcipuis proceribus exercitus pelles has donaſſe, & 726. ordinem geneſtæ inſtituiſſe. Putat ergo eos, qui vellere hoc in ſcutis utuntur, vel à ducibus illius victoriæ, vel hujus ordinis aliquo equite, deſcendere. Juxta alios *Couciaci* (qui ſcutum ternis faſciis varii velleris & rubeis diſtinctum geſtant) primi fuere, qui eam geſtarunt. Originem fabuloſam legas licet apud *Vulſon.* vel noſtrum *Limn. Jur. Publ.* 6, 6, 22. Præter hanc illuſtrem familiam, dein *Caſtillonia*, *Chaſtillon ſur Marne*, quæ geſtat in parma coccinea, tres palos varii velleris, impoſito cephalo aureo) & *Longevallia* (quæ ſenos baltheos rubeos

rubeos & varios ſcuto inſcribit) autoritatem conciliarunt his velleribus.

§. XXIII. Diſtinguunt Galli (vide defendentem id *Meneſtr. l'art du Blaſ. juſtif.* c. 13. p. 341.) inter *Beffroy de vair*, (*Beffroy* aliqui interpretantur campanam, ſed *le Labour. l'orig. des arm. num. 101.* oſtendit, ſignificari turrim ligneam.) *vaire & menu vair.* Quorum prima ſpecies eſt, ſi tres tantùm cymbalorum ſint ordines, altera ſi quatuor, tertia, ſi 5. vel 6. ſed *Varenn. R. d'arm.* pag. 59. pro iisdem habet: ut & *le Labour. de l'orig. des arm. num. 101.* Quod nunquam una ſola campanula repræſentatur, obſervavit. idem *Meneſtr.* cap. 4. pag. 75. Unus tamen cymbalorum ordo conſpicitur, nempe trium nigrorum in parmæ tranſverſè ſectæ (cujus inferior regio aurea rubeum gradientem leonem complectitur) ſuperiori parte item aurea, notandæ familiæ *Nagel de Dirmſtein* [Rhen.] (α) Porrò cum ordinariè in faſciarum modum Petaſorum ordines diſponuntur, cuſpidibus ſtantium, cuſpides inverſorum alterius coloris, tangi moris eſt: ſi enim cuſpides in baſin eorum petaſorum, qui in proximo ordine ſunt, incidant, vocant Galli *vair apointé*, vel *vairé en pal* (talis ſitus eſt petaſorum 4 cæruleorum ſtantium, juxta inverſos argenteos in 2. & 3. quadr. *Cronberg* [Rhen.] (β) tum plerumque palorum vel baltheorum qui illis ornati ſunt apud Germanos: ita *Bern.* [Rhen.] (γ) parmæ ex minio & auro transverſè ſectæ inducit baltheum ſiniſtrum argenteum talibus petaſis cæruleis tribus ornatum; conf. *Amelunxen.* c. 5. S. 1. m. 1. n. 66. Ita & *Phalay* ſeu *Valloy.* Com. (δ) ſcuto argenteo inducit baltheum aureum talibus nigris petaſis contectum. Si verò quorum cuſpides coincidunt, unius ſunt coloris, nuncupant *contrevaire.* Tale ſcutum eſt *Pleſſis Anger*, & (loco cærulei rubeo colore ſubſtituto) *Scepeaux.* Porrò loco argenti & cyani aliquando videas alias tincturas adhiberi, quas diſertè exprimi neceſſe eſt, ne ordinaria tinctura intelligatur: uti *Beaufremont*, unde aliqui putant nomen *Beffroy* ortum, ut & *le Grand d'Aluze* habet parmam vario vellere aureo & rubeo fartam; ſimilem, ſed cum ſoleis equinis argenteis & limbo cyaneo Com. *de Derby*, *de Ferrars* cognominati: Iisdem coloribus & quidem duplici ductu cymbalorum, palatim diſpoſitorum, conſtat ſcutum *Hüfeld*, [inf. Rhen.] (ε) Colore argenteo ſunt cymbala ſtantia, inverſa rubeo in parma fam. *Dirmſtein* [Alſat.] (ζ) Varium vellus ex argento & nigro colore notat *Peviſtien, Coetlles*, & *la Coudraye* [Britann.] argento & cocco *Kermellec*, & *Keren-Raiz*, auro & cyano *Rochefort* [Britann.] auro & praſino *Pavie.*

Accidentalia.

§. XXIV. Videamus jam exempla velleris hujus, ubi cum tinctura diſpoſitio etiam ordinarium morem ſervat. Geſtant varium vellus præter jam dictos *Trainel*, *Lobrac*, [Britann.] *Vichi.* Exempla.

Inter Hiſpanos C. de *Deleytoſa* nom. *Monroy* in 2. & 3. geſtant varium vellus 4. ductuum, *Velaſci* 7. teſſellas varii velleris 8. aureis interpoſitas, *Quinnones* totidem rubeis.

Ex Germanis *Kirchberg* [Com.] (η) *Greul de Grailsberg* [Bavar.] (θ) & *Bopfingen* [Suev.] (ι) geſtant ſcutum vellere vario conſutum, cum capite rubeo. Porrò obſervatio eſt, hæc vellera, ut & hermionica, in ſcutis plerumque rubeo colori, non alii, jungi. Uti geſtant *Anton.* ſcutum anteriori parte vellere vario fartum, poſteriori rubens, *Varax* quadripertitum ex vario vellere & minio, *Urfé* varium impoſito capiti rubeo. *Lavieu* rubeum capite vario, *Montrichard* varium inſcripta cruce rubea, & *Baulon* Britann. decuſſi rubeo. *Coucy* faſciatum ſexies, faſciis varii velleris & coccineis, *d'Eſcarz* rubeum cum palo vario, *Longueval* ſcutum obliquis baltheis rubeis & variis diſtinctum, *Pontchaſteau* & *Freſnoy* [Britann.] varium impreſſa luna ſanguinea, *Anger*, impreſſis 3. lunis. &c.

§. XXV. Pelles ſcutariæ nos admonent aliarum pellium, quarum nunc quoque in veſtibus uſus eſt, & inde in ſcuta translatus; weiſſe Kürſch oder Peltzwerck. Figuræ ſolum candidum eſt, griſeis vel nigris maculis & lineolis diſtinctum Aliæ pelles.

(α) Wap. I. p. 128. galeæ inſiſtit religioſus Compoſtella veniens peregrinator, Wallbruder/ affixam pileo concham, manu ſcipionem & roſarium geſtans.

(β) Wap. I. p. 124. Alii verò hos petaſos pro montibus habent, & rationem in nomine *Cronberg* quærunt. *Meneſtr. l'art du Blaſon juſtif. c. 4. p. 88.* (γ) Wap. I. p. 131. cum capite collum cygni nigrum viridibus foliolis exornatum. Laciniæ coccineæ & aureæ (δ) Wap. II. p. 10. ala ſcutariis ſymbolis ornata (ε) Wap. II. p. 115. herma æthiopis vellere ſcutario induta, & faſcia concolori caput redimita. (ζ) Wap. II. p. 125. thecæ ad modum ſcuti pictæ imponuntur 8. pennæ galli gallinacei nigræ, decuſſatim locatæ. (η) Wap. II. p. 8. (θ) Wap. II. p. 57. (ι) Wap. II. p. 89.

ctum. Ejuſmodi pellibus implent ſcuti tranſversè ſecti, & ſuperiori parte aurea leonem coccineum referentis, baſin *Schvvemke* [Weſtfal.] (α) quadripertiti, cujus quadrans 2. & 3. rubent, primum & quartum *Jarsdorff* [Francon.] (β) palum medium areolæ 2. & 3. *Maming. & Præſing* [Baron.] (γ)

Tincturæ figuratum naturam non ſequuntur.

§. XXVI. Vidimus jam tincturas, metalla, colores, pelle: antequam verò ad leges, quæ illis dantur, tranſeamus, notare convenit, in artem heraldicam non impingi, cum figuræ tinguntur coloribus, quos natura nunquam in illis reperias, inde animalia aurea, argentea, leones cærulei, virides, nigri, &c. quæ enim extra ſcuta monſtri loco eſſent, in re ſcutaria nihil monſtri alunt. conf. *Joh. Ferrand. epinic. pro lil. 4. p. 47.* Quinimo rarius ferè eſt, rem ſuo colore tingi, uti §. 12. monuimus, peculiari termino id exprimendum eſſe. De cauſa ita Gelen. de magn. Colon. Agripp. L. 2. p. 119. c. 4. n. 26. Pinguntur leones cærulei, ſtellæ nigræ, & quæ talia à congruentia naturæ recedunt, nam color qui rebus iſtis proprius non eſt, propter regulam ex veſtiaria obſervatione inſinuatam, convenientiſſimus eſt in armis, maximè cùm in ludis Circenſibus, & ſæpè inter præliantes, fuerint certi partium factionumque colores, quos pro ducum obſervantiâ obſequentes aſſumpſerunt, & tranſmiſerunt poſteris, quin & in hæreditatibus dividendis apud majores noſtros uſitatiſſimum fuit, colores mutare.

Regula aliqua rejecta.

§. XXVII. Regulas quod concernit, *Bart. de inſign. n. 23. du Val, Campanile dell' armi* c. 7. p. 13. & alii jubent ſemper metallum & colores digniores potiori, hoc eſt ſuperiori vel dextro loco locari. Sed regulam hanc nunquam receptam mille contraria exempla evincunt.

Altera de metallo metallo, colore colori non inſcribendo. Arma falſa.

§. XXVIII. In iſtam verò legem conſpiraſſe plerosque populos, qui inſignium aliqua cura ducuntur, reperimus, quâ metallum metallo, colorem colori inſcribi prohibetur: atque ita ſi ſolum metallo conſtat, figura colore; ſi illud colore, hoc metallo tingi jubetur. Quod cauſam hujus legis attinet, riſum an indignationem meliori jure mereatur ineptia Feroni, lector judicet: cùm iſte fabulatur, Adamo ſolum colorem rubeum quia ex terra rubra ejus ortus, & eadem ſignificatio nominis) pro inſigni datum, dein lapſu ſecuto pomum nigrum demonſtrandæ turpitudini peccati injectum eſſe: ob quod majores inſignia, in quibus color colori incumbat, falſitatis damnarint. Uti verò palam eſt, hanc rationem ineptiſſimam eſſe, ita de aliis adducendis vel dijudicandis neutiquam laboro. Potius cum *Ponto Heutero* ſentio: qui *in proleg. Geneal. præcip. aliq. famil.* vocat morem longo uſu confirmatum, ac proinde inſtar inevitabilis legis obſervandum. De noſtris illa habet Nobiliſſ. *Caſp. Lerch à Dirmſtein.* 2. Grundſ. num. 6 pag. 68. Daß ein ſonderbar Gemerck der Farben in obacht gehalten / und jede Farb nach ihrer Bedeutung den Wapen einverleibet / und gelb und weiß vor die vornehmſten gebraucht werden / inmaſſen unter viel tauſend Wapen keines zu finden / ſo nicht mit gelb oder weiß gezieret und aufgericht geweſen / ſonſten aber wenig wie der Reichsedlen Landſchaden von Steinach Wapen / mit beyden gemeltẽ Farben begabt zu finden ſeyn. Denn Gold / Weißheit / Begierd / Freud und Treu bedeutet: Silber aber Unſchuld / Reinigkeit / Redlichkeit und Eloquenz zu erkennen gibt. Cauſam ex hypotheſi ſua quod arma ex veſtimentis veteris militiæ ortum habeant ita deducit Ægid. Gelen. de magnit. Colon. Agripp. L. 2. pag. 116. Hinc elicitur ratio axiomatis ſcutarii: non eſſe metallum in metallo, nec colorem in colore pingendum. Nimirum metalla appellant aurum & argentum, quæ nunc croco ſeu flavedine, tum albedine deſignantur: at reliquam, præter hæc, veſtium lucem, colorum nomine indigitant: Nam ſi aliter quis faxit, næ is in principia & elementa rationis purioris impingit, quis enim ſcenofactoriæ, ſimilisve artis textoriæ ſtamini ſeu fundo aureo, argentea fila intexta ſummo detrimento pretii & gratiæ? itaque ars etiam textoria & acu pictoria hac in diſciplina locum ſuum habere probatur, quippe ex cujus ratiociniis, non pauca diſciplinæ Heraldicæ dogmata vel diſcuntur vel probantur.

Quæ

(α) Wap. I. p. 188. ex galea diademate tortili tecta inter alas argenteam & auream exſurgens πτοπμὴ leonis rubei. (β) Wap. I. p. 106. pileus acuminatus, admodum ſcuti pictus & pennis galli gallinacei faſtigiatus. (γ) Wap. I. p. 21. 38. illius areolæ anterior palus rubeus, ferrum cultri, eine Klinge / argenteum complectitur, poſterior ex auro & argento tranſversè ſecatur: de apice vid. c. 6. n. 56.

Quæ verò in hanc legem impinguntinſignia, exinde gallis vocantur *fauſes* ſeu falſa. Terminum hunc benignius interpretatus eſt *le Laboureur* de l'orig. des arm. n. 101. quod non aliud notet, niſi *une certaine obſcurité morne & ſombre, qui reſulte de l'affinité de couleurs & des metaux mal aſſortis, qui les prive de l'eſclat & de la ſplendeur, qu'ils recevroient par le voiſinage de quelqu'autre email plus oppoſé.* Ut ita falſitas tantum eſſet difformitas ex combinatione colorum vel metallorum indecenti orta, quà fiat ut careant inſignia decenti ſplendore, quem dextre junctæ longius diſtantes tinctturæ conciliaturæ erant, ſed potius obſcuriora viſum non delectent. Hoc verò pluribus refellit adverſarius Meneſtr. l'art du Blaſon juſtif. c. 13. p. 343. & quæ falſa dicuntur, omnino reprobari atque adulterina haberi docet. Verum enimverò, quamvis non injuria eorum, qui ſibi ipſis ab aliquo tempore finxere arma, & in canonem hunc impegere, imperitia digno illo falſitatis titulo pudefieri & damnari debeat, non fruſtra tamen quis ambigat, an unquam falſitatis poſci debeant nobilium inſignia vetuſtiora, ſi quæ contingat ab iſta regula abire: ſi quam maxime earum quæ jam ſequentur exceptionum nulla etiam locum haberet, quibus tamen prope omnia defendi queunt. Imo le Labour d. l. putat cum arma in uſu fuerint ante heraldicas leges, multos nobiles maluiſſe vetera δείγματα contra morem retinere, quam mutatis inſignibus novitatis ſuſpicionem contrahere.

§. XXIX. Regulæ enim rectius intelligendæ obſervandum eſt 1. eam accipiendam de principalibus figuris, ſcutò inſcriptis, non verò quæ iſtis adhærent: e. g. in ſcuto argenteo, leonis colorati falculæ, lingua, corona &c. citra legis hujus transgreſſionem altero metallo, auro, tingi poſſunt. 2. ex eadem ratione diſcernicula ſeu notæ diſtinctivæ (briſures) lege iſta non tenentur conf. *Meneſtr. l'art du Blaſ. juſtif. c. 3. p. 55.* Nec hic aurem præbebimus *M. Gilb. de Varenn.* qui P. 4. p. 514. probat regula hac obſtringi diſcernicula magis quam principales figuras ipſas: verum p. p. p. 516. ſui oblitus faſciam hermionicam in ſcutò Oliverii de Porcon diſcerniculum exiſtimat eſſe: *car autrement ce ſeroit metal ſur metal, ce qui n'eſt pas ſi ſupportable en fait d'armes plaines, que quand il ne s'agit que de leurs differences.* Hac enim ratione metallum metallo inſcriberetur, quod in armis puris non æque ſuffertur, quam in iis, quæ differentiæ ſolum inſervivunt. Rationem, cur *in ſcutis limbi, fibulæ, laciniolæ, clabuli & nodi interdum ejuſdem ſint jubaris cum area clypei* ex ſua hypotheſi, quà ex veſtimentis veteris militiæ deducit inſignia, reddit Æg. Gelen. de magnit. Colon. Agrip. L. 2. p. 117. *nempe ſunt indicium poſterius genitorum, unde exhibent prætextum, hoc eſt veſtem juniorum, cui in fimbria aurum & argentum abſque læſione cuticulæ vix poteſt attexi.* 3. Si ſolum metallo & colore conſtat circa figuram inſcriptam regula hæc non obſervatur, hoc eſt, metallica vel colorata æque eſſe poteſt, licet tunc aliqua ſui parte metallum metallo vel color colori incumbat. Exempla frequentiora ſunt, quam ut hic aliqua enumerare ſit neceſſe. conf. *Meneſtr. l'art du Blaſ. juſtif. c. 13. p. 337. Segoing. Threſ. her. in tr. des arm. art. 5. n. 45.* 4. Huc etiam referimus ſcutum figuris certis jam exornatum, ut nova figura, quæ toti (areæ pariter & inſcripsis δείγμασιν) incumbit, hac regula non obſtringatur. Ita areæ, quæ faſcias, baltheos, palos, &c. plures continet, promiſcue ſeu coloratam ſeu metallicam imaginem imponere licet. Quo etiam refero ſcutum fam. *Michaëli* (Venet.) ſexies cyano & argento faſciatum & 21. talentis aureis (6. 5. 4. 3. 2. 1.) impreſſum, quamvis enim novem horum nummorum incidant in faſcias argenteas, conſiderantur tamen univerſi ut toti ſcuto incumbentes. Quod malo dicere, quam cum *Gelioto voce enquerir* annumerare inſignibus perveſtigandi cauſa ἀνωμάλοις: Licet cauſa, ob quam aſſumta hæc talenta, memoria digna ſit, nempe beneficium Dominici Michaëlii Duc. Veneti, qui claſſis Chriſtianæ ſub R. Balduino adv. infideles ductor exercitus penuriæ ita ſubvenit, ut ex corio monetam cuderet, & gravi propoſita pœna eos, qui venalia habebant, quæ ad victum requirentur, ad accipiendam hanc monetam obſtringeret, quam dein redux domi ſuæ legitima moneta iterum permutavit. 5. Aliqui adjiciunt quod parmæ Gallicis liliis pictæ itidem ab hac regula excipiantur. *Meneſtr. abbreg. meth. p. 56.* Hoc verò ut addatur, non puto neceſſarium eſſe, fluit enim ex generali eorum ratione, quæ toti incumbunt. Ita 6. pellibus variis & hermionicis eandem libertatem concedunt, ut metalli vel coloris loco haberi poſſint. Idem verò ex ratione allegata jam fluit, cum ſcutum his

Exceptiones regulæ.

vella-

velleribus consutum sua area & figuris constare videatur. Quia verò solum pellium istarum argenteum est, pro metallo magis habentur, hoc est, frequentius est, ut coloratæ inserantur figuræ. Neque tamen ob hoc simpliciter metalli naturam obtinent: circa quod reprehendet Labourerium (supr.n.15.) *Menestr.l'art du Blas.justif.* c.13.p.337.

Inprimis si figura nativo colore pingatur.

§. XXX. Nova à regula exceptio est, 7. quod quæ naturalem sibi colorem ervant, ea non teneantur. Imò ex hac causa ab aliquibus nativi illius coloris (au naturel) terminus receptus dicitur *pour eviter la fausseté en armes*, ut salsitatis dica evitetur. *Paillot.* voce *naturel.* Hac ratione non pauca insignia defendi necesse est. *Fortenbach* [Suev.] (α) in 2. & 3. area aurea candidum, uti ille color nativus est, cygnum gestat, quem argenteum dicere ob laterculum aureum prohibemur. *Bergelasen* [Pomer.] (β) parmæ cæruleæ inserit cancrum: quem rubeum non vult dicere *Vulson*, sed uti coctus est, suo colore præditum **einen gesottenen Krebs**. An idem nomen esse dicemus *Gergelasen* [Marc] (γ) cum in uno elemento sculptor facile errare potuerit, & insigne idem sit, nisi quod cancro diagonalis situs attribuitur, qui in illo palaris est? Cum hoc scuto convenit alterum fam. *Staten* (Saxon.) (δ) nisi quod à dextris cancri 3. stellulæ argenteæ visuntur. *Buren* [Sax.] (ε) parmam auream exornant fluvio in fasciæ modum fluente, qui albicat, ut aqua limpida. *Pudevvels* [Saxon.] (ζ) in parmæ transversé sectæ, & inferius cyaneis ætque argenteis tessellis repletæ, superiori parte argentea exorientem cervum, qui nativo colore flavet, inscribit. Et *Hirschheid* [Franc.] (η) similem cervum é tricipiti colliculo cæruleo exorientem Clypeo argenteo inserit. *Poser* [Silef.] (θ) cæruleo cornicem, ut solent esse, nigram, argenteo trunco insidentem; & expansis alis ad volatum se comparantem. *Goldbecken* [Saxon.] (ι) in scuto argenteo, circa fasciam cyaneam locat 3. crateres aureos: quod non tam eo nomine excuso, quod 3. crateres figuræ principali, fasciæ, accessisse credendi sint; nam fasciæ in apice nullum vestigium est: sed quod crateres non alienam tincturam suscepere, qui ipsi aurei sunt: Imprimis cum ad nomen alludant hæc insignia. *Ronberg* [Rhen] (κ) in argenteo scuto defert aureum annulum (qui natura talis esse potest.) ex quo in scuti angulos & basin, tria folia rubea protenduntur. *Lampen.* [Saxo.] (λ) in parma rubea, 3. lampades ferreas, adeoque nigras, cum flammis sui etiam coloris monstrat. *Entzberg* [Rhen] (μ) in clypeo cæruleo 3. rosas dimidias, & obliquè sectas, rubeas, sed auro gemmatas ostentat. Color ille rosis nativus est. *Lostiz* [Misn.] (ν) parmæ rubeæ, æthiopis cui ater color gentilis est, hermam inserit. *Drachsdorff* [Misn.] (ξ) in scuto cæruleo virum sylvestrem, qui viridi fronde caput redimitus, pudenda velatus, sinistra arborem evulsam gestat, depingit. Colorem carneum, qui nudis membris naturalis est, deberi viro non dubito. Eadem ratio est pueri nudi in areola, cærulea fam. *Kiesevvetter* [Misn.] (ο) & cadaveris feretro nigro in parma rubra imposiți, *Leichnam* [Misn.] (π) Et quod vestitos homines concernit, cum in scuto *Thomshirn* [Misn.] (ρ)

area

(α) Wap. I. p. 117. ex casside diademate tortili tecta prominet caput cygni flexuoso collo candidum. Laciniæ candidæ & argenteæ. (β) Wap. III. p. 162. tres plumæ struthionicæ aurata, rubea, cærulea, ita & triplicis tincturæ sunt laciniæ. (γ) Wap. I. p. 178. coronatæ galeæ impositæ tres plumæ struthionicæ nempe inter duas cyaneas argentea. Laciniæ argenteæ & cæruleæ dicuntur esse (δ) Wap. I. p. 172. diademati tortili impositæ 7. plumæ struthionicæ cocco & argento tinctæ. (ε) Wap. I. p. 167. expansum jugum alarum, cum symbolo scuti. Laciniæ aureæ & albæ. (ζ) Wap. I. p. 170. galeæ coronatæ inter sex pennas galli gallinacei nigras imposita cauda pavonina. Laciniæ non nisi argenteæ & cyaneæ, quod sententiam nostram amplius firmat, flavum colorem, pro nativo, non aurea tinctura, accipiendum esse. (η) Wap. I. p. 107. è coronata galea exurgens cervus flavescens. Laciniæ argenteæ & ceruleæ: de quibus idem puta, quod de proximis dixi. (θ) Wap. I. p. 72. cornix scutaria Lacin. nigræ & ceruleæ. (ι) Wap. I. p. 172. cornua aureum & argenteum: quales etiam phaleræ. (κ) Wap. I. p. 132. ex coronata galea prodeunt duo cornua argentea aureis fasciolis aliquoties obvoluta; inter ea comparet annulus & folia scutaria. Laciniæ argenteæ & rubeæ: An ex hoc colligemus, annulum aureum insignibus demum accessisse, & ita regula non teneri? (λ) Wap. I. p. 173. (μ) Wap. I. p. 130. Pileus acuminatus, qui una cum ora reducta, fasciis nigris & aureis exaratur, ac sustinet plumas struthionicas nigras adfixa rosa dimidia scutaria. Apicem hunc aliunde mutuo sumtum tinctura arguere videtur, imprimis quia etiam laciniæ aureæ & nigræ sunt (ν) Wap. I. p. 151. diademati tortili impositus fasciculus plumarum struthionicarũ nigrarum. Laciniæ itidem atræ & rubræ (ξ) Wap. I. p. 152. tres pileoli inversi rubei, ora reducta cærulea. Lacin. rubeæ & ceruleæ, quia carnis color proximè ad rubeum accedit. (ο) Wap. I. p. 157. conf. c. 5. S. 2. n. 7. (π) Wap. I. p. 156. conf. c. 5. S. 2. n. 19. (ρ) Wap. I. p. 158. ex coronata galea

area ſecunda nigra imaginem, crurum tenus, Turcæ, rubeâ veſte induti, ſed tiara aurea caput obvoluti, atque ſiniſtrâ manu acinacem vibrantis, & tertiâ ſimiliter nigra ex monticulo tricipiti aureo imaginem S. Andreæ rubeô habitu veſtitam, & decuſſatam ſuam Crucem auream ante ſe geſtantem continent: vel cum in inſign. fam. *Beziſsky* Sleſ. (α) in ſcuto ceruleo emergit vir armatus, (color non alius eſt, quam qui ferri politi eſſe ſolet) ſagittam rubeam utraque manu tenens, ex navi miniatâ. Et pro fam. *Vtmann* Sileſ. (β) in ſcuto coccineo crurum tenùs apparet vir item armatus, nigro pileo, quem plumæ argenteæ, ornant tectus, dextra gladium evaginatum, ſiniſtrâ vaginam tenens *Loſſ.* Miſn. (γ) intra ſertum viride viridem ranam (qualis à naturâ eſt.) in rubeo ſcuto depingit. *Moſen.* Miſn. (δ) iridem ſui coloris parmæ ceruleæ inſcribit: ob id in apice; & laciniis rubeus color, qui in iride ferè prædominatur. *Dehm. dicti Rothfelſer* Miſn. (ε) in parmâ cæruleâ, ob nominis alluſionem rupem pingat rubeam, ante quam conſiſtit ſui coloris cervus πλαδύκερως. Conf. c. 5. f. 3. m. 2. n. 48.) *Kreidelvviz* Sileſ. (ζ) in ſcuto rubeô caput cervinum ſui coloris. Quò etiam Maurorum imagines referri poſſunt conf. c. 5. f. 2. §. 9. πρότομη

Huc etiam retuleris illa: *Wind* Dan. geſtat in parmâ rubeâ caput equi abſciſſum, ſed freno inſtructum nigrum. *Aulock* Sileſ. (η) in cæruleâ nigrum bovem gradientem *Haugvviz.* Miſn. (θ) in rubeâ Caput arietis nigri, coronâ & cornibus aureis, ita & (ſi demas coronam capiti arretino.) conf. c. 5. f. 3. m. 2. n. 65. *Rechenberg* Sileſ. (ι) Similiter in tali parmâ cornua nigra *Gaffron* Sileſ. (κ) in cæruleâ pileum orientalem coccineum, oris reductis argenteis, & nodo, quo colligitur, aureo *Bornſtett* Sileſ. (λ) in rubeâ cingulum nigrum cum argenteâ fibulâ. (Dixeris tamen hic fibulam pro primario habendam eſſe, cingulum ipſum pro ſecundario, quia laciniæ argenteæ, & coccineæ.) *Kæbiz* Miſn. (μ) in ſcuto rubeo truncum nigrum impoſitam argenteam. Cruciculam ſuſtinentem *Czechovvsky* Sileſ. (ν) in cæruleo duos truncos decuratos nigras oblique locatas. *Taubadel* Miſn. (ξ) Nam licet non omnis equus, bos, aries, cornu, cingulum, truncus &c. nigro colore natura notentur, aliquibus tamen ille nativus eſt, ac ita nativus eſſe potuit illi individuo, cujus forte imago quacunque tandem cauſa in ſcutum aſſumta eſt.

§. XXXI. Neque ſic omnia diximus. Nam 8. notant, quod ſcuti ſectiones utroque metallo vel duobus coloribus conſtare poſſint: ut ita non ſectiones ſcuti, ſed figuras ſolo inſcriptas tegula proprie reſpiciatur. (*Conf. Campanil. dell' armi c.* 6. *p.* 12.) Ita apud nos *Beſem* Saxon. (αα) ſcutum perpendiculariter ſectum hinc nigro, illinc rubeo colore inficit, impoſita medio bipenni coloris ferrei, manubrio aureo. *Bottfeld* Miſn. (ββ) ex rubeo, & nigro ad perpendiculum ſecti ſcuti priorem partem faſciâ argentea exornat: *Baldinger* Patrit. Ulm. (γγ) parmam dragonali ſiniſtra lineâ ſecat, anteriori minio, poſteriori parte cyano tincta, impreſſo cane leporario candido, collari aureo ornato. *Rackel* Sileſ. (δδ) clypeum transverſe ſecat, capite coccineo, baſi rubeâ, impoſitis duobus cornibus Venatoriis argenteis, quæ faſciola Exceptio de ſectionibus ſcuti.

exſurgit jugum alarum expanſum, quarum altera nigra, altera argentea, hæc faſciis ſcutariis primi & quarti laterculi exarata, illa decuſſatam S. Andreæ erucem auream oſtendit: inter quas imaginem Turcæ, eodem amictu & ſitu, quo in ſcuti ſecunda & tertia area apparet videas. Laciniæ aureæ, & cæruleæ.

(α) **Wap.** I. p. 58. jugum alarum rubearum Laciniæ coccineæ, & cyaneæ. (β) **Wap.** I. p. 63. alæ coccinea & rubea (γ) **Wap.** I. p. 152. ſimili ſerto inſiſtit rana ſcutaria Laciniæ bicolores juxta analogiam ſcuti (δ) **Wap.** I. p. 159. (ε) **Wap.** I. p. 146. ex galea inter 5. folia cervi ſcutarii πρόλομη eminet (ζ) **Wap.** I. p. 50. caput cervinum Laciniæ nigræ, & rubeæ (η) **Wap.** I. p. 58. πρότομη bovis ſcutarii Laciniæ nigræ & cæruleæ (θ) **Wap.** I. p. 153. ex coronata Galea prominens caput arietis nigri, cornutum & coronatum aurea & faſtigiatum plumis Struthionicis argenteis & miniatis Laciniæ atræ, & rubeæ (ι) **Wap.** I. p. 52. (κ) **Wap.** I. p. 52. Laciniæ rubeæ, & nigræ (λ) **Wap.** I. p. 54. pileus ſcutarius, aurea, rubea, argenteâ & cyanea plumis ſtruthionicis faſtigiatus. Lacin. cærul. & rubeæ (μ) **Wap.** I. p. 156. (ν) **Wap.** p. 52. Inter duas alas rubeas truncus & cruciculæ ſcutaria. Laciniæ rubræ & nigræ. (ξ) **Wap.** I. p. 157.

(αα) **Wap.** I. p. 173. Galea legitur diademate tortili, unde exurgit imago virginis paſſis crinibus, amictu nigro & rubeo, tenens duos faſciculos pennarum pavoninarum, ſingulis petiolis aureis, quos alia Linea aurea jungit, impoſitos. (ββ) **Wap.** I. p. 156. Cornua ad modum ſcuti tincta. Laciniæ nigræ & rubeæ (γγ) **Wap.** I. p. 209. inter cornua cervina rubeum & cyaneum conſidens canis ſcutarius. (δδ) **Wap.** I. p. 64. ſeptem nigræ galli gallinacei pennæ, Laciniæ argenteæ & rubræ.

ſciola olligat in medio. Sic & *Auria* geſtat ſcutum transverſe ſectum ex auro & argento inſcripta aquila nigra cum unquibus nimiò infectis : *Eſcoubleau* partitum ex cœtuleo, & rubro inducta linea diagonali aurea; transverſe ſectum ex rubro & nigro inducta faſcia truncata aurea *Pianello*.

Alia exceptio circa figuras honorabiles.

§. XXXII. Alia, ſed iſti vicina exceptio eſt 9. quod nonnunquam ipſæ figuræ, quas *honorabiles* vocant, alii, quam regula poſcere videbatur, ſolo inſcribuntur. Hoc Galli (*pour cacher la fauſſeté, qui ſe rencontreroit aux eſcus.* Ut falſitas ſcutis alioqui dedecora veletur.) *Couſu* vocant. vid. *Paillot. h. v.* Et non tantum de Capite ſolent uſurpare, ſed & de aliis figuris. Exempla illa adducit dictus Autor : Caput adſutum rubeum imponitur ſcuto cœruleo bipenni argentea, aureo manubrio, impreſſa pro *Brie en Breſſe*, aureum 4. rhombis rubeis inſigne, argentea 3. capitibus pavoninis avulſus nigris inſigni *Plumé Guierville*, rubeum corde inter duas ſtellas ejusdem metalli aureo impreſſum, cœruleo leonem aureum deferenti. *Fermineau* (Languedoc.) rubeum 3. ſtellis aureis impreſſum cœruleo turre argentea nigro opere cæmentario rupi aureæ inædificatâ ornato *Boudrac.* (Delfin.) aureum argenteo 3. Cantheriis rubeis exarato *Garnier*. *Montſuron* cœruleum 3. liliis aureis ornatum coccineo, in quo tres gladii argentei diagonati ſitu locantur, capulis aureis ſurſum verſis. Quod ad alias figuras attinet *Paillot* illas enumerat. *Le Viſte de Freſne* geſtat in clypeo cœruleo baltheum adſutum coccineum 3. lunulis argenteis impreſſum, *Frugn.* in coccineo cantherium adſutum cæruleum tribus ſtellis argenteis oneratum, *Hart.* Angl. in cæruleo 2. cervis aureis ornato, cuſpidem adſutum rubeum, in quo tertius cervus graditur. His addit ex noſtris *Barfuſe* Marc. (α) per quorum parmam rubeam tranſit faſcia cærulea 3. pedes nudos continens. Notat de hoc ſcuto *Varenn.* R. *d' arm.* P. 3. p. 322. faſciam metallo tingendam fuiſſe) & *Pentinger* Patric. Auguſt (β) in quorum clypeo cæruleo baltheus rubeus 3. conchas argenteas defert (hoc ſcutum denuo *Varenn.* p. 208. corrigere, & conchas colore, baltheum metallo tingere vult.) ſed hiſce plura exempla addere poſſumus. Scuto rubeo inducit faſciam viridem *Grunberg* Sileſ. (γ) argenteo nigram 3. coccineis globis impreſſam *Oſſa* Miſn. (δ) *Wippermann*. Brunſvic. (ε) praſino 3. aureis annulis gemmatis ornato, nigram ſtella aurea inſignem. *Peterſvvald* Sileſ. (ξ) aureo rubram, capite aprugno nigro (unde etiam naturalis color defendit Anomaliam) oneratam *Zeilhofen* Bavar. (η) nigræ anteriori parti ſcuti, cujus ulterior argento albet, viciſſim, niſi de errore ſuſpicandum ſit, *Preuſen* Miſn. (ϑ) duas faſcias rubeas inducit ſcuti perpendiculariter ſecti ; ſed utraque parte cærulei, poſteriori parti; pariter inſcribit baltheum parmæ argenteæ aureum *Nitzchvvitz* Miſn. (ι) qui exemplum *Geliot* diſerte numerat inter ea quæ Gallis *à enquerir* inveſtigatoria dicuntur, de quibus §. 33.) aureæ argenteum 3. nigras figuras, *ſtöcke* vocant, complectentem *Hacken*, dicti *Peuſten* Miſn. (κ) cæruleæ rubeum 3. cornua arietina argentata referentem *Hedersleben* Miſn. (λ) baltheum ſiniſtrum inducunt clypeo aureo argenteum Lupo currente, quem gladius ſtillante ex vulnere ſanguine transfigit, exaratum *Kôteriſch* Miſn. (μ) cæruleo rubeum 3. capitibus papaveris argenteis impreſſum

Maen-

(α) Wap. I. p. 174. Conf. C. 5. S. 2. n. 16. (β) Wap. I. p. 208. ex coronata galea prominens Herma virilis cæruleo amictu, & pileo, niſi quod hunc pluma ſtruthionica argentea, & oram reductam rubeam. 3. Conchæ ejusdem metalli exornant. Lacin. cærul. & argent. (γ) Wap. I. p. 57. ſerto viridi incluſa crux anchorata minio & argento diſtincta. An ex hoc conjiciendum de errore ſculptoris, qui argenti in ſcuto oblitus ſit? An quia ex nomine aſſumtus viridis color (vid. c. 9. n. 8.) privilegium dedit. Laciniæ ſunt argenteæ, praſinæ, & coccineæ (δ) Wap. I. p. 165. (ε) Wap. I. p. 186. ex galea diademate tortili tecta, cornua prodeunt duo viridi & nigro colore quadripertita, ſtellam auream claudentia (ξ) Wap. I. p. 64. ex coronatâ Galea prodeunt duo cornua, aureum, & rubeum (η) Wap. I. p. 84. Cornua ad modum ſcuti tincta (ϑ) Wap. I. p. 160. Cornua ad modum ſcuti tincta. ut & Laciniæ (ι) Wap. I. p. 162. ex coronata galea exurgens Leo niger. Laciniæ aureæ & nigræ. Unde ferè inducor, ut credam ſculptorem argentum nigro colori per errorem in ſcuto ſuppoſuiſſe. (κ) Wap. I. p. 151. aureæ perticæ breviori appenſa culcitra ex parte nigra, ex parte argentea panniculis aureis ornata, laciniæ argenteæ, & nigræ. (λ) Wap. I. p. 151. caſſidi diademate tortili tectæ impoſitum cornu arietinum argentatum, ſuſtinens vexilla 5. ex cocco & argento transverſe ſecta, & perticis aureis defixa. Laciniæ argentea, & coccineæ (μ) Wap. I. p. 151. in coronata Galea ſalit Lupus

Maenhaupt Miſn. (ν) Palum inſeruit ſcuto rubeo cæruleum tribus caſtellis, niſi quod lapidum junctura nigro notatur, argenteis adjectis utrinque binis pedibus gryphi argenteis *Caſtriotus Scanderbeg* (Varenn. hæc inſignia vocat: *pour enquerir*, de quo Termino mox.) Cantherium inſcribunt clypeo rubeo nigrum *Kaas* Dan. cyaneo rubeum, Nympheæ folium aureum inverſo cuſpide ſuſpenſum complectentem *Vlfſparr.* Suec. cæruleo duos miniatos *Braitenbuch* Bavar. (α) Le Labeur de l' origin. des arm. n. 101. ſolum dicit viride & falſis adſcribit, ſed Termini uſu, quem ipſe probat.) Decuſſim à margine ſcuti dejunctum, aureum argenteo *Grefen* Miſn. (β.)

§. XXXIII. Ut falſitas vitetur, alium etiam 10. obſervavi modum quibus dam placuiſſe, ut nempe tæniola aliqua ſeparentur, quæ ſine falſitate videbantur non poſſe conjungi. E. g. *Chiſtvvitz* Sileſ. (γ) ſcutum geſtat quadrifariam cyano, & minio divi-ſum impreſſa faſcia iisdem coloribus teſſellata, ſid utrinque, teniola argentea terminata, conf. C. 5. S. 1. m. 2. n. 2. Alia Caurela.

5. XXXIV. Præter hæc ajunt quædam inſignia ab iſtâ regulâ abire hac ſolâ ratione, quod rei alicujus ſingularis memoriam anomalia illa ſervare debeat: ſc. ut quisquis arma à communi Lege abeuntia intueatur, ad cauſam ſciſcitandam moveretur. Undè vocant *perveſtigatoria*, *à enquerir*, *enquerre*, ſeu *enqueſter*. Huc referre ſolent ſcutum Hieroſolymitanum, in quo argenteo pingitur Crux patibulata 4. cruciculis ſtipata, omnia ex auro. Ajunt enim Godofredo Ballioneo datum id eſſe, ut ita rei inſolitæ intuitu, quicunque cauſam ſciſcitaretur, hac occaſione ejus elogia virtutis diſceret. Manet idem ad hoc quoque Tempus Symbolum *Hieroſolymitanum* quamvis *M. Gilb. de Varenn. R. d' arm. P.* 1. *p.* 55. optaſſet à poſteritate mutata fuiſſe arma hæc ſingularia. Cæterum hanc rationem Termini à *enquerir* rejicit *Meneſtr. L' art du blaſ. juſtif. c.* 13. *p.* 349. & dicit uſurpatum eſſe: *non pas tant pour de mander la cauſe, pour laquelle on les avoit priſes, comme la plupart ſe l' imaginent, que pour obliger ceux, qui les verroient à connoitre, qu' elles eſtoient ainſi avant l' eſtabliſſement des Loix Heraldiques: non tam ut deſiderium excitarent, cauſam, quâ aſſumta eſſent, inveſtigandi, ut plerisque perſuaſum eſt, ſed ut ſpectantibus demonſtrarent, quod ante leges Heraldicas ſtabilitas jam formata fuerint.* Arma perveſtigatoria ſ. à enquerir.

Non tamen video, quo jure prior illa Termini explicatio, quæ tantum non omnium fuit, rejici debeat. Certè â ratione hoc non abit, ut rei ſingulari notandæ ſingulare aliquid aſſumatur, vel concedatur. Ad hanc ergo ſpeciem referimus ex noſtris iſta inſignia, quæ alioqui canonem violare viderentur; ſed ob certas rationes, quas forte ipſæ familiæ norunt, & ſciſcitantibus exponent, aſſumta dici poſſunt. Ut cum *Bemdorf* Miſn. (δ) in cæruleo Scuto rubrum Leonem C. Le Labeur: de l' orig. des arm. n. 101. ait eſſe purpureum in rubro, & falſis aſſignat, ut & *Krazen* in Francon. quibus geſtatur in cæruleo ſcuto ſcala, (an pontis ſublicii cratem quis dicere malit, ob nomen *de Langenbruck* (ε) *Thümmel* Miſn. (ζ) in cæruleo duas ſtellas nigras interjecto malleo ferreo, *Görliz* Miſn. (η) in ſcuto ad perpendiculum hinc argenteo, inde aureo, duas ſecures obverſas, metallo utrinque oppoſito tinctas (ad quod exemplum Varenn. R. d' arm. P. 3. p. 460. *Ne vous eſtonnez pas, ſi vous voyez icy metal ſur metal, cecy n' eſt pas ſirare en Allemagne qu' ailleurs: Ne mireris hic metallum metallo inſcribi; id enim non æque in Germania, ac alibi rarum eſt.* Sed *Geliot* voce *enquerir* exemplum ad hoc Genus refert) *Drandorf* Miſn. (θ) in ſcuti bipertiti, cujus dextra pars cærulea faſciam argenteam complectitur parte item cyanea dimidium Lilium rubeum, *Berbisdorf* Miſn. (ι) in parma ex rubeo, & nigro bipertita duo brachia oppoſitis coloribus veſtita, ſuſtinentia Coronam cum impoſita ſtea aurea,

ſcutarius gladio transadactus (ν) Wap. I. p. 158. Galea tecta diademate tortili ſuſtinet jugum expanſum, alarum ſymbolis ſcuti ornatarum.

(α) Wap. I. p. 94. coronatæ Caſſidi impoſita duo cornua, cyaneum & miniatum. Laciniæ ad eandem normam (β) Wap. I. p. 153. alarum ſymbolo ſcuti ornatarum expanſum jugum. Laciniæ utroque metallo tinctæ (γ) Wap. I. p. 61.

(δ) Wap. I. p. 163. diademate tortili rubeo & cyaneo tecta galea ſuſtinet ſeptem vexilla ex minio & cyano ſuſpenſa perticis aureis (ε) Wap. I. p. 109. ex coronata galea jugum alarum complicatum cum Cartario typo. (ζ) Wap. I. p. 156. inter expenſas alas rubeas ſtillis ſingulis nigris inſignitas malleus ferreus. Laciniæ rubeæ & atræ (η) Wap. I. p. 156. aurea ſecuris galeæ impacta. (θ) Wap. I. p. 157. diademate tortili tecta caſſis cum faſciculo nigrarum pennarum. (ι) Wap. I. p. 162. ex coronata galea inter duas alas rubeam & nigram duo brachia oppoſitis veſtita coloribus ſuſtinentia coronam & ſtellam. Laciniæ rubeæ & atræ.

aurea, *Barby* March. (κ) in clypeo cæruleo uni cornu rubeus, *Horning* Silef. (λ) in ſcuto transverſe ſecto, & ſuperius cæruleo, inferius rubente duo cornua venatoria, oppoſitis coloribus tincta, ornatu verò & ligamine aureis *Waldan* Silef. (μ) in ſcuto cæruleo tres lunas rubeas, duas ſuperiores obverſas, tertiam cornua deorſum pertendentem *Nez* Silef. (ν) in ſcuto aureo tres Lunas cornua ſurſum vertentes argenteas, ut tamen ſingulis immineant ſinguli globuli rubei, *Drebbes* Weſtphal. (ξ) in cæruleo (niſi quod Laciniæ argenteæ, & rubeæ velle videntur, vitiosè quod argenteum eſſe debebat, cyano hic pingi) 9. rhombos rubeos (vid. C. 5. S. 1. m. 2. n. 20.) *Salza* (Brunſvic.) (ο) in 2. & 3. area argentea (niſi potius dicendum eſt, eam rubeam eſſe debere, uti Laciniæ indicant) duos aureos hamos incurvos geſtant conf. c. 5. f. 3. m. 2. n. 17. ita lego Henricum pingvem Northemium M. Saxoniæ, ut & alios Northemios majores geſtâſſe in ſcuto aureo cataphractum argenteum, ſimili metallo tincto equo inſidentem, eum vexillo ex lanceâ dependente rubeo (niſi ob colorem equi naturalem ad §. 30. referre exemplum malimus) apud Spangenberg. **Adel-Spiegel** P. 2. p. 315. conf. etiam Hiſt. inſign. l. 2. c. 9. p. 403. de Dominio *Sichelſtein*. In omnibus his, quamvis mihi rationem ἀνωμαλίας dare poſſibile vix ſit, aliquam tamen fuiſſe mihi perſvadeo. Niſi dicere velimus, regulam de colore colori, & metallo alteri metallo non imponendis non omnino in illis partibus Germaniæ, quæ orientaliores ſunt (pleraque enim hæc ut & §. 32. adducta, quæ excuſatione vel defenſione egebant, ex Miſniâ, Sileſiâ, & conterminis regionibus deſumta videbis) receptam fuiſſe. Quod ſi quis aſſerat, non valdè repugnabo. Cum vero vetuſtiora familiarum, de quarum nobilitate conſtat, inſignia tali defenſione à falſitate vindicari juſtiſſimum credo, ita, ut alii hodie in inſignibus fingendis exemplũ ſequantur, eoque ſe tutos exiſtiment, neutiquã juſtum exiſtimo. Potius eorũ imperitia vel temeritas ſuâ nôtâ digna eſt.

An myſteria in coloribus quærenda.

§. XXXV. Ita, quæ de coloribus obſervanda ſunt, pleraq; jam exſecuti ſumus. Dicendum reſtat de eorum ſignificationib⁹. Verum, an quicquam de his dicerem, aliquandiu mecum deliberavi. Certe aliquid ſolidi ineſſe non credo, & ante me Viri doctiſſimi. Ita *Marq. Freherus Orig. Palat. P. 1. c. 13. In cauſas colorum, naturam, & præſtantiam, atq; indè deductos ſignificatus ſubtilius inquirere, ob veterũ circa illos ſuperſtitionem fruſtra ſit. Henr. Spelman. Qui menſes, flores, dies, & ejusmodi introducunt, puerilia planè nectunt.* Paralleliſmum tamen geñarum, & planetarum non reprobat. *Ed. Biſſæus NN. ad Vpton. p. 41. In his uti in multis (pleriſq; fortaſſe) opinione ducuntur. Hoc planum erit, reputantibus eosdem colores aliis in ſummo pretio, aliis deſpicatiſſimos. In Africa, inquit, Ioan. Leo, manus, & pedes novarum nuptarum arborum frondibus nigrefaciunt. Quia & dentes, quorum albedinem nos tanti habemus, Indi atramento illinunt. Tartaris, & Moſcovitis ungves ſuos pice atriores reddere ſolenne eſt. Hunc colorem tanti fecerunt ſemper Hiſpani, ut ejus geſtamen Carnifici omnino interdixerint; quem tamen apud nos lugentes induunt. Turcæ vero adeò oderunt, ut apud eos nigris veſtibus amictos in conſpectum Imperatoris venire capitale ſit. Chinenſes vero & Tartaros candidis indutos lugere, Trigaltius autor eſt. Ariſtoteles libro ſuo de coloribus candida animalia imbecilliora plerumque eſſe aſſerit. Quod fortaſſe in cauſa eſt, quod Herculem ſuum Græci melampygum generoſo ſane epitheto robur ejus eo denotantes appellant. Hoc nomine inquit Heſychius fortem quemlibet honorant. Meneſtr. le verit. art. du blaſ. c. 8. p. 88. l'eſtime cette recherche inutile, & hors de la ſcience heraldique, ne fut, queles couleurs dic blaſon fuſſent determinées, à l'occaſion de quelque action ſignalée, comme ſi on donnoit un champ de gueules à un cavalier, qui reviendroit tout ſanglant de la melée, un champ d'azur, à un, qui ſe ſercit ſignale en quelque combat noval. Car pour l'application, que l'on fait des 4. Couleurs aux elemens, & aux 4. ſaiſons, ce ſont de réveries de Poetes. Ce n'eſt pas qu' on puiſſe faire des remarques ingenieuſes ſur les êmaux du blaſon d' un gentilhomme, mais, je dis, que ces reflexions ne ſont pas de l'art dont je traite.* Quod ita intelligat: Exiſtimo hanc indagationem inutilem planè, & â ſcientia heraldica alienam eſſe, niſi cum tincturæ ab actione præclara ortus trahunt. Ut ſi equiti, qui totus cruentus ex prælio rediit, ſanguine rubea, qui ſe in navali bello ſtrenuè geſſerit, cyanea area conceſſa fuerit. Quod enim 4. colorum ad elementa, annique Tempora applicationem concernit, ſunt hæ Pœtarum phantaſiæ. Non hoc dico quaſi non ingenioſæ obſervationes locum habeant circa tincturas ſcutarias nobilium, ſed dico eas non ejus artis eſſe, quam tracto.

Quæ vulgò

§. XXXVI. Conſtitui tandem ne hic quidem ea omittere, quæ alii commentati ſunt,

(κ) Wap. I. p. 174. ex coronata caſſide πρόμυ monocerotis (λ) Wap. I. p. 53. ex Galea coronata duo cornua cartaria rubeum & cæruleum (μ) Wap. I. p. 54. ſtella 7. radiorum rubea (ν) Wap. I. p. 64. cornua argenteum & rubeum (ξ) Wap. I. p. 189. inter cornua cocco & argento tæniata rhombus ex mimo. Laciniæ cocaneæ & argenteæ (ο) Wap. I. p. 180. ex coronata galea inter duas rubeas eminet ſtruhiarica pluma aurea, lateribus adhærent hamuli ſcutarii aurei.

sunt, etiamsi non probem; sed si quis multum illis tribuat, risu dignum credam. Audivimus à Menestrierio Poëtarum lusibus hic aliquid licere: Itaque vel hisce gratificari, quam querendi causam præbere cum malo, non omninò nullum operæ id pretium haberi potest. Porrò de argumento hoc conferantur præter hujus Artis Scriptores ipsos *Alciat.* 2. *Emblem.* 86. *Hæpnius de jur. inst.* p. 650. seq. *Limn. Jur. publ.* 6, 6, 64. Wapenb. P. 2. præfat. *Alf. Lopez de Haro Nobil. General. d'Esp. L.* 1. *Guilh. Durand.* Ration. Div. offic. *L.* 3. *c.* 17. Scripsisse etiam dicitur de significatione colorum *Peregrinus* tum *Rabelsius* c. 9. (nempe argumento illa Scriptione non indigno) imprimis insignem tractatum olim de materiâ hâc edidit fecialis Siculus (*Le Sicile Heraut du Roy Alfonse d'Aragon, de Sicile, &c.*) sub titulo: *Le blason des couleurs en armes, livrées, & devises.* Ubi gemmas, anni tempora, virtutes, quin & Sacramenta (unde Pontificii septem Sacramentorum assertores, quominus purpuram ex numero tincturarum excluderent, religione prohiberi deberent, ne ἀναλογία pereat) inter colores distribuit: Indè ex eo pleraque hic repræsentamus, additis tamen, quæ alii adjecere. Auro attribuunt Topasium, chrysopram, Chrysolithum, solem, leonem zodiaci signum, diem Dominicam, Augustum, (alii Julium) ignem, cupressum, matrisylvam, oropendulam (avem.) temperamentum sanguineum, adolescentiam ad annos 25. nobilitatem, divitias, Potentiam, felicitatem, & præstantiam (inde seculi aurei nomen) sapientiam (quò tra-hunt illud Apoc. 3, 18.) fidem in Deum, & veram Pietatem Proverb. 16, 16.) justitiam (cui Athenæus vultum aureum, oculum aureum tribuit) magnanimitatem, fortitudinem militarem, caritatem, fidem, gravitatem, alacritatem, obligationem defendendi Principem, seu Patriam, vel bonum pauperum procurandi, Altaris Sacramentum. *Argento* crystallum, beryllum, margaritas, lunam, diem lunæ, Januarium (al. Junium) Cancrum Zodiaci, aquam, iridem, Palmam, lilium temperamentum phlegmaticum, infantiam ad 7. annum, Baptismum, religionem, fidem, puritatem, innocentiam (indè beati in albis stolis repræsentantur Apoc. 6, 11. Veteribus etiam christianis albæ vestes post Baptismum solennes: uti Lactant.

Candidus egreditur nitidis exercitus undis
Atque vetus vitium purgat in amne novô.

Fulgentes animas vestis quoq; candida signat,
Et grege de niveo gaudia pastor habet.

Unde etiam nomen *Dominicæ in albis:* Tum ritus altaria albis tegendi; cum festa celebrantur. Ita ajunt Witikindum baptisatum, qui prius equum nigrum gestârit, cum albo illum commutâsse. Imò jam apud gentiles flamen Jovi sacra facturus totus albatus erat) candorem, sinceritatem felicitatem, humilitatem, justitiam, castitatem, virginitatem, spem, docilitatem (quia albus color omnes recipit tincturas) obligationem pro virginibus & Orphanis, constantiam in fide, & confessionem. *Rubeo* colori Rubinum, Carbunculum, Balagium, Cuprum, Martem, diem Martis (vel Mercurii) arietem, & Scorpium Zodiaci, Martium, Octobrem, Julium æstatem, ignem, cedrum, rotam, clavellinam (florem) pelicanum, virilitatem ad 50. annum, sanguineam completionem, fortitudinem, Audaciam, Charitatem, Amorem, Zelum pro fide, sollicitam & laboriosam curam, bellum, magnanimitatem (inde Marti sacer, & Militibus usitatior, quod profluentem sanguinem celet, ut Isidorus de Lacedæmoniis, iramq; excitare dicatur) ultionem (unde magistratibus debitus) pudorem, verecundiam, obligationem injustè oppressos juvandi, aliquando tyrannidem, confessionis Sacramentum. *Cæruleo* Sapphyrum, Hyacinthum, cœlum, Jovem, vel Venerem, diem Martis, vel Veneris, Autumnum, Septembrem, Aprilem, Taurum, & Libram Zodiaci, aërem, aquam, mare (unde Nautis Conveniens. Suetonius dicit: quod Augustus donârit Marcum Agrippam in Siciliâ post navalem victoriam cæruleo vexillo. Et quia Equus Neptuno, cæruleo dicto, sacer est, Romani in equitibus conscribendis utebantur vexillo cæruleo) stannum, quercum, violam, chamæleontem, pueritiam ad 15. annum, cholericam complexionem, justitiam, scientiam, bonitatem, castitatem, amotis zelum, sanctitatem, rerum divinarum contemplationem (unde frequens in vestibus summi Pontificis apud Enn. Cœli cærulea templa Pontificibus sunt contemplanda.) Fortitudinem, civilitatem, nutritionem, afflictionem (quod Ed. Terry Itin. Ind. §. 4. p. 27. dicit, addens hoc colore indutum, neminem coram Magno Mogole compariturum) confirmationis Sacramentum, obligationem defendendi fidos Ministros, quibus digna gratia relata non est. *Nigro* adamantem, achatem, gagatem, marmor, ferrum, plumbum, Saturnum, diem Veneris & Saturni, hyemem, Decembrem, terram, oleam, aquilam, senium decrepitum, melancholicum temperamentum, simplicitatem, fidem, prudentiam, constantiam (nam niger color alio mutari nequit) taciturnitatem, veteris Adami mortificationem, seculi abnegationem, terrorem hostium (unde olim sacer fuit apud Brachmanes

affignare soleant.

Apollini, & nunc virorum gravium veſtibus inſervit.) Triſtitiam, infelicitatem (unde illud Perſei, *illa prius cretâ, moxhæc Carbone notata.* Ita cum Ægeus in Filii Theſei nave velum nigrum vidiſſet, filium cæſum opinatus, in mare ſe præcipitem dedit apud Plut.) Mortem Sacramentum, quod vocant extremæ unctionis, obligationem defendendi viduas, orphanos, & Eccleſiaſticos vexatos. *Viridi* Jaſpidem, Smaragdum, Venerem, Mercurium, Diem Jovis vel Mercurii, Ver, Majum, Junium, Stannum, Plumbum, Laurum, Sempervivum, Pſittacum, Juventutem ad annum 35. pulchritudinem, Perpetuitatem, Matrimonii Sacramentum, Lætitiam, humanitatem, ad beneficentiam promptitudinem, fortitudinem, Spem (Virgil. habet, *viridique juventa, viridique Senecta*) florentem ætatem, obligationem defendendi Orphanos ruſticos, & pauperes. *Purpuræ*, ſi qua eſt, Amethyſtum, Mercurium, vel Jovem, Diem Saturni, vel Jovis, Novembrem, Februarium, Sagittarium, & piſces, Iridem, Stannum, Argentum vivum, Sabinam, Lilium, Leonem, ſenectutem ad annum 70. gratiam Dei, & Hominum, Temperantiam, abundantiam bonorum, jurisdictionem, Dominium, Sacramentum Ordinis Obligationem defendendi Religioſos & Orphanos. Ne vero alii etiam rariores omittantur, amaranthico colori, caput Draconis, & Hyacinthum, ſanguineo Caudam Draconis, & Sardonychum adſcribunt.

Similia de colorum conjuncti. one.

§. XXXVII. Neque hic ſtetit eorum curioſitas, qui iſtis plus tribuunt. Ita certa myſteria colorum conjunctorum refert **Wapenb.** ex MS. *Wilhelmi Schmidt* Angli. Quod nempè notent *duo metalla juncta* victoriam adverſus infideles, *auro* additi colores rubeus Libertatem, cæruleus avaritiam, niger conſtantiam, viridis gaudium effuſum, purpureus amicitiam cum hoſtibus, *Argento* adſcripti, coccineus audaciam, cæruleus civilitatem, niger abſtinentiam à voluptatibus, praſinus virtutem à teneris, purpureus Populi favorem, *rubeo colori* adjuncta aurum deſiderium aliquid adquirendi, argentum deſiderium Vindictæ, cyaneus beneficentiam furvus odium mundi, venetus audaciam in juventute, purpureus fortitudinem, & juſtitiam, *Cyaneo* aurum alacritatem, Argentum vigilantiam, minium incivilitatem, ater miſerationem viridis in novo propoſito felicitatem, purpura bonum conſilium, *nigro* juncta aurum Gloriam & longævitatem, argentum ἐυφημίαν, rubeus fortitudinem, cæruleus pacis ſtudium, viridis fidem, purpureus Devotionem, *Viridi* adſcripta aurum delectationem, alterum metallum bonum procuratorem, coccineus obſtinationem, cæruleus conſtans gaudium, niger moderationem Voluptatis, purpureus poſt nubila Phœbum, *Purpureo* adjecta aurum Sapientiam, Argentum Pacem, rubeus politicum, cyaneus fidum, ſed infelicem miniſtrum, pullus luctum gravem, viridis linguam venenatam, *Aurantius* Color ſolis inconſtantem, & jactabundum, additus auro felicitatem, argento felicitatem in aquâ, minio inimicitiam, nigro artificem, cyano velocitatem, viridi deſiderium contemnendi, purpura bonum conſilium, carneo patientiam, *Carneus* denique tarditatem ad pugnandum, & vincendum, nec non inconſtantiam, adjectus auro victoriam in juventute, argento animum, qui mori, quam capi præoptet, cocco amorem ardentem, ſed qui facilè refrigeſcat, cyano potentiam, atro infidelitatem, viridi ἀπροσωπολημψίαν, purpureo hoſpitalitatem: Hæc ille. Quis vero credat, de his vel ſomniâſſe eos, qui dedère, aut ſumsêre arma, easque ita tinxere, uti animus ferebat.

Color umbraticus.

§. XXXIIX. Antequam à tincturis abeam, unum ſupereſt, ut de colore *umbratico* aliquid adjiciam, utpote de quô alibi dicendi commodior locus non eſt. Convenit ille nunquam areæ, ſed tantum figuræ. Vocatur autem umbra exempl. gr. Leonis, crucis &c. ſi ſubobſcuro, & transparenti colore pingatur figura, uti campi tinctura per ipſam figuram transpareat. *M. Vulſ. de la Colomb. Scien. Her. c.* 33. *p.* 358. (ut & p. 143.) *Les ambres ſont d'une couleur enfumée & transparente, en ſorte, qu'on peut voir à travers le champ, qui eſt deſſous.* Quod ipſum eſt, quod modò diximus de umbris ita *Nic. Vptonus* de milit. offic. L. 4. p. 220. *ſemper hæc umbra fit de colore nigrô, de quocunque colore factus fuerit campus armorum, & campus dictæ umbræ, eſt de eodem colore cum campo.* Quod ita capias: Exempli cauſa *Trazegnies* geſtat (ap. Chifflet. Inſ. Eq. A. v. n. 145.) ſcutum faſciis ſex obliquis dextris aureis, & cæruleis inſcriptum, & atra leonis umbra lineari ſupercurrente impreſſum; limbo ambiente coccineo ſtriato (eadem arma Baron. de *Steenhuſe Flandr.* niſi quod Limbus conſtat argenteis, & miniatis particulis. Hoc ita capiendum eſt, quod figura Leonis non peculiarem habeat colorem, ſed ubi cæruleis baltheis incumbit, quantum eorum tegitur cæruleus color, ubi aureis aurum repræſentatur cum aliquô nigrore,

uti

ati in naturâ fit, cum umbra in quemcunque colorem incidit, ut obscuretur parumper. Hoc tamen Uptoni perpetuum non est. Nam videas ubi umbra peculiarem suum habeat colorem E. gr. *Hurault de Chiverny* gestat in parmâ argentea cæruleam crucem, cujus angulos occupant quatuor umbratici soles rubei, uti figura solis non ut in priori ab area ipsa tincturam sumit, sed pingenda est rubea, verum paulo obscurius. Ita *Varenn. R. d'arm.* P.3. p.389. explicat *imbres des croix c'est à dire, qu'elles ne sont pas beaucoup. colorées.* Cruces umbraticas h. e. quæ colore constant imbecilliori. Quales sunt in Scuto *Ebrard. S. Sulpicia* in area 1. & 4. cruciculæ nigræ, quibus illa conseritur, incumbente Leone item atro. *Vptonus* p. 147. Rationem etiam umbratorium insignium aliquam adferre vult, sed suo more ineptit: cum eam dat, quod avitis patrimoniis ad alios delapsis nepotes spem illa aliquando recuperandi avitorum armorum umbra testentur. Hanc umbrarum causam si admittas, metuo, ne summorum Principum Scuta frequentissimè inumbrare necesse esset. Sed de hisce satis.

CAP. V.

De Figuris Scuto Inscriptis.

§. 1. *Figuræ Campus s. solum.*
2. *Pictorum figmentum limbi.*
3. *Synonyma campi.*
4. *An omni areæ sua figura.*
5. *Scuta pura, unius tincturæ.*
6. *Aliquæ leges non receptæ.*
7. *Modus exprimendi aream & figuram.*
8. *Ordo areolarum recensendarum ex Diplomate Brotbeckiani scuti.*
9. *Figurarum numerus, an ternarium superare debeat.*
10. *Iterum de numero. Scuta sine numero consita. Sernés;*
11. *Accessiones potius soli quam figuræ.*
12. *Situs figurarum.*
13. *Dispositio in linea recta.*
14. *Unius generis figurarum situs.*
15. *Trium figurarum dispositio.*
16. *In literam Pythagoricam. En pairle.*
17. *Exempla inter Silesios frequentia.*
18. *In medio se tangentium.*
19. *Dispositio plurium figurarum.*
20. *Figuræ in orbem dispositæ. En orle.*
21. *Diversarum figurarum dispositio.*
22. *In crucem vel decussim.*
23. *Toti impositæ figuræ scuto.*
24. *Colores admodum sectionis alternantes.*
25. *Mysteria & Hieroglyphica figurarum.*
26. *Judicium de illis.*
27. *An ex figuris de prærogativa familiarum judicium.*
28. *Partitio figurarum.*

§. I. VIdimus scuti figuras atque divisiones, tum quibus figuræ pingi soleant colores vel tincturas: nunc ordo requirit, ut inscriptas scuto figuras lustremus. Scuto inscriptas figuras duo, unde scutum subjectum figurarum est, sed si ita velis remotius, vel mediatum. Cui enim proxime & immediate inscribitur figura, speciali nomine appellatur *solum, campus* sive *area.* Monetus pratique des arm. n. 2. §. 2. de hoc: *Cujuscunque materiæ certo schemate descripta* area, *proprium est arvum* (le lol.) *tesserarii laterculi, laterculus verò ipse proprium ac proximum* solum (le champ) *est symbolicum iconum scuti gentilitii:* & §. 1. *Hieroglyphicæ icones gentilitiæ solum est plana superficies areæ certi statique schematis quavis in materia descripta, in quam coloribus aut metallis inducitur proprius laterculus s. germanum arvum principum Iconum scuti tesserarii eidemque laterculo icones primariæ coloribus, metallis velleribus deinde appinguntur.* Itaque scutum non quavis sui parte solum figuris præbet, sed superficie: Et quidem *exteriori:* quæ enim militem respiciebat, jam olim carebat figuris talibus, quibus alteram, quæ in oculos aliorum incurrit, ex ornare soliti sunt. Hoc tamen lego, veterum scutis parte adversa inscriptum fuisse latoris nomen, ut de ignavia vel fortitudine constaret, quod observavit *H. Spelman aspilog. p.* 53. Figuræ Campus s. solum.

§. II. Porro quod non semper tota superficies scutis areæ locum obtineat, illa pictorum consuetudo respicit: cum sæpius limbum extimum superficiei æque ac marginis clypeorum varie curvatos colore areæ debito non tingunt, sed vacuum relinquunt, aut alio colore inficiunt. Quod postremum facile errori occasionem præbere potest, ut limbus ad ipsam armorum figuram spectare videatur, quia ille in hono- Pictorum figmentum limbi.

ra-

noratorum numero etiam recenſeri ſolet. Ut inferius videre eſt. §. 1. m. 1. n. 139. Periculo tamen vacat, ſi limbus nullo juſto colore, cui in ſcutaria diſciplina locus, tingatur, ſed ipſa pictura oſtendat, pictoris phantaſiæ aliquid permiſſum eſſe. Minus vero tolerari ille mos debet, cum aliqui alios quoque laterculos, quibus in medio ſcuti locus, ſimilibus, neſcio cujus elegantiæ opinione, limbis exornare vel potius confundere ſatagunt.

Synonyma campi.

§. III. Cæterum Synonyma varia ſunt, quibus ſolum de ſignare ſolent: vocatur enim *area*, *campus*, *alveus*, *folium*, *æquor*, *ſpatium*, *plaga*, *humus*, *planities*, *arena*. Confer Hæſping. de jur. inſign. p. 596. Gallis *le ſol*, *le champ*. Noſtri **das Feld**. Sed ſi fides eſt autori præf. **Wapenb.** p. 2. §. 63. hoc nomen tum tantum uſurpatur, ſi ſcutum plures areas complectatur, ſecus ſi unica conſtet, cum retinenda ſcuti appellatio **der Schild**. Verum hujus obſervationis ergo fidem præſtare nolim.

An omni areæ ſua figura.

§. IV. Ex hoc apparet, quicquid in ſcuti ſuperficie pictum attenditur, *aream & figuram ipſam eſſe*. Cum verò figuram vel ſymbolum inſcriptum ſoleamus vocare, expreſſionem alius rei, *quæ etiam denta aream integram relinquat*. Ut *loquitur* H. *Spelm. aſpilog. p.* 87. ex eo apparet, non omni areæ ſuam eſſe figuram; quod duobus modis fieri poteſt. 1. ſunt aliquæ areæ puræ, uno ſolo metallo vel colore conſtantes: in quibus nihil quod figuræ vicem ſubeat conſpicitur. 2. Aliæ areæ licet una tinctura non conſtent, nihil tamen continent, quod figuræ locum obtineret, ſed ſolis diviſionibus ſcuti conſtant. Huc illa ſpectat *Spelmanni* partitio, cum areas in *ſimplices* (quæ monochromatæ ſunt) & *compoſitas*, diſtinguit, has vero dicit vel diviſas, *diviſione pura*, *mixta* aut *ſubalterna* vel diſcriminatas *coloribus interpunctis*, cum ſubdividentes lineæ ſe invicem variis modis transfigunt. Ad quam claſſem teſſellas, rhombos, de quibus S. 1. m. 2. variegatas vellere cymbalite areas (vid. c. 4. §.) refert. In omnibus enim his aream à figura ægre diſtinxeris.

Scuta pura, unius tinctura.

§. V. De ſcutis puris, non ſemel quæſitum eſt, an inſignium rationem habere poſſint. Supra monuimus c..... tyronibus veterum datas tabulas nudas, ut meminiſſent mereri ſymbola, quibus iſtæ olim exornarentur, quæ conſideratio, ſi omnibus ſeculis eadem ſediſſet opinio, inſignia μονοχρώματα omni honore privaret. Sed oſtendit tamen *M. Gilb. de Varenn. Loy d'arm.* P. 1. p. 53. potuiſſe etiam talia ſcuta à familiis geſtari, quarum majores ſe ſtrenue geſſerint, ſed adhuc majora ſperantes, ſymbola recipere tantiſper recuſaverint: ſi filii ob celebritatem paternæ virtutis nuda talia, quæ à parente vel avo geſtata fuerunt, ſcuta retinere, quam novis figuris mutare maluerint. Certe non exemplis deſtituimur familiarum, quibus nuda atque adeo unico (colore) metallo tincta clypei area in pretio fuit. Ita puro ſcuto uſi ſunt aureo *Bandinellii* Senenſes, ex quibus Alexander III. Papa. Item familiæ Hiſp. *Majorga* & *Meneſes*. Rubrum clypeum aſſignant Garſiæ Ximenio primo Regi Navarræ, à quo *Albretani* accepere (vid. Hiſt. inſig. L. 1. c. 2.) eodem uſi *Rubei* Florentini.

Aliquæ leges non receptæ.

§. VI. Hic omittendum non eſt, quibuſdam eam ſediſſe opinionem, quod à capite ad pedem ſcutum uno tractu cohærere debeat, unde crucem non agnoſcebant, ſed eum colorem in illum modum diſpoſitum pro area haberent, quatuor angulos figuræ loco accipiebant. Fatetur antiquam hanc eſſe opinionem, ſed ſuperſtitioni adſcribit *Petrus de S. Iuliano* & ex eo d. Franc. *Meneſtr. L'art dubl. juſtif.* c. 6. p. 133. Huc illa Uptoni de milit. off. L. 4. p. 210. *quod in quibuſcunque armis & diſcernendis eſt incipiendum à cono, ſi ille conus fuerit unius coloris, & ſic ille conalis color eſt campus ipſorum armorum.* Quod niſi idem eſt, repetit *Ioh. de B. Aureo* p. 23. Cæterum commentum hoc ſolo fingentium arbitrio nixum refellere neceſſe non eſt.

Alia lex allegatur, qua prohibeant Heroum feciales, ne figuræ teſſerariæ cuſpidem parmulæ tangunt, ſed ſuimet hæreant libramento. Rationem Æg. Gelen. de Colon. Agripp. magnit. L. 2. p. 116. 117. ex hypotheſi ſua deducit, qua inſignium originem quærit in veſtimentis militiæ veteris: Verum legem hanc receptam non eſſe, multarum illuſtriſſimarum familiarum arguunt exempla.

Modus exprimendi aream & figuram.

§. VII. Circa modum exprimendi ſolum & figuram, non idem omni tempore vel loco placuit. Noſtris Germanis in uſu hactenus fuit, ut à figura ordinentur, tanquam potiori parte, adjecta areæ recipientis mentione: ita **Ein rother Löw in ſilbern Schild oder Feld.** Ruber Leo in campo argenteo. Gallus vero colorem

areæ

areæ initio exprimit,& tum demum qua figura ornetur adjicit *d'argent au lyon de gueules*. Argenteum ſcutum rubeo leone exornatum. Sed vetuſtiori tempore eodem modo, quo nunc utimur, gallos uſos fuiſſe idoneus autor eſt *Monet. pratiq.* des Arm. n. 10. §. 1. Qua ratione propoſitum exemplum ita enunciaverit priſcus fecialis Gallicus: *un lyon de gueles au champ d'argent*. Sed cùm ſuccinctam hujus φράσεως brevitatem probet Monetus, ſignificantius tamen noſtro modo rem exprimi credit (*au jour dhuy on blaſonne en ces termes plus brivement, mais non plus ſignificativement & moins clairement. d. 1. §. 2.*)

Ordo areolarum recenſendarum ex diplomate Brotbeckiani ſcuti.

§. VIII. Cum plures areæ ſcutum implent, in illis recenſendis ſuperiores inferioribus, dextras & anteriores poſterioribus præferre rationi non inconveniens videtur. Certe Gallis hoc perpetuum, à noſtris neſcio an ſervetur, quinimo obſervari aliquando contrarium in diplomatibus Cæſareis reperiri: cauſam vero exprimere non poſſum. Ne ſine teſte hoc proferam, en deſcriptionem inſignium familiæ in Wirtenbergico agro *Brotbeckiæ* (die Brotbecken) poſt avum Ferdinand. I. ab Auguſto Ferdinando II. 1627. datorum, quæ exhibet Wap. IV. p. 30 Formulam quomodo exprimantur areæ & figuræ, adduxi c. 1. §. 49. Sermone latino, quæ ibi vernaculo conceptæ ſunt, non omnia exprimam ſed paucis potiora complectar. Jubetur 1. ſcuti in inferiori parte poſterior area cærulea fœminam lauro caput redimitam, ſed nudam umbilicotenus è monticulo tricipiti viridi emergentem deferre. 2. In ſuperiori dextra, cujus poſteriora cæruleo colore, interiora auro tincta ſint, panis in rhombi figuram effigiatus argenteo tricolli monti imponi, & utroque latere ſingulis ſtellis ſtipari, collium atque ſtellarum colore juxta areæ diſtinctæ modum alternante. 3. quæ area dextram locum ſcuti pede occupat deſcribitur tranſverſe ſecta (coupé) inferius nigro, ſuperius miniato colore conſtans,& urſum exhibens, cujus inferiora rubeant, ſuperiora nigricent, pedes autem anteriores panem rhomboidem aureum teneant. 4. Siniſter ſuperior laterculus ad perpendiculum ſectus, poſteriori parte atreo colore, anteriori auro pingitur, & juvenem, in cujus dextra ſimilis panis conſpicitur, veſte ad variationem areæ, oppoſitis coloribus tinctâ, oſtentat. In eundem modum in deſcriptione apicis ſiniſtri cornu inferior pars ante dextri ſuperiorem, tum demum dextri inferior & demum ſiniſtri ſuperior recenſentur. Rationem rei hujus peritioribus rimandi relinquo.

Figurarum numerus, anternariorum ſuperare debeat.

§. IX. Figuris quæ ſcutis inſcribuntur, varia accidunt, de quibus prius agendum eſt, quam ſingulas in medium proferamus. Initio *numerus* obſervandus eſt. Cum verò de numero loquimur, ille vel de diverſæ vel ejusdem ſpeciei notis intelligitur. De illis legem refert *Campanille dell armi* c. 2. p. 7. ut in una area non plures figuræ occurrant, quam diverſæ ſpeciei tres. Addit. *La di trè é buona, di due migliore, ma d'una ſola é ottima, e ſi concede fino alle trè eſſendo queſto numero di molta virtù è perfettione.* Quæ tres diverſæ ſpeciei figuras complectuntur areæ, non reprobantur, quæ duas præillis, maxime vero quæ ſingulis tantum conſtant, laudantur. Ad ternarium tamen pervenire licet, ob illius numeri virtutem & efficaciam. Quam rationem probet, qui volet.

Iterum de numero. Scuta ſine numero conſita, ſemé.

§. X. Si unius generis figuræ in ſcuto vel aliqua ejus area multiplicentur, numerum exprimere neceſſe eſt. Porro numero certam legem poſitam non invenio, niſi quod *Chaſſanæo*, ut figuræ determinatæ ſedenarium numerum non excedant, viſum eſt. *Ren. Franc. eſſ. de merveill.* c. 4. p. 374. Legem circa animalia & flores probat: ſed in Areis teſſellatis, virgatis, rhombulatis ei locum non reliquit, in quibus 25. vel vicies ſexies teſſellæ vel rhombi repeti poſſint, ut numerus adhuc determinatus habeatur. Cum autem hic etiam ſuperatur, vel certus atque definitus nullus eſt, verum una nota quoties fieri potuit repetita totum areæ ſpacium occupat, Gallis terminus *ſemé* in uſu eſt, dixeris *conſperſum*, *conſitum* absque determinato numero, ſolum. *Uptono* & *Joh. de Budo aureo*, qui novenarium numerum in determinatis ſuperari nolunt, pulveriſata arma vocantur. Solent vero ut plurimum per *quincuncem* illæ figuræ diſponi, & ita ut ſummitate vel cuſpide ſcuti atque lateribus dimidiato aliquæ con-

conſpiciantur, certiori teſtimonio numerum nullum definitum eſſe, ſed tot putas, quod capiat ſpatium. Porro non tantum plinthidibus, liliis, roſis, cruciculis & aliis minoribus figuris conſperſa reperies ſcuta, ſed eſt ubi animalia vel aves incerto numero in area eadem repetuntur. Ita non tantum Familia de *Chaſteaubrient* olim parmulam rubeam aureis pomis, ſ. nucibus pincis, quibus deinceps ex Ludovici IX. dono lilia ſucceſſere, conſitum geſtavit, ſed & *Preuilly-Poule* auream, aquilulis cæruleis, *Boiſſieu*, (in Delphinatu) rubeam leunculis argenteis ſparſam oſtendunt.

Acceſſiones potius ſoli quam figuræ.

§. XI. Frequens admodum eſt, ut cum unica inſuper principalis figura in laterculo appareat, ille aliis diverſæ generis notis conſitus conſpiciatur. Ubi ſecundariæ hæ cenſentur, & tantum non ipſi accenſentur campo, cujus potius ornamentum ſunt, quam figuræ primariæ acceſſio. Res liquida eſt, cum vellere hermionico & vario ſ. cymbaliti figura inſeritur. De aliis non aliter judicandum credo. Porro in Germania noſtra exempla ſcutorum, innumeris unius rei figuris, inprimis plinthidibus, globulis, cordibus vel ut alii volunt roſarum foliis, cruciculis conſperſorum, ut tamen aliud potius δᾶγμα ibidem appareat, plura ſunt, quam quæ absque alia nota primaria ſine numero homogeneis figuris complerentur.

Situs figurarum.

§. XII. *Situs* proximum eſt, quod in figura conſideratione eget. Ordinarie verò quævis figura primaria medium ſcuti ita occupat, ut quoad fieri poteſt in reliquas ſcuti partes protenditur. Si altior quam conveniebat locus aſſignatus vel humilior, id exprimendum eſt. Illud *hauſſé* Galli vocant, hoc *abaiſſé*.

Diſpoſitio in linea recta.

XIII. Quæ figuræ in rectam prope lineam diſponuntur, quadruplici ſitu collocari poſſunt. Perpendiculari transverſo, & obliquo verſus angulum dextrum vel ſiniſtrum. Quod ita enunciant, in pali (*en pal*) faſciæ (*en faſce*) balthei dextri (*en bande*) vel ſiniſtri (*en barre*) modum diſpoſitum eſſe. Unde hæc nomina, paulo poſt, cum de figuris dicetur, pateſcet. Porro omnium exempla paſſim occurrunt.

Unius generi, non figurarum ſitus.

§. XIV. Si unius generis plures figuræ eandem aream compleant, non numerus tantum, ſed quo ſitu ſe invicem reſpiciant exprimendum eſt. Si in unam lineam incidant, eadem differentia obſervatur, quam ſuperiori §. notavi. Utrum nempe palum (palata non nemo dicit) faſciam (*Barrata aliqui vocant*) vel baltheum referant (*en pal* nach der länge des Schilds) *en faſce* nach der breite des Schilds) (*en bande* von der rechten herab) (*en barie* von der lincken herab.)

His addendus eſt ille modus, ſi caput ſcuti occupent (*en chef.*) Non infrequentes termini ſunt, qui ad ſitum ſpectant, *adorsé ſ. adoſsé & affronté*, ille, ſi duæ figuræ obverſis dorſis, hic ſi frontibus ſe reſpiciant. Conveniunt illi primariò figuris animalium, ſed ab his ad alias etiam translati ſunt.

Trium figurarum diſpoſitio.

§. XV. Cum verò non in unam lineam incidunt ſpeciatim, qua ſerie collocentur, exprimendum eſt. Tres plerumque ſitu eo pingi ſolent, ut duæ angulos ſuperiores, tertia cuſpidem reſpiciat. 2. 1. oben zwey/ unten eins. Certè ille collocandi modus adeo communis eſt, ut ſi figuram in area ter repetitam audias, alius ſitus diſerte addatur, hic intelligendus ſit. *Upton.* p. 253. & *Joh. de Bado aureo:* ſi verò ille ordo invertatur, una nota ſuperiorem, duabus inferiorem locum occupantibus, *male diſpoſitum* ſitum vocant, *mal ordonné.* M. Vulſ. de la Colomb. Scienc. Heroiq. c. 29. p. 310. Talis ſitus hinc inde quædam exempla ſunt. Ita tres globi cærulei in argenteo ſcuto *Dumer* (Franc.) (*α*)

In literam Pitthagoricam, en pairle.

§. XVI. Cum communi tres ejusdem generis notas collocandi modo convenit ille, quem *en pairle* vocant: In *literam pythagoricam* diſponi dicerem. Hoc ſolo à priori differt, quod quæ communiter ad ſcuti ſitum rectæ ſtare debebant figuræ, ſuperiores inclinentur, ut in angulos reſpiciant. Exempla quam plurima occurrant; geſtant enim hac diſpoſitione *Eggenberg* (Barones, qui nunc principes) in ſolo argenteo tres aquilas, capitibus ad coronam in medio ſcuti rubeam converſis.

Exempla inter Sileſios frequentia.

§. XVII. Vix alibi plura exempla oſtendi, quàm in Sileſiæ nobilitate, quæ ſingulari affectu in illam diſpoſitionem ferri videntur. Ita enim locant gentilitiorum ſignorum ternarium, familiæ de *Dibitſch*, *Schindel*, *Braun*, *Dopſchiz*, *de Schvvenckfeid*, de *Dornheim*, *Kitſchker*, *Krackau*, *de Zornberg*, *Jordaner*, de *Korckvviz*, quorum ſcuta Sibmacherus exhibet, ubi videri poſſunt.

§. XVIII.

(*α*) Wap. V. p. 91. gryphus exoriens aureus.

§. XVIII. Occurrunt alia exempla, cum figuræ conjunguntur in medio, ſal- In medio ſe tangenti-
tem ſe invicem tangunt. *De Liedlavv* [Sileſ.] geſtat 3. claves argenteas in literam py- um.
thagoricam diſpoſitas, & annulis ſuis invicem implexas, in parma cærulea (α) Huc
refer familias itidē exSileſia nobilitate *de Kaldenbrun, de Schreibersdorff, de Kreckvviz,*
Beheim, Ungerathen, Dlühömil: quorum ſcuta itidem apud Sibmacherum ſpectanda.

§. XIX. Si quatuor pluresve ejusdem ſpeciei notæ ſcutum occupent, quocunq; Diſpoſitio plurium fi-
meliori modo fieri poteſt, deſcribendus eſt ſitus. *Quatuor* duobus inprimis modis di- guratum.
ſponuntur, ut binæ ſuperiorem, totidem inferiorem partem clypei obtineant; vel ut
in capite parmæ & pede, ſingulæ, binæ autem in medio locentur. *Quinque* ſi ſint,
plerumque vel in crucem (*en croix*, creutzweiß) vel in decuſſim (*en ſautoir*) ſchreg
creutzweiß / diſponuntur, qui poſterior modus inprimis Hiſpanis familiaris eſt. *Sex*
vel duobus ordinibus, vel tribus diſponi ſolent, prius ſi ternæ, 3. 3. 3. poſterius ſi binæ
2. 2. 2. vel in prima regione tres, in ſecunda duæ, in infima una 3. 2. 1. collocentur.
Septem ut plurimum in duos ordines 4. 3. vel tres 3. 3. 1. *Octo* in tres ſeries 3. 3. 2. *No-*
vem in duos. 5. 4. vel tres 3. 3. 3. *Decem* in quatuor 4. 3. 2. 1. diſponuntur de aliis facile
quivis diſpiciet.

§. XX. Alia diſpoſitionis ratio eſt, ſi in orbem locenter quotquot figuræ pin- Figuræ in orbem diſpoſitæ.
guntur, *en orle*, im ring herumb. Celebre exemplum eſt orbium in *medicæis* inſigni- En orle.
bus (vid. Hiſt. inf.) In eundem modum, nempe in limbi formam diſponit in parma ar-
gentea pilas 8. rubeas familia *Schael* [Weſtphal.] (β)

§. XXI. Hæc de illis, cum eadem figura pluries repetitur, dicta ſunto. Si verò di- Diverſarum figurarum diſpoſitio.
verſæ figuræ in eodem ſcuto locari debeant, vel altera alteri incumbit ſ. inſcribitur vel
adjungitur. Illud *chargé* beſetzt vocant, hoc *accompagné* begleitet: In ſpecie cum
palo, baltheo aut alteri figuræ erectæ utrinq;, adjiciatur figura, id Galli *accoſté* ſ. *coſtoyé*,
nominare ſolent, ſi verò dextra *addextré*, ſi ſiniſtræ, *ſiniſtré*. Præterea ſi una alteri im-
minet, terminis his utuntur, ut de figura principali, cui alia deſuper inſiſtit, *ſommé* ſeu
ſurmonté, cui alia ſubjicitur *ſupporté*, ſeu *ſouſtenu* uſurpent.

§. XXII. Tertius modus eſt, ſi vel in crucem vel quod multo frequentius eſt, In crucem vel decuſſim.
ſeu eædem figuræ repetitæ ſeu diverſæ, in decuſſim, (*paſſé en croix ou ſautoir*, creutzweiß
ſe übereinander gelegt/ oder überſchreuckt/) trajiciantur.

§. XXIII. Quartum modum dixerim, ſi toti ſcuto ſuis aliis notis inſignito Totiimpoſitæ figuræ ſcuto.
una figura incumbat vel inducatur: quod Galli *brochant ſur le tout* vocitant. vid. *Me-*
neſtr. l'art. du blaſ. juſtif. c. 5. p. 114. Exemplum eſt in ſcuto *Limpurgiorum* domino-
rum. vid. Hiſt. inſig. L. 1. c. 53.

§. XXIV. Amplius accidit figuris, ut ſcuto variè ſecto illæ easdem ſectiones pa- Colores admodum ſectionis alternantes.
tiantur & alterno ordine ſingulæ partes colores recipiant oppoſitos, vel transmutatos
ut nempe quo una pars clypei inſignita fuerit metallo vel colore, illa διάγραμμα pars tin-
gatur, quæ in oppoſita parte conſpicitur: Hujus viciſſim colore parti figuræ priori alli-
to. Galli vocant *de l'un en l'autre:* vel *Changé l'un de l'autre*, noſtri mit abgetheilten
oder geſchrenckter Farben ita inſignia Epiſc. *Miſnenſis* Wapenb. I. p. 11. enunciari
poſſunt: Parma ad perpendiculum ex auro & cyaneo colore, impreſſo lilio ad mo-
dum ſectionis oppoſitis coloribus inſignito, *party d'or & d'azur au fleur de lys de méſme*
de l'un en l'autre, der Länge nach gelb und blau getheilt/ darin eine Lilie mit glei-
cher maſſen abgetheilten oder geſchrenckte Farben/ oder an ſolchen Farben abge-
wechſelt.

§. XXV. Illis quæ figuris accidere ſolent, annumeramus etiam, quæ de my- Myſteria & hieroglyphica figurarum.
ſteriis & hieroglyphicis ſignificationibus prodere ſolent. Quamvis vero non negem,
multos cum ſibi arma eligerent, ſeu accipiunt à principibus, eò reſpexiſſe, ut geſtorum
vel certarum virtutum eſſent hieroglyphicæ notæ. Fruſtra tamen fuerit, qui eas ratio-
nes in ſingulis requireret: cum longè maxima pars ex ſolo dantium vel ſumentium
beneplacito profecta ſit. Inprimis longè petitæ myſticæ rationes omninò ab hoc ar-
gumento videntur alienæ. Non malè *Marc. Gilb. de Varenn. Roy d'arm. p. 78. les hie-*
roglyphes des Ægyptiens & les emblemes obſcurs, qui ne ſe laiſſent expliquer & entendre,
que par des ſphinx ou par des Edipes, euſſent ſurpaſſé la portée des Eſprits communs &

(α) Galeæ inſidet vulpecula capite aliquos pennas galli argenteas & cæruleas geſtans.
(β) Wap. I. p. 187. caſſis tegit diademate tortili, & ſuſtinet duo cornua argentea, quaternis globulis exterius ornata.

peu instruits de ceux qui composoient les legions Romaines, & qui pour la plus part n'avoient jamais frequenté les escoles, ny fait d'autre mestier, que celuy de la guerre, les figures les plus convenables & correspondantes à leur capacité estoient celles des animaux, qu'ils ne pouvoient ignorer, ou de ces pieces de fortification, dont on avoit accoustumé en leur temps de munir les villes & les chasteaux, ou semblablement des branches d'arbre, dont les vainqueurs estoient couronnés; pour un tesmoignage certain & evident de leur grandeur de courage. Hieroglyphica Ægyptiorum & emblemata obscuriora, qui sphynge vel œdipo interprete egeant, superassent captum ingeniorum vulgarium & rudiorum, quibus constabant Romanæ legiones (idem ducere poterimus de nostris majoribus, qui primi insignia sumsere) *cum plerique nunquam scholis interfuerint, vel alii quam militari arti operã dederint. Convenientissimæ & captui ipsorum commodissimæ fuere figuræ animaliũ, quæ ignorare non poterant, vel instrumentorũ quibus eo tempore civitates vel castella muniri solebant, & ramorum ex illis arboribus decerptorum, ex quibus coronas victorum certo testimonio fortitudinis nectere moris erat.* Et prius ead. pag. *Rien ne semble plus contraire à la nature de l'armoirie que l'enigme & les sens trop cachés sous la representation de quelque image. L'intention de ceux qui nous l'ont inventée estoit de se faire discerner &c. Nihil videtur magis repugnare naturæ insignium, quam ænigma & sensus nimis abstrusi sub aliqua imagine occultati. Intentio eorum, qui invenerant, erat, ut his notis ab aliis discernentur.* Certe eorum φλυαρία, qui in his mysteriis explicandis omnem fere artis vim collocarent, in causa est, quod universa nonnullis male audit. Certe in tales optime quadrant, quæ scutariæ disciplinæ convitium facere videntur ap. Blondell. Plen. assert. Gen. Tr. I. 1. p. 164. *Nec ipsis* (regibus Galliæ) *aliisque per totam Europam regibus defuere mysteriorum inventores, qui ubique scientiam quam Heraldicam vocant, à gestis quotidie de re arbitraria & per se nihili placitis tradiderunt & aliis ad colendum obtulerunt.* Et pag. 363. *quomodocunque de leonibus & aquilis de aurei, coccinei, cærulei coloris excellentia philosophari libeat, omnia in incerto esse, ipsisque principum & magnatum compugnantibus factis (dum suæ quisq; voluntati obsequitur, & symbola symbolis mutat, & paronomastica, ex occasione tantum sumta, aliis quibuscunque præfert) scutariæ artis nova & indicia placita concuti, &c.* Huc etiam illa *Limnei* refero Jur. pub. add. I. IV. 2. 7. pag. 241. *Talia revera sunt, qualia pictores h. e. id genus hominum, quibus cum Poëtis quidlibet audiendi semper fuit aquæ potestas) decent: Rectam autem rationem atque examen non admittunt, hoc uno securi, ita placuit, & stat pro ratione voluntas.*

Judicium de illis.

§. XXVI. Hoc cum ita esse credam, non quidem omnino omittam, quæ vulgo figurarum credantur symbolicæ significationes: sed parcius in illo argumento versabor, & potius aliorum curiositati satisfaciam, quam quod isti studio, quod vix aliud quam in poësi (conf. elegantia epigrammata de singulis Norimberg. Patriciorum insignibus. Nob. *Nuzelii* & *Piccarti* ap. Hæping. in fin. oper. de Jur. insig.) materiam inventionis subministrare idoneum est, ego multum tribuam. Inprimis quæ nonnunquam in deteriorem partem explicantur symbola, absurdus sit qui credat, huic fini initio sumta esse. Unde omnino illas conjecturas improbo, quas tamen non semper referre prætermittam, conatur tamen *Segoing. tr. de l'antiq. des arm.* c. 4. p. 35. ostendere quod talia etiam indicia deteriora portare non sit indignum nobilitate, nimirum sit trophæorum vel spoliorum instar sint, quæ hostibus erepta servantur. Ita qui vicit hostem voluptatibus deditum & intemperantem recte gestaret porcum, memoriæ victi hostis.

An ex figuris de prærogativa familiarum judicium.

§. XXVII. Inde etiam omnem illam disputationem non necessariam vel ineptam potius judico, cum inter se insignium notæ quæ nobiliores sint aliis, contenduntur, subscribo denuo *Varennio* p. 79. *Toutes & quantes fois, que l'on nous demandera quelles pieces d'armoiries sont les plus honorables, disons, que l'experience nous rend ce point indeci, & que la diversité des circunstances, comme des charges, des temps, des vertus, des faits, des naissances, des alliances & semblables ne souffre pas, que nous venions à la determiner: Quotiescunque quæ aliis digniores sint figuræ interrogabimur, dicamus, hanc litem ab experientia indecisam relinqui, & diversitatem circumstantiarum, puta munerum, temporum, virtutum, gestorum, familiarum, matrimoniorum & similium, non ferre ut certi quid definiatur.* Et Cat. Segoing. tr. des Arm. art. 5. p. 51. *On ne dot pas juger ny tirer consequence de la noblesse ou bassesse d'une famille par l'inspection des armes, non plus que de l'estime des hommes par leur pays, nature & autres signes exterieurs, mais par le merite*

merite propre & par la vertu dont les uns & les autres ont donné des teſmoignages publies & connus de tout le monde.

Partitio figurarum.

XXVIII. Nunc poſtquam ea vidimus, qua in genere figuris convenire videntur, ad ſpecialem conſiderationem nos accingimus: ut tamen prius in certos ordines omnem illarum multitudinem, confuſioni vitandæ diſpertiamur, varias autorum diviſiones, enumerare neceſſe non duco; mihi poſt alios illa probatur, quæ omnes figuras ſcuto inſcribi ſolitas in arti Heraldicæ proprias, quas honorabiles vocare ſolent, & vulgares ex natura vel arte deſumtas diſtinguit. Has recte iterum diſpeſcemus in naturales & artificiales. Naturales in vivos, & in animatas: quarum illæ homine, animalibus irrationalibus & vegetabilibus, hæ cœleſtibus & elementaribus corporibus definiuntur. Artificiales παχυλοτέρως in utenſilia ac mechanica inſtrumenta, veſtes & alia ad habitum ſpectantia, arma, ædificia, atque literas vocesve diſtribuemus. Erit verò ex hac tabula ſeries manifeſtior, juxta quam in Sectiones VI. & plerasque iterum in aliquot membra dividemus.

- Figuræ ſunt
  - Arti propriæ ſ. honorabiles Sectio I.
    - Primi Ordinis. Memb. I.
    - Secundi Ordinis. Memb. II.
  - Vulgares
    - naturales.
      - Vivæ
        - homo Sect. II.
        - animalia irrationalia. Sect. III.
          - Volatilia. Memb. I.
          - ingredientia. Memb. II.
          - natantia. Memb. III.
          - reptilia. Memb. IV.
        - Vegetabilia Sect. IV.
          - arbores. Memb. I.
          - herbæ & frutices. Memb II.
          - fructus. Memb. III.
          - flores. Memb. IV.
      - inanimatæ Sect. V.
        - cœleſtia, ſol, luna, ſydera. Memb. I.
        - terreſtria Memb. II.
          - ignis.
          - aqua.
          - terra.
    - artificiales Sect. VI.
      - utenſilia & mechanica, Memb. I.
      - veſtes & quæ ad habitum ſpectant. Memb. II.
      - arma & res bellicæ. Memb. III.
      - ædificia. Memb. IV.
      - literæ & voces. Memb. V.

SECTIO I.

DE FIGURIS HONORABILIBUS.

§. 1. *Propria arti heraldicæ figura.*
2. *Unde nomen honorabilium.*
3. *Stalionariæ.*
4. *An simpliciter antiquiores.*
5. *Eodem sectionis scuti.*
6. *Quod cõmuniter tertiam scuti partẽ occupent.*
7. *Accidentia figurarum, dentatæ, striatæ, pinnatæ.*
8. *Numerus.*
9. *Classes.*

Membr. I.

Figurarum honorabilium Classis prima.

1. *Numerus earum.*
2. *Analogia ad corpus equitis.*
3. Caput *Scutarium.*
4. *Exempla Germanis rariora.*
5. *Frequentiora aliarum gentium.*
6. *Caput scuto aliis figuris ornato impositum.*
7. *Illi inscriptæ figuræ.*
8. *Caput dentatum.*
9. *In nubium formam ductum: tessellatum: aliis figuris impletum.*
10. *Aliæ capitis differentiæ.*
11. *Caput alteri subjectum.*
12. *Fascia.*
13. *Dignitas.*
14. 15. 16. 17. 18. 19. 20. 21. 22. 23. 24. 25. 26. 27. 28. 29. 30. *exempla juxta variationem tinctura.*
31. *Fasciis pluribus sectum scutum.*
32. *Fasciæ duæ in scuto.*
33. *Tres.*
34. *Quatuor, quinque, sex.*
35. *Fasciæ variis modis alteratæ.*
36. *Striatæ cochleatæ.*
37. *Pinnatæ.*
38. *Undulatæ.*
39. *Ex Ramo detruncato.*
40. *Sectæ.*
41. *Tessellatæ.*
42. *Palis vel baltheis distinctæ.*
43. *Nubibus distinctæ.*
44. Baltheus.
45. *Significatio & varii usus.*
46. 47. 48. 49. 50. 51. 52. 53. *Exempla juxta variationem tinctura.*
54. *Balthei bini.*
55. *Terni: quaterni.*
56. *Striati denticulati, tortuosi, pinnati: ex truncis.*
57. *Undati: decurtati.*
58. *Divisi ut secti.*
59. *Tessellati & cuneati.*
60. Palus. *Hieroglyphicum.*
61. 62. 63. 64. 65. *Exempla Variarũ tincturarum.*
66. *Palaris sectio, Pali bini.*
67. *Terni.*
68. *Quaterni.*
69. *Superficie alterati, acuminati dimidii: decurtati.*
70. *Tessellati, canteriis onerati.*
71. Barra s. Baltheus siniſter. *Confunditur sæpe cum dextro: inprimis in Sibmacheri armoniali.*
71. *An & quomodo nota natalium illegitimorum.*
73. *Exempla variarum tincturarum.*
74. *Balthei siniſtri plures.*
75. *Undulati, pinnati, bipertiti: tessellati: virgati.*
76. Cantherius.
77. *Significatio.*
78. 79. 80. 81. 82. 83. 84. 85. 86. 87. 88. 89. 90. 91. *Exempla variarum tincturarum.*
92. *Cantherii bini.*
93. *Terni.*
94. *Quaterni.*
95. *Undulati, pinnati, sinuati.*
96. *Tessellati, bipertiti, compositi.*
97. *Abscissi, hiantes.*
98. *Inversi. Cubantes. Situs diversus.*
99. Crux.
100. *Origo & hieroglyphica.*
101. *Diversæ cruces nationum in vetustis expeditionibus.*
102. 103. 104. 105. 106. 107. 108. 109. 110. 111. 112. *Exempla variarum tincturarum.*
113. *Crux denticulata.*
114. *Striata.*
115. *Pinnata, truncata, undulata.*
116. *Pedata.*
117. *Dejuncta. Liliata s. florida.*
118. *Trifoliata s. S. Lazari.*
119. *Anchorata.*
120. *Molendinaris in circulos reflexa. In serpentum capita desinens.*
121. *Patibulata. Hierosolymitana. Brachiata.*
122. *Spiculata, furcata.*
123. *Columnaris.*
124. *Hamata. Aliæ differentiæ.*
125. *Variè divisa.*
126. *Tessellata: rhombis impletæ: Clathrata.*
127. *Exinanita. Repleta. Resarcita. Simbriata.*
128. *Crux Antonii. Patriarchalis. Malitensis. Tholosana. Nislée.*
129. *Ex figurarum dispositione.*
130. *Plures crucicula.*
131. Decussis, *crux Andreana s. Burgundica: Sautoir.*
132. 133. 134. 135. 136. *Exempla variarum tincturarum.*
137. *Striati, dentati sejuncti.*
138. *Figura dimidiata.*
139. Limbus *s. bordura.*
140. *Dentatus, Striatus. Segmentatus. tessellatus, nubium figura.*
141. *Duplex.*
142. Orula s. peribolus.
143. Limbus internus *s. treſcheur.*
144. Palus capiti agglutinatus, *vel baltheus.*
145. Triens inferior *s. Champagne.*
146. Litera pythagorica *s. pairle.*
147. Quadrans honorarius.
148. Conus *s. giron.*
149. *Scuta conata s. pinnulata.*
150. *Scutum ſtampenſe.*
151. Scutulum s. parmula.
152. *Terna parmula.*

SECTIO I.

DE FIGURIS ARTI HERALDICÆ PROPRIIS.

§. I. PRopria Heraldicæ arti illa δείγματα vocamus, quæ licet cum aliis rebus, quæ existunt, convenientiam habeant, expresse tamen nihil eorum repræsentant quæ in natura vel arte factis reperiuntur, sed ex instituto tantum suas habeat figuras vel conformationes. Propriæ arti heraldicæ figuræ.

§. II. Aliàs eas *honorabiles* indigitare solent *les pieces honorables*. Quod non ita intelligendum, quasi illæ solæ honore dignæ essent, vel simpliciter digniores aliis omnibus. Quo sensu recte *M. Gelb. de Varem. R. d'arm. P. I. n. 26.* contra hanc appellationem disputat, & nullam rationem reddi credit, quæ hanc dignitatem evincat, aliquas vero quæ adduci solent, examinat. Videtur huic contrariari regula vel lex, quam *Menest. verit. art. du blason* c. 10. p. 332. consignavit: *les armes les plus nobles sont celles, qui n'ont rien du ciel & de la terre, c'est à dire qui ne sont ny des representations des choses naturelles ny des images artificielles, comme les chefs, bandes, fasces, & les autres pieces propres de cet art. Arma nobilissima sunt, quæ nihil in cælo vel terra existens designant. h. e. neque res naturales neque imagines artificiales repræsentant, ut cephali, balthei, fasciæ & aliæ figuræ propriæ arti.* (Quam fere repetit & nonam legem constituit. *In abbeg. Method. des Arm.* p. 57.) sed intelligi debet de illa nobilitate, quæ ex sola æstimatione artis procedit, unde addit rationem, *que les autres tiennent moins de l' art heraldique. Reliquæ minus de arte Heraldica participant.* Ut tamen verum fateor, exiguam illam honoris prærogativam judico, quam in hoc argumento arbitrario cultorum artis æstimium statuit, quando arbitrium summorum procerum, quorum pauci ad reliquorum numerum hujusmodi figuris utuntur, pleriq; vero naturalibus aut aliis figuris naturalibus & artificialibus, pro contraria parte stat. Quis ergo illas minus dignas credat, quos suo exemplo, nobilissimi omnium, nobilissimas esse jusserunt. Forte alia ratio appellationis inde potest peti, quod hæ figuræ, quæ ob simplicitatem suam contemtui expositæ videbantur (quis enim neget, primore conspectu aquilæ vel alterius naturalis imaginem, oculos magis afficere, quam scutum certo tantum duorum vel plurium colorum situ distinctum?) ipso hoc nomine à contemtu tali vindicandæ fuerint, ut *honorabiles* dicerentur, tanquam tales, quibus tam ad honorem debitum, artis nostræ institutum & eorum qui illis à multo tempore delectati fuere usus sufficere debet, quam eundem aliis conciliat ipsa imaginum elegantia vel rerum, quæ notantur præstantia. Unde nomen honorabilium.

§. III. Quas honorabiles modo diximus, *stationarias* appellat Eruditiss. *Spelmannus*, eo quod certam stationem in scuto habeant, sed de hoc nomine litem non movebimus. Stationariæ.

§. IV. Antiquiores eas credit reliquis rerum naturalium figuris *Campanile*, quia sint simpliciores, sed hujus sententiæ simpliciter in me patrocinium non susciperem. Cum non tantum priscis temporibus, ante insignium, qualia nunc sunt, natales, sed & postquam illorum usus invaluit, tam figuras alias inveniam quam istas. Interim negari non potest antiquis Celtis & Germanis nostris scuta certis tantum coloribus distincta, quo hujusmodi figuræ propius accedunt, præ aliis fere placuisse, atque adeo antiquitate ista gloriari posse. Ita etiam de Gothis suis Celeberr. Loccen. Antiq. Sveogoth. l. 3. c. 3. p. 175. scribit. *Insignia primo Gothorum ævo fuere simplicissima, certis duntaxat spatiis aut paucis coloribus distincta, in quibus vulgatissima erant illa nimirum laterculi, lineæ, trabes aut rhombi. Sed auctis apud posteros eorum honoribus, Regum indulgentia ampliora & illustriora facta sunt.* An simpliciter antiquiores.

§. V. Huic figurarum generi accensendas puto varias partitiones scutorum, omni alia figura carentium, cum ipsa sectio figuræ locum occupat. Atque ita *Menestr. abbreg. meth. des arm. p. 33.* primam speciem figurarum arti propriarum hanc constituit. Verum de illis sectionibus vel earum exemplis hic plura dicere necesse non est, cum c. 3. abunde de eo argumento actum sit. Eadem sectiones scuti.

§. VI. Ex communi regula figuris honorabilibus imputatur, quod tertiam scuti partem implere debeant, excepto quadrante honorario (*franc quartier*) & pinnula triquetra (*gyron*) quibus quarta pars, hic etiam octava scuti occupatur. Intelligenda autem est lex ea de figuris singulis, si enim plures inscribantur scuto, tantundem fere illis, Quod communiter tertiam scuti partem occupent.

illis, atque ipsi solo spatii tribuetur; tum si solæ non sint, sed addantur aliæ comites, necessario aliquid latitudini erum decedit, quod *du Val observat.*

Accidentia figurarum, dentatæ: striatæ: pinnatæ.

§. VII. Accidentia figurarum, ut vocat, stationariarum constituit *Spelmannus* ita *fluctationem*, *undulationem*, *dentationem*, *denticulationem*, *imbruationem*, *verruculatum s. tuberculatum*, *pinnatum seu murale*, duo prima ita describit, ut illud dicat cum fluctuum figura imitatur vacillationem, hanc cum undam profluentem & refluentem. Quod ita intelligo, ut prius solum marginem figuræ in fluctuum modum sinuatum, innuat, hoc vero ipsam speciem aquæ fluentis in figura tota exprimat. vid. infr. sect. 5. m. 2. Prius illud Galli vocant *ondé*. *Dentationem & denticulationem* ita distinguit, ut ista tribus dentibus figuram asperet, hæc pluribus. Hæc quoque distinctio à Gallis mutuo videtur sumta; usurpant enim illi terminis *denché s. endenché*, quasi dicerent *denté*, *dendenté*, de dentibus paulo majoribus non tamen præcise ad numerum ternarium restrictis; *dentelé* vero minoribus: sed recte observat *Geliot l'indic. armorial.* voce *Dentelé*, *cette difference s'observe fort peu, si non à la santaisie de l'ouvrier, peintre, graveur, sculpteur, brodeur & autres qui les confondent souvent. Discrimen hoc parum attenditur, nisi ex phantasia artificis, pictoris, sculptoris, acapictoris & aliorum, qui frequenter confundunt.* Ego an erroris nomen dignum sit, si quis illa non rite distinxerit, valde dubito. Quam *Spelmannus imbricationem* vocat, Galli voce *engreslure* exprimunt, nos dicimus ausgeschupt. Alii *striatas* vocant notas, quarum margo ita incisus est. Verum parum ea differt à *verruculatis* vel *tuberculatis* figuris, quibus respondet TO` *canellé* Gallorum. Quid intersit inter hos duos terminos, rotunde enunciat *P. Paillot La Vr & parf. sc. des arm. voce canellé p. 120.* ita: *Canellé se figure comme l'engreslé la difference, qui il y a, c'est, que l'engreslure a ses pointes en dehors & la canellure les a en dedans.* Imbricatas s. striatas & verruculatas figuras hoc solo differre, quod illæ exterius hæ interius acuminatæ sint. Contrarium asserit *M. Gilb. de Varenn. Roy d'arm. p. 3. p. 391.* sed vel suo vel amanuensis typographi errore. Recte vel ibidem conqueritur hæc tria *engreslé*, *canellé* & *dentelé* à Pictoribus sæpius confundi. *Pinnatum s. murale* quod dicit Spelmannus, non uno nomine enunciant Galli, sed plures termini huc spectant, *crenellé*, *bastillé*, *bretessé & contrebretessé*. Inter eos terminos hoc interest, ut cum pinnæ superiorem tantum partem afficiunt, *crenellé*, si inferiorem, *bastillé*, si utrumque pinnis è regione oppositis, *bretessé* (de hoc termino vid. *le Labour. de l'orig. des arm.* n. 125. qui dicit alibi scribi *bretesschée s. bretesquié*, & differentiam inter *crenellé* & *bretecé* non admittit) si verò alternantibus hinc pinnis, & inde vacuis spatiis formetur figura, *bretessé* & *contrebretessé* vocetur. Poperius hoc ita enunciat (*Chiffles, alternis utrinque pinnis asperata.* Nostri dicerent, mit einfach oder zweifachen Zinnen / oben oder auch unten / gegen einander oder geschrenckt. In his vero differentiis capiendis visus inprimis optimus magister est.

Numerus.

§. IIX. Plura (uti segving flores Herald. p. 2. 90. 91. enumerat p. 1. pallè, bandé, chevrouné, chargé, parté, coupé, essentelé, abarsé s. racourci, dentelé s. denché, engreslé, esdriquelé, luzengé, fuselé, bretessé s. crenelé, maslouné, ondé, viuré s. nebulé, fretté, diapré s. parlée. Quas tamen omnes affectiones peculiares esse honorabilibus figuris ego non dixerim, unde plures alibi videndæ sunt) adhuc accidere figuris arti propriis, non ignoro, sed hæc tamen communiora sunt, quæ verò rariora illas afficiunt, reservo ut in mentione ipsarum notarum de illis sermo fiat. Supereſt nunc ut de numero figurarum istarum, quas *honorabiles* dici monuimus, loquamur.

Classes.

§. IX. Quatuor ordines figurarum arti propriarum constituit *Menep. abbregé meth. des Arm. pag. 33.* quarum primus complectatur divisiones scuti de quibus cap. 3. act. 2. figuras honorabiles speciatim ita dictas 3. earum diminutiones, 4. alias figuras, quæ licet res artefactas exprimant, nihilominus ex primo scutariæ disciplinæ instituto ei appropriatæ sunt; Alias in duos ordines distribuuntur, partitionibus scuti alio remissis, & diminutionibus primariarum notarum ultimo generi attributis. Quam divisionem nos etiam sequamur, ut quicquid sub titulum notarum arti propriarum referimus, in duas classes primum & secundum distribuamus.

MEMBRUM I.

DE FIGVRARVM ARTI PROPRIARVM PRIMA CLASSE.

§. I.

QUot huc referendæ sint, inter autores non satis constat. Ab antiquis novem recensebantur hujus ordinis figuræ, quas nominibus Gallicis, quorum interpretatio suo loco sequetur, exprimo: sunt autem si *Varenn.* P. 1. p. 76. & ex *Bara L. Geliot. l'indic. arm. voc. Honorables.* fidem adhibeo istæ; *Chef, fasce, pal, bande, chevron, croix, sautoir, gyron, ecusson en abysme.* Decem & quidem aliquibus superiorum mutatis ex eadem priscorum fecialium disciplina allegat, *M. Vulf. de la Colomb. scienc. Hero. c.* 13. *p.* 98. *chef, pal, bande, fasce, barre, croix, sautoir, chevron, bordure, orle.* Undecim enumerat *du Val.* 1. *Tab.* prioribus addens *le giron.* Duodecim præter partitiones scuti reperio apud *Menestr. le verit. art. du bl.* c. IV. p. 118. nam Vulsonianis addit, *le franc quartier & le pair le.* Quibus in *abbreg. Method. des arm.* p. 33. alias quatuor addit, *le chef pal, la champagne, le giron, l'ecusson*: solius rarioris usus causa ab antiquis omissas. *Segoing. Tr. Her. p.* 2. *p.* 41. non nisi octo habet, *chef, fasce, pal, bande, barre* seu *contrebande, sautoir, croix, chevron.* Numerus earum.

§. II. Nobis parum in hoc situm videtur, quò figuras, de quibus alii, primæ aut secundæ classi annumerent, dubitant, collocemus. Certe ineptus fuerit, qui ad insignium, quæ talibus figuris ornantur, nobilitatem pertinere credant, cui ordini tribuantur. Sequar vero hoc loco *Menstrierii* enumerationem, ut 14. δείγματα ex ordine considerem. Antequam verò id fiat, ex *du Vallio* recensere lubet, quæ ille his notis in equite designari credat: nempe cephalo galeam: fascia cingulum vel thoracem; palo lanceam; baltheo s. banda baltheum; baltheo sinistro similem baltheum vel mitellam (escharpe) cruce ensem, decussi vexillum, cantherio calcaria, orula tunicam armorum. Sed penes auctorem fides esto, neque enim hoc in me recipio. Analogia ad corpus equitis.

§. III. Prima figura est, quam Galli *le chef*, nostri **Schildes-Haupt** indigitant, *Chiffletius caput scutarium*, Spelmannus *cephalum* seu *titulum* appellat: Monet. prat. des arm. n. 17. §. 6. vocatur gentilis parmæ apex, caput, coronis, vertex symbolicus, hieroglyphicus, tesserarius. Constat vero hæc figura tertia parte scuti superiori à reliquo scuto diversa tinctura imbuta. Significationem alii in memoria receptorum capite vulnerum, alii in hieroglyphico prudentiæ vel honoris quærunt. Peculiarem etiam usum aliquem capitis notat. *N. Upton de mit. off.* L. 4. p. 244. quod si quis à matre plura obtinuerit dominia, materna insignia gestare, & paternis δείγμασι locum ob nobilitatem gentis in capite assignare possit. Verum an unquam illa consuetudo obtinuerit, dicere nequeo. Caput scutarium.

§. IV. Gallis familiaris hæc figura est, non æque Germanis, apud quos rariora reperias, exempla parmarum, in quibus non nisi caput à reliquo solo distinctum appareat. Ita *Wiltz* (Rhen.) gestat parmam auream rubro capite ornatam. (α) Quod ita enuncies, **auf einem güldenen Schild ein rothes Haupt.** *d'or au chef de gueules. Kirchberg* (Comit.) scutum velleris cymbalitis s. varii in triplicem seriem dispositi, rubro cephalo insigne. (β) Quod insigne idem video tribui familiæ nobili *Grayl* de *Graylsberg* (Bav. **Wapenb.** II. p. 57.) Nec differt Bopfingen (Suev.) nisi solo apice. (γ) Exempla Germanis rariora.

§. V. Apud exteros exempla nudi capitis, vel cephali frequentiora sunt: ita imponunt scuto caput aureo-cæruleum, *Chastenau giron, Gamaches*, rubeum *S. Aubin, Tamlay, Corgenon, nigrum Chastellier d'Ereac, Sassenburg* (Belg.) argenteo-rubeum *Montfort, L'Avaugous, Quintin, Baudrier, La Marche in Britann. Chasteau neuf. in Delfin. Montferrati & Saluciarum* Marchion. in Italia (quibus tamen *Segoing Thres Herald.* Frequentiora aliarum Gentium.

(α) Pileo lato rubeo, aurea ora reducta, imponitur jugum alarum aureatum. **Wap.** II. p. 108.

(β) Pileus acuminatus rubeus corona & pavoninis ultra illam pennis ornatus ora reducta vellus varium præ se ferente. **Wapenb.** 2. p. 8. Laciniæ argenteæ & cæruleæ.

(γ) Aquilinum caput, superius rubeo colore, inferius argenteo & cæruleo in modum velleris varii tinctum. Lacin. argent. & rubeæ, si fides libro. Si quid addere licet, altero latere argento cæruleum colorem adderem.

p. 43. tribuit parmæ aureæ caput impoſitum rubeum) *Guillon* in Britann. (cum trifido ponticulo aureo) *chalant* in Bregia (inducta tænia diagonali dextra nigra, quam aureus annulus parte ſuperiori ornat.) *Bouliers tour d'aigues* [cum margine Neapolitanis & Hieroſolymitanis ſymbolis octies repetitis ſuperbiente] nigrum *Pelet*, *la Veronne* (cum margine rubeo) hermionico miniatum *Vivonne*, *Champagne*, (familia) *Roubaix*, *Hargicourt*, *Gouſſencourt*, *Copier* (Delfinat.) velleris varii rubeo *Eſpernon* (antiqui.) *Vrsé*: nigro aureum *Caulincourt*, argenteum *Villani*, vel *Gand*, *Meilly*, ſ. *Milly*, rubeo-argenteum *Peralta* [Hiſpan.] *Medula*. [Burgund.] *Liſte Freſne*, *Gauville*, hermionicum *Iaverſy*, *Seelle*, *Lezeroy*, vellere vario ornatum *Montgaſcon*, *des deſerts* in Britann. cæruleo-aureum *Bulleux*, *Fontenil* (cum diagonali baltheo tenuiori rubeo) *de Menn* (impreſſo flore lilii nigro) argenteum *Berminicourt* (cum ponticulo miniato.)

Caput ſcuto aliis figuris ornato impoſitum.

§. VI. Plura exempla ſuppetunt, cum ſcuto aliis figuris ornato accedit vertex ſ. caput. Ita ſubjiciunt capiti parmam *Täching* [Bav.] (α) rubeo, ex angulo ſiniſtro ſectam, anteriori parte argento, poſteriori minio tincta: Minio ſubſtituit nigrum colorem in ſcuti parte poſteriori. *Neuhaus* [Carinth.] (β) *Grunenſtein* [Rhen.] argenteo-cæruleam, duabus faſciis argenteis exaratam (γ) *Laufenholtz* [Franc.] aureo teſſellatam argento & cæruleo, trium ductuum (δ) *Wachendorff*. [Rhenan.] aureo-rubeam tribus argenteis cordibus ornatam (ε) *Zvveifeln* (Rhenan.) aureo-argenteam 3. cordibus ſanguineis pictam (ζ) *Freyburg* [Alſat.] argenteo-cæruleam 6. orbibus (3. 2. 1.) impreſſam (η) *de Freiſing*. [Bav.] nigro ex argento & nigro quadripartitam (θ) *Wisbecken* [Bavar.] rubeo-argenteam, quam baltheus miniatus diſtinguit (ι) *de Brembt*. [Rhen.] viridi-rubeam duplici palo aureo diſtinctam. (κ) [hæc ſecunda area illorum inſignium eſt.] *de Dienheim* [Rhen.] argenteor-ubeam argenteum leonem auro coronatum deferentem (λ) *Weſternach de Groſa* [Rhen.] rubeo ſectam diagonali linea, cæruleam partem, leporarium canem argenteum continentem, ab altera aurea dirimente. (μ) *de Rauſendorff* [Sileſ.] rubeo quadripartitam ex auro & nigro (ν) *Reichenavv* [Francon.] rubeo-argenteam faſcia nigra inſignem. (ξ) quod idem plane excepto apice eſt σημεῖον familiæ *de Fahrnbach*, niſi forte ipſa ſub duplici nomine una cenſeri debet. (ο) *Salern*. [Bavar.] rubeo-argenteam, ex cujus imo cuſpide aſſurgit nigri muri portio in duos gradus faſtigiata. P. Paillot Vr. & parf. ſc. des arm. voce *pignon*. ita enunciat: *d'argent à la Champagne pignonée de 2. montans de ſable au chef de gueules* (π) *vom Rhein* ſ. *de Rhein* [Patrit. Francofurtenſ.] nigro-argenteum 3. palis atris exaratam. (ϱ)

Illi inſcriptæ figuræ.

§. VII. Apud exteros plura exempla ſunt ſcutorum, quæ aliis figuris caput ſuperaddunt. Eorum vero hinc inde fuit mentio occaſione reliquarum, quas ſimul deferunt,

(α) Wap. I. p. 85. coronatæ galeæ impoſitum complicatum jugum alarum cum ſectione ſcutaria. (β) Wap. I. p. 46. coronatæ galeæ impoſitum jugum alarum cum ſectione ſcutaria. (γ) Wap. II. p. 102. pileo lato rubeo, argentea ora reducta, impoſitis tribus typhis arundineis. (δ) Herma virilis habitu cæruleo tres conchas argenteas deferens, pileo argenteo, oræ cæruleæ præfixam ejusdem metalli concham habens. Lacin. argenteæ & cæruleæ. Wap. II. p. 79. (ε) Wap. II. p. 104. pileo lato rubeo, cujus oram reductam tingit aurum, impoſitæ chirothecæ duæ argentatæ. Laciniæ aureæ & rubeæ. An altera parte argenteæ eſſe deberent. (ζ) inter jugum alarum argentearum tintinnabulum aureum. Lacin. arg. & rub. An addemus altero latere aurum? Wap. II. p. 107. (η) Wap. II. p. 132. collum cygni coloribus & orbibus ſcuti pictum, duobus bacillis, quos tertius transverſus per collum transiens jungit, coronatis ſingulos faſciculos plumarum ſtruthionicarum geſtans. (θ) Wap. I. p. 95. ex corona prominentia cornua tincturis ſcuti quadripertita (ι) herma virilis veſtitu & pileo rubeis, utriusque ora reducta hermionica, apice pilei 3. plumis ſtruthionicis exornati. Wap. I. p. 183. (κ) Wap. I. p. 125. reſpondet areæ huic galea coronata rapum ſuſtentans album. Lacin. aureæ & rubeæ, quæ ex errore alteri lateri, huic argenteæ & cæruleæ adpictæ erant. (λ) inter cornua ſuperius argentea, inferius rubentia, conſidentis argentei leonis coronati anteriora. Wap. I. p. 122. (μ) Wap. I. p. 128. ex aurea corona proſiliens canis leporarius argenteus cum armilla rubea. (ν) Wap. I. p. 52. ex corona aurea prominens herma æthiopis. Lacin. aur. & nigr. (ξ) Wap. II. p. 71. inter duo cornua diſtinctiones ſcuti repetentia columba, vel quæcunque avis innuitur, argentea. Lacin. arg. & rubeæ pro quibus altero latere nigros mallem. (ο) Wap. II. p. 77. duo cornua ad modum ſcuti tincta, è quorum recurvis extremitatibus ſinguli faſciculi pennarum galli gallinacei. Lacin. argenteæ, hinc rubeo, illinc, quod in priori etiam ſuſpicabar, nigro colore factæ. (π) Wap. II. p. 57. jugum alarum complicatur, totam ſcuti ſpeciem repetens. Lacin. argenteæ & rubeæ; credo altera parte rubeo nigrum ſubſtituendum eſſe. (ϱ) duo cornua nigra extremitatibus argenteis. In Wap. I. p. 210. ſcutum repræſentatur, in medio transverſe ſectum, ut capitis non ſit figura, ſed ſectio ſcuti.

ferunt, figurarum, supereſt, ut moneamus, ipſum ſcutarium caput, ſ. cephalum nonnunquam aliis impleri notis, vel variis modis alterari. Figurarum capiti inſertarum exempla inprimis apud Gallos frequentia ſunt. Pauca dabo. *Monchal* capiti aureo parmæ rubeæ impoſito 3. molulas echinatas cæruleas, *le Brun* capiti nigro aureum clypeum tegenti, molulam talem argenteam inſcribit, *D'Auroy* ſcuto aureo titulum imponit miniatum, in cujus qnadrante honorario talis aſteriſcus molaris pingitur. *Canon* [Breſſ.] argenteo cæruleum roſa, quam hinc inde ſtella ejusdem metalli ſtipat, aurea ornatum. *Lormur* rubeo-aureum impreſſo leone nigro, quem atræ aquilæ ſtipant. In Germania rariora offendimus exempla. *De Heringen* [Patric. fam. Francof.] capiti rubeo, parmæ aureæ baltheo cæruleo 3. liliis argenteis picto ornatæ, halecem argenteum inſcribebat. (α)

§. VIII. Capitis dentati vel denticulati (Gallis chef *danché* ou *dentelé*, de quorum terminorum differentia S. I. §. 7. diximus, nonnunquam *emmanché* vocatur, Germanis **zackicht oder ausgeſpitzt Schildshaupt**) exempla jam adferam. Imponunt tale argenteum ejusdem metalli quinque crucibus (quæ ex pictura videri poſſint trifoliatæ, rectius verò pingantur brachiatæ & in imo ſpiculatæ) ornato clypeo *Hohenwviſel* [Rhen.] (β) aureum cæruleo & ſex liliis albis inſtructo ſcuto *Camerarii* de *Wormatia*, dicti *Kämmeres de Dalburg*. [Rhen.] (γ) cæruleum aureæ parmæ. Rotier, aureum nigræ *du Chaſtellier* [Britann.] aureum cæruleo aureo baltheo inſtructæ *de Terno*.

§. IX. Pluribus præter has differentiis figura capitis poteſt variari. Ita reperies *in nubium formam* ductum, quod *Vulſon de la Colomb.* dicit *enté ou aſſemblé en façon de nebule* (Conf. ſupr. c. 3. n. 50. Ita *Razenried* [Suev.] 1. & 4. areæ argenteæ cum luna plena nubibus cincta cærulea caput nubium inſtar formatum imponit cæruleum. Nonnunquam *teſſellatum* conſpicitur. Ita *Rochebaron* utitur parma miniata, ſed capite argento & cyano teſſellato, *Bæſozel* [Delfin.] aurea & capite argento & cæruleo colore ternis ductibus teſſellato, *d'Arlly Picquenq.* rubea 2. ramis loti [*alliſier* ſ. *allier* Gallis, unde alluſio ad nomen) inſerti formam diſpoſitis purpureis inſigne, atque capite teſſellato ternis ductibus ex argento & cæruleo. Aliquando plinthidibus conſeritur, tale coccineum aureis laterculis ſtratum parmæ argenteæ præfigit, *Vauchelles*. Aliis caput placet baltheis obliquis diſtinctum. Ita *Ludoviſii* [Bonon. & Romani.] geſtant parmam rubeam, capite rubeis & aureis, qui tres ſunt, baltheis exarato. In his inſignibus enunciandis, *P. Paillot Vr. & Parf. ſcienc. des arm.* voce *retrait*: aliter enunciat, *de gueules à 3. bandes retraites d'or.*

In rubeam formam ductum teſſellatum; aliis figuris impletum.

§. X. Nondum omnes differentias capitis ſcutarii enumeravimus. Quæ videri poſſunt ap. *Vulſ. de la Colomb. c.* 13. *p.* 100. *& ſeq.* aliquas deſcribemus. *Chefcouvert*, contectum caput eſt, ubi tapetis extremitas capitis ſupremum verticem tegit, à quo non multum differt *patté*, *ajouré du champ*, niſi quod hoc etiam, qua jungitur ſolo curata linea conſtat, & tegumentum neceſſario areæ colore tingitur. *Fleurdelisé*, vel *fleuronné* liliatum ſ. floridum, ubi in liliorum, vel alios flores formatur linea caput à parma dividens. *Crenellé* ſ. pinnatum, cum in pinnas vertex diſtinguitur. *Bordé*, margine circumdatum ex omni parte, ſi verò tantum ex utroque latere inter caput & ſcuti extremitates alias interjiciatur color, vocatur *Alaiſé*, ſi ex ſola dextra parte *adextré*, ex leva *ſeneſtre*. *Engreslé* vocatur, quod ſtriatum eſt, *canellé*, quod tuberculatum ſ. imbricatum. Reliqua diſcrimina *Chef*, *chappé*, *renverſé* à *ſeneſtre*, *mantelé*, *veſtu à dextre*, *chauſſé*, *chaperonné*, cum vix occurrant, ſaltem Germanis noſtris ignotiſſima ſint, lubens prætereo. De capite adſuto ſ. *chef couſu*, dictum eſt cap. 4. Quod non repeto. Conf. *le Labour de l'orig. des arm. n.* 102.

Aliæ capitis differentiæ.

§. XI. Cæterum cum reliquæ, quas vocant honorabiles, figuræ multiplicari poſſint, uti deinceps apparebit, capiti ratio hoc negat, ut uni areæ plura ſint: occurrant tamen exempla, in quibus duplex videtur notari: quod ut excuſetur capitis diverſas partes concipere oportet: Vocant autem *Chef ſouſtenu*, ſi capitis duæ tertiæ ſuperiorem locum, ſuperſtes alio colore proximum, areæ ſcuti occupet. Ita *Vrſinorum* [Roman.] inſigne eſt ſcutum ſexies argento & minio oblique dextrorſus tæniatum: caput ſcuti

(α) Duæ alæ expanſæ ſcutario baltheo & liliis inſignis. Laciniæ aureæ & cæruleæ. (β) Wap. II. p. 103. ala dentibus & crucibus ſcutariis picta. (γ) Coronæ impoſitum jugum alarum complicatum ſymbolisque ſcutariis pictum. Lacin. argenteæ & cæruleæ: obſervandum Dalburgios in Camerariorum Wormatienſium genus adoptionis jure ſucceſſiſſe, unde inſignia aſſumta exiſtimo. Conf. Hæping. de jur. inſign. c. 8. n. 458.

argenteum roſa coccinea auro gemmata impreſſum ; idem caput ſuſtentatum [ſouſtenu.] aurea transverſa tænia, quæ cærulea anguilla eſt exarata. Uſi hic ſumus phraſi Chiffletii inſig. Eq. A. v. 267. cum enarrat arma *Guilh. de Roſenberg*, *Burggravii Bohemiæ*. Si verò conſulemus **Wapenb.** I. p. 8. *Roſenbergii* anguillam omittere ſoliti ſunt, cum ea *Anguillaræ* comitatus ſit indicium, adeoque jure vix alii, quam quæ dominio iſto fruitur lineæ ſtirpis conveniat : ſaltem commodè à cæteris omitti queat. Conf. Hiſtor. Inſig. L. 2. c. 106. p. 558. Huc refero parmam familiæ de *Reckiri* [Saxon.] quæ argentea tres baltheos transverſos nigros exhibet, imminente argenteo capite, quod areæ reliquæ intermedio alio ſuppoſito aureo jungitur, (α) opponitur certa ratione huic aliud capitis duplicis, vel bipertiti genus; quod *ſurmonté* vocant, ſi nempe tertia pars ſcutarii capitis ſuperior à reliquis duabus differat colore. *L. Geliot. indic. armor.* voce *chef ſurmonté* exiſtimat, tertiam illam capitis à reliquis diſtinctam partem eodem colore, quo campus eſt, neceſſariò infectam eſſe debere. Quod fatetur aliis *abaiſſé* dici, qui ad termini *ſurmonté* veritatem requirunt, ut differat tinctura illius verticis extimi à colore ſoli. Sed hi exemplis deſtituuntur. Ad Gelioti explicationem inferri poteſt ſcutum familiæ *von dem Buſch*, dict. *Mauſtertingen.* [Rhen.] quod vellere vario, atque ita argento ac cæruleo colore conſtat, capite nigro tribus liliis argenteis picto, ita incumbente, ut particula ſoli ultra caput emineat. (β) Forte tamen alii hanc faſciam dicerent ſolito altius collocatam (hauſſée.)

Faſcia. XII. Si quæ medium occupat tertia pars alio colore à reliqua ſcuti tinctura pingatur, *faſce* al. *faiſce* Galli vocant. Hoc nomen, cur *Ren. François eſſay des merveill.* c. 42. p. 361. ex Germanica lingua arceſſat, nunquam capere potui : certè à latina voce, *faſcia* (unde barbarum eſt, cum alii *feſſam* vocant) derivari, neſcio, an quis dubitare poſſit. Inde etiam Hiſpanorum faja, Hæping. de Jur. inſ. c. 11. §. 1. n. 23. *faſtigium* etiam dicere vult, ſed quam convenienter, ipſe viderit. Noſtri **Band** vocant, aliquando **Straß / Balcke / Strich.** Nec enim unum nomen ubique reperio. Latinus commodiſſimè *faſciam* vel *zonam* dixerit. Memoratus *François*, appellat trabem transverſalem, quod ex noſtro idiomate transſumtum eſt. *Ioh. de Bado aureo*, & niſi idem eſt, *Vptonus* ut & Th. Milles autor catalogi dignitatum vel feudorum in Angl. cit. *Labourerio barram* vocant, & inde *barrata* ſcuta. Ita & Italus *ſbarra.* Sed hos imitari nolim. Elegantius Spelmannus utitur nominibus *tramitis* (quia trans me & clypeum, quod ἀνάλογον eſt noſtro termino **Straß**) *balthei*, *faſciæ*, *Strophii.*

XIII. Si ſymbolum figuræ reſpicias, in nobiliſſimis hæc merito reponetur. (Vide quæ *Spelman. aſpilog.* p. 89. & ſeq. de veterum cultu circa baltheos, zonas notat) certè fuit olim faſcia æque regale inſigne, atque nunc corona vel diadema, quæ ipſa vox faſciam notat & ſceptrum. Unde apud Valer. Maxim. Favonius, cum faſcia alba Pompejus crus obligaſſet, excepit; Nihil referre, in qua parte corporis inſigne regium eſſet. Apud Plut. Tripanes ante pedes Pompeji faſciam albam projicit in ſignum regni in prædam conceſſi : Conf. Suet. in Cæſar. Conf. infr. Hiſt. inſig. L. 2. c. 6. n. 4.

XIV. Videamus varias differentias colorum in hac figura. Rubeo ſcuto argenteam inducunt Familiæ *Auſtriaca*, *Vianden* [comit. vid. inſig. Naſſov. Hiſt. inſign. L. 3. c. 26. n. 13.] (γ) *Cappler von OEden* [Franc.] (δ) *Lovanium* civ. (ε) ſimilem geſtat in ſcuti bipertiti poſteriori area, cujus prior aurea dimidiam aquilam nigram refert, *Scheibersdorff* [Sileſ.] (ζ) faſciam talem media nigra tæniola ſecat in ſcuto *Selliviz* [Franc.] (η) & in 1. & 4. area *Layming. Erbſchencken* ſ. Pincernæ hereditarii [Bavar.] (θ) Inſcribunt faſciæ tres annulos

(α) Ex corona prominentes tres plumæ ſtruthionicæ, inter auream & argenteam media nigra. Lacin. hinc aureæ & nigræ, inde nigræ & argenteæ. **Wap.** I. p. 171. (β) **Wap.** II. p. 113. ex diademate tortili procedentia duo cornua ſcuti tincturis picta. Lacin. argent. & cærul. ſi per me ſtaret, illas quæ altero latere dependent, argento & nigro colore tingerem. (γ) **Wap.** II. p. 18. Incumbunt galeæ duo cornua rubea recurvis extremitatibus. (δ) **Wap.** I. p. 106. cornua duo ſymbolo ſcutario picta. (ε) **Wap.** I. p. 221. (ζ) **Wap.** I. p. 60. ex coronata caſſide prominens jugum alarum quarum prior transverſè ſecta ſuperius auro tingitur, interius nigricat, altera rubea ornatur faſcia argentea. Laciniæ hinc atræ & aureæ, illinc argenteæ & coccineæ.

(η) **Wap.** I. p. 104. Herma virginea, rubeo amictu, corona ac crinibus collectis in modum aureatis.

(θ) **Wap.** I. p. 78. felis argenteus corona aurea & impoſitis plumis ſtruthionicis argento & minio pictis.

nulos rubeos *Reichlin* de *Meldeck.* [Svev.] (γ) imponunt toti scuto imaginem virilem umbilicotenus pictam cæruleo inductam dextra capiti admota *Schvvebel.* [Bar.] (δ) comites hanc fasciam nonnunquam figuræ aliæ circumstant (*accompagnée*) Exempla ista sunt pro s. *Gouesnon.* Sex orbes argentei, *L'isle de Marivault*, 7. merulæ ejusdem metalli, *Moreau* (Burgund.) 3. stellæ argenteæ.

§. XV. Rubet fascia in scuto argenteo familiarum *S. Maure*, (unde in Turonibus Dux de *Montausur.* (ε) *Lisignies*, *Bethune*) unde duces de *Sully*, princ. d' *Henrichemont*, c. de *orval*, de *selles*, de *charrots*, (March. de *Rosiny*, de *courville*: &c.) *s. Severin* (Neapol.) *Aubigny Criechingen* (Baron. & Comit. in Austraſ.) *Puchheim* [Bar. dein. Com. in Austr.] (ζ) *Reinberg.* [Bavar.] (η) cum quibus etiam quoad apicem convenit *Leonrodt* (Franc.) & *Rauen* ab *Holzhausen* [Hass.] (θ) *Rottiviz* [Silesſ.] (ι) *Querheim* [Westph.] (κ) *Nerloch* [Bavar.] (λ) *Neidech* (Franc.) (μ) *Boraus* [Silesſ.] (ν) sed capiti scuti inscriptis tribus rosis rubeis auro gemmatis) *Fuerth* (Austr.) in 1. & 4. vel potius, ut descriptio habens in 2. & 3. (ξ) adjiciunt fasciæ 3. cæruleos annulos *des Gardes*, 3. rubeas pilas *Kolben de Wachenberg* [Rhen.] (ο) & *Wesenberg* [Helvet.] (π) superius 7. inferius 6. plinthides jacentes nigras *Grazen de Scharffenstein* [Rhen.] (ρ) 3. trifolia virentia *Braille* comites, nonnunquam adstant figuræ aliæ. *Eureux* (Angl.) tres orbes rubei in caput scuti repositi.

§. XVI. In cærulea parma argenteam fasciam gestant *Hals* com. [qui Landgr. Leuchtenbergicis obtigit] (σ) *Vistingen* s. *Fenestranges.* [Baron. cujus successio ad Rhingravios ex parte delapsa] (τ) item in scuti perpendiculariter secti priori parte, cujus posterius rubea dimidiatum exhibet lilium aureum *Keselberg* [Silesſ.] (υ) Inscribunt fasciæ rosam rubeam Bar. de *Hohenfeld* ratione *Aistersheim* [Austr.] (φ) quatuor folia, binæ fusura, tinctura deorsum virga rubea *Czipianer* [Silesſ.] (χ) tres lateres rubeos *Heimburg* (Saxon.) (ψ) 3. capita aprugna nigra, oculis & dentibus argentatis *Sanglier* tres rosas rubeas *Kopschitz* [Silesſ.] (ω) rosam rubeam *Flufses* [Franc.] (αα) addunt comites 3. argenteas tessellas lingvatas *Heppenheim* [Rhen.] (ββ) 8. tales tessellas aureas, superius 3. inferius 5. *Costain* (Delfin.) tres alas aureas *Erbstatt* (Francof.)

§. XVII. Argenteam parmam cærulea fascia exornant sequentes: *Leuchtenberg* (Landgravium nuper exstructi) *Zug* Civitas Helvetica ex numero Cantonum inscribit stellam auream, & addit 3. merulas nigras *Paris*, fasciam aureis byzantinis numis conserit, *von der Oede* (Francof.) cruciculas duas dimidias s. unam dissectam auream *Schmidtau* [Austr. in 1. & 4.] (γγ) onerat fasciam 3. quadrus

(γ) Wap. I. p. 116. ex coronata casside prominentia 2. cornua fascia scutaria inscripta (δ) Wap. I. p. 92. Inter duo cornua fascia exarata & orificio insertas ostendentia pennas pavoninas virilis species scutaria apparet. (ε) Exsurgens ex corona aurea angelus. (ζ) Wap. I. p. 33. (η) Wap. I. p. 91. duo cornua scuti colores referentia. (θ) Wap. I. p. 105. Wap. I. p. 137. Familia hæc dicitur nomen accepisse ex eo, quod occursu lupi exterrita mater filium gentis autorem hirsutum enixa sit; ap. *Haping.* de *Jur. Insig.* c. 21. n. 77. (ι) Wap. I. p. 60. Lapis dimidius molaris argenteus lateris post. petiolum rubrum galli gallinacei pennas deferentem. (κ) Wap. I. p. 187. ex diademate tortili prominet jugum alarum scuti symbolum deferentium. (λ) Wap. II. p. 57. Si diadema tortile omittas, idem cum priori est apex. (μ) Wap. II. p. 77. cum priori convenit, nisi quod alæ non expandantur. (ν) Wap. I. p. 57. cauda pavonina. (ξ) Wap. I. p. 37. vid. c. 6. §. 3. m. 2. n. 7. (ο) Wap. I. p. 127. virilis imago exsurgens, clava argentea minax, habitu cocco & argento bipertito pileo argentato, typum scutarium deferente & ora reducta aurea. (π) Wap. I. p. 197. caput molossi argentatum auro cocco & scutariis fascia, atque globulis picta.

(ρ) Wap. I. p. 130. Jugum alarum expansum, & symbolis scutariis pictum. Lacin. argenteæ & nigræ: quod argumentum esset, fasciam accessoriam esse insignibus. Nisi altero latere rubeum colorem addere pictor oblitus sit.

(σ) Wap. II. p. 13. & in Leuchtenberg. 1. p. 8.

(τ) Wap. II. p. 29. & Rhingr. I. p. 14.

(υ) Wap. I. p. 59. ex coronata galea prominens jugum alarum, quarum priorem cæruleam fascia argentea ornat, altera tessellis aureis & rubeis pingitur. Laciniæ hinc aureæ & coccineæ, isthinc argenteæ & cæruleæ.

(φ) Wap. I. p. 34. In galea coronata complicatum jugum alarum symbolo, scuti pictarum. Laciniæ argentatæ & cæruleæ.

(χ) Wap. I. p. 67. duo fasciculi plumarum cærulearum, quorum quivis duodenas triplici ordine dispositas continet, impressis duobus fasciis scutariis. Lac. argenteæ & eganeæ.

(ψ) Wap. I. p. 168. jugum expansum alarum tesserariis Iconibus pictarum.

(ω) Wap. I. p. 55. cauda pavonina, & ante hanc fertum ex rosis rubeis. (αα) Wap. I. p. 102. Inter duo cornua symbolo scutario exornata penna pavonina theculæ aureæ imposita. (ββ) Wap. I. p. 133. duo cornua effigiata symbolis scuti. (γγ) Wap. I. p. 37. s. 3. m. 2. n. 9.

dris argenteis *Chomel*, inducit decuſſim rubeum toti ſcuto *Graiberques* (Picard.) quod inſigne ob hoc falſis annumeras *Geliot. indic. annor.* voce *fauſſes armes.*

§. XIIX. In clypeo nigro candida vel argentea zona illis ſtirpibus placuit *Borſel* (Comit. in Belg.) *Ehenheim* [Franc.] (α) *Diemar* [Fr.) (β) *Harras* [Miſn.] (γ) & Francon. (δ) [Baron.] (ε) *Gelhauſen* (civit. imp.) (ζ) *Eck* (Styr. in areæ bipertitæ parte anteriori, poſteriori teſſellis argenteis & nigris repleta (η) faſciæ tali nonnunquam adjunguntur aliæ figuræ (*accompagnée.*)

§. XIX. Viciſſim argenteæ parmæ nigram faſciam inſerunt iſti *Retſchin* [Sileſ.] (θ) *Heilingen* [Thuring.] (ι) Zoppl. *zum* Hauſſ. [Auſtr.] in 2. & 3. (κ) *Meſſenbeck* [Bavar.] (λ) *Meſſenpach* [Bavar.] in 1. & 4. (μ) (in 2. & 3. econtrario area bipartita priori latere rubeo, poſterius nigrum faſciam refert argenteam) inſcriptis tribus malis punicis, granis rubeis apparentibus *Schvvarzdorf* [Bavar.] (ν) adjiciunt 4. ſangvineas dextras *Quatermains*, ſuperius 3. inferius unum annulum rubeum *Silberborner* (ξ) (Patrit. Francof.) Faſciæ huic comites aliquando adduntur figuræ (*accompagnée*) Exempla *Birgel* [inf. Rhen.] (ο) tres leones rubeos *Le Bigot*, Dn. de *Gaſtiries* præter 3. rhombos aureos faſciæ inſcriptos, adjiciunt tria meſpila viridia.

§. XX. In viridi clypeo argenteam deferunt faſciam, nobiles de *Inpruck* [Auſtr.] (π) *Veſtenberg* [Franc.] (ϱ) *Helln.* [Franc.] (σ) inducitur faſcia argentea ſcuto ex rubeo & cyano quadripertito. *Eckvart* [Sileſ.] (τ)

§. XXI. Faſciam argenteo ſcuto impreſſam viridi colore pingunt. *Witſtatt*, dict. *Hagenbach* [Francon.] (υ) *von der Ogten* [Rhen.] (φ) *Sinzendorf* (Bav.) in poſteriori ſcuti, cujus anteriora rubent, parte. (χ)

§. XXII. Aurea faſcia fulget ſcutum rubeum familiæ *Iauſſe Maſtaing.* Apponuntur faſciæ tali aliæ figuræ (accompagné) illis exemplis. *Sains* caput ſcutarium teſſellatum auro & cæruleo colore: ſex crucieulas brachiatas aureas, ipſi vero faſciæ impreſſa lunæ creſcentis nigra effigie, *Beaucham* (Angl.) 3. ſtellas aureas, quarum ſecunda corculi ſignum impreſſum exhibet (ipſi faſciæ etiam nigra concha inſcribitur) *Bragelonne.*

§. XXIII. Ejusdem metalli faſcia ornat cæruleam parmam ſequentium: *Monaſter.* ſ. *Munſter* Epiſc. (ψ) *Franckenſtein* [Bavar.] (ω) *Gæsbriant*, ſ. *omer.* Inſcri-

(α) Wap. I. p. 100. pileo turbinato (ſeu quocunque nomine ſuſtentaculum vocare velis) nigro quem media tranſit faſcia argentea, impoſitæ pennæ galli gallinacei. (β) Inter duo cornua ad ſcuti modum coloribus diſtincta, figura rubea, cujus ſculpturam non bene internoſco. Wap. I. p. 105.

(γ) Wap. I. p. 152. inter expanſas alas ſcutarium ſymbolum repetentes impoſitæ petiolo ſ. ſuſtentaculo aureo plumæ duæ nigræ & media alba. (δ) Wap. I. p. 73. loco alarum huic lineæ cornua & ſtruthionicis galli gallinacei plumas ſubſtituere placuit. (ε) Wap. II. p. 30. aureo pedi aquilino impoſita alio ſcutario ſymbolo picta. (ζ) Wap. I. p. 220. (η) Wap. I. p. 49. Ex coronata galea exoriens gryphus teſſellatus argento & nigro colore, ala nigra, faſcia argentea diſtincta.

(θ) Wap. I. p. 50. cornua cervina argentea media utriusque parte nigra. (ι) Wap. I. p. 145. ultra coronam auream jugum alarum expanſum ad ſcuti modum tinctarum. (κ) Wap. I. p. 39. ex coronata galea faſciculus triplici ordine locatarum argentearum plumarum ſtruthionicarum. (λ) Wap. II. p. 68. Figuram auream galeæ impoſitam non recte dignoſco. (μ) Wap. I. p. 91. galeæ coronatæ impoſita duo cornua alterum argenteum, inſcripta faſcia nigra, alterum rubeum; altera galea item coronata jugum alarum cum typo areæ 2. & 3. complicatum ſuſtinet. Lacin. coccineæ, argenteæ & nigræ. (ν) Wap. I. p. 87. ex coronata galea jugum complicatum alarum cum typo ſcutario. (ξ) duo brachia nigra inducta, ora reducta argentea tenentia, 3. annulos innexos rubeos. (ο) Wap. II. p. 118. ex corona aurea erumpens leo vel rubeus, quod analogia, vel argenteus, quod litera adjecta vellet. (π) Wap. I. p. 37. Galeæ coronatæ imponitur jugum alarum expanſum, & tincturis clypei pictum. (ϱ) Wap. I. p. 101. caput moloſſi viride, cum armilla argentea. (σ) Wap. II. p. 77. ex corona prominent duo cornua arietina obverſa, alternis nodis argenteis & viridibus. (τ) Wap. I. p. 54. luna deorſum verſis cornibus minio argento tincta, & faſciculis plumarum candidarum ornata. Lacin. rubeæ & argenteæ. (υ) Wap. II. p. 74. duo cornua ad modum ſcuti variegata. (φ) Wap. II. p. 108. caput canis argenteum, viridi faſcia, tanquam armilla ornatum. (χ) Wap. I. p. 92. cornua duo, alterum rubeum, alterum argenteum cum faſcia viridi, exteriori ora adhærent aurei dentes & globuli quaterni, totidem pennis pavoninis ornati. (ψ) Wap. I. p. 10. Alia vero inſignia tribuit Hæping. de Jur. inſign. c. 5. n. 70. 71. (ω) Wap. II. p. 30. Ventilabrum octangulum cæruleum faſcia argentea exaratum, ſingulos angulos ſingulis pavoninis pennis exornantibus.

Inscribunt rosam rubeam *Eyk* [Bavar.] (α) Fasciam circumstant comites aliæ notæ (accompagnée) istis exemplis. *Tamboneau du Bauchet* tres echinatæ molulæ in caput & expansa aquila in cuspidem scuti collocata, omnia ex auro: *Schvvendi* [Baron. Suev.] (β) terræ argenteæ tessellæ linguatæ supra & infra fasciam, *Dengau* [Andin.] 2. corda argentea capiti, & ex eodem metallo lunæ crescentis imagine pedi scuti impressa: *La Poole Duc de Suffolck* [Angl.] 3. capita pardina aurea, & ponticulum s. fasciolum (lambel) argenteam. *Geliot* [Burgund.] superius canis leporarius currens argenteus, inferius sex radiorum stella. *Bellieure* 3. trifolia aurea, *L' Huillier d' Interville* 3. lunas aureas, *Rostain* rotam auream in scuti cuspide: *Guespré* 3. talenta aurea. Fasciam talem & onerat & stipat *Boullene*, illud tribus orbibus rubeis, hoc 3. spicis aureis.

§. XXIV. Auream Zonam etiam invenio inductam parmæ nigræ. Exempla sunt *Praga*, Archiepisc. Bohem. (γ) *Wildenberg* [Rhen.] (δ) *Dreyling zu Wagrein* [Tirol. in 2. & 3.] (ε) *Creilsheim* [Franc.] (ζ) *Schebitz* [Silef.] (η) sed inscriptis capiti rosa cum petiolo & folio aureis, fasciæ 5. nigris rhombis, pedi 3. foliis quercinis.

§. XXV. Ut alibi viridis color non æque frequens est, ita hic quoque. Videas tamen viridi clypeo inductam fasciam auream in insign. *Volckrah* (Austr. in quadrante 2. & 3.) (θ) *Missendorff* [Austr.] (ι) *Wisenbrohe* [March. Brandenb.] sed comitibus duodecim numis byzantinis ejusdem metalli superius & inferius senis. (κ)

§. XXVI. Vicissim viret fascia, quæ auream parmam exornat in symbolis gentilitiis.

§. XXVII. Fascia nigra distinguit aureum clypeum notandis istis familiis, *Bondiorum* [Angl.] *Marsiæ* Com. (vid. Nassovicum scutum in Histor. insig. L. 3. c. 26. n. 6.) *Rotberg* [Helvet.] (λ) *Stockamer* [Patrit. Norimb.] (μ) *Täschel* [Bavar.] (ν) *Rottersdorff* [Rhenan.] (ξ) *Reinsberg* [Helvet.] (ο) *Fürstenberger* (π) [Patrit. Francof. sed adscriptis tribus capitibus pardinis avulsis, rubeis argento coronatis] *Raitstock* (ϱ) (q. de rupe senatoria, quos Æg. Gelen. de Colon. Agripp. Magn. L. 2. s. 13. p. 159. vocari existimat & ad Manlios capitolinos refert) sed inscriptis tribus orbibus argenteis (Gelenius ita enunciat: *In aureo campo atram plateam tribus orbiculis tralucentem vel perforatam, quæ scutum transversum scindit, q. fascia Byzantinorum numorum stipendio ornata.* Mox dicit atram plateam, quasi cuniculum cum 3. respiraculis.

§. XXVIII. Cærulea autem fascia est, quæ in aureo clypeo conspicitur, apud plures. *Nothafft* [Bavar.] Hujus familiæ plures vide lineas & inprimis galearum variationes, infra

(α) Wap. I. p. 81. ex coronata casside prodeunt duo cornua aganea, aurea fascia distincta, & insertas, qua aperta sunt, ternas utrinque plumas struthionicas, inter duas aureas cæruleam, deferentia: inter cornua cantherio aureo rosa imponitur rubea. (β) Wap. I. p. 25. & p. 115. coronatæ galeæ impositus orbis argenteus, 3. struthionicis plumis nigris fastigiatus. Laciniæ enim cæruleæ & argenteæ p. 115. pinguntur omisso auro, videtur fascia non principalis figura, sed accessoria esse: sed p. 25. Lacin. nigræ & aureæ circumvolitant hanc cassidem. Unde nihil certi statuo. (γ) Wap. I. p. 102. Inter duo cornua nigra fasciis singulis aureis ornata, pulvinar rubeum aureis panniculis (quasten) ornatum (δ) Wap. I. p. 9. (ε) Wap. I. p. 122. sustentaculo nigro, quod Zona argentea permeat, imponitur fasciculus foliorum vel pennarum coagmentatus. (ζ) Wap. I. p. 65. ex coronata galea inter duo vexilla auro & nigro colore distincta, & è perticis aureis suspensa tria quercina ex eodem metallo folia. (η) Wap. I. p. 42. vid. s. 3. m. 2. n. 66. (θ) Wap. I. p. 38. respondet galea coronata jugum alarum expansum & symbolo scutario insignitum deferens. (ι) Wap. V. p. 54. ex coronata galea expansum jugum alarum nigrarum impressa fascia aurea. (κ) Wap. I. p. 175. galea tecta diademate tortili sustinet inter sex struthionicas plumas, aureas & virides, pavoninam caudam. (λ) Wap. I. p. 197. duo cornua scuti coloribus picta, quæ duplex funiculus miniatus, binis nodis utrinque colligat. (μ) Wap. I. p. 213. coronæ aureæ insistens pavo explicata cauda versicolori. (ν) Wap. II. p. 55. Herma virilis atra veste & pileo, sed hujus ora reducta aurea. (ξ) Wap. II. p. 104. Herma muliebris auro vestita & coronata. Si licet, Mauram conjicio. (ο) Wap. II. p. 148. Inter cornua duo aurea gradiens catellus niger. (π) Galeam mordet caput pardinum, cujus prolixa juba tegit scutum laciniarum instar, caput ornat corona, & ex ea prominentes aleæ expansæ argenteæ. (ϱ) Vir pectore tenus emergit tectus caput vitta nocturna.

infra c. 8. (α) *Meyenfels* [Svev.] (β) *Cherisy, Pot* (*de Rhodes*, unde vice-Com. de *Bridiers*, Com. de *Romorarchri*) *Raffeld* [Westphal.] (γ) Tali fasciæ addunt in superiori scuti parte rotam rubeam *Testart*.

§. XXIX. Demum rubea fascia percurrit aureum clypeum aliorum: Huc refero *Monasterium s. Munster*. Civit. (δ) *Schæneck* [Rhen.] (ε) *Sächsenhausen* [Bar. in 2. & 4. quadr.] (ζ) *Pommolain* (Campaniæ) *Brissnitz* [Silef.] (η) sed inscripto fasciæ capite apri nigro.) Inscribunt fasciæ huic tres rosas argenteas s. flores pentaphyllos, cocco gemmatos exsurgente etiam è fascia aquila nigra, prætensa lingua rubea, fam. *Werfen de Limburg* [Patrit. Francof.] (θ) 3. lunas argenteas obliquo situ (tournés en bande) *Strozzi*. In capite scuti imponunt fasciæ tres monticulos virides, in quorum singulis planta lappa cum fructu purpureo (kletten) *Pfraunheim* dict. de *Klettenberg* (Rhen.) Comites huic quoque fasciæ dantur aliæ figuræ *cormicol* tres orbes rubeos addit *Stralenberger* (Patrit. Francof.) tria nigra fulmina.

§. XXX. Nec desunt exempla pellium, quibus inductæ zonæ, vel ex quibus hæ compositæ. Hermionicam viridi parmæ inducunt isti: *De Dignies* (in Artesia & Flandr.) *Meziers*, *Genonville*. Nigræ *Wintour* [Angl.] aureæ *Porcon* [Britann.] Hermionico scuto inducit fasciam rubeam, *Chandio* (Burg. unde patet *S. Sulien.* descendere gentem ex Britannico post-genitis) item adjectis 3. orbibus ejusdem coloris Sillus, tres fascias rubeas 6. maculis aureis impressas *Rostrenant*. Vellere vario (quod alii cymbalis cæruleis & argenteis describunt) constat scutum, cui familia *Eldern* [infr. Rhen.] (ι) fasciam inducunt auream, & quidem situ, quam postulare ratio visa erat, altiori. Quod genus *fasce haussée* seu fasciam sublimiorem vocare solent.

Fasciis pluribus sectum scutum.

§. XXXI. In hisce omnibus unius tantum fasciæ mentio facta. Sæpius vero plures fasciæ eandem parmam replent. Observanda hic est distinctio, inter transversariam sectionem quaternariam, senariam &c. *fascé* & certum fasciarum clypeo inscriptum numerum, à 2. 3. 4. *fasces*. Illius generis sectio agnoscenda est in scutis, quæ pari constant fasciarum numero, quas alternatim alia tinctura insignit, ibi enim solum à figura inscripta distingvi nequit: si vero fascias agnoscere oporteat, solum constituit color, cujus ductus plures sunt: e. g. si in quinque ductus parma distingvatur, tres aureos, duos rubeos, aureum solum esse agnoscatur, duo reliqui ductus pro fasciis habentur. Et quidem de illis poterat c. 3. n. 73. 74. agi, sed ob affinitatem huc remisimus, quod etiam simili modo de diagonalibus baltheis & palis capiendum est. *bandé, barré, palé*. Nos hic, ubi ductum vel fasciarum (si omnes hoc nomine vocare lubet) par numerus sit, exempla initio recensebimus, quæ alias inter sectiones scuti, quod modi dixi, referuntur. Ita quaternis ductibus aream complent (quæ est quaternaria divisio scuti per lineas parallelas, vid. c. 3. n. 63.) aureis & nigris *OEttling* [Bav.] (κ) argenteis & rubeis (inducto baltheo aureo) *Hallersdorf* [Austr.] in 1. 4. (λ) huc spectat scutum fam. Bielde [Silef.] (μ) quod tribus lineis parallelis in 4. fascias alternatim minio & argento tinctas, nova per lineam perpendicularem accedente sectione, quæ tincturas iterum alternari facit, distinguitur (fascé contre fascé de 4. pieces) ita & *Eberspach* [Silef.] (ν) nisi quod metallum colori anteponitur) inferior pars scuti (superiori argentea leonis rubei προτομὴν deferente) binis fasciis nigris & argenteis alternatim fasciata *Kazmann* (ξ) [Patrit. Francof.] senis autem ductibus s. fasciis exaratur scutum. Ita etiam nigris & aureis *Pallant zu mereames* [Baron.] (ο) aureis & nigris *Mittelhausen* [Alsat.] (π) *Schænfeld* [Silef.] (ρ) sed nova accedente sectione perpendiculari (fascé contre fascé) argenteis & rubeis *Schvvarzen* [Patr. Francof.] (σ) Octonis distinguntur

(α) Wap. I. p. 78. Inter cornua duo ad modum scuti picta, catellus consîdens albus, nigris maculis respersus. (β) Wap. II. p. 94. herma muliebris auro vestita, alis aureis brachiorum loco adaptatis. (γ) Wap. I. p. 191. Ex corona aurea prodit jugum alarum scuti symbolum repetentium. (δ) Wap. I. p. 220. (ε) Wap. II. p. 104. inter cornua ad modum scuti picta herma virginea argento vestita. (ζ) Wap. I. p. 88. vid. S. 3. m. 1. n. 29. (η) Wap. I. p. 59. cornua duo tributa, miniatur & auratur. (θ) Wap. I. p. 210. brachium auro vestitum, manicæ ora reducta argentea, sed prominente interioris vestis orula rubea, manu clavam nigram gestans. (ι) Wap. II. p. 113. ex corona aurea prominens argenteum arietis caput cornibus aureis. (κ) Wap. I. p. 91. ex coronata galea cornua duo ad modum scuti fasciata. (λ) Wap. I. p. 41. ex coronata galea herma virilis coronatus veste scutarium typum referente. (μ) Wap. I. p. 42. coruua bubula ad modum scuti tincta. (ν) Wap. I. p. 56. duo lapides molares argentati, impositis 3. plumis struthionicis media candida, & rubeis lateralibus. (ξ) Inter duas alas argenteas duabus fasciis nigris exaratas προτομὴν leonis. (ο) Wap. I. p. 30. ex coronata galea inter expansas alas nigras scutulum fasciatum. (π) herma vigineus cononatus veste ad modum scuti fasciata. (ρ) Wap. I. p. 66. ex galea coronata prominent novem pennæ galli gallinacei. (σ) caput cervinum argenteum inducta fascia rubea & lingua sangvinea.

tur clypei aureis & puniceis pro fam. *Cambronesiorum* in Gallia, & *Rinaldelliorum Florentinorum*, aureis & cyaneis pro *Vieuville*, argenteis & coccineis notando regno *Hungariæ*: totidem gestant coccineas & argenteas *Calvarei* Gall. argenteas & cæruleas *Biersæ* [Hannon.] *Dellorii* [Neapol.] argenteas & nigras *Miltiz* [Misn.] & *S. Amand.* Denas gestant aureas & puniceas, *Aisei*, *Auberii*, *Grandi pratenses* s. *Grand prei*, *Ruffei* [Gall.] aureas & cyaneas *Caumartia*, argenteas & rubeas *Sosæ* [Hispan.] argenteas & cæruleas, *Ganges* [Belg.] *Lusignan* in regno Cypr. argenteas & nigras *Vaudemont.* Duodenas sibi vindicant aureas & rubeas, [de Looz.] *S. Læn*, argenteas & cyaneas *Montigny.*

§. XXXII. Jam in quibus ductuum impar numerus campum & fascias distinguit, recensenda sunt. Duas fascias inscribunt parmæ rubeæ aureas *Oldenburg.* Com. (unde eadem nota in insign. Danicis & Duc. Holsat. vide Hist. Insign. L. 3. c. 12. n. 14. *Brionne* (sed adjectis 3. rubeis orbibus) *Clamecis* (sed inducto cantherio nigro) *Effern*, [Rhen.] (α) sed capiti adscripta instita inferne quinquies pinnata (Cambel) aurea, cujus rationem Gelen. de Colon. Agr. Magn. L. 2. s. 24. p. 180. petit ex origine eorum, quod ex Overstoltiis Ubiis orti sint: duas vero fascias notare posse duas in Africam (unde etiam nomen *Effern*) expeditiones, vel duos superatos fluvios. Aureæ rubeas *Garlande*, à *Loiff.* s. à *Laude*, [Colon.] (β) sed inscriptis fasciæ superiori 4. inferiori 3. bullis s. rhomboidibus argenteis: quod Gelen. de Col. Agr. Magn. L. 2. S. 16. p. 165. ex veteri more deducit, quo baltheus ob virtutem datus ornabatur argenteis aureisque quadrangulis vel tessellis super corio contextis. Apud Virg. L. 12. Æneid. *Balteus & notis fulserunt cingula bullis.* Cæruleæ aureas *Bielcke*, [Suec.] *Gemingen*, [Rhen.] (γ) sed & capiti, & pedi scuti ternis talentis argenteis inscriptis *Du Faur Pybrac.* & adscriptis 6. argenteis numis byzantinis 3. 2. 1. *Fumée* Aureæ nigras *Isenburg* Com. (in quadr. 2. & 3. vide Histor. insign. L. 3. c. 53. n. 6. *Prechter* [Alsat.] (δ) *Kalteschen*, [Alsat.] (ε) Rubeæ argenteas. *Arnim.* [Saxon.] (ζ) *Wolmershausen* [Franc.] (η) *Erthal* [Franc.] in 1. & 4. (θ) Nigræ argenteas. *Mauchenheim.* dict. *Bechtolsheim* [Hass.] (ι) *Bicken*, [Rhen.] (κ) *Wangen* [Tirol.] 1. & 4. sed in auræ scita, cujus superior pars rubet, parte inferiori. (λ) Argenteæ nigras, *Allinville*, *Duefenbach.* [Baron.] (μ) *Trants*, [Britan. sed impressis 5. numis aureis byzantinis] *von Ockstatt*, [Patrit. Francofurt. sed posteriori scuti perpendiculariter secti parte jubente] (ν) Argenteæ cæruleas. *Tomshirn* [Misn.] in 1. & 4. (ξ) Nigræ aureas. *Strasfelder* [Styr. in 1. & 4.] (ο) *Flachen* [Hass.] (π) Argenteæ rubeas. *Isenburg* Com. in quad. 1. & 4. (ϱ) *Leubelfinger* [Bavar.] (σ) *Iohannsdorff* [Bavar.] (τ) *Massow* [Marc.] (υ) *Reibnitz* [Saxon.] (φ) *Merlo* [sed 9. merulis 4. 2. 3. coccineis argento inscriptis.] Cæruleæ argenteas. *Crays* de *Lindenfels.* [Rhen.] (χ)

§. XXXIII. Triplex aliis fascia percurrit scutum (à 3. fasciis) aureum rubea: *Pimentel*, *Corduba* [utraque famil. Hispan.] *Rambures.* Cæruleum argentea: *Caraffa* [Neapolit. sec. alios solum rubeum pingitur, quod forte rectius] *La Roque* [Norman.] argen-

Tres,

T

(α) Wap. I. p. 132. Exuviæ Elephantini capitis cum proboscide, ex auro Gelenii sculptor nigrum pinxit. Idem in hoc elephanto insigne Africæ agnoscere videtur ex antiquis numismatibus. (β) duo cornua. (γ) Wap. I. p. 122. duo cornua fasciata. (δ) Wap. I. p. 196. (ε) Wap. II. p. 130. duo cornua fasciata. (ζ) Wap. I. p. 68. ex diademate tortili prodeunt 2. cornua ad modum scuti fasciata. (η) Wap. I. p. 103. Pileus acuminatus, fasciis scutariis exaratus, globulo aureo & pinnis nigris fastigiatus, ora reducta rubea. (θ) Wap. I. p. 103. ex coronata galea cornua duo, quorum prioris inferior, alterius superior pars cæruleo colore, reliqua fasciis scutariis exarantur, lacin. coccineæ, cyaneæ. Conf. c. 3. n. 65. (ι) Wap. I. p. 143. jugum alarum fascias scuti repetens, & galli gallinacei pennis candidis ornatum. (κ) Wap. I. p. 124. cornua duo fasciata. (λ) Wap. I. p. 42. respondens Galea media, ex qua coronata prominent duo cornua ad modum scuti distincta. (μ) Wap. I. p. 23. Galeæ prior hermam virilem, cujus vestis & pileus acuminatus, cum aurea pluma struthionica, scuti fascias repetunt, posterior coronata jugum alarum simili typo sustinet. (ν) Jugum alarum altera argentea fasciis nigris inductis, altera rubea *Lacin.* hinc argenteæ & nigræ, illinc rubeæ & argenteæ. (ξ) Wap. I. p. 158. In apice huic areæ respondet galea coronata impositarum dextra fascias has repetens. (ο) Wap. I. p. 48. Apex exstat s. 3. m. 2. n. 16. (π) Wap. I. p. 138. Jugum alarum expansum fasciatum, pennarum extremitatibus singulis rosis candidis impositis. (ϱ) Wap. I. p. 17. (σ) Wap. I. p. 78. pulvinari rubeo argenteis perniculis in extremitatibus ornato insidens catellus albus armilla rubenti collum cinctus. (τ) Wap. I. p. 82. jugum alarum complicatum, fasciatum ad modum scuti. (υ) Wap. I. p. 177. cornua fasciata. (φ) Wap. I. p. 166. cornua alterum rubeum, alterum argenteum. (χ) Wap. I. p. 133. duo cornua, scuti lineis fasciata.

argenteam rubea, *Pierrefile*, *Sazenhofen* [Bavar.] (α) *Schvvarz* de *Hirtz* [Colon.] (β) *Daveſne* (ſed adjectis in capite ſcuti 3. echinatis molulis) rubeum argentea. *Burck* [Silef.] (γ) rubeum aurea, *Harmborch.* [Brunſvic.] (δ) Viride argentea *Fleckenſtein.* [Baron.] (ε) argenteum cærulea. *Heggelbach* [Suev.] (ζ) aureum viridis. *Morin Loudonſ. Morin la Maſſerie*, argentea nigrum. *Heyden* [inf. Rhen. (η) viridis argenteum *Beauvilliers* (unde Duces S. Aniani. Conf. Hiſtor. inſign. 1, 10, 6. ſed inſcriptis merulis octo rubeis, binis & binis, vel juxta alios 3. 2. 2. 1. argenteum nigræ *Barr* [Dominium nunc in poteſtate Reipubl. Argentorat.] (θ)

Quatuor. Quinque. Sex.

§. XXXIV. Eſt etiam, ubi quatuor faſciis area una impletur. Ita geſtant in ſcuto aureo faſcias quatuor (vidimus alios dare tres tantum, ſed hoc ex Sylv. de Petra Santa) rubeas Corduba, & in noſtris *Burggr.* de *Rineck*, argenteo miniatos *Chaumont*, argenteo cyaneas *Molembais*, nigras *Clemmen* [Haſſ.] in clypeo argenteo pinguntur cæruleæ pro fam. *Chourſes* Dn. de Malicorne. Senas faſcias geſtant in clypeo rubeo argenteas. *Quinquem poix Vignory*, in argentea nigras *Denoville*, *Hemart.*

§. XXXV. Ita vidimus faſciam in plura exempla, ſed omnes hæ fuêre ſimplices. Videndæ nunc ſunt zonæ, quæ vel ratione ſuperficiei patiuntur alterationem, vel ipſæ varia partitione diverſos ſuſcipiunt colores. Ad illud genus referimus 1. *Iſtriatas engreslées* (**außgeſchupt.**) 2. *Denticulatas* ſ. denticulis ſtriatim acuminatas (*denchées ou dentolées*, **außgeſpitzt**) idque ex altera vel utraque parte, ex quibus tamen illas ſerris accenſebimus infra. 3. *tortuoſas* ſ. *cochleatas* (*viurées*) [vide ſ. 3. in 4. n. 6. **eckicht.** In **Wapenb.** vocantur **krumme Straſſen oder Balcken.** A Lazio de Migr. Gent. l. 7. p. 291. *Scalæ* dicuntur. Uptono & Joh. de B. aureo, *barræ tortuoſæ acutæ*. Nonnunquam *viures* ſ. *guiures*, vel *danſes*] 4. *pinnatas* utrinque vel ex altera parte (*crenelées*, *baſtillées*, *bretеſſées* & *contrebretеſſées*; de diſtinctione vid. ſ. 1. n. 7. **gekerbte Balcken mit einfachen oder doppeln Zinnen**) 5. *Vndulatas* ſ. undulatim fuſas, ſinuatas (*ondées*, *ondoyées*, **gewelbt**) 6. ad modum nubium pictas [*nebulée* ſ. *entée*] 7. *ramos undique truncatos referentes* (*arborées*, *ecotées*, **von geſtümmelten Aeſten**) quibus 8. addimus *reſtrictas*, quæ in medio ſcuti ita pinguntur, ut marginem ſcuti non contingant [*Hamades* ſ. *hamedes*, **ſchwebende.**] de quibus dubium & difficultatem proponit, an quod pro faſciis communiter habetur, ſoli locum obtineat, nec ne; cæterum hoc δεῖγμα Hannoniæ proprium facit, *le Labour orig. des arm.* n. 156. Rariora exempla earum ſunt, quæ ornamentis aliquibus afficiuntur. Uti à *Linhar* [Colon.] geſtant in ſcuto roſeo faſciam auream filis & laciniolis variegatam, dentato autem opere liliatoque circumtextam & reticulatam (**guldene Spitzen darum geſetzt**) unde Æg. Gelen. de Col. Agr. mag. L. 2. c. 15. p. 164. gentem eam *Lintelariam* ex linteata legione (cui origo è Samnitium nobilitate) deducit. Tænia, **eine Lindt.** Ita noſtris temporibus militiæ duces balteis liliato reticulo fimbriatis thoracem cingunt, ſed ſericis, non linteis.

Striatæ cochleatæ.

§. XXXVI. Videamus priorum ſeptem ſpecierum exempla; duas ſtriatas faſcias argenteas in ſolo rubenti geſtabant Com. de *Frontenhauſen.* (ι) 3. Cochleatam rubeam in parma argentea geſtant fam. de *Kerpen* [Rhen.] (κ) *Trappen zu Biſſein* [Tirol.

(α) Wap. I. p. 78. caput moloſſi ſimiliter faſciatum. (β) Gel. de Col. Agr. magn. libr. 2. ſ. 17. p. 166. 167. vocat *nigros cervinos* ex Romana origine; addit: *dicunt olim belli imperatorem cuidam cervino vulnerato, 3. prioribus digitis à vultu abſterſiſſe cruorem, unde eas lineas clypeo inſcripſerunt. Ex ea ſtirpe cervinorum Coloniæ (non ex Polonia) quidam illuſtris eques cum Germanis Cæſaribus in Italicam expeditionem profectus, gentem* Carafæorum *principum condidit, qui eadem inſignia habent. Nomen vero Carafæ quod lagunculam ſignificat, impoſitum eſt translatæ in Italiam familiæ, quod Vbius eques ſedandæ ſitis cauſa in æſtivis caloribus, uti armis, ita lagenula accingeretur: alii volunt â principe laudatum Vbium his verbis,* cara ſe, *id eſt,* cara fides, *vel* caro fio, care Fili, *& hinc promanaſſe Carafeorum nomen, vel quia mater ei dicitur fuiſſe ex patritia gente Vbia,* **Waſſerfaß/** *de ſitula vel aquea urna.* Apex horum cervinorum caput cervi cum cervice, faſciis ſcutariis ornatum. (γ) Wap. I. p. 62. jugum alarum expanſum faſciatum. (δ) Wap. I. p. 182. ex corona aurea prominentia duo cornua faſciata. (ε) Wap. I. p. 19. Herma muliebris coronata, cui loco brachiorum cornua adnata; faſciis ſcutariis veſtem & cornua diſtinguentibus. p. 193. veſtis tantum viridis pingitur, & abeſt corona. (ζ) Wap. I. p. 118. caput canis venatici ubeum, cum armilla argentea. Lacin. rubeæ & argent. Ex quo inducor, ut dubitem, an faſciæ ſcutariæ cæruleæ eſſe debeant, ut pinguntur. (η) Wap. II. p. 118. ex diademate tortili jugum alarum faſc isſcutariis exaratum prominet.

(θ) Wap. I. p. 30. apex peculiaris nullus, vid. ſ. 3. m. 2. (ι) Wap. II. p. 10. Aures duæ aſininæ argento altera, altera minio tinctæ, & ex corona aurea prominentes. (κ) Wap. I. p. 127. coronæ aureæ impoſitum jugum alarum ſymbolis ſcutariis pictum.

[Tirol. in 2. & 3.] (θ) in aurea Com. *Manderscheid.* (α) *Brendel* & *Hohenburg* [Rhen.] (β) [& Silef.] (γ) In rubea argenteam. *Campen* [Brunfw.] (δ) *Murach* [Bavar.] (ε) Ejusdem metalli in cæruleo solo *Wehingen* [Suev.] (ζ) cæruleam in argento *Ienckovviz* [Silef.] (η) in argento nigram *Waller zum Wildthurn* [Bavar.] (θ) *Vorten de Salzburg* [Franc.] (ι) Argenteam in scuto superius cæruleo inferius rubeo. *Vlm zu Wangen* [Suev. & Helvet.] (κ) *Leutenbach* f. *Leutenbeck* [Bavar.] (λ) in scuto, cujus anterior pars nigricat, posterior argento albet, atroque colore alternante pictum. *Schvvarzenberg* [Patrit. Francof.] (μ) opposita serie colorum *Rehlingen* [Austr. & Patr. August. in 2. & 3.] (ν) duas gestant ejusmodi zonas tortuosas argenteas in scuto, transverse secto (coupé) cujus superior pars rubet, inferior nigricat. *Ilsung* [Baron. (ξ) & Patrit. August.] (ο) similibus utitur, sed in area tota rubea famil. *Bubenhofen* [Suev.] (π) duas aureas in solo nigro *Fuchsstein* [Bavar.] (ρ) duas rubeas in solo aureo *Beveren* [Westphal.] (σ) in argenteo *Spiegel* [Misn.] (τ) Ita scutum gestant tribus ejusmodi argenteis & totidem rubeis zonis tortuosis insignitum *Geisspitzheim* [Alsat.] (υ) Tres rubeas in clypeo argenteo, Von *Berghe* [Brunsvic.] (φ) similem institam cochleatam f. per gradus parmulam transversim dividentem *Gelen. de Colon. Agripp. Magn.* L. 2. f. 18. p. 169. tribuit familiæ ex Ubiis Romanis *Clematiæ*. [à Græco κλῆμα, q. scalaris] quæ nunc *Kleingedanck* seu *Cleingedanck* & *Mommersloch* dicuntur: & quidem si fides sculptori *Cleingedanck* de *Pavono* (χ) videntur uti instita tali argentea in laterculo rubeo, ut & *Cleingedanck* de *Steffen*, (ψ) addito in 2. & 3. quadrante aurea capite Mauri, sed *Cleingedanck* de *Mommersloch* (ω) nigra in aureo.

§. XXXVII. *Pinnatas* jam videamus. Ex superiori parte pinnatæ sunt (*crenellées*, nigra in solo argenteo. *Krümenau* [Silef.] (αα) & in simili parma aurea [sed pinnis perforatis. Paillot vocat *fasce crenellée de* 3. *pieces aiourées*] in nigro, superius & inferius quinis cruciculis aureis additis, *Winterbecher* [Rhen.] (ββ) & in simili parma tres rubeæ *von der Warth* [Bavar.] (γγ) in inferiori (*bastillées*) duæ nigræ in solo argenteo, *von der Lippe* [Saxon.] (δδ) utrinque pinnatæ, pinnis recto situ oppositis reperiuntur Pinnatæ.

(θ) Caput Hircinum.

(α) Wap. I. p. 17. (β) Wap. I. p. 124. jugum alarum scutatio emblemate ornatur. (γ) Wap. I. p. 66. idem qui alteri lineæ apex. (δ) Wap. I. p. 179. ante pileum acuminatum (aliis columna videri potest) & pavomina penna fastigiatum, saliens cervus, cujus ex dorso tegmen rubeum pendet scutariam fasciam repetens. (ε) Wap. I. p. 77. pileus turbinatus rubeus, zona scutaria pictus, ora reducta hermionica, & impositis coronæ aureæ plumis tribus struthionicis rubeis & candida insignis.

(ζ) Wap. II. p. 90. Herma muliebris cæruleo vestita & alata, alis scutarias fascias repetens.

(η) Wap. I. p. 63. ex galea coronata exurgens leo argenteus coronatus. (θ) Wap. II. p. 56. herma virilis veste & pileo nigris, nisi quod hujus ora reducta argenteam fasciam referat. (ι) Wap. I. p. 107. pileus acuminatus candidus, coronæ aureæ impositus & pennas galli gallinacei sustinens. (κ) Wap. I. p. 115. & 199. caput gryphi iisdem coloribus & fascia, quibus parma pictum. (λ) Wap. II. p. 57. cornua duo argentea, hinc rubeis, illinc cæruleis ornata plumis, vel quicqnid figuræ est. (μ) galeæ coronatæ impositum jugum expansum alarum argenteæ & nigræ, quarum quælibet fasciam scutariam repetit. (ν) Wap. I. p. 40. 207. coronata galea cum jugo expanso alarum typo scutario insignium. (ξ) Wap. I. p. 24. cornua duo scuti coloribus insignita, & exterius quaternis pennis pavoninis ornata, imposita coronæ aureæ. Lacin. hinc rubeæ, inde atræ, argento utrinque addito. (ο) Wap. I. p. 207. de horum origine & agnatione cum comitibus Moringensibus & Hohenriedensibus. Vide Hæping. de Jur. insig. c. 13. n. 46. (π) Wap. I. p. 114. exsurgens juvenis, veste hinc minio, isthinc argento picta, manibus singula cornua alterum argenteum, alterum rubeum gestans. (ρ) Wap. I. p. 93. Ala scutarias zonas deferens. (σ) Wap. I. p. 189. coronæ impositus pileolus rubeus, quædam folia sustinens. (τ) Wap. I. p. 152. Herma originea, veste rubea, crinibus contortis & in nodum collectis (ein Zopff) diademate tortili argento & minio picto, & impositis struthionicis pennis ejusdem tincturæ. (υ) Wap. I. p. 193. cornua cum iisdem, quæ scutum occupant fasciis. (φ) Wap. I. p. 186. similia cornua. (χ) Galea tecta pileolo, qui sustinet ventilabrum expansum cum inscripta instita scutaria, ornatum exterius pennis pavoninis. (ψ) In ventilabro expanso repetita symboli scutaria, superiori ora ornata pennis pavoninis, impositoetiam Mauri capite. (ω) coronatæ galeæ imposita duo cornua, aureum & nigrum.

(αα) Wap. I. p. 55. ex corona prodiens jugum alarum argento tinctarum, intermedia herma virili, cujus vestis & pileus, præter oras argenteas nigro colore tinguntur.

(ββ) Wap. II. p. 104. pileus acuminatus & symbolis scuti pictus, atque pennis galli fastigiatus, ora reducta argentea. (γγ) Wap. I. p. 77. coronæ impositum jugum alarum, quarum prior superiori parte rubet, inferiori candet, colorum situ in posteriori contrario. (δδ) Wap. I. p. 173. inter jugum expansum alarum argentatarum duæ fasciæ scutariæ.

tur (*bretessées*) ista. Aurea in solo cæruleo, *Studniz* [Silesʃ.] (α) nigra in solo argenteo *Humbricht* [Patrit. Francof.] (β) rubea in solo aureo, *Mynner* [Patrit. Francof.] (γ) argentea in rubeo dom. de *Haunſperg* [in 2. & 3. Austr.] (δ) frequentiores tamen sunt, cum alternatim pinnæ ex altera parte loco vacuo respondent (*bretesſée* & *contrebretesſée*) ita *Brillet* in cærulea parma talem fasciam gestat auream, argenteam in rubea *Hugenpæth* [infer. Rhen.] (ε) & *Nesſelrodt* [Rhen.] (ζ) in argentea *de Werda*. dict. *Næding* [Hass.] (η) duas argenteas in rubea, *Quaden*, lineæ utriusque de *Landskron* (θ) & de *Wickerad* [Rhen.] (ι) tres rubeas in argentea, *Zinnenberg* in *Welseriis* insignibus. Ita 3. rubeæ fasciæ utrinque pinnatæ (sed opere cæmentario in quadras distinctæ) conspiciuntur in parte posteriori argentea scuti, cujus anterior medietas itidem argentea dimidiatam aquilam coccineam defert notanda fam. *Schenck* [Silesʃ.] (κ) cæterum hoc fasciarum bipinnatarum genere lapideos pontes designari autor est *Æg. Gelen. de Col. Agr. Mag. L.* 2. *ſ.* 25. p. 181. nam *quod inferne asperentur, quibus pons innitatur, pilas & sustentacula repræsentat, superiores autem denticuli murales sunt pinnæ. Nec tamen profundius fulcra dimitti*, videlicet ad imum scuti, *quia nobiles terræ filii non sunt, sed in arduo & sublimi gradantur.* Confer. infra s. 6. in 4. n. 16.

Undulatæ. §. XXXIIX. Undulatarum exempla etiam infrequentia non sunt. Gestant talem rubeam in clypeo aureo *Mauvorsin chevriers*, cæruleam in aureo, (adjecto in pede scuti cornu venatorio nigro, minio armillato.) *Cussi*, in argenteo, collocatis in scuti caput 3. anatibus nigris, *Tiraqueau*: auream cum subjecta alia communis figuræ fascia argentea in coccineo, *Liergues-Montconis*, cæruleam in scuti (cujus cujus caput rubeum leonem auro coronatum argenteum complectitur) pede aureo de *Sachsen* (λ) [Patrit. Francof.] duas cæruleas in argenteo *Nanterre*, tres argenteas in cæruleo, *Sercy* ſ. *Sercey* [in *Masconnois*] *Maille* ſ. *Brezé Maille*, tres rubeas in aureo (alii dicunt *ondoyé d'or & de gueules de 6. pieces*) tres cæruleas in aureo *Hautemer*, argenteas in viridi, *Gilse zu Gilse* [Hass.] ((μ) aureas in cæruleo de *Patain*, in rubeo *Toulongeon*, & March. *d'Oraison* [in Provin.] quatuor cæruleas in argenteo *Lesoualhe Autret* [Britann.] argenteas in rubeo *Vsodimari* [Genuensʃ.] rubeas in aureo (sed ex his duæ inferiores simplices, superiores autem undulatæ sunt.) *La Motte Tibergeault*. Huc referimus illam scuti divisionem cum pari numero fasciarum undulatarum clypeus repletur (*ondé*, ſ. *ordoyé*,) e. g. sinuatum est scutum undis sex aureis & cæruleis [una cum capite rubeo] familiarum *Languenois* [Britann.] & *Pinart Cadovalan*. [Britann.] hoc solo cum discrimine, quod hæc capiti inserit nucem pineam auream: octo undis argenteis & rubeis *La Salle* (Burgund.) singularis exempli est scutum familiæ *Monconis* [Burgund.] quod rubeum fascias duas repræsentat, quarum superior argentea & simplex, altera aurea in undæ modum sinuata est. Nubes quæ referunt fasciæ (*nebulées* ſ. *entées*) conf. supra c. 3. n. 50. rariores sunt. *Rochechouart* [unde duces de *Mortemar* & alii) gestat in solo rubeo tres nubiformes argenteas fascias, quarum primæ nonnunquam distinctionis causa incumbit mustela nigra.

Ex Ramo detruncatæ. §. XXXIX. Exemplum fasciæ ex ramo detruncatæ (*arborée* seu *écotée*) reperimus, nempe nigræ in scuto, quod superius auro inferius argento fulget pro famil. *Ingelsteter* [Bavar.] (ν)

§. XL.

(α) Wap. I. p. 57. Coronæ aureæ insidens anas, ante aliquot pennas galli, vel si gramen in figura agnoscere malis. (β) Jugum alarum rubearum scutariam fasciam repetens. (γ) Item coloribus mutatis cum priori apex, (δ) Wap. I. p. 34. galea recta mitra rubea, cujus ora reducta hermionica, ex qua eminent cornua duo, argenteum & rubeum. (ε) Wap. II. p. 120. Caput molossi cum fascia scutaria. (ζ) Wap. I. p. 125. apex cum priori idem. (η) Wap. I. p. 136. inter duo brachia argento vestita junctis superius manibus, arbuscula galeæ imposita. (θ) Wap. I. p. 123. inter jugum alarum rubearum expansum exsurgentis ursi candidi anteriora. (ι) Wap. p. 131. idem cum priori apex.

(κ) Wap. I. p. 50. Galeæ insistit cervus tessellis rubeis & argenteis pictus.

(λ) προτομὴ leonis scutarii coronati, & nigris galli gallicacei pennis fastigiati.

(μ) Wap. I. p. 139. Diademate tortili impositum jugum alarum scutario typo pictarum. Pinguntur vero fasciæ in libro, ut non tam fasciæ undulatæ, quam tot undæ ſ. flumina in fasciarum modum locata videri possint, ex differentia notata inferius.

(ν) Wap. I. p. 96. Herma virilis, cujus vestis (sed per palos) tres scuti colores repetit; pileus ejus aureus oram redactam nigram in formam similis fasciæ pictam ostentat, & tres candidas plumas struthionicas sustinet.

§. XL. Aliæ differentiæ fasciarum sunt, cum variis sectionibus aut compositionibus constat. Ita fascia famil. *Sturm de Sturmeck* [Alsat.] transversim secta superius minio, inferius auro tingitur, in clypeo itidem transverse secto, sed auro caput occupante cuspide rubeo [*coupé d'or & de gueules, à la fasce coupée de mesme, de l'un en l'autre*] (α) Ita etiam *Rumpenheim* (β) [Patrit. Francof.] in area argentea defert fasciam transverse sectam, ut superior pars minio, inferior auro tingatur, sic *Brisinovvskis* [Silef.] gestat clypeum ad perpendiculum sectum, cujus posterior pars tota rubet, anterior iterum transverse secta ex nigro & argento fasciam refert simili sectione distinctam (γ) *Tschirnhausen* [Silef.] scutum pariter partitur, & anteriorem quidem partem rubeo colore tingit, posteriorem nigro, impressa fascia, quæ transversa sectione argentum & minium refert, (δ) alias in medio perpendicularis linea in duas partes dispescit (*fasce partie*) quo referimus in parma ita divisa alternantibus coloribus divisionem imitantes fascias. Sunt aliæ quadripertitæ (escartelées.) Aliæ ex conis constant (gyronnées.) Ita in insign. *Rouju f. Marc.* (Valois) scuto cæruleo imprimitur fascia, quaternis aureis & totidem nigris conis constans. Nonnullæ clathratæ sunt. Tales gestat *Riencourt* in parma argentea, 3. coccineas, aureis clathris.

§. XLI. Frequentior usus est fasciarum tessellatarum (*eschiquetées*) geschacht s. schachtband / ita imprimunt parmæ aureæ fasciam tessellatam triplici ductu ex minio & argento *Com. de Marck* (ε) & *Spinola* [Genuens.] sed lilio rubeo fasciæ insistente: hunc florem Marchio ejus familiæ celebris in spinam vel veruculum episcomii commutavit ex cæruleo & argento *Schlieben* [Marc.] (ζ) *Kalle* [Rhen. infer.] (η) cæruleæ ex minio & argento *von Berg f. Bergen* [Silef.] (θ) & quos ejusdem familiæ esse credo Franc. (ι) cæruleæ septenis infra supraque plirithidibus s. quadris aureis stipatam duplici ductu ex argento & minio tessellatam *Nobilis societas ad Limburg* (Adeliche gesellschafft uff alten Limburg) Patritiorum Francofurtensium (κ), quæ idem insigne fuit Com. *Limburg. ad Lanum*, Wap. 2. p. 17. nisi quod ternæ tantum superius & inferius pinguntur plirithides (an id ex errore chalcographi.) Aureæ duas duplici ductu ex argento & minio tessellatas *Truchses de Wezhausen* (λ) [Francon.] rubeæ tres tessellis argenteis duplici tractu variegatas. *Cambout* (unde March. & Duces de *Coastin*, Dn. de *Becay*.

(α) Wap. I. p. 192. collum cygni ad modum scuti variegatum & tres impositos gestans orbes argenteos rubeis & aureis pluinis fastigiatos. (β) Jugum expansum alarum argentatarum, singulos baltheos ex auro & minio sectos deferentium.

(γ) Wap. I. p. 70. duo cornua, utramque aream suis tincturis referentia.

(δ) Wap. p. 60. Analogus priori apex, sed galeæ coronatæ impositus.

(ε) Wap. II. p. 17. ubi distincta referuntur arma com. in der Marck & von der March, tanquam distinctæ essent familiæ, cum una sit. In posteriori pingitur fascia duplici ductu, & ex ea in capite scuti emergit leo rubeus, quod pro distinctiva nota (brisure) habeo lineæ de *Lumay*. Apex prioris scuti est corona aurea, cujus limbus tessellas fasciæ repetit, impositum jugum alarum, sed complicatum, alterius vero ex corona aurea inter duas elephanti proboscides exsurgens leo rubeus. Pag. seq. 18. refertur scutum com. *zu der Marck* diagonali dextra linea sectum, hinc minio, illinc argento locato, inserto scuto medio, eadem sectione & ob hoc contraria tinctura (de l'un en l'autre) affectum, toti verò superincumbentibus 8. sceptris liliatis aureis, in crucem & decussim trajectis. Apicem constituit globus argenteis & rubeis tessellis pictus, coronam. & ultra hanc par alarum complicatum sustinens, cui hæc insignia attribuam, vix aliquid statuere possum, scutum ex Clivio pleraque trahit, nisi quod istud sectione caret, apex Marcarum prius notatum stirpem indicat. An dicemus aliquem ex postgenitis Marcanorum cum jam Clivia genti accessisset, hæc sibi finxisse arma? judicent alii. Cæterum ineptissimè Marcana nostra *insignia Varenn. R. d' arm. P. 2. p. 267.* de marca Anconitana, ejusque veteri tessera, interpretatur, atque ita ad Hadriani, quod ad Lupiam & Ruram debebat, quærit.

(ζ) Wap. I. p. 177. coronæ aureæ imposita duo cornua scutum imitantia.

(η) Wap. II. p. 118. ex diademate tortili prominet jugum alarum expansum, quarum dextra auro, sinistra minio tingitur; inter eas scuti ipsius cum fascia imago repetitur. Lacin. hinc argenteæ & rubeæ, illinc aureæ & rubeæ.

(θ) Wap. I. p. 55. culcitræ cæruleæ aureis panniculis angularibus ornatæ impositæ cauda pavonina fasciam scutariam deferens.

(ι) Wap. I. p. 103. cornua duo scutario cum symbolo.

(κ) Expansarum alarum cærulearum & emblemate scuti pictarum jugum.

(λ) Wap. I. p. 101. inter cornua scuti ad modum variegata herma virginea rubeo amictu, corona & crinibus confertis auratis. Inde Comites. Wap. IV. p. 6. Ex eadem Martinus Mag. ord. Teuton. Wap. V. p. 28. ubi argenti loco auri nota quasi pingitur, haud dubie per errorem.

Huc referimus rhombos, cum fasciæ illis replentur. *Fasce Lozangée. Lori* (Delfianat.) solo rubeo fasciam inducunt aureis & cæruleis rhombis plenam.

§. XLII. Alias fascias pali vel Balthei plures complent, h. e. perpendiculares vel obliquæ lineæ dividunt. Ita in cærulea area fasciam argenteam tribus palis miniatis distinctam gestant *von der Recke* Baron (α) (Gelen. de Colon. Agr. Mag. L. 2. f. 14. p. 162. dicit, quasi majores veniant ex triariis, aut tertia legione f. ob triumviratum sæpius aditum glorientur, alioquin vetere Germanorum vocabulo Heroem dicebant **ein Recke**/ Porro iidem in scuto quadripertito huic primordialibus tesseris, addunt 2. & 3. loco argenteæ areæ inscriptas tres nigras. Sibmach. **Wapenb.** I. p. 30. rubras facit plumas, f. potius tria oblonga in literam Pythagoricam sic disposita foliola, ut confluentibus, quibus increverunt, petiolis inserantur orbiculo vel annulo in scuti centro. Quod λεῖγμα & familiæ Volmundesterniæ, cujus successio ad Reckios delata) similem in parma nigra. *Dudinck* [Rhen. infer.] (β) in argentea rubeam cum tribus palis aureis 2. & 3. area in scuti. *Schauenburg* Com. pro Dominio *Gemen.* (γ) Argenteo clypeo indit fasciam rubeis & aureis palis undulatis septem vel 8. distinctam (mei arbitrii si esset, rubeam dicerem tribus palis undosis aureis exaratam: In laciniis enim non nisi argentum & minium observo) familiæ *Thungen* [Francon.] (δ) Familia de *Pons* (unde comites de *Marennes*, arch. *de la casa*, domini de *Mirambeau*, de **Burg**/ *charente*, de *Plassac*, de *Vigean* &c.) gestat in clypeo argenteo, zonam ternis aureis & rubeis obliquis baltheis pictam. *Knobelsdorff* [Silef.] (ε) in rubea cæruleam fasciam tribus obliquis tæniis argenteis distinctam gestat in parma cærulea, cujus caput leo aureus, pedem ex eodem metallo planta trium caulium, tot capita cardui rubea gestantium occupat, fasciam ternis baltheis argenteis & coccineis exaratam. *Diemaier* (ζ) [Patr. Francofurt.]

Nubibus distincta.

§. XLIII. Nonnullæ nubibus divisæ conspiciuntur, **gewölckt**/**gewölckte Bruck**/ uti exprimit *Æg. Gelen. de Colon. Agripp. magn. l.* I. *f.* 25. *p.* 182. ubi has fascias etiam putat esse pontium insigne (confer infra f. 6. n. 4. n. 16.) Addit, *quorum gloria quasi nubes transcendit, & Iovis sedem generosus vertex quatit.* Ita *Steck* [Rhen. infer.] (η) parmæ aureæ inducunt fasciam rubeam, argenteis nubibus variegatum (Gelen. ex nomine **Steg** deducit, quo notatur lignum, quo aquas transimus, vel semita) *Bastheim* [Franc.] (θ) rubeæ nigram itidem argenteis. *Gladenbeck* [Brunsvic.] (ι) scuti transversio sciti, in cujus superiori aurea leo cæruleus graditur, inferiorem partem cæruleo colore & argento in nubis formam dividit. De hoc & Bastheimio symbolo ita *Gelen.* Non multum à pontis specie dissimilibus, obtusis & veluti regestis mutuoque sibi implexis nubibus, scuti symbolici alveolos dirimunt, ad antiquissimum & eminentis nobilitatis indicium, q. sit *virtute caput quæ supra nubila tollat. Linsig* [Brunsvic.] (κ) rubeæ tres cæruleas argento itidem in nubium modum admisto (nisi per errorem sculptoris velleris varii, *vairé*, species in hanc corrupta est) *Heinberg* [Bav.] (λ) scuto aureo inducit, fasciam triangulis nigris & argenteis distinctam: ita enim malim dicere quam argenteam, nigris duabus cuspidibus insignem. Sic & *Trau-*

(α) **Wap.** I. p. 30. ex coronata galea protenduntur hinc ala scutariâ fasciâ insignis, isthinc cornu argenteum, inter ea vel folia tria uti in scuto. (β) **Wap.** II. p. 118. inter alas alteram rubeam, alteram uigram, diademati tortili impositus, ipsius scuti tota figura repetitur. Lacin. hinc rubeæ, illinc nigræ, utrinque addito argento. (γ) **Wap.** I. p. 18. respondet galea tertia coronata cum jugo alarum complicato, scutaria fascia insignitarum. (δ) **Wap.** I. p. 100. Herma virilis rubea veste & pileo, nisi quod hujus ora reducta argento fulget, idem tribus fasciculis pennarum galli ornatur. (ε) **Wap.** I. p. 57 jugum alarum complicatum, quod fasciam scutariam repetit, ita enim pingi debere existimo, cum loco fasciæ Fürstius baltheum substituat. (ζ) Cassis tecta diademate tortili ex auro & cyano, sustinens inter duas alas argenteas caput satyri f. Fauni cum oblongo collo, auratum.

(η) **Wap.** II. p. 118. ex corona aurea prominens jugum alarum, quarum altera argento, minio altera tingitur.

(θ) **Wap.** I. p. 104. jugum alarum complicatum in baltheo (nisi pro fascia per errorem ille pictus est) nubes easdem referens.

(ι) Galea tecta diademate tortili sustinens duo cornua cervina, aureum & cæruleum.

(κ) **Wap.** I. p. 182. galeæ coronatæ impositum jugum alarum, scutarios typos repetentium interque illas, quod videtur avenæ caulis, lacin. argent. & rubeæ.

(λ) **Wap.** I. p. 82. coronata galea, jugum alarum, quarum hæc nigra, altera auro fulget.

Trautenberg [Bav.] rubeo triangulis argenteis & cæruleis distinctam,(β) quod & familiæ *Wilden* [Bav.] (γ) commune, nisi quod in ista fascia triangula erecta cærulea integra tria sint, in hac duo cum dimidio. Ita *Manshofer* [Bav.] (δ) fasciæ scuto aureo argenteæ inserit duos triangulos nigros.

§. XLIV. Ad *baltheum* transimus (*Bande*) quod nomen ex Germanico **Band** oritur, ut post *Cambdenum* Anglum fatetur Gallus *le Labour. de l' orig. des arm. n.* 104. Hoc nomine figuram vocant, si quæ fasciæ nomine recto sita parmæ incubuerat, oblique collocetur. Unde aliqui antiquorum *fasciam cadentem* (fasce tombant) appellare soliti sunt, & post illos *Campanile fascia cadente*, qui ex hoc eandem significationem esse credit, quæ fasciæ est. Alii *fasciam obliquam dextram* vocant: *Barsolius Bendetiam.* Uptonus *bendam.* Nostri vocant **Balck oder Streb: Zwerchstab:** Aliquando **Straß. Schieff ligende oder schieff von Eck zu Eck liegende Balck**/ *Spangenberg.* Baltheus.

§. XLV. *H. Spelmannus* diagonium vocat radium & baltheum triumphalem, nuper ad ilia, nunc ad humeros aptatum. *Nam balthea, quæ victis subtraxerunt, ad humeros suos religabant victores gloriæ & triumphi gratia, ut Torq. Manlius Galli torquem.* Huc facit illud Virgilii 12. Æneid.

Humero cum apparuit alto
Baltheus, & notis fulserunt cingula bullis
Pallantis pueri: victum quem vulnere Turnus
Straverat, ac humeris inimicum insigne gerebat.

Ita *Apoc.* 1, 13. Christo victori baltheus aureus circa mammillas tribuitur. Περιεζωσμένον πρὸς τοῖς μαζοῖς τώνην χρυσῆν. Ubi *Aretius*: *Zona suspensa ad humeros victoriæ est argumentum: pugnaturi enim ad lumbos adaptant ensem per zonam, post victoriã autem ad humeros religatur. Item in pace senes ita cingebantur, quem morem nostri etiam majores servarunt.* Ex qua observatione *Spelmanni* de significatione symboli constare potest. Conferatur ordo in Hispania *della Banda* dictus, de quo infra suo loco. Sunt qui *vexillorum* emblema in hac baltheorum figura quærunt. Ita cum Robertus Bethunius, cujus posteri à Roberto VII. fasciam gestare maluerunt, scutum tæniis diagonalibus aureis & cæruleis ornasset (dictus ob hoc fasciolus s. *Faisseul*) *Varenn. R. d' Arm. P.* 3. *p.* 493. rationem quærendam putat, s. in officio, quo vexillifer abbatiæ s. vedasti tanquam advocatus Atrebutensis erat (dicuntur autem vexilla *banda, bandora, bandon*) s. in memoria ereptorum forte hosti vexillorum. Alium usum baltheorum, nec tamen, quod credo, receptum memorat *Vpton. de offic. milit. L.* 4. *p.* 234. ut qui paterna & materna insignia ob hæreditatem aditam conjungere velit, paternis armis baltheum inducat materni clypei colore & figuris ornatum. Plures colligit *Æg. Gelen. de colon. Agr. magn.* l. 2. s. 9. p. 151. *Cingulum militare ad suspendendam pharetram, hastam puram, baltheum, cuneum quadratum extensumque refert, imo viam semitamve aut vectem vel aggerem, tanquam monumentum laudabilis facinoris ac virtutis*; p. 153. putat aliquorum esse posse recentiorem originem, ex prælio Woringensi, & in eo tessera Brabantinorum: de qua Poëta *fasciola abducunt alba sua scuta Brabanti hostibus immixti, se se ut dignoscere possent*, vel etiam vetustiorem ex Romano ævo ab hastis puris, hoc est, sine ferro, quas viris fortibus donari moris fuit; demum p. 115. vectigeros illo epigrammate ornat. *Vectis dura domat, virtus robustior isto sternit lernæum & proterit omne nefas. Invia virtuti via nox est, ipsa phalanx est, arduus & trames egregiumque decus.* Alibi s. 21. p. 176. cum de fam. de *Scherfgen* [Colon.] (ε) differit, eamque ex gente *testacea* vel *Marcia Ancia* deducit, baltheorum duorum, quos argenteas familia in scuto gestat nigro, significationem esse putat aquæ ductuum. Cum *Ancus Marcius* unus ex regibus primus in urbem Romam aquas deducere auspicatus sit, quas postea Q. Marcius Rex in prætura restituit. Dein recensitis familiis, quæ lemniscatis hujusmodi scutis utuntur, earum interpretationem ex domesticis familiarum historiis deducere jubet. Addit: *Ego in aquilinis interpretor ab aqua*, sulcos *hujus modi significare alveolos fluminum, quod idem de* Flisicis *affero, quorum nomen Teutonica voce significat fluvios*, in Bandinis *baltheos ad pharetræ vel aliorum suspensionem*, in Obiciis, *portarum obices*, in Scaglioniis *vias arduas & scalas*, in Navageriis *navi-*

(β) Wap. I. p. 89. Ex coronata galea duo cornua rubea, fascia scutaria impressa, cum media struthionica pluma argentea. Lac. argenteæ, cæruleæ, coccineæ. (γ) Wap. I. p. 89. ex coronata galea, cornua duo rubea exarata fasciis scutariis, extremitati impositæ pilæ argenteæ Lacin. argenteæ, rubeæ, cyaneæ. (δ) Wap. I. p. 97. coronatæ galeæ impositus pileus acuminatus aureus, nodo ejusdem metalli & pennis nigris fastigiatus, ora reducta argentea. Lacin. aureæ & argenteæ.

(ε) Duo cornua, s. juxta Gelen. gemini litui inversi, quasi ex cornu copiis ubertatem effusuri.

navium carinarumque transtra, laterales asseres & remos, q. navem gerentes. Sic et. s. 22. p. 170. cum famil. *Turri* s. *de Turri in Mollingaß.* (α) capite scuti argenteo inferiorem partem auream duabus cæruleas, exaret baltheis, putat navem designari, & quod familia annonæ & navibus Cererem ad molam devehentibus profuerit.

§. XLVI. Non in hac figura pauciores, quam in priori colorum differentiæ observantur: Quas ordine exsequenur: Miniato scuto baltheum inferunt argenteum *Ratispon.* s. *Regenspurgius* Epis. (β) *Regzenstein* [Francon.] (γ) *von der Grün*, [Francon.] (δ) *Kageneck* [Alsat.] (ε) *Wezel de Marsilien* [Alsat.] (quos ob hunc vectem argenteum, *Gelen. de Col. Agr. mag. l.* 2. s. q. p. 152. ait Marcellinos Vectelios dictos Romano xvo credit.) (ζ) *Hasenburg*, *Roye.* Inscribunt baltheo cuneos unum integrum & 2. dimidios cyaneos *Holzheimer* [Patrit. Francof.] (η) tres cyaneos annulos *Negre*, tres rosas rubeas *Welandt.* [Silef.] (θ) sagittam nigram *Schrenck de Notzing* [Bav.] (ι) *Ligsalz* [Bav. in 1. & 4.] (κ) alium baltheum tortuosum rubeum *Lossniz* [Bav.] (λ) leonem rubeum, *Wecken de Leopoldtorff* [Bav. in 2. & 3.] (μ) Adjiciunt tali comites 6. cruciculas brachiatas & spiculatas ejusdem metalli *Howard* [Anglica familia valde illustris & in plures ramos distincta] & *Lamet*: totidem cruciculas brachiatas aureas *Poix* [Picard.] simplices cruciculas aureas *le Bigot.* Oppositа ratione argenteo miniatum inserunt. *Argentinensis* Episcop. (ν) & civitas *Argentina* s. *Argentoratum*, *Strasburg*, (ξ) via purpurea in campo argenteo. *Gelen. de Col. Agr. Mag. Ziegelheim*, [Silef.] (ο) *Schrammen de Hæven* [Rhen.] (π) *l' Evandre, le Roy chauvigny, Presteval* (sed impressis 3. numis byzantinis aureis.) *Hellande* [Normann. sed inscriptis 3. ferreis malleis s. marculis auratis] *Gellhorn* [Silef.] (ρ) sed inscriptis tribus cornibus venatoriis auro armillatis [*Tettenbach*, [Bav.] (σ)] sed squamarum in modum pictum. (**geschupter Balcken.**)

§. XLVII. Iterum argenteo scuto inscribunt baltheum nigrum additis superius aquila nigra, inferius cruce brachiata concolori *Rushvvorth* [Angl.] Contrarium aliis placuit, ut nigro argenteum inscriberent. Ita *la Riviere*, Ippelbrunn. (τ)

§. XLVIII. Cæruleæ parmæ insertum vidi baltheum argenteum apud illos *Codolmeri* [Venet. unde Eugenius IV. Papa.] *de Fridingen*, *de Hohenkrayhen*, *Raynold* [Bavar.] (υ) *Langenau* [Silef.] (φ) sed inscriptis tribus rosis cæruleis auro gemmatis *Chantemerle* (inscriptis 3. molulis echinatis rubeis, vel sec. alios conchis) *Stanley* [Angl. sed inscriptis 3. capitibus cervorum adversis argenteis & ad latus adjectis singulis tæniis angustioribus rubeis] *Dier* [Silef.] (χ) [sed inscriptis tribus rubeis auroque gemmatis rosis.] *Artzt* [Silef.] (ψ) sed inscripta sagitta aurea, ferro colorem servante] in candido scuto gestant cæruleum baltheum *Délandes*, *Grabner de Rosenberg* [Austr.] (ω) *Freidenach* [Helvet.] (αα) imprimunt 3. decusses aureos *le Veneur Tillieres*

(α) Duo cornua. (β) Wap. I. p. 11. (γ) Wap. I. p. 102. coronatæ galeæ impositum jugum alarum rubearum baltheis singulis exornatarum. (δ) Wap. I. p. 108. idem ut scutum, ita & apex cum priori. (ε) Wap. I. p. 192. Herma virilis cujus vestis & pileus acuminatus orientalis baltheum scutarium repetunt. (ζ) Wap. I. p. 192. herma virilis veste rubea, baltheo inscripto argenteo. (η) Jugum alarum cum baltheo scuti. Lacin. hinc rubeæ & argenteæ, isthinc cyaneæ & argenteæ. (θ) Wap. I. p. 72. ala cum symbolis scuti. (ι) Wap. I. p. 87. ex coronata galea jugum alarum complicatum impresso typo scutario. (κ) Wap. I. p. 96. pileus orientalis rubeus, auro coronatus & nigris plumis struthionicis fastigiatus: ora reducta argentea cum sagitta nigra. (λ) Wap. I. p. 88. ex coronata galea duo cornua, quarum prioris superior, alterius inferior pars minio, reliqua argento tinguntur, brachium rubeo & argenteo amictu, manu pomum rubeum tenens. (μ) Wap. I. p. 33. inter cornua duo argenteum & rubeum leo exoriens rubeus. (ν) Wap. I. p. 9. (ξ) Wap. I. p. 219. (ο) Wap. I. p. 50. inter argentatas duas rubea, pluma struthionica erecta.

(π) Wap. I. p. 132. caput molossi argenteum rubro baltheo distinctum. (ρ) Wap. p. 55. duo obversa cornua scutaria. Lacin. rubeæ & argenteæ. (σ) Wap. I. p. 85. inter duo cornua superius minio, inferius argento tincta, viri imago rubeo habitu & pileolo, cujus ora reducta argento candet, in piscem rubeum desinens. (τ) Insertum hoc Greiffenclaviis insignibus, cum Fridericus Greiffenclau Irmgardim de Ippelbrunn, hæredem habuisse seculo decimo quinto uxorem. (υ) Wap. I. p. 85. galeæ coronatæ impositа herma muliebris rubeo, amictu & vitta. (φ) Wap. I. p. 55. ala cum scutario typo. (χ) Wap. I. p. 51. ala typo scutario picta. (ψ) Wap. I. p. 51. ex coronata galea exsurgens virilis species, amictu aurato & cæruleo, pileolo argentato, unde fasciolæ volitant candida & cærulea, sinistra sagittam tenens. Lacin. cyano & auro tinctæ. (ω) Wap. I. p. 38. galeæ coronatæ impositum jugum alarum complicatum, cum symbolo scuti. (αα) Wap. II. p. 146. alæ argenteæ baltheus scutarius exscriptus.

Tillieres (Cænoman.) 3. annulos aureos *Preville*, 3. capita monocerotis aurea *Fay Deſpaiſſes*, tres orbes rubentes *Tauchritz* [Sileſ.] (α) tria folia aurea *Teuffel de Bühel* [Bar.] (β) tres roſas aureas *Ruepp* [Bar. in 2. 3.] (γ) Adſociant baltheo 3. orbes rubeos 2. 1. *de Viette*. Inſcribit vero baltheo tali 3. fibulas aureas, & præterea comites adjicit 7. merulas nigras, una cum quadrante libero rubeo *La Riviere*.

§. XLIX. Scutum argenteum viridis baltheus percurrit pro familia *Bruyant*.

§. L. In nigra parma auro tingitur baltheus pro illis *Gäller* [Styr.] (δ) *Stängel* [Auſtr.] (ε) Inſcribit folium cum petiolo virens. *Puchhauſen* [Bav.] (ζ) Adjiciunt tali baltheo molulam echinatam nigram in ſcuti capite *Amblot*, ſex cruciculas cruciatas & ſpiculatas aureas *Conſtantin*, 8. plinthides ejusdem metalli *Montot*. Sed nigricat baltheus in aureo ſolo pro aliis. *Sandoval* [Hiſpan.] *Gomiecourt*, *Flachsland* [Helvet.] (η) *Trutſchler* [Miſn.] (θ) *Bellecombe* [Delfinat.] Inſcriptis tribus ſtellis argenteis *Schlamersdorff*. [Bav.] (ι) Adpoſitis duabus ſtellis ejusdem coloris *Heelen*. dict. *Schwab* [Bav.] (κ)

§. LI. Rubet in parma aurea baltheus Marchionum *Badenſium* (λ) Gelen. de Col. Agr. Mag. L. 2. ſ. 9. p. 151. eſſe trabem, non ſemitam putat, licet *Pade* notet ſemitam arctam) *von der Oede*, dicti *Zulemburg* [Patrit. Francof.] Inſcribunt 3. numos Byzantinos argenteos *Olſniz* [Miſn.] (μ) leonem nigrum *Hanwalt* [Sileſ.] (ν) Adjiciunt 6. cruciculas decuſſatas *Peſteil*. Aureus vero baltheus rubeam auream ornat apud illos *Novailles*, *Noailles* [unde Com. d'Ayen] *Neumburg*. civ. (ξ) *Krafft* [Patrit. Ulm.] (ο) *Chalon* (domus ſatis illuſtris in Gallia, unde Principes Auriaci ante Naſſovios. Conf. Hiſt. inſign. L. 3. c. 76. n. 16.) Inſcribit vulpem rubeam (in parte ſcuti bipertiti poſteriori. Anterior enim cærulea dimidiam aquilam auream refert) *Saurmann* [Sileſ.] (π) Adſociant tali baltheo 6. molulas echinatas aureas *du Tremblay*, 6. plinthides aureas, *Saveuſe*, ſuperiori parte ſcuti cervi caput, in cuſpide cornu venatorium ejusdem metalli *Salins la Nocle*, 6. aureas metulas *Viau de Chanlivaut*.

§. LII. In cærulea parma deſcribunt baltheum aureum *Senft de Sulburg* [Svev.] (ρ) *Thonn*. [Bavar.] in 1. & 4. (σ) *Humieres*, *Dorieux* (inſcriptis tribus molulis echinatis rubeis.) *Beaumont de Montigny* (Gaſtinenſ. ſed inſcriptis tribus annulis nigris.) Adjiciunt ſine numero plinthides aureas *Chatelus* [Burgund.] 4. ſuperius & 3. inferius plinthides ejusdem metalli. *Mandie*, 6. ſtellas aureas *Hozier*, ſuperius ſtellam auream, inferius lunam argenteam *Poleins de la Iacliere*. Viciſſim in aurea cæruleum *Trie*, *Sträſsl* [Bavar.] (τ) Inſcribunt baltheo 3. annulos aureos *Bourlon*, in ſuperiori parte trabem uncinulis & ſpintheribus affixis munitum, præparatis quaſi ad ſuſpendendum illum vectem *de Banthaleon* [Colon. conf. *Gelen. de Mag. Colon. Agripp*. L. 2. ſ. 9. p. 151. qui putat eſſe ſemitam in altum ſurrectam] (υ) Ab his Panthaleonidis ibidem p. 152. dicit ortas familias *Vectigeras de Eck*, *de Malſen*, *de Drutem*, (φ) quæ omnes vectem, vel militarem arietem, vel anguſtam ad auguſta ſemitam armis repræſentant, omnes argenteam, ſed illi in bipertita area ex rubeo & viridi, iſti in rubea, hi in viridi. Adjiciunt baltheo plinthides coccineas ſine numero *Marbenſ*.

§. LIII. Pelles quod concernit, Pelle varia conſtat baltheus, in quem ducit ſcuto rubeo *Bours*. Scutum hermionicum percurrit baltheus rubeus pro *Stavele*, ſcutum bipertitum

U

(α) Wap. I. p. 61. caput moloſſi argenteum cum collari rubeo. (β) Wap. I. p. 94. coronatæ galeæ imponitur inter duo cornua cærulea folium aureum. (γ) Wap. I. p. 33. coronata galea ſuſtinet alam inter pennas foliolis ornatam cum baltheo & roſis ſcutariis. (δ) Wap. I. p. 48. cornua aurea, impoſitum jugum alarum complicatum, ſcuti tincturam ſervantium. (ε) Wap. I. p. 36. ex coronata galea inter duo cornua exſurgit vir ſylveſtris caput fronde redimitus & manibus perticam (Stänglin) tenens. (ζ) Wap. I. p. 82. ala cum ſymbolo ſcutario. (η) Wap. I. p. 197. (θ) Wap. I. p. 164. herma virilis, amictu nigro, ora reducta aurea. (ι) Wap. I. p. 89. ex coronata galea cornu incurvum nigro, & auro partitum, tribus adpoſitis plumis ſtruthionicis argenteis. (κ) Wap. I. p. 95. ala cum typo ſcutario. (λ) vide infra Hiſt. inſig. L. 2. c. 4. n. 6. (μ) Wap. I. p. 165. ex coronata caſſide prominens jugum expanſum alarum typo ſcutario pictarum. (ν) Wap. I. p. 61. ex galea coronata jugum alarum ſymbolo ſcuti inſignium complicatum. Laciniæ hinc argenteæ, iſthinc aureæ, utrinque addito cocco. (ξ) Wap. I. p. 221. (ο) Wap. I. p. 209. duo cornua ſcuti ad modum picta, Zonas etiam pro baltheis per errorem ſubſtitutas exiſtimo. (π) Wap. I. p. 63. ex corona exſurgit vulpes rubea enſem ſuo colore pictum dentibus geſtans. Laciniæ hinc rubeæ, iſthinc cæruleæ, utrinque addito auro. (ρ) Wap. I. p. 116. exſurgens unicornu baltheo ſcutario ornatum. (σ) Wap. I. p. 93. duo cornua baltheo ſcutario diſtincta ex coronata galea prominent. (τ) Wap. I. p. 99. coronæ incumbens ala aurea baltheum cæruleum deferens. (υ) ex coronata galea emergens hirci caput. (φ) omnes tres galeæ coronatæ imponunt tres plumas ſtruthionicas totidem colorum,

titum ex auro nigro transit baltheus coccineus, *Lentzel.* [Francof.] Scutum diagonaliter sectum & hinc nigro, isthinc atro colore infectum, transit baltheus argenteus comitibus duabus stellis, hinc rubea, isthinc nigra notanda fam. *Keßlitz* [Silef.] (α)

§. LIV. Ordo postulat, ut illorum scutorum fiat mentio, quæ pluribus baltheis exarantur. Quaternis ductibus obliquis exaratur scutum s. totidem baltheis impletur rubeis & argenteis Dom. de *Schönburg* [Bar.] (β) argenteis & cæruleis *Cammer* [Bav.] (γ) in bipertiti scuti, cujus priora rubent parte posteriori. Dúas agnoscunt in nigro solo argenteos *Seëmanner* [Bav.] (δ) *Lichtenstain.* (ε) [Patrit. Francof. sed ut utrumque baltheum tænia nigra iterum percurrat, & interstitium, quod inter utramque interjacet tribus rosis pentaphyllis aureis, argento gemmatis, exornetur] duas rubeas in scuti transversè secti superiori parte rubea *Vnruhe* [Bav.] (ζ) Aureos in simili parma *Trebra* [Saxon.] (η) In argento nigros, *Wehren*, [Hass.] (θ) *Stein zu Liebenstein* [Thuring.] (ι) *Berler de Tullau* [Svev.] (κ) in argento rubeos in 2. & 3. quadrante *Sündersdorff* [Bavar.] (λ)

§. LV. Nec hic stat baltheorum numerus. Nam tres etiam videri licet virides in solo aureo pro. *Salignac.* rubeos in argenteo *Cæsquen, Eyk* [Bav.] in 2. & 3. (μ) *Eiseler* [Austr.] (ν) in transversè secti scuti superiori parte, cujus inferior nigra leopardi s. leonis adversum caput aureum continet. *Schernäckel de Hartenfels* [Austr.] in bipertiti (cujus anterior area aurea aquilam dimidiam nigram continet) posteriori argentea, sed inscriptis tribus stellis aureis (ξ), similes in aureo *Ghisleri* [Pedemont. unde Papa Pius V.] *Cassel* [Bav.] in scuti bipertiti, vid. s. 6. m. 4. n. 6. parte posteriori. (ο) Ternos etiam aureos & cæruleos gestant *Parr* [Styr. in 3. & 6. seu potius inferiori parte 1. & 4.] (π) Quatuor balthei aurei distinguunt parmam rubeam, relicto quadrante dextro cæruleo columbam argenteam alis expansis, rostro & cruribus sanguineis pictam deferente, notandæ fam. *Monis* (ϱ) [Patrit. Francof.]

§. LVI. Quas differentias circa fascias §. 35, & seq. notavimus, jam in baltheis diagonalibus paucis observabimus. Baltheo striato *bande* (*engreslée*, **geschupt**) delectantur, nempe in parma rubea argenteo, *Montchenu* [Delfin.] *Denticulato* (*denchée*, **außgespitzt**) *Tortuoso* s. *cochleato* (*viurée*) cæruleo aureæ parmæ inscripto *Cajetani.* Duos tales rubeos in solo argenteo deferunt *Reibisch.* [Misn.] (σ) *Pinniatos* etiam videre licet (**gekärbt** s. **mit zinnen.**) Ita utrinque pinnatam (*bretecée* & *contrebretecée*) gestat argenteum in rubeo clypeo *Schærlemer* [Westphal.] (τ) aureum in cæruleo, adjectis duabus stellis aureis *Sfondrati* [Mediolan. unde Gregorius XIV. Papa.] Inferius tantum pinnas habet baltheus niger, quem argenteo scuto inscribunt, comite

in

(α) Wap. I. p. 55. Tres struthionicæ pluma; nigra, rubea, candida. (β) Wap. I. p. 31. ex coronata galea expansum jugum alarum cum scutariis baltheis. (γ) Wap. I. p. 91. ex coronata galea complicatum alarum jugum, quarum posterior rubet, prior symbolo posterioris areæ insignitum Laciniæ argenteæ, duplicatæ hinc rubeo, isthinc cæruleo colore. (δ) Wap. I. p. 94. duplex galea coronata, altera par cornuum, altera alarum defert; in quibus utrinque balthei scutarii repetuntur. (ε) caput prolixa barba & capillis galeam & scutum laciniarum loco contegens, redimitum fascia nigra tres rosas scutarias deferente. (ζ) Wap. I. p. 89. in galea coronata herma fœmineus rubeo amictu mammis exstantibus, crinibus aureis volantibus, capiti impositum lilium candidum gestans (ob partem inferiorem. s. 4. m. 4. n. 4.) (η) Wap. I. p. 170. diademati tortili impositæ duæ, media tertia nigra, auro tinctæ plumæ struthionicæ. (θ) Wap. I. p. 138. supra diadema tortile jugum alarum expansum pictum symbolis scuti. (ι) Wap. I. p. 149. jugum alarum complicatum, baltheis scutariis insigne. (κ) Wap. I. p. 113. cornua duo, alterum argenteum, cui nigræ cæpæ candicantibus foliis, alterum nigrum, cui candidæ nigris foliolis, ternæ utrinque adglutinatæ (λ) Wap. I. p. 31. respondet galea posterior coronata, sustinens duo cornua, quorum alterius superior pars, alterius inferior argento reliqua minio tinguntur: cornua vero utrinque pavoniæ pennæ adfixæ exornant. (μ) Wap. I. p. 81. coronatæ galeæ inter alas expansas, & baltheis scutariis pictas, pileus orientalis turbinatus argenteus, coronatus & pennis galli fastigiatus, cui ob medium scutulum toti imcumbens. (vid. s. 6. in 1. n. 4.) forfices 3. nigri tondendis pannis adhiberi soliti. (ν) Wap. I. p. 40. ex coronata galea inter alas, quam inferiora nigro colore tinguntur, superiora baltheis scutariis exarantur, exoriens leo s. leopardus scutarius. Lacin. hinc argenteæ & rubeæ, isthinc aureæ & nigræ. (ξ) Wap. I. p. 41. galeæ coronatæ inter alas, quarum priori aurea baltheo nigro insignitur, altera argentea baltheis rubeis stella aurea. Lacin. aureæ & nigræ argenteæ & rubeæ. (ο) Wap. I. p. 92. fœmina exsurgens rubro amictu, manicis auratis, nigro capitis ligamento, sinistra tres rubeas rosas ostentans. (π) Wap. I. p. 48. vid. s. 3. m. 2. n. 62. (ϱ) galeæ diademate tortili ex cocco & auro tectæ insistit columba scutaria. (σ) Wap. I. p. 161. Exsurgens unicornu rubeum, cornu argentato. (τ) Wap. I. p. 188. è diademate tortili prodeunt tres petioli aurei, pennas aliquot galli gallinacei singuli sustinentis.

in scuti superiori parte stella rubente, *Morien* [Westphal.] (α) videas ubi *truncatos ramos* refert baltheus. Talis est aureus, qui anteriorem nigram à posteriori argentea scuti parte dividit, notandæ famil. *Quasn.* [Brunsvic.] (β) argenteus parmam rubeam transmeans. *Ortenburg* Com. [1. & 4.] (γ) argenteus cæruleam *Freyberg de Iustingen & OEpfingen* [Bar. in 2.] (δ) Baltheus rubeus, superiori parte trifoliis tribus & caspidibus exornatus, quem alia tænia aurea medium distinguit in aureo scuto notat fam. *Selbold* (ε) (Patrit. Francof.)

§ LVII. *Vndatim fusos s. sinuatos* baltheos plures reperies. Argenteum in scuto cæruleo pro *Fortenbach* [Sver.] (ζ) *Affenstein* [Rhen.] (η) *Erpen.* [infer. Rhen.] (θ) In solo nigro *Vögt von Fundingen* [Bav.] (ι) *Mulheim* (Colon.) In solo rubeo *Braidenbach.* (Patrit. Francof.) nisi nominis causa dicere velis esse fluvium in balthei modum depositum, non tamen fluctus exprimuntur in figura (κ) aureum in rubeo *Wanbach.* (Francof.) similem, sed tribus ranis viridibus pictum, in solo nigro. *Frosch* [Patrit. Francof.] (λ) ejusdem metalli in cæruleo, *Bleichenbach* [Francof.] & sed adjectis superius stella aurea, inferius luna argentea, *Giroud* (Burgund.) ejusdem metalli scuti bipertiti, cujus caput argenteum leo rubeus occupat, inferiorem partem cæruleam *Marburgk* (μ) (Patrit. Francof.) & (nisi quod leo in leopardum mutatus coronam auream gestat.) *Mardorff* (ν) (Patrit. Francof.) argenteus baltheus dividit scuti anteriorem partem cæruleam ab altera rubea, in insig. Bar. *Aspän* (ξ) & famil. *Reiffen* [Rhen. & Alsat] (ο) (π) Rubeus autem transmeat scutum perpendiculariter argento & minio dispertitum *Bæheim* [Patrit. Norimberg.] (ρ) Ejusdem coloris, ille est, qui areæ cæruleæ 3. argenteis fasciis distinctæ inducitur *Redwiz* [Francon.] (σ) & nisi obstet potius tæniarum numerus una auctior, quam situs balthei in lævam conversus, quod Sibmacheri ista sæpe confundentis consvetudini tribui potest, *Marschalk de Ebnet* [Francon.] (τ) Duos undosos aureos inscribunt areæ rubeæ *Buerer c. de Holdernes* (Angl.) Tres nigros argenteæ *Marina* (Genuens.) Exemplum decurtatorum baltheorum (*abaissé*) lego apud *Paillot v. abaissé*, *Maffæi* (Roman.) quæ familia cæruleo clypeo tales ad medium tantum pertingentes aureos, quorum medius nascentem cervum ejusdem metalli sustinet, inscribunt.

§. LIIX Videamus discrimina baltheorum ex ipsorum divisione, vel variegatione desumta. Huc spectat baltheus perpendiculari linea in medio dispertitis (*bande partie*, getheilter Zwerchbalcken.) Qualis hac divisione ex nigro & rubeo constans percurrit scutum argenteum familiæ *Hohenkirch* [Bavar.] (υ) Huc etiam referendus est baltheus diagonali linea sectus (*bande tranchée*) & minio, atque argento tinctus & inductus areæ nigræ: symbolum fam. *Halder* [Bavar.] (φ) Ita aureæ arcæ inducitur baltheus diagonaliter sectus, anteriori parte nigra, altera argentea, Freyberg *de Iustingen & OEpfingen* [Bar. in 3.] (χ) Vicissim parmæ perpendiculariter ex cæruleo & rubeo dispertitæ inducit aureum baltheum *Escaubleau sourdis.* Reperiuntur exempla baltheorum, quos cantheriorum in modum tinctura duplex occupat. Ita qui areæ

 nigræ

(α) Wap. I. p. 188. ex diademate tortili inter duas plumas struthionicas erectas prominens herma Æthiopis nigro amictu, nisi quod hujus ora reducta & fascia, qua caput redimitur, argento candet. (β) Wap. I. p. 180. ex diademate tortili prominentes tres plumæ struthionicæ, aurea nigra argentea. (γ) Wap. I. p. 15. (δ) Wap. I. p. 30. collum cygni candidum collo transfossum bacillo aureo, cujus extremis duo alii inseruntur coronati & pennis pavoninis fastigiati. (ε) caput caninum, cum collo rubeum, millo & clavis aureis. (ζ) Wap. I. p. 117. respondet galea diademate tortili recta, & jugum alarum cum scutario symbolo deferens. (η) Wap. I. p. 128. Idem cum priori apex, nisi quod loco diadematis tortilis corona est aurea. (θ) Wap. II. p. 121. pileo lato cæruleo, cujus ora reducta argentata, duæ falces messoriæ eodem metallo tinctæ insistentes. (ι) Wap. I. p. 94. ex corona aurea prominens vir, pileo orientali acuminato (cujus ora reducta candet, reliqua habitus omnia nigricant) tectus, dextra acinacem minacem tenens. (κ) Duo cornua rubea baltheis scuti impressa, (λ) Wap. I. p. 210. Sibmacher baltheum ex sinistro angulo deducit, ut est discriminis inter lævam & dextram minus observans. Apex est herma virilis nigro induta baltheum scutarium referens: serto ex rosis rubeis & candidis coronata. (μ) Ex casside coronata surgens leo rubeus. (ν) Galeæ coronatæ inter duas alas expansas argenteas consîdens leo coronatus, utroque pede lilium cæruleum gestans. (ξ) Wap. I. p. 20. respondet galea coronata jugum alarum scutariis coloribus pictarum complicatum sustinens. (ο) Wap. II. p. 102. virilis imago barbam divaricatam manibus tenens. (π) Wap. II. p. 130. Idem cum priori. (ρ) Wap. I. p. 206. candida avis advolat expandens alas & coronam collo insertam gestans galeæ insistit. (σ) Wap. I. p. 103. collum monocerotis rubeum. (τ) Wap. I. p. 103. idem apex. (υ) Wap. I. p. 85. pileus orientalis turbinatus, coronatus & plumis struthionicis argentea, nigra, rubea fastigiatus ora reducta argentea. (φ) Wap. I. p. 88. cornua duo ad scuti modum distincta. (χ) Wap. I. p. 30. non habet peculiarem apicem.

nigræ inſcribitur in inſign. *Küdorfer* [Franc.] (α) baltheus cantheriis ternis miniatis & argenteis conſtat *Greyſſneck* [ſtyr. in 2. & 3.] (β) areæ nigræ inducit baltheum, alia diagonali linea ſectum, & cantheriis argenteis & coccineis alternatim exaratum.

§. LIIX. Frequentiores ſunt balthei teſſellati (*eſchiquetées*,) **geſchacht.** Exempla iſta cape, quæ inprimis allegat, *Æg. Gel. de Col. Agr. mag. l.* 2. ab aliquo Vectio Apro Romano deduci vult, eamque ornat (ſi rectè chalcographus pinxit) ſcuto aureo, quod tranſit baltheus duorum ductum ex nigro & argento. Allegat alias familias Baronum *de Virmund*, (γ) nec non famil. de *Gulpen* (δ) & *Scheiding*, (ε) quas uni origini Romanæ vellet tribui, qui Bernſaviis affinia geſtent arma, nempe in campo argenteo vectem varium laterculis novem aureis, totidemq; nigris interdiſtinctum: Galpii verò circumdant limbum dentatum rubeum. Addit aliquos Bernſaviorum vecti teſſellato ſubjicere aream ex cæruleo & auro transversè ſectam, quod & *Schænradiorum* ſit: Quin & Bernſavios nonnullos omiſſo vecte parmam, ita ſectam gerere. In parma aurea baltheus duplici tractu ex nigro & argento teſſellatus eſt, ſymb. *Enenckel* Bar. (ζ) triplici *Adorniorum* (Genuenſ.) in nigra ex minio & argento. *Reuber zu Reineck* [Carinth. in 2. & 3.] (η) In nigra ex auro & minio *Caffres*, & ita *S. Bernardus*. In cærulea ex argento & nigro 3. ductuum *Gerard* (Delfin.) in rubea ex argento & cæruleo 3. *Tornacelli* (Neapolit. unde Bonifacius IX. Papa) *Cibo* (Genuenſ. ſed cum capite argenteo rubea cruce impreſſa.) In aurea ex argento & minio triplici ductu *Centuriana* (Genuenſ.) quod etiam adſcribitur epiſcopatui *Lüttich* ſ. Leodienſi, Sibmach. **Wap.** I. p. 10. ſed erroneum eſſe convincit Epiſcopi moneta, quæ in omnium manibus eſt, hoc baltheo omnino deſtituta. Eadem pag. pro *Verdenſi* Epiſc. adſignatur, in area cærulea eorundem colorum baltheus. De quo emblemate non minus dubito: ſingulare eſt exemplum fam. *Liebdaler* [Sileſ.] (θ) quæ in argenteo ſcuto baltheum rubeis & argenteis teſſellis conſtantem geſtat. *De la Fontaine d' oignon*, geſtant in ſolo cæruleo 3. baltheos auro & minio teſſellatos, 3. ductibus. Affinis eſt baltheus rhombis, vel cuneis plenus, (*bande Lozangée*) talis eſt rhombis argenteis & rubeis repletus in parma cærulea *Wieſe* [Sileſ.] (ι)

§. LIX. Ad *pali* conſiderationem nos accingimus, quo nomine figura vocatur, cum duæ perpendiculares lineæ mediam ſcuti partem peculiari tinctura infectam à reliquo ſegregant, gallis *pal* vocatur, Hiſpanis *baſton*, noſtris **Pfal** / alibi **Sparre**; Synonyma Latina aſſignant *vallus, ſtatumen, cippus, pedamentum, columna.* Hieroglyphicum quod concernit: *Campanile dell' arm.* p. 126. dicit, palos inſtrumentum eſſe aptum ponderibus etiam graviſſimis movendis: & ob hoc palos notare ingenium aptum perficiendis rebus, quæ impoſſibiles vel difficillimæ videantur. *Spelmannus* ita arbitratur, ſi figuram pro palo agnoſcere placeat, à corona vallari (de qua c. 6. n. 13.) derivari, & notare defenſores: ſi verò pro columna, ſignum ſtabilitatis & fortitudinis eſſe. Ita *& Gel. de Col. Agr. magn. l.* 2. *ſ.* 20. *p.* 173. coronam reſpicit, quam ex vacerris, ſublicis aut palis, quibus caſtra communiebantur, componebant. Notare etiam poteſt defenſa caſtra, vel hoſtile vallum expugnatum. Ex noſtris præf. **Wapenb.** p. 2. n. 60. ex Harsdorff. **Dergleichen iſt vor dieſem den wohlverdienten Räthen und Abgeſandten gegeben worden / weil die Regimenter auff ihnen als Pfählen beſtehen.**

§. LX. Videamus exempla. Inſcribunt palum rubeum areæ argenteæ *Kemmat* (an Kemnat?) [Bavar.] (κ) *Stizela* de *Rockitz* [Sileſ.] (λ)

§. LXI. Exaratur palus cæruleus in clypeo argenteo. *Lüchaw.* [Francon.] (μ) *Teuffel* in 1. & 4. quadr. [Tirol.] (ν)

§. LXII. Niger Palus diſtinguit aream auream. *Stairer de Ruckendorff* [Bavar.]

(α) **Wap.** I. p. 108. nigra vacca inſiſtit caſſidi. Laciniæ dicuntur rubeæ & nigræ, quod de latere intelligo, ex altero ut argenteæ & nigræ ſint, ratio poſtulat. (β) **Wap.** I. p. 49. coronatæ galeæ imponitur alarum cum ſcutario typo complicatum jugum. (γ) Herma virilis inter alas expanſas, cum ſcutario ſymbolo. (δ) Globo impoſitæ pennæ gallinaceæ. (ε) galeæ coronatæ inter jugum alarum impoſitæ pennæ galli gallinacei. (ζ) **Wap.** I. p. 33. reſpondet galea clauſa (more antiquo) ultra diadema tortile, cujus extrema volitant, jugum alarum teſſerario baltheo exaratarum deferens. (η) **Wap.** I. p. 46. reſpondet galea coronata, cum jugo alarum ſcutarium baltheum repetentium. (θ) **Wap.** I. p. 57. inter quaternas plumas ſtruthionicas figura, quam pileum ſuperiori parte latiorem credo, teſſellis ſcutarii balthei picta. (ι) **Wap.** I. p. 60. plumæ ſtruthionicæ cærulea, argentata, rubea. (κ) **Wap.** I. p. 79. moloſſi caput argento & minio diſtinctum. (λ) **Wap.** I. p. 74. ala rubea poteſt argenteam majori parte latens. (μ) **Wap.** I. p. 106. ex galea coronata prominens jugum expanſum alarum nigrarum aureis foliis conſperſarum. Quæ anomalia eſt tincturarum ratione: & forte hæc galea ex aliis inſignibus adſumta. (ν) **Wap.** I. p. 42. ex coronata caſſide prodiens jugum complicatum alarum, impreſſo palo ſcutario, inſuper inducto baltheo ſiniſtro aureo ſcarabeum nigrum ſecundi & tertii laterculi deferente. Lac. hinc argenteæ & cyaneæ, iſthinc nigræ & aureæ.

var.] (α) *Schænstein* [Bavar.] (β) *Gadenstett* [Brunsv.] (γ) Argenteam apud sequentes: *Kettenheim* [Rhen.] (δ) *Zechau & von Creutzen* [Miſn.] (ε) *Skrebensker* [Sileſ.] (ζ)

§. LXIII. Vicissim aureus palus conspicitur in clypeo nigra *Albm.* [Bavar.] (η) in cæruleo *Bachenstein* [Svev.] (θ) in rubeo *Harant* [Svev.] (ι) addunt comites 6. rhombos aureos, *Morlagne* (Aquitan.)

§. LXIV. Iterum argenteum palum defert scutum rubeum Bar. de *Fraunhofen* [in 1. & 4.] (κ) *Fraunberg* [Bavar.] (λ) *Bosokan* [Miſn.] (μ) *Gundelsheim* [Svev.] (ν) *Lautern* [civitas] (ξ) *Hoheneck* [Rhen. sed utrinque adjectis quinis plinthidibus aureis] (ο) *Banville* (Norman.) additis utrinque ternis merulis nigris [Paillot ob hoc falsitatis accusat: sed quia ille color merulis quasi nativus habetur, excusare mallem] *Fridivirth zum Fridthoff* [Austr. in 2. & 3.] (π) Nigrum. *Haunsperg.* Baron. [area 1. & 4.] (ϱ) *Nechlern* [Sileſ.] (σ) cæruleum *von der Legen ſ. de Petra* [Rhenan.] (τ) *Münchweil* [Rhenan.] (υ) *Oppen* (Francof.) cæruleus scuti transversè secti, cujus superior pars argentea leonem aureum defert, *Lerssner* (φ) [Patrit. Francof.]

§. LXV. Quod pelles concernit, exempla illa sunt:

§. LXVI. Hanc figuram minus, quam fascias, vel baltheos multiplicari nihil vetat. Initio videamus palos numero pares, quamvis non tam sint pali, quam palaris sectio scuti (vide superius c. 3. n. 63. 73. 24.) Palari sectione gestant scutum distinctum ductibus quaternis ex argento & minio, *Fernberger zu Egenberg* (in 2. & 3. primi & quarti quadrantis, Conf. ſ. 3. m. 2. n. 27. Austr.) ex argento & cæruleo. *Berchtolzhofen* [Bav.] (χ) ex auro & nigro, *Stubner* [Austr.] (ψ) senis rubeis & argenteis, scuto transversè secto, & ita alternante 4. palorum tinctura *Rosenberg.* [Franc.] (ω) cyaneis & argenteis inducta toti fascia rubea *Listen.* [Sileſ.] (αα) octonis miniatis & argentatis *Gotschen.* [Sileſ.] (ββ) Exempla sunt duorum palorum rubeorum in parma argentea. *Pack* [Miſn.] (γγ) *Gæder.* in 2. & 3. [Svev.] (δδ) *Stibitz* [Sileſ.] (εε) *Fürsten* [Sileſ. in 1. & 4.] (ζζ) Rubeorum in aurea *Wirzen* [Helvet.] (ηη) & (sed inducta toti fascia argentea) *Vitzthum ab Eckstett* [Thuring.] (θθ) Argenteorum in rubea, sed inducta toti aurea fascia *Ampringen* [Sver.] (ιι) Nigrorum in argenteo. *Harlay, Vellere vario* (hoc enim pileoli quos Sibmacherus pingit, videntur notare) consutorum in area. *Amelunxen* [Brunsvic.] (κκ) [Westphal.] (λλ)

§. LXVII. Tres palos deferunt argenteos in nigra *Du Puy V tan*, argenteos in rubea *Amelunxen* in 2. & 3. [Westphal.] (μμ) nigros in argentea *du Puy de Digny*, in argenteo pede scuti bipertiti, cujus superior pars nigra est, *vom Rhein* (νν) [Patrit. [Francof.]

 rubeos

(α) Wap. I. p. 86. cornuum par, quorum prioris superiora, posterioris inferiora nigra, reliqua aurata. (β) Wap. I. p. 27. galeæ coronatæ incumbens nassa (Reus Fisch zu fangen) coronata, impositis aliquot pennis galli gallinacei, nisi gramen agnoscere malis. (γ) Wap. I. p. 180. & 183. jugum expansum alarum aureum, quas singulæ fasciæ (loco palorum) nigræ transmeant. (δ) Wap. I. p. 123. inter duo nigra cornua caput molossi argentatum. (ε) Wap. I. p. 156. apicis figuram non capio. (ζ) Wap. I. p. 73. annulus aureus, intermedio spatio argenteo, II. pennis nigris undique ornatus. (η) Wap. II. p. 63. jugum alarum nigrum complicatum & aureo palo impresso. (θ) Wap. II. p. 89. jugum alarum expansarum, quarum exterior cæruleo, colore interior pars palum repræsentans auro tincta. (ι) Wap. II. p. 93. cornua alterum aureum, alterum rubeum. (κ) Wap. I. p. 25. galeæ coronatæ incumbens herma nigra cornuta auro, Lacin. argenteæ & rubræ. (λ) Wap. I. p. 79. Pileus orientalis rubeus acuminatus, coronatus & pavoninis pennis fastigiatus, ora reducta hermlonica. (μ) Wap. I. p. 164. coronatæ galeæ imposita duo cornua, prius superiori parte candens, inferiori rubens, alterum oppositis coloribus tinctum. (ν) Wap. II p. 89. ala rubea, palo rubeo distincta. (ξ) Wap. I. p. 221. (ο) Wap. I. p. 127. caput molossi scutariis symbolis pictum. (π) Wap. I. p. 41. vide apicem §. 73. (ϱ) Wap. I. p. 34. galeam huic areæ speciatim respondentem non observo. (σ) Wap. I. p. 57. pavoninæ pennæ hinc decurtatæ & argento tinctæ, isthinc integræ, sed atræ. (τ) Wap. I. p. 126. & in Trevir. insign. III p. 3. Conf Hist. insig. LI. c. 64. n. 13. galeæ coronatæ impositum jugum expansum alarum cærulearum, trifoliis argentatis sparsarum. Inter alas prominet collum, uti P. I. pingitur lupi, vel si P. III. fidem adhibemus leonis, argento tinctum. (υ) Wap. I. p. 126. ex corona prodeuntia duo cornua, quorum medium albet, superiora & inferiora cæruleo colore tincta conspiciuntur. (φ) Ex galea diademate tortili ex argento cocco, auro cyano inter duo cornua, quæ in medio fascia aurea distinguit, & exterius quaternæ plumæ struthionicæ exornant exoriens leo rubeus. (χ) Wap. I. p. 80. pileus cyaneus acuminatus & 3. struthionicis plumis, quarum media cærulea, reliquæ argenteæ fastigiatus. (ψ) Wap. I. p. 40. Herma Æthiopis nigro induta fascia aurea pectus percurrente, quo colore etiam tingitur collare, & fascia, qua caput redimitur, imposita etiam capiti pluma struthionica nigra. (ω) Wap. I. p. 100. inter duo colla cygnorum obversa rubeum & argenteum rosa rubea. Paronomasici, c. 9. n. 16. (αα) Wap. I. p. 53. Ex coronata ala expansum jugum alarum symbolo scutario pictarum. (ββ) Wap. I. p. 61. ante arborem consistens ovis candida, tintinnabulum aureum collo gestans. (γγ) Wap. I. p. 155. ala nigra cum cauda felis suo colore. (δδ) Wap. I. p. 119. (εε) Wap. I. p. 69. Pileus rubeus fimbriatus, cujus ora reducta argento, nodus in quem desinit, & qui cum candida 2. plumas struthionicas coccineas sustinet, auro tingitur. (ζζ) Wap. I. p. 63. Conf. c. 5. ſ. 3. m. 2. n. 39. (ηη) Wap. I. p. 199. angelus, cujus ala auro, vestis aureis & rubeis palis tingitur, vertici autem crucicula incumbit. (θθ) Wap. I. p. 146. coronæ impositus conus rubeus, cujus nodo argenteo stella aurea incumbit, utrinque ternis galli gallinacei pennis rubea, aurata & argentata adjectis. (ιι) Wap. I. p. 113. duo pedes ursini argento tincti, pilas singulas rubeas tenentes. (κκ) Wap. I. p. 180. ex corona aurea prodeuntia 9. vexilla rubea, aureis perticis adfixa. (λλ) Wap. I. p. 187. vid. §. seq. (μμ) Wap. I. p. 187. inter cornua minio & argento tessellata, 5. vexilla palis rubeis & argenteis picta. Hæc vexilla videntur genuinum apicem constituere, vid. §. 66. sed cornua ad areolam 2. & 3. respicere. (νν) Cornua duo nigra.

rubeos in aureo *Steffen* [Rhen.] (α) hermionicos in rubeo *Tournon.* Varios in aureo *Langheac* [Arvem.]

§. LXVIII. Quatuor palos geſtant rubeos in ſolo aureo Aragoniæ reges, (vid. Hiſt. inſign. L. 1. c. 38. n. 10. & qui ex hoc conſanguinei creduntur *Merodia, Scheiffart de Merode* [Rhen.] (β) *& Merode de Slosberg* [inf. Rhen. (γ)

§. LXIX. Quod differentias palorum concernit, quæ ſuperficiem eorum efficiunt; exempla huc pertinent ſtriatorum, denticulatorum, undulatorum, &c. Huc referre poſſumus palos inferius *acuminatos*, (*au pié fiché*) qui vel cuſpidem ſcuti tangunt, vel non tangunt, quo caſu terminus *à l' ayſe* ſ. *alaisé* uſurpatur. Ita dant *Sueſſionibus* (*Soiſſons*) veteribus, in ſcuto argenteo tres acuminatos palos rubeos, quorum ſingulis in ſuperiori parte ſinguli numi Byzantini argentei imponuntur: Sic & *Saligny S. Florent* in clypeo aureo 3. hujusmodi palos nigros geſtat, una cum limbo dentato rubeo. Si verò integer palus in cuſpidem decreſcat *ſublica* vocatur, quæ contra vim alluvionis & ad ſtructurarum fundamenta ſolo infigi ſolet, atque in inſignibus agriculturam & eos, qui hoſtiles furores ſuſtinuere, notat. Huc etiam referendi erunt *dimidii pali*, vel *decurtati* (Gallis *abaiſſé*) qui non niſi in ſcuti medium, vel paulo ulterius pertingunt. De his *Æg. Gel. de Col. Agr. magn.* l. 2. ſ. 20. p. 174. *Sunt deinde in Vbio Rhenano diſtrictu vetuſtiſſimæ ſtirpes Hochſteden, Brempt, Hilbach, Meill, Zors, Priola apud Venetos, aliæque ſcutariis palis, ſed brevioribus valvulum ſ. dimidiam inferiorem clypei aream depingentes? ſive caſtrenſem dicas coronam, ſ. interpreteris formam trophæi repræſentari in pelta, id eſt, ad lunarem figuram, utraque exciſo clypeo, ſic ut videatur ex deductis ab hoſte exuviis thorax oſtendi, & ſuperior ſcuti area exhibeat illam partem thoracis ſ. penulæ, quæ ſcapulas & pectus obtexerat, inferior vero virgatæ veſtis defluentes bicolores ſinus, vel Caſtrenſis togulæ ſpeciem, militare enim fluit coccineam togam apud prætorium ſuſpendere ad monitionem & indicium pugnæ.* Cæterum *Hochſteden ſ. Hochſteten* (δ) ejusmodi tres virides valvulo argenteo inſcribit, ſuperiori parte ſcuti cærulea. Ita *Treviſani* (Venet.) inſcribunt cæruleæ parmæ 3. palos dimidios aureos, ut & *Croſſe* Dn. de *Lincel*, ſed hi ſuperpoſitis 3. ſtellis ejusdem metalli; *Kolben de Heilsberg* [Bavar.] (ε) geſtant in ſolo argenteo 3. rubeos palos paulo ultra medium ſcuti adſcendentes capite juſto minori ſuperius incumbente. *Paillot Vraye & parf. ſc. des arm.* voce *Chef retrait.* ita enunciat: *d' argent à 3. pals abaiſſez le denier mouvent du flanc ſeneſtre de l' Eſcu, de gueules au chef retrait de meſme.* An huc referam inſignia famil. Patrit. Francof. **vom Rhein?** (ζ) ut dicam, eſſe quatuor palos, quorum bini marginem ſcuti tangunt, non niſi ad medium ſcuti nigri pertingentis? an dicendum erit ſcutum transversè ſectum, ſuperiori parte nigra, inferiori argentea, ſed 3. nigris palis exaratum ſcutum famil. *Zirn* [Sileſ.] (η) in quo rubeo duo pali contigui argentei, alter ultra medietatem ſcuti aſcendit, alter deſcendit. In ſcuto nigro palum argenteum dimidium ad centrum ſcuti pertingentem geſtat *Rusdorff* [Bav]. (θ) & aureum in rubeo parmulæ toti impoſita *Vberacker* [Bav.] (ι)

§. LXX. Ad illos palos tranſimus, qui vel dividuntur in plures partes, vel aliis figuris alterantur. Huc ſpectant pali *teſſellati, eſchiquetés.* E. g. *Fers* dict. *Steurmeiſter* [Haſſ.] (κ) geſtat in ſolo rubeo palum cæruleo colore & argento teſſellatum. *Dachsberg* [Bar. in 2. & 3.] (λ) in nigro argento & minio teſſellatum: Tres ejusmodi palos ſimili areæ inſcribit familia de *Claſſy*, viciſſim areæ minio & argento teſſellæ duos palos cæruleos inducunt, & caput argenteum imponunt notandæ familiæ *Luczendorff* [Sax.] (μ) huc referam cantheriis oneratos palos (*cheuronné* **mit Sparren beſetzt / oder mit auffgeſpitzten Giblen.** Cyr. Spangenb. **Adelſp.** P. 2. L. 12. c. 28. p. 309. b.) *Erlach* [Helvet.] (ν) palo argenteo areæ rubeæ inducto imponit cantherium nigrum. *Neidaw*

(α) Wap. II. p. 105. Herma Æthiopis, cujus veſtis & pilei argentei ora palis ſcutariis exarata eſt, ipſi verò pileo impoſitæ duæ candidæ plumæ ſtruthionicæ conſpiciuntur. (β) Wap. II. p. 104. ex galea coronata erumpens draco ignivomus vexillum geſtans argenteum rubea cruce impreſſum. (γ) Wap. II. p. 114. galeæ coronatæ incumbeus ſcutulum, inferiori ſimile inter alas hinc rubeam, iſthinc auream. Aliam lineam cum limbo vide Wap. I. p. 130. & infra §. 140. (δ) Wap. I. p. 114. ex coronata galea aureus gallus gallinaceus expanſis alis proſpiciens. (ε) Wap I. p. 90. virilis imago, clavam ferream (Kolbe) humeris impoſitam geſtans, habitu, palis ſcutariis exarato, pileo rubeo, ſed ejus ora reducta argentea. (ζ) Wap I. p. 210. duo cornua nigra. (η) Wap. I. p. 68. ex coronata galea exſurgens herma Æthiopis rubeo amictu, caput obvolutus faſcia argentea, cujus extrema volitant. (θ) Wap. I. p 88 ex coronata galea jugum complicatum alarum cum typo ſcutario. (ι) Wap. I. p. 94. reſpondet galea media pileus turbinatus, rubeus nigro nodo & pennis faſtigiatus ora reducta aurea. (κ) Wap. I. p. 142. coronæ aureæ incumbens aquila rubea coronata, pedibus & cauda mutilata, pectore lunulam ad pali ſcutarii modum teſſellatam deferens. (λ) Wap. I. p. 93. herma virilis cum barba & capillis, amictu nigro. Lacin argenteæ & nigræ. (μ) Wap. I. p. 170. coronæ aureæ duo cornua arietina impoſita.

(ν) Coronæ aureæ impoſitus pileus ſcutariis ſymbolis exaratus, & præter duas ſtruthionicas,

daw Comit. (β) palo aureo in area rubea tres nigros cantherios. *Troppau* [. *Oppavia* [civit. Silesiæ] palum clypeo rubeo inductum quaternis nigris & argenteis cantheriis replet. Ita palus, quem familia *Valengi* [Burgund.] inducit, clypeo miniato, auro & nigro ad modum canthonorum fastigiatus est.

§. LXXI. Sequitur quinta in Menestrierii nostri enumeratione figura honorabilis, quam *barre* Galli dicunt? nec à baltheo (**bande**) differt, nisi opposito situ: cum enim ille à dextro scuti angulo incipiat, hic ex sinistro descendit, unde aliis *contrebande*, *Baltheum sinistrum* [. *fasciam obliquam sinistram* dicere possumus. **Strasse vom lincken obern Winckel herabwärts gehend** / nostri nuncupant. *Fissuram* vocant *Vptonus* & *Ioh. de Bado aureo*. Dicitur notare l'escharpe du cavalier. Segoing. Thres. Herald. p. 2. p. 51. (bande baudrier.) Est verò observandum, figuram hanc cum baltheo dextro confundi sæpissime apud antiquos: &, parum abest, pro eadem habitam. Unde videbis in Argentoratensium Episcoporum, March. Badensium &c. insignibus, diversa vice pictis modo dextros, modo sinistros, tanquam nihil interesset, baltheos repræsentari: Certè qui baltheos scuti in alis expansis apicis repetere solent, ordinariè in priori sinistros, in posteriori dextros effingunt, vid. *Wehren*. **Wap.** I. p. 138. vel opposita nonnunquam dispositione, ut *Wildenstein*. **Wap.** I. p. 102. Inprimis verò *Sibmacheri* liber armorialis, omnino discrimen nullum agnovisse videtur; sed quæ alias ratio ejus fuit, ut situm animalium & aliarum figurarum liberum existimaret, in hoc quoque opinioni suæ indulsisse videtur. Unde quæ ex ipso exempla baltheorum dextrorum allata, vel sinistrorum adferentur, ita fidei ejus innituntur, ut meliora docenti lubens cessurus sim. Exemplo evidenti apparet, quam parum pensi ei situs ista differentia fuerit: cum **Wap.** I. p. 141. eadem pagina duarum linearum de *Lauter* [Hass.] (γ) insignia ita pingat, ut cum utraque scutum transversim sectum, & superiori parte argento, inferiori cæruleo colore tinctum baltheo rubeo toti inducto, gestet; baltheum in altero scuto sinistrum, in altero, cujus posterior pars cærulea duos cantherios aureos defert, dextrum constituat: suo, quod puto, arbitrio potius, quam ratione certa, vel quod lineæ ipsæ hoc discrimen observent.

§. LXXII. Porro intolerabile & in non unam illustrem ac generosam familiam injurium est pronunciatum *du Val*, quando hic p. 8. duas: *Elle marque d'ordinaire bastardise. De là est venu le proverbe, estre de contrebande, estre de costé gauche.* Ac ita hanc figuram ordinarie natalium illegitimorum notam esse vult. Ita etiam Segoing. Thres. Herald. p. 2. p. 51. *Elle est fort peu usitée en armoiries agant esté tenue pour marque de bastardise & fils illegitime*, sed cum id quidem de inducta discerniculi causa toti clypeo ejusque figuris tænia sinistra apud Gallos verum sit: quod infra c. 8. n. 41. & seq. ostendetur; nullatenus tamen de figura simplici, vel juxta cum aliis in clypeo, picta idem dici potest; quod clarum fiet, cum jam spectabimus, stirpibus nobilissimis, & de quibus natalium aliquod vitium nemo suspicetur, eum placuisse baltei situm. Ita recte le Labour de l'orig. des arm. n. 117. *La barre n'est marque de bastardise, que quand elle est apposée sur un autre blason, autrement elle passe pour un enseigne legitime & honorable.*

§. LXXIII. Sunt hujus exempla non æque ac dextri baltei frequentia. Metallo tincti baltei sinistri reperiuntur illi: Argenteus in parma cærulea notat *Bruncau* [. *Brunolet de S. Clair.* [Paris.] Si tres annuli cærulei inscribantur, insigne est *Echter* [Francon.] (δ) & *Ramingen* [Bavar.] (ε) Addunt baltheo superius stellam, inferius lunam cornutam utramque ex auro. *Chonzin* [Austr.] (ζ) In rubea. *Unverzagt* [Baron. in 2. & 3.] (η) *Marger* [Austr.] (θ) *Wildenstein* [Francon.] (ι) *Weiler* [Francon.] (κ) *Hennin de Bossut*, *Rödern* [sed inscriptis tribus stellis aureis. Austr.] (λ) *Holzer* [Austr.] (μ) In nigra parte scuti bipertiti posteriori, cujus

aliquot galli gallinacei plumas sustinent. (β) **Wap.** II. p. 15. Herma juvenilis palum scutarium pectore ostentans, loco brachiorum alis aureis adnatis. (γ) Apex utriusque speciei iridos, & post eam arbor. (δ) **Wap.** I. p. 105. duo cornua ad typum scuti variegata. (ε) **Wap.** I. p. 99. jugum complicatum alarum baltheo, & annulis scutariis insignium. (ζ) **Wap.** I. p. 37. coronatæ galeæ imposita ala cum scutario typo. (η) **Wap.** I. p. 33. respondet posteriori galeæ coronatæ impositarum alarum sinistra rubea inducto baltheo argenteo. Conf. c. 3. n. 70. (θ) **Wap.** I. p. 35. vir exsurgens clava in altum sublata minax, veste & pileo tæniis scutariis variegatis. (ι) **Wap.** I. p. 102. galeæ coronatæ expanditur jugum alarum scutarium emblema repræsentantium. (κ) **Wap.** I. p. 105. duo tali pilei argentati, oris reductis rubeis inversis, quorum singulis terni virides petioli impositi conspiciuntur. De hac gente sub finem paragraphi quædam addentur. (λ) **Wap.** I. p. 36. ex casside coronata prominet armatus, utraque manu vexillum tenens scutariis symbolis insigni, addito tertio simili, quod capiti compositis spectatur. (μ) **Wap.** I. p. 41. ex coronata galea duæ alæ, rubea & argentea altera, altera aurea & cærulea: quales etiam Laciniæ. Conf. l. 3. m. 2. n. 46.

cujus priorem rubeam ſtella argentea exornat *Wuris* [Sileſ.] (α) In ſecta ex rubea & viridi coloribus *Wahren* [Miſn.] (β) Aureus in nigra. *Vttenheim* [Alſat.] (γ) Impreſſis roſis tribus cæruleis. *Chila* [Sileſ.] (δ) In rubea *Stocheim* [Haſſ.] (ε) In cærulea *Straſer* [Bav.] (ζ) *Windeck* [Alſat.] (η) (ſed adjecto quadrante honorario argenteo.) Quæ metallis inſcribuntur, exempla illa ſunt, Argenteæ areæ incumbit baltheus ſiniſter rubeus *Rappach* [Baron.] (θ) Cæruleus, ſed inſcriptis tribus ſtellis aureis *Duchtel zu Dützingen* [Bav.] in 1. & 2. (ι) niger. *Stein de Oſtheim* [Franc.] (κ) *Herdt* [Brunſ.] (λ) *Düngel* [Weſtphal. ſed impreſſis tribus rhombis aureis.] (μ) *Pienzenaw* [Bavav. ſed impreſſis 3. numis Byzantinis aureis] (ν) *Oſſa* [Miſn. ſed inſcriptis 3. rubeis pilis.] (ξ) niger *Kuttler* in 2. & 3. [Tirol.] (ο) cæruleus, ſed impreſſis 3. liliis argenteis *Bauer de Eiſeneck* [Patrit. Francofurt.] (π) rubeus, ſed impreſſo ſerpente aureo, in ſcuti pede, ſuperiori parte rubea roſam argenteam complectente *Fridwirth zum Fridthoff* [in medio ſcutulo. (ρ) Argenteæ areæ inducitur barra vellere vario facta (huc enim pileolos illos pictura fictos omni jure trahere poſſum) à *Læffelholtz* [Patrit. Norimb.] (σ) Areæ ex ſiniſtro angulo ſectæ, cujus ſuperior pars cocco, altera argento tingitur, inductus baltheus ſiniſter eadem ſectione affectus, alternante tinctura *Lydl* [Tirol. 2. & 3.] (τ)

Dixi de *Weileriana* gente quædam adhuc adjicienda, communicabo enim lectori, quæ de hac familia ſua Generoſus Dn. *Burcardus Theodoricus de Weyler* ad me 1681. miſit ipſismet ejus in vernacula noſtra verbis:

Von denen Edlen von Weyler / oder / wie ſie in alten Schrifften genennet werden / von Wyler und Wiler / deren Stammhauß dieſes Namens in Francken dem Orth Odenwald incorporiret **/ in dem ſo genanten Weinſperger Thal / drey Stund ober Heilbrunn / und eine kleine Stund von Löwenſtein ſeitwarts gelegen / welches Stammhauß** cum pertinentiis quoad Dominium directum, **von Käyſer** Friderico IV. **uf die Herrſchafft Weinſperg / folgends uf Chur-Pfaltz / und dann An. 1504. in der Bayriſchen Fehde / uf Würtemberg / kommen (dann ſonſten in Bayern / Schwaben / und Rheinſtrom / eben dieſes Namens Adeliche Geſchlechter / jedoch andere Wappen führend geweſen / und nunmehr abgeſtorben ſeind) hat Ends unterſchriebener faſt alles aus vorhandenen** Originalien, **vornemlich / weilen mehrers hier einzubringen ohnöthig erachtet worden / folgendes:**

(Nempe Burcardus Theodoricus.)

I.

Quoad familiam in genere.

Daß Werner Nothafft zu Hohenberg geſeſſen / neben Wilhelmen von Zilnhart Rittern und Land-Hoffmeiſtern / unter deren Innſigeln / bey dem Ayd / dene dieſer Graff Ulrichen zu Würtemberg Rath und Dienſts halber gethan / und Hanß

(α) Wap. I. p. 69. plumæ ſtruthionicæ inter coccineam & argentatam nigra erecta. Et ante hac ſertum ſpineum ſuo colore. Lac. hinc rubeæ, iſthinc nigræ utrinque addito argento. (β) Wap. I. p. 163. duo cornua, quarum medium argento, ſummitas viridi, imum rubro colore tingitur. (γ) Wap. I. p. 194. de apice alibi. (δ) Wap. I. p. 20. ala nigra. Lacin. aureæ & cæruleæ. (ε) Wap. I. p. 158. duæ alæ expanſæ rubeæ. (ζ) Wap. II. p. 68. jugum alarum complicatum, cum ſcutario baltheo. (η) Wap. II. p. 134. herma juvenilis coronata, quadrantem & baltheum ſcuti veſti impreſſa geſtans, adnatis loco brachiorum cornibus, hinc argenteo, illinc aureo. (θ) Wap. I. p. 30. coronatæ galeæ impoſiti jugum alarum ſcutario ſymbolo pictarum. (ι) Wap. I. p. 103. jugum alarum complicatum, iterum cum ſcutario ſymbolo. (κ) Wap. I. p. 182. ala baltheum nigrum repetens. (λ) Wap. I. p. 191. diademate tortili tecta caſſis ſuſtinet alas duas pictas emblemate ſcuti. Lacin. nigræ & argenteæ. (μ) Wap. I. p. 77. ex coronata caſſide eminens herma Æthiopis argenteo amictu & pileo, hujus ora reducta nigra globulos ſcuti repetit, corona autem ſummitati impoſita plumas ſtruthionicas argenteas & nigras ſuſtinet. (ν) Wap. I. p. 165. ex coronata caſſide prominentes alæ coccineæ & argenteæ. Lacin. ejusdem tincturæ. (ξ) Wap. I. p. 83. herma virilis, cyaneo amictu, cujus collare, & pileo, cujus ora reducta argento finguntur, hic etenim plumis ſtruthionicis exornatur. (ο) Wap. I. p. 206. (π) Wap. I. p. 53. reſpondet in apice altera alarum, ſuperius nigro colore, inferius aureo tincta, conf. S. 3. m. 2. n. 7. (ρ) Wap. IV. p..... ex coronata galea inter duo cornua, quarum prius ſuperiori parte argento, inferiori cyano tingitur, altera tincturæ ordinem invertit, leo erumpens adverſus coronatus aureus, utrinque pede protenſo lilium argenteum tenens. (σ) Wap. I. p. 41. inter duas alas aureas, baltheo rubeo, & ſerpente ſcutario inſignitas virilis herma rubeo indumento & pileo. Lacin. argenteæ & coccineæ, conf. p. 64. (τ) Wap. I. p. 43. vid. S. 3. m. 2. n. 66.

Hanß Nothaffren jenes Vattern gehöret zu haben/ daß Einer von Weyler/ Hansen und Dieterichs Geschlechts zu Heilbronn gethurniert habe ꝛc. unter dato Dienstags nach S. Marx Anno 1479. So dann Werner von Nuhusen/ ein Mann ob achtzig Jahren/ uf den Ayd dene Er Graff Ulrichen von Würtemberg Lehens wegen gethan/ unter seinen/ und Gerhards von Talheim/ Vogts zu Lauffen/ Innsigeln attestiret/ daß ihne kund und wissend/ daß Hansen von Wilers Eltern/ die von Wiler gethurniert haben frey und ohne Einred ꝛc. Dienstags nach Jubilate An. 1480. Wie die vorhandene 2. Original-Permentier-Briefflein besagen. Sonsten eingeschrieben/ und darbey gemachtes Thurnier-Buch (die übrige evulgierte an seinen Orth gestellet) meldet/ An. 1374. erschiene und ritte ein ein Edler Ritter/ Wolff von Weiler.

II.

Quoad personas in specie.

Daß An. 1313. an S. Michaelis Conrad Marschalck von Aichholtzheim/ Ritter/ gegen Graff Ruprechten von Dürnen/ refutiret/ an Geben von Wyler und seine Kinder/ und alle seine Erben fürohin zu Leyhen einen Zehenden zu Affalterthal (welcher noch von dem Geschlecht possidiret wird) Originale.

An. 1322. gestorben/ und zu Weyler begraben/ Hans, dessen Söhne gewesen seyn sollen Ruprecht und Albrecht V. W. MS.

An. 1335. Gelebet Degenhard V. W. Original Kauff-Brieff/ darinnen Bürgen Burcard, Hans und Conrad V. Wyler.

An. 1354. In der nächsten Mitwoch vor Valentini, gibt Ortulff V. Wiler genannt/ die Gut/ so er hat zu Gludolffsheim/ seinem Sohn Ruckern einem Münch zu Muerhart (beedes im Hertzogthum Württemberg gelegen) zu seinem Leib. Orig.

An. 1359. Burcard V. W. neben seinem Brudern Hansen gestorben/ und zu Liechtenstern begraben. MS.

AN. DOMINI M CCC LXVII. K. JAN. O. CONRADUS DE WILER. stehet uf einem ohnfern der Cantzel im Closter Liechtenstern liegenden Grabstein/ darauf der Schild des Weylerischen Wappens.

An. 1367. Vix. Heinrich V. W. genannt von Odeheimb. Orig.

An. 1392. Die Ehrbahre Fromme Gaistliche Fraw Grethe von Wiler, gesessen zu der Neustatt/ gelegen am Cocher. Stehet in einem gar alten Buch bey der Pfahrr Wimmenthal (im Weinsperger Thal/ in das Closter Schönthal gehörig) sub rubr. Gelmersbach. f. 120.

An. 1420. Albrecht und dessen Bruder Conrad V. W. dieses Haußfrau ware Els von Ehenheimb. Orig.

1420. Wihelm V. W. Original Kauff-Brieff.

An. 1432. Caspar V. W. dessen Fraw Gata von Talheim. Orig.

An. 1449. Am Freytag Nachmittag vor S. Martini Episc. starb Burcard V. W. vermög der Umbschrifft eines mit dem Weylerischen Wappen höltzernen Schilds/ in der Kirche zu Löwenstein liegend.

An. 1468. Obiit Venerabilis Pater & Dominus, Dominus Burcardus de Wiler, Abbas hujus Monasterii in Sinzheim. Stehet uf einem Monument im Stifft Sintzheim/ sambt dem Weylerischen Wappen.

An. 1504. Hat gelebt Hans V. W. dessen Ehefrau gewesen Anna von Talheimb. Orig.

An. 1535. Ist Caspar V. W. und mit Ihme selbige Linea abgestorben. Seine Haußfrau ware Helena von Berlichingen. Orig.

Wie aber alle obspecificirte einander verwandt gewesen/ kan man aus vorhandenen Documentis keine gründliche Nachricht haben/ ausser/ daß Caspar V. W. de quo sub An. 1432. ein Sohn Conrads von denen sub An. 1409. Hans An. 1504. ein Sohn ersgenanten Caspars, und Caspar, mit deme An. 1535. selbige Linea abgestorben/ ein Sohn letztgemelten Hansen gewesen seye.

III.

Quoad lineam rectam adhuc dum viventium.

Daß jedoch deren / so lang GOtt will / noch lebender / und mithin subscribirten von Weyler recta linea, worvon die collaterales, kürtze halber / meistens hier außgelassen / in folgenden bestehe / ist gantz gewiß / und erweißlich.

Geibin oder Gebin von Wyler (daß er dieser solte gewesen seyn / dessen oben unter 1323. gedacht / wird ob distantiam temporis gezweiffelt) hat gelebt An. 1362. 1376. 1388. Seine Haußfrau ist gewesen Hewig oder Hedel von Sachsenheim. Sein Bruder Burcard, dessen Söhne Wilhelm, Peter und Ruprecht An. 1386. Dieser Gebin V. W. ist neben Burcarden (vermuthlich erstgedachten seinen Brudern) zu Weinsperg begraben. Wie dann zwar ohne Jahrzahl / auswendig an dem Gemäuer der Kirchen daselbsten / neben dem Weyler- und Sachsenheimbischen Wappen / stehet : GEBIN VON WILER und BURCARD VON WILER.

Endris V. W. Gebins Sohn hat gelebet An. 1394. 1405. 1407. 1433. Seine Haußfrau war Els von Angellach. Origin.

Dieterich V. W. Endris Sohn vixit An. 1413. 1437. Seine Frau ist gewesen Martha Lückertshaußen Orig. An. Dni. 1438. Jahr starb Dieterich von und zu Weyler / den nächsten Montag vor St. Gallen Tag. Stehet zu Löwenstein um einen / in der Kirchen Sacristey liegenden alten runden höltzern Schild / worinnen das Weylerisch. Wappen mit Schild und Helm gemahlt. Welches dieser Dieterich gewesen zu seyn um so mehr vermuthlich / weilen in folgendem 1439. Jahr / Graf Crafft von Hohenlohe verleyhet Burcarden von Weyler zu seinem Theil / und Diethers von Weyler S. Söhnen zur rechten Mannslehen das Dorff Steinheimb auff der Murr gelegen / samt seinen Zugehörungen. Datum rediviv. monasterior. præcip. in Ducatu Wirtt. An. 1636. edit. (parte von den Frauen-Clöstern) p. 401.

Dieterich V. W. (Reichsvogt zu Heilbronn und Wimpffen) erstgenannten Dieterichs Sohn / cujus uxor Anna von Gältlingen / vix. An. 1450. Von deme wäre verschieden-denckwürdig und löbliches herzusetzen : Es wird aber anjetzo nur gemeldet / daß An. 1463. Graf Ulrich zu Würtemberg / und Eberhard sein Sohn / in folgenden formalien bestehende Schadloß-Haltung (worinnen die eigentliche Summ der rancion, derentwegen sonsten die Historici mercklich variiren / zu ersehen) gegen ihme ausgestellet : Wir Ulrich Grave zu Wirtemberg / und Wir Eberhard Grav zu Wirtemberg sin Sun bekennen und tun kunt allermenglich mit diesem Brieff / als wir Grave Ulrich yetzgenannt in deß Hochgebornen Fürsten und Herrn / Herrn Friderichs / Pfaltzgraven bey Rine / Hertzog in Beyern / deß Heiligen Römischen Reichs Ertzdruchseß und Churfürst vengknaß komen und daruß getedingt sind / also / daß wir unter anderen demselben Hertzog Friderichen dem Pfaltzgraven geben sollen sechzig tusend Gulden uff vier die nästchkunfftige Pfingstage. Immassen der Schuldbrieve Ihme darüber geben das Innhalt / warumb dann Unser lieber besonder Dietherich von Wiler sich umb Unser flissig Bitte willen mit Uns verschrieben und verpflichtet hat als ein Berg und Mitverpflichter / daß wir baid unverschaidenlich demselben Dietherichen von Wiler gelopt / geredt und versprochen heben. Gereden / geloben und versprechen in Krafft diß Briefs / daß wir oder unser Erben Jn oder sine Erben von solcher Bergschafft und Pflichte gütlich ledigen / lösen und unclaghafft machen sollen und wollen gentzlichen on allen Jhren Schaden getreulich und ungeverlich / und were / daß Jn oder sine Erben solcher Bergschafft und Pflicht halb yendret Schaden nemen von Laistung oder andern Sachen / wie der Schad genant were / doch redlich und ungeverlich / den sollen und wollen wir und Unser Erben Jm oder sinen Erben auch ußrichten / gellten und bezahlen on Widerrede / und Uns darwider nit gebruchen noch behelfen / was oder welcherley das wäre / das yemands mag erdencken / und ob wir das nicht tatten / daß Gott nit woll / So mögen er und sin Erben uns unser Erben an allen unsren Landen / Lüten und güten angriffen / nöten und pfänden / wo und wie sie mögen und Jn am besten füget mit Gericht oder on Gericht / so lang und viel / biß Juen wiederkert und abgelegt

wirdet

wirdet solcher Schad/ den sie dessthalben litten/in der wise als vorstet gentzlich on Iren schaden davor Uns und Unser Erben noch unser Land und Leut nichzit schirmen oder frien sol keinerley Freyheit Gnad oder anders / das gegeben oder erdacht ist/ oder noch gegeben oder erdacht werden möchte/ alles on all Arglist und geverde / und deßhalben wir beyde unsere Insigele offentlich gehenkt an diesen Brieve / der geben ist am Zinstag nach dem Sontag Judica in der Basten nach der Geburt Christi vierzehen hundert sechzig und drey Jahr. Anno 1466. und 1467. ware dieser Dieterich V. W. Churf. Friderichen Pfaltzgraven Marschalck verschriben. Orig.

Anno 1482. uff Sambstag nach St. Agathen Tag reversirt sich idem Dieterich V. W. Land-Hofmeister gegen Eberhardo Barbato Grafen zu Würtemberg/ daran zu seyn / daß dessen Testament vollzogen werde. Orig.

An. 1484. an St. Valentins Tag constituirt Eberhardus Barb. Comes Wirtt. D. Ludwig Vergenhausen / Dieterichen V. W. Land-Hofmeistern neben D. Wernern Umbushusern Predigern / D. Bernhard Schöferlin / Hanß Späthen Rittern / Marcken von Haulfingen und Conraden von Ryschach / als Er ußer Lands gereiset zu Statthaltern ꝛc. Mit offentlicher Anhenckung des Sigils / und zuruck dargegen truckung deß Fingerrings. Wie der Original-Gewaltsbrieff / worvon zwar die Sigilla hinweg / mit mehrerem besaget.

An. 1502. wird Er Diet. V. W. in einem diplomate Illustris Dn. Elisabeth Marchionissæ de Brandenburg (welche Hertzog Eberhards II. zu Württemberg Gemahlin gewesen) curiæ magister genennet. Originale.

An. 1507. am Freytag umb acht Uhr Mathies-Tag / starb der Edel und Vest Juncker / Dieterich von Wyler / dem Gott gnädig seye. Monument. In der so genannten Spitalkirchen zu Stuetgardt / mit Wappen/ Weyler und Gältlingen.

An. 1505. hat Dieterich V. W. erstgenannten Dieterichs Sohn / Barbaram Truchsäßin von Büchishausen geheurathet (sein Bruder Burcard, so Catharinam von Menzingen zu Ehe gehabt/ aber keine Kinder verlassen/ ist An. 1535. Chur-Pfältzis. Burggrav zu Altzey / An. 1545. Chur Maynzischer Marschalck / und An. 1546. Chur Pfaltz Groß-Hofmeister gewesen) ware Obervogt zu Botwar und Bugelstein / im Hertzogthumb Würtemberg / An. 1525. aber / bey Käyserl. Innhabung des Lands / und der Bäurischen Empörung in Garnison zu Weinsperg / allda Er / neben vielen andern von den Bauern todtgeschlagen / und Er / vom Thurn herab/ uff den Kirchhoff geworffen. Davon sowolen andere Historici, als N. Jacob Schlußer von Suderburg in seinem Historischen Bericht An. 1573. in folio herauß gegangen / und Crusius Annal. Suev. L. 10. P. 3. f. 76. & 590. in Epistol. Ferd. Infantis Hisp. & Archid. Austriæ Meldung thun.

An. 1508. ist geboren Wolff V. W. jetztbesagten Dieterichs Sohn. An. 1539. verheurathet mit Brigitten Wilchin von Alzey/ Rabans von Liebenstein nachgelassener Wittib. Ist gestorben uff seinem Schloß Liechtenberg An. 1585. den 2. Martii, und dessen Haußfrau nächstfolgenden den 10. Aprilis.

Anno 1542. Dieterich V. W. Wolffens Sohn. An. 1567. verheurathet mit Veronica von Adelsheimb. Wurde Fürstl. Württemb. bey Hertzog Ludwigens Gemahlin Frauenzimmer Hoffmeister. Starb uff seinem Staammhauß zu Weyler An. 1602. den 5ten Augusti.

Burcard V. W. Dieterichs Sohn geboren den 12. Nov. An. 1574. wird bey Regierung Hertzog Friderichen zu Württemberg/ Rath von Hauß auß den 14. Augusti An. 1598. zu Stuttgart den 25. April. 1599. verheurathet mit Anna Elisabethen von Layning den 15. May An. 1604. Obervogt zu Schorndorff den 10. May An. 1606. Bey Regierung Hertzog Johann Friderich zu Württemb. zugleich Assessor bey dem Hoffgericht zu Tübingen / welche Functiones und Administration H. H. Ludwigen Friderichen/ und Julii Friderichen Er continuirte / und hiernächst bey Regierung Hertzog Eberhards III. Hofrichter zu Tübingen worden. Ist gestorben in seinem Adel. Stammhauß zu Mayenfelß den 3. Oct. An. 1643.

Burcard Dieterich V. W. Burcards Sohn ist geboren Festo S. Michaelis, An. 1619. verheurathet mit Maria Magdalena von Rechenbach den 6. Decembr. An. 1641.

Den 6. Decemb. 1641. Hiſce quædam ex ejusdem Epiſtolis addo: nimirum baltheum familiarem modo dextrum, modo ſiniſtrum pingi, credit verò illum ſitum præferendum. Monet idem ex inverſis petiolis (**Hauben oder Mützen**) argenteis, cocco reductis, ſingulis ternos argenteos baculos ſ. ſcipiones, quibus religioſi peregrinatores utuntur (**Pilgerſtab**) ter nodatos ex eodem metallo eminere: Oſtenſum tamen ſibi eſſe addit, atavi ſui mareſcalli Palatini Dieterici de Weyler apicem caudam pavoninam loco baculorum: Sibmacheri autem virides petiolos erroris arguit. Nec minus de Celeb. Bucelino conqueritur; quod parte 2. Germ. hinc genti annumerat Johannem, cujus uxor à Karsbach, Philippum, Philippum Jun. Phil. Jodocum, Jodocum Philippum, Wolffg. Eberhardum, Margaritam ux. Marſilii Chriſtiani ab Engelheim, quos omnes credit deberi familiæ de Weyler Rhenanæ, qui aquila bicipiti pro ſymbolo utuntur. Ap. eosdem p. 335. in tabula ſua progonologica pro Anna de Schrotzberg, Amaliam legi vult. Demum in ejusdem Germ. P. 4. f. 464. plures errores illatos queritur, inprimis patruum ſibi datum Carolum, qui nullus vixerit. Sed hæc ὡς ἐν παρῳδῷ.)

§. LXXIV. Sunt alia ſcuta ſiniſtrorſus vel à ſiniſtra non ſemel, ſed pluries faſciata vel obliquata. Ita geſtant 2. barras vel ſiniſtros baltheos nigros in ſolo argenteo *Stein zum Barchfeld* [Haſſ.] (α) nigros in aureo (in priori parte ſcuti bipertiti) [Sileſ.] (β) Aureos in rubea parma. *Hutten in Steckelberg* & in *Færd. Franc.* [Franc.] (γ) Ternos rubeos & argenteos in bipertiti ſcuti parte anteriori *Rotenburgk* [Sileſ.] (δ) quaternos rubeos & argenteos *Seubersdorff* [Bav.] (ε) Demum, quod ſingulare eſt, in clypeo argenteo alterum cæruleum, alterum rubeum *Blanckenberg* [Franc.] (ζ) nec non in argenteo nigrum, atque rubeum, inter quos currit canis venaticus niger millo aureo *Aßhelm* [Sileſ.] (η)

§. LXXV. Videamus nunc exempla baltheorum ſiniſtrorum certis differentiis alteratorum. Undulatorum exempla reliquis frequentiora ſunt. *Barre ondée* e. g. viridi areæ argenteum inducit *Otterbach* [Bavar.] (θ) Rubeæ argenteum. *Lauterbach* [Haſſ.] (ι) *Zuckmantel* in 2. & 3. [Carinth.] (κ) *Stammer* [Saxon.] (λ) Aureæ nigrum *Erelpach* [Bavar.] (μ) ſimilem undoſum rubeum inducunt ſcuto octies faſciato, cæruleis & argenteis tæniis, *Marſchalck de Ebnet* [Francon.] (ν) Niſi, errore ſculptoris dicas ex dextro ſiniſtrum factum, quod ſuſpicati ſumus §. 57. Alternis pinnis utrinque aſperatus (*bretecée* & *contrebretecée*) eſt baltheus ſiniſter familiæ *Plittersdorff* [Bavar.] (ξ) niger anteriorem ſcuti partem argenteam à poſterioris auro diſtinguens. Sed ex ſuperiori parte, tantum pinnati ſunt duo balthei nigri in clypeo, argenteo fam. *Schliz* dict. *Görz* [Haſſ.] (ο) Bipertitus (parti) baltheus eſt ex argento & auro, quem imprimunt clypeo rubeo fam. *Lungen de Planeck* [Bavar.] (π) Ita in ſcuto ſiniſtrorſus ex angulo ſuperiori pars argento candet, inferior cocco rubet, Baltheus ſimili partitione, ſed alterante tinctura diſtinctus *Granſey de Vttendorff* [Bav.] (ρ) Nec deſunt *teſſellatorum* baltheorum exempla *Barre eſchiquetée*. Talis eſt ex auro & cæruleo in ſolo argenteo tribus ductibus conſtans baltheus de *Herden* [Sileſ.] (σ) ſimile eſt ſcutum

(α) Wap. I. p. 140. pileus galeæ incumbit niger, ora reducta argentea, ſuper eum jugum alarum expanſum cum ſymbolis ſcutariis, confer. *Stein zu Liebenſtein* ſuperius §. 54. (β) Wap. I. p. 61. vid. ſ. 3. m. 2. n. 66. (γ) Wap. I. p. 100. ſolo apice duæ lineæ differunt: illa jugum alarum expandit & baltheis ſcutariis pingit, hæc virili hermæ rubeam veſtem inducit, & pileum galli gallinacei pennis ornatum imponit ſimilis tincturæ, ora reducta argentea. (δ) Wap. I. p. 54. caſſidi coronatæ impoſiti duo lapides molares argentei, exterius ſtruthionicis plumis coccineis & ejusdem metalli exornati. (ε) Wap. I. p. 82. jugum complicatum alarum inſignium baltheis ſcutariis. (ζ) Wap. I. p. 107. ex galea prominens jugum alarum ſymbolis clypei pictarum. Laciniæ hinc cæruleæ, illinc rubeæ, utrinque addito argento. (η) Wap. I. p. 63. ex coronata galea proſiliens canis, inter duas alas nigram & argenteam, quibus argenteus & rubeus baltheus imponitur. (θ) Wap. II. p. 64. ala baltheum ſcuti repetens. (ι) Wap. I. p. 142. diademati tortili impoſitum jugum alarum cum typo ſcutario. (κ) Wap. I. p. 45. reſpondet galea coronata ferens jugum alarum complicatum, cum flavio ſ. baltheo undoſo. (λ) Wap. I. p. 169. galea roſis rubeis contexta: illique infixa novem vexilla rubea, baltheis ſingulis argenteis intexta, perticis aureis. (μ) Wap. II. p. 57. galeæ coronatæ incumbit jugum complicatum alarum, baltheum repetentium. (ν) Wap. I. p. 103. galeæ incumbit caput monocerotis rubeum. (ξ) Wap. I. p. 97. caput lupi cum collo tincturis ſcuti pictum. (ο) Wap. I. p. 142. galea coronata, eique impoſitum jugum expanſum alarum, deferentium ſcuti baltheos. (π) Wap. I. p. 85. duo cornua rubea, quorum illud argenteus, hoc aureus baltheus ornat. (ρ) Wap. I. p. 91. coronatæ galeæ impoſitum alarum cum typo ſcutario jugum. (σ) Wap. I. p. 68. ala baltheum ſcutarium repetens.

scutum fam. *Frælich* [Silef.] (α) nisi quod tessellæ obliquiores rhombos repræsentant. (*fuslée*) Rhombis etiam, qnam tessellis similiores sunt, particulæ aureæ & nigræ, quæ baltheum replent, areæ argenteæ inductum pro famil. *Viermundt* [Hass.] (β) cæterum 3. ex argento & minio tessellatos baltheos scuto cæruleo, adjecta inter duos priores corona aureo, defert fam. *Groschlay* [Rhen.] (γ) Baltheus virgatus (faselé) est ex argento & minio in scuto cæruleo *Wisen de Gyrsberg* [Saxon.] (δ) Non omittendi sunt, qui in nubium modum effinguntur, quales duo sunt in scuto *Leuthorst* [Hass.] (ε) rubei, sed in nubium formam effigiati, in argentea parma.

§ LXXVI. Sexta figurarum honorabilium jam nos vocat, quæ est Gallico nomine *Chevron* (vel antiquis apud *Menestr. l' art du blas. iustif. c.* 13. *p.* 350. *chievron. le Labour. de l' orig. des arm. n.* 124. ex vitio describentis aliud synonymon format *chiennon*) & Italico *cheverone*, quod à Latino *capreolus* (termino Vitruvii) derivat idem p. 361. Nostri **Sparren** vel **gespitzte Sparren** vocant, vidi, qui **zween oben zusammen gefügte Sparren** / tanquam juncti essent, baltheus dexter & sinister, appellarent, alii **Winckelmeß** indigitant. Latini utplurimum *Cantherium* appellant, cui nomini *Spelmannus* synonyma addit *fastigium, tholum, jugum. Vptonus* cum suo *Ioh. de Bado aureo* vocat *signa capitalia*, quia in domuum fastigio instar capitis imponantur. Cantherius.

§. LXXVII. De significatione hieroglyphica ista notata reperi. *Nic. Vptonus* putat carpentariis initio fuisse propriam figuram, quod cum *Spelm. Aspilog. p.* 98. referret, ἐπιχείνει, *nuganter forte ut alia. Ioh. de Bado aureo* p. 30. putat ab illis gestanda signa hæc capitalia, qui primi assumsere arma, unde si filius patrimonium augmentaverit, posse eum alterum signum capitale adjicere, vel si etiam substantia minorata sit, ex duobus unum omittere. Credit etiam dandum esse Ecclesiasticis, qui armis carent 2. vel 3. ad summum. Si hisce eandem Spelmani χρῆσιν addamus, credo citra injuriam fore. Alii ut *Varenn.* eminentiæ symbolam in hac figura quærunt. *Valf. de la Colomb. in science heroiq.* attribuit militibus, qui hostium impetum tanquam catarractæ positæ torrentibus, frangunt. Ex nostris Nobiliss. *G. Phil. Harsdorferus* (ex quo in **Wapenb.** præf. P. 2. n. 60. legitur) memorat consiliariis & legatis dari solitam hanc figuram, quia regimina horum sub cura tuta esse debent, prout tectum illis fastigiis ab injuria tempestatis prohibetur: eadem quoque causa cum *Vulsorio* militibus signum concessum credit. Ex eo quod familia in Ubiis *de Palays* s. de *Palatio.* (ζ) in scuto aureo usurpet *aureum indentatorum tignorum cantherium* s. aciem, colligit Æg. Gel. de Colon. Agr. magn. l. 2. s. 7. p. 146. *Playsos magistratum publicarum fabricarum gessisse s. ædiles Reip. fuisse. Addit: Habet Fulvius Vrsinus M. Platorii (à quo nomen Playsorum non multum abludit) numisma exhibens prorsus eas notas, quæ in Playsorum scuto cernimus, nimirum templi frontispicium serratum s. denticulis striatum culmen, s. ex duabus dentatis trabibus signa vel cantherium.* Pergit: *Verum, quia ut plurimum imagines clypeorum ob bellicum facinus dabantur, malo etiam asserere hujusmodi capreolum s. arcuatum cuneum geri à familiis, quæ virtutem pugnando in acie s. militari cuneo ostenderunt. Ita nobilissimæ familiæ de Pomerio s. Bungart, Ledebut. Nehem, Rhein, Momenstecheri & alii culmen ex duabus quasi trabibus, id est, bellicam aciem ostentantem clypeis.* Iterum, *ob militarem virtutem gestari in insignibus aciem, scutarios capreolos, pyramidales cuneos s. fastigiatas trabes, ex nobilissimæ gentis Wilichiæ armis liquet, nam cum bellum geratur offensive, ut loquimur, & defensivè, id est, aut acie in hostem irruendo, aut tuendo se conglomeratione in globatum cuneum vel spiram, hinc in utroque pugnæ genere glorioso Willichii præter aciem vel cuneum pyramidalem etiam rhombum gerit in armis.* Priorem de ædilitia dignitate mox novo exemplo munit sententiam. *Apud Florentinos in Italia nobilis domus est Antellarum puniceum capreolum in argenteo scuto ostentans, cujus prosapiæ Antellariæ etymon, si ab Antibus deducamus, consequenter asserere debebimus scutarium cantherium gestari ob ædilitiam Reipublice functionem, ejusque hieroglyphicum in gente Antellana esse.* Alibi l. 2. s. 22. p. 177. ubi de familia *Sudermanica.* (η) [Colon.] loquitur, quæ capite scuti aureo, inferiorem partem Significatio.

 argen-

(α) Wap. I. p. 65. alarum baltheum scutarium referentium jugum complicatum. (β) Wap. I. p. 136. inter alas scutario typo pictas, herma juvenilis rubeo vestitu, caput diademate tortili revincta. (γ) Wap. I. p. 125. Herma virilis, veste symbolis scutariis universis picta. Lac. aureæ & cæruleæ. (δ) Wap. I. p. 172. Argentata pluma struthionica, duabus rubeis tincta, inter duos clypei umbones, si figuram recte agnosco. (ε) Wap. I. p. 141. Galeæ coronatæ 2. plumæ struthionicæ argenteæ inter 3. rubeas insistunt. (ζ) Caput cum collo hircinum. (η) Duo cornua scutariis symbolis insignita.

argenteam duobus cantheriis ornat, putat repræsentari *connexos in proris & puppibus naviuin asseres, vel stragulam, qua equorum terga festivè insternebantur*, ubi vero superiorem regionem scuti cantherii occupent, ut in *Ludovisiis* & Colonienſium *Pfingsthorniis, ostendi militarem ex scutis testudinem & obtectionem aut loricas segmentatas, id est, æreas lamellas, ex humero flexas in pectus, quales ex columna Trajani Lipsius exhibet, l.* 3. *Milit. Rom.*

§. LXXIIX. Exèmpla ut exhibeamus, proximum est. Cantherium argenteum areæ rubeæ inscribunt isti: *Herberstein* Com. [vid. Wap. I. p. 23. & V. p. 31.] *le Baveux*, von *der Golz* [Marc. Brandenb.] (α) *Ledeburn* [Westphal.] (β) *Bongart* [Hass.] (γ) *Schaumberg* [Franc. in primi & quarti quadrantis bipertiti secunda parte.] (δ) Inscribunt tali capreolo 3. nigros gallos gallinaceos crista & barba rubeis *Schwanau* [Patrit. Francof.] (ε) Addunt cantherio tali 3. numos Byzantinos aureos *Beaulne*, duos numos Byzantinos superius & in cuspide scuti sagittam pali in modum locatam *Fauten* [Patrit. Francof. (ζ) decem cruciculas pedatas argenteas *Berckley* f. *Barckley* (Angl.)

§. LXXIX. Aureum rubeæ parmæ inserunt sequentes, *Nettancourt, Vaubecourt, des Essars* [Normand.] Adponunt tres echinatas molulas aureas. *Benelle, Pommereul*, tres annulos aureos *le Roux*.

§. LXXX. Qui cantherio rubeo argenteam parmam exornant, jam notandi sunt. Comites ei adjiciunt 3. orbes virides & caput scutarium vellere ex auro & cæruleo variegato constans *Monstreul*, itidem caput scutarium cæruleum duobus pentaphyllis aureis & inter ea lacryma argentea insigne, & in scuti pede aquilam nigram retrospicientem *Galois* (Divion.) 3. rhombos nigros (sed vertice cantherii in cruciculam desinente.) *Neuhaus* [Patrit. Francof.] (η) tria capita furcatum situ obliquo, tiaris nigris tecta *Turquant*, 7. merulas rubeas *Aumont*, tria capita bovina nigra *Bollen* (Angl.) tres truncos arboris nigros (ipsi cantherio inscriptis 3. stellis aureis) *Scheid.* [Patrit. Francof.] (ϑ) tres rosas rubeas *Haller*. [Bav. 1. & 4.] (ι)

§. LXXXI. Qui auream parmam signant miniato cantherio, istos cape: *Maserode, Stafford de Buckingam* (Angl.) Cantherio imprimunt 3. rosas candidas (hecken-rosen vocat Hartzog. Chron. Alsat. l. 6. p. 197.) *Rosheim* [Alsat.] (κ)

§. LXXXII. Cæruleus cantherius aureo clypeo insectus sequentium familiarum δεῖγμα est, addunt 3. capita Maurorum nigra, fasciis argenteis revincta *Moriu.* 3. capita leopardina nigra, cum limbo scutario coccineo *Fourbin* (Provinc. & Angl.) in cuspide scuti anchoram nigram, & caput cæruleum, oneratum 3. molulis echinatis aureis *Paricard.*

§. LXXXIII. Argenteo scuto insertum cantherium cæruleo colore tingunt illis *Brovillart* (in Belsia) *Leichvviz* (Thuring.) si non erravit literæ W. adjectione chalcographus, quod tamen factum, & loco argenti aurum substituendum esse ex analogia apicis & laciniarum colligo (λ) *Metsch*] (Misn.) (μ) *Pælniz* [Franc.] (ν) imprimunt cantherio II. numulos Byzantinos auros *Espinay s. Luc.* Adscribunt 3. sinistras manus sangvineas *Mainardi Bar. d'Estaines*, tria folia viridia *Lemminger* [Bav.] (ξ)

§. LXXXIV

(α) Wap. I. p 176. Fasciculus pennarum galli gallinacei vel pavonis.

(β) Wap. I. p. 187. galea tecta diademate tortili, ex quo eminent duo folia acuminata singulis cantheriis argenteis impressis.

(γ) Wap. I. p. 132. herma virilis rubeo amictu cantherium argenteum deferens, caput revincta diademate tortili ejusdem metalli, extremis fasciæ volitantibus.

(δ) Wap. I. p. 100. non alius apex, quam qui recensitus S. 6. m. 1. n. 9.

(ε) Inter alas argenteam & rubeam caput galli tesseratum. Laciniæ argenteæ & coccineæ.

(ζ) Jugum alarum scuti figuras repetentium.

(η) Wap I. p. 210. jugum alatum ad modum scuti pictarum.

(ϑ) Figura scutaria in utraque expansarum alarum repetita. Lac. argenteæ & nigræ.

(ι) Wap I. p. 98. vid. S. 3. m. 1. n. 16.

(κ) Wap. II. p. 130. herma juvenilis cantherium scuti pectore deferens, & rostro oblongo rubeo monstrosa.

(λ) Wap. I. p. 147. ultra diadema tortile duo cornua superiori parte cærulea, inferius aureo tincta: similis tinctura est laciniarum.

(μ) Wap. I. p. 159. cornua duo, argenteum & cæruleum.

(ν) Wap. V. p. 90. coronatæ galeæ imposita duo cornua, quorum dextri superiora, alterius inferiora cærulea sunt, reliqua pars argento candet.

(ξ) Wap. I. p. 89. galea tecta diademate tortili, sustinens jugum alarum complicatum cum typo scutario.

§. LXXXIV. Cæruleo in solo conspicitur argenteus cantherius notandis familiis istis: *Schicken* [Carinth.] (α) Si comites addantur 3. chelydes aureæ est insigne *du Perron*, vel tres turres aureæ *du Perron* in Norman. si superius 2. rosæ candidæ, & caput lupi avulsum tinctum argento inferius, *Bautru*: si tres cruciculæ argenteæ *Evcilchien* [Cenoman.] tres galli aurei *Le Paige* [Picard.] tria capita pardina aurea *Thilly seu Tilly le Roux*, 3. leones argentei *Pleurre*, superius duo aquilina capita, inferius leopardinum, argentea *Roy* [Molin.]

§. LXXXV. Cæruleam parmam ingreditur aureus cantherius prosequentibus. *Eschallard la Boullaye, Bellefaye, Champdivers* [Burgund.] *Brinon* sed adjecto capite scutario dentato aureo.) *Nehem* [Westphal.] (β) *Sparr* [Thuring.] (γ) *Kundenstein* [Francon.] (δ) *Helgenstein* [Alsar.] sed adjectis tribus liliis candidis. (ε) Adjiciunt tres nummos byzantinos argenteos *Heller* [Patrit. Francof.] (ζ) tres rhombos (Lozenges) argenteos *Gigaut Bellefonds* [Norman.] 3. aureos *Fyot d'Arbois* [Burgund.] tres molulas echinatas ejusdem metalli *le Page*, 3. stellas aureas *Acarie*, tres cruces anchoratas aureas, *Neufville* (unde Duces & March. *de Villeroy*, vid. Hist. insig. L. 2. c. 58.) 3. capita leopardina aurea annulis singulis argenteis per nares trajectis *Clause Marchaumont*, superiori parte 2. stellas aureas, inferius agnum argenteum *Segvier*, 3. spicas hordei aureas *Midorge*, superius 2. lunas argenteas, inferius leunculum aureum *Bouchu de Lessart*, [Burgund.] superius 2. stellas & inferius leunculum melioris metalli *Charlot* [Paril.] superius 2. stellas, inferius rotam auream. *Le Charon*, superius 2. stellas, inferius spicam ejusdem metalli *David la Faultriere*, superioris 2. stellas, inferius caput leonis ejusdem metalli *Vigneral* [Norman.] superius 2. glandulas aureas, inferius rosam argenteam sustinentem auream stellam *Vaussain de Corsain* [Burgund.]

§. LXXXVI. Nigro clypeo inserunt cantherium aureum, *Hochhausen* (η) [Patrit. Francof.] adscriptis 3. stellis διπύργοις.

§. LXXXVII. Nigræ parmæ indunt argenteum cantherium isti. *Rouy* (*Turen.*) *OEdenberg.* [Bav.] (θ) Adjectis tribus leunculis ejusdem metalli: *Muhlstetter* [Tirol. 2. & 3.] (ι)

§. LXXXVIII. Si niger cantherius occuper clypeum aureum insigne sequentium agnosce: L'Escale, *Dehn* [Patrit. Francof.] (κ) *Grosstein* [Alsat.] (λ)

§. LXXXIX. Qui argenteam aream sedem habet niger cantherius inservit istis familiis *Wanton* [Angl.] *Schaldorff* [Bav.] (μ) *Rein* [Rhenan.] (ν) *Glauburg* [Patrit. Francof.] (ξ) sed adscriptis tribus castellis διπύργοις (*Clypart S. Clepingi* [Tremonienses, à Carolo M. ex eis Rhenanis Saxoniam translati ap. *Gelen. de Colon. Agr. L. 2. f. 8. p. 150.*) sed adscriptis tribus aureis capitibus arietum. Adscribunt nigrum tuditem in pede scuti *Brancamont*.

§. XC. Viridis cantherii illa sunt exempla.

§. XCI. Pelles, quod concernit, exempla ista inveni: in parma rubea cantherius hermionicus adjectis 3. molulis echinatis *Ghistelle* [Picard.] adjectis vero 3. leonibus pardinis aureis *Montgomery*. Sed 3. stellis argenteis *Longevil.* [Britan.]

Canthe-

(α) Wap. I. p. 47. Jugum alarum complicatum, cum typo scutario. (β) Wap. I. p. 189. Ex corona prominens jugum alarum cærulearum, inter quas aureus cantherius conspicitur. (γ) Wap. I. p. 150. galea tegitur diademate tortili, & inter duo vexilla cantherio scuti impressa 5. pennas pavoninas. (δ) Wap. II. p. 81. coronæ aureæ imposita cornua duo aurea, quorum singulis quaterna lilia candida adnata conspiciuntur. (ε) Wap. II. p. 130. Herma monachalis habitu aurato, caputio & scapulari cæruleis. Bernh. Herzog. Chr. Alsat. L. 6. p. 178. alius etiam apicis meminit, quem puto alii lineæ usitatum fuisse, ut galeæ imponerent cornu arietinum aureum, cujus extremitati adhæreret lilium candidum. (ζ) Jugum expansum alarum cum scutariis symbolis. (η) Midæ imago crurumtenus extans, induta hinc nigro, illinc argenteo colore, cingulo rubeo, manicarum interiori parte cocco tincta, utraque manu rictum oris deducens. (θ) Wap. I. p. 88. Herma virginea, amictu nigro, ejusdem coloris cornua, sed cantherio argenteo impressa, loco brachiorum, capite autem coronam auream gestans, crinibus contortis & in aureum nodum collectis. (ι) Wap. I. p. 43. Ex coronata galea expansum jugum alarum, quarum prior rubea & nigra rosa argentea, altera nigra cantherio & leunculis argenteis pingitur. Lac. nigræ & argenteæ. Conf. S. 4. m. 4. n. 13. (κ) Jugo alarum expanso aureo, unus inscriptus & in medio prominens cantherius. (λ) Wap. II. p. 130. Herma virilis, aurea veste & pileo, hujus ora reducta, & illi impresso cantherio nigris. (μ) Wap. I. p. 87. Vulson vocat *Cheuron ploge*, sinuatum. Sed pictoris placito potius illam alterationem tribuerem, quam quod aliquid singulare notaret. Apex jugum alarum, quarum altera candet, altera nigra est. (ν) Wap. II. p. 103. Galeæ insidens vir nigro habitu, sed pallio albo indutus. (ξ) Wap. I. p. 210 Vir crurumtenus extans, veste argentea, cingulo atro, manicis quasi rubeis, utraque manu rictum oris diducens.

Cantherius argento candet in ſcuto bipertito; cujus anteriora rubent, ulteriora cyano tinguntur *Dominig.* [Sileſ.] (ξ)

§. XCII. Duos cantherios geſtant nigros in ſolo aureo, *Kecken de Maurſtetten* in 2. & 3. area [Bavar.] (α) Cæruleos in aureo (in poſteriori parte ſcuti) de *Lauter* [Haſſ.] cæruleos in argenteo. *Cazenove*, rubeos in area vellere vario farta, *Moreaumés* [Picard.] In ſcuto bipertito ex nigro & argento duos alternatim tinctos, *Prygkheuſer zu Wæchs* [Bavar.] (β) Bini cantherii argentei & rubei totam aream diſtinguunt in ſcuto (paronomoſia.) *Sparneck* [Franc.] (γ)

§. XCIII. Frequentiora ſunt exempla ternorum cantheriorum in eadem area. Geſtant enim hoc numero argenteos in ſcuto rubeo, fam. de *Aſch* [Bav.] (δ) *Varnier Blainville, Machecou.* Rubeos in argenteo *Richelieu* (unde celeberrimus ille Galliæ moderator Cardinalis.) *Baſſompierre, Bluſquellée.* [Britann.] *Chaſteaugontier, Cheuvrieres* (ſed cum margine exiliori ſtriato cæruleo. Ex hac familia in Burgund. ſunt Dn. de S. Mauris, Vicecom. du Thil.) *S. Palais* (ſed cum capite ſcutario item rubeo) *Cuinghien, Cremmer de Kunigshofen* [Auſtr. in 2. & 3.] (ε) nigros in aureo *Hannoniæ* ſ. *Hainouet.* Comit. (aliqui explicant emblema de 7. celebribus viis, quæ Bavaco ſub columna lapidea initium ſumentes recto & ſublimi tramite in omnes Galliæ partes porrigantur ex fama, ap. *Spelmann. aſpilog.* p. 98.) *Levis* (unde Duces de Ventadour. vid. Hiſt. inſig. L. 1. c. 51. *Raſſe, Neſe, Deſchamps* (Campan. ſed additis tribus orbibus viridibus) aureos cæruleo *Clermont* (*de Galerande, de S. Georges, de Buſſy, de Renel*) *Mergot, Montergon, Gorrevod de Marnay, Landes, Senarre.* (Burgund.) *Girard la Rouſſiere. Aureos in rubeo Chalon du Blé, Deſpensé, Fitigny, Crevecour, Garencheres, Luſe* (Aquitan.) Cæruleos in aureo *Rely* (Picard.) aureos in nigro. *Senaillii* (Burgund.) rubeos in aureo *Clare* (Angl.) *Savoiſii* (ſed margine dentato rubeo adjecto) *d' Iary, Gauffouts.* Argenteos in nigro, *La Cheſnaye. Nigros in argenteo Le Roy Gomberville* (ſed inducta toti faſcia rubea.) Hermionicos in rubeo. *Treceſſon, Martonville,* rubeos in hermionico, *Pleſſis Paté, Plæuc,* (Britann.) vario vellere fartos in ſcuto rubeo *d' Amiens* (ex antiquis Ambiani Caſtellanis.) In areas bipertita ex aureo & cæruleo 3. cantherios iisdem coloribus alternatim pictos *Grieſpeck* [Tirol.] (ζ)

§. XCIV. Ultra hunc numerum rarius proceditur. Suppetunt inter exempla aliqua: Ita quatuor rubeos inducit argenteæ parmæ *Courtray.*

§. XCV. Uti in prioribus figuris variarum mutationum, atque alterationum exempla obſervata ſunt, ita cantherio non minus varia accidunt. Superficiem afficit, cum aliquorum lineæ undulatim ſinuatæ pinguntur. (*heuron ondé.*) Ita *Saumaiſe* ſ. *Solmaſii* gerunt in area cærulea cantherium undulatum aureum, comitibus tribus ex eodem metallo glandibus. *Purget* [Pariſ.] in ſimili area argenteum, additis tribus molulis echinatis aureis. Huc *Pinnatos* (*crenellé*) referimus. Quales tres rubeos argenteo ſolo inſerit famil. *Hofer zum Lobenſtein* [Bavar.] (η) Quod le Labour de l' orig. des arm. n. 125. adſcribit *Schliziis* ſ. ut ipſe ſcribit in Haſſ. qui tamen baltheos ſiniſtros, non cantherios geſtant. Vid. ſupra n. 75. Si Chalcographo noſtro habenda fides, alia cantheriorum ſpecies addenda, cum nempe ſinuantur parum lineæ illos conſtituentes: Galli *Ployé* vocant, qua forma plurimi in armoriali noſtro pinguntur.

§. XCVI. Ex altero genere ſunt teſſellati cantherii, (*echiqueté*) talem ex argento & minio format, & nigræ areæ inſerit in 2. & 3. quadrante ſcuti fam. *de Throtta* [Miſn.] (θ) *Chaillou* in cærulea area ſimilem cantherium ex rubro & argento teſſellatum pingit, & ſuperius inter 2. lunas argenteas ſolem aureum, in cuſpide autem ſcuti concham argenteam adjicit. Exemplum 2. cantheriorum ex cyano & argento teſſellatorum in parma rubea notat, *Æg. Gelen. de Colon. Agr. Magn.* L. 2. ſ. 8. p. 148. in familia à *Trojen von der Trojen* (ι) (à fide, non à Troja ita dicta.) ſ. quod nomen dein ſub Francis ſumſere

(ξ) Wap. I. p. 58. Ex caſſide coronata jugum alarum, quarum altera cocco altera cyano tingitur, & ante eas cantherius argenteus. Laciniæ cæruleæ & rubeæ.

(α) Wap. I. p. 95. vid. ſ. 2. n. 5. (β) Wap. I. p. 97. Cornua duo cantheriis tincta. (γ) Wap. I. p. 105. Ex galea coronata jugum expanſum alarum cum typo ſcutario. (δ) Wap. I. p. 81. Pileus turbinatus & præter oram reductam argenteam cantheriis ſcuti exaratus, corona autem aurea & eminentibus pennis galli gallinacei faſtigiatus. (ε) Wap. I. p. 40. vid. ſ. 3. m. 2. n. 30. (ζ) Wap. I. p. 44. Ex galea coronata jugum expanſum alarum cantheriis ſcutariis inſignium. (η) Wap. I. p. 78. Coronata galea, inſiſtit naſſa coronata & pennis pavoninis faſtigiata. (θ) Wap. I. p. 151. Reſpondet galea ſecunda, pileo rubeo, cujus ora reducta candet, tecta; ſuſtinens jugum alarum nigrarum corculis argenteis & rubeis repletarum. (ι) Canis caput & collum cum millo teſſellato. (κ) Ex galea tecta diademate tortili expanſum jugum alarum typo ſcutario inſignitarum.

sete *d Schall* (α) [illo enim notante id nomen idem fuerit, quod fidelis, *Seneschallus* dominicus fidelis *marescallus*,, fidus stabuli, *Gottschalcus*, fidus Deo] verum nisi figura fallit, tessellati cantherii sunt ex argento & minio in parma argentea. Credit vero, *quia vir virtute clarus quadratus sit, ut inquit Aristoteles, id est, firmus, constans, immobilis, in Schalliorum de Bell insigniis virtutem & fidelitatem bellicam dispositas, quasi in duas tessellatas acies laterralis & quadris depictam*: & quidem fidelitatem duabus in aciebus servatam. Huc etiam referimus cantherios bipertitos: Exemplum dat familia *Saligdon* (Delfin.) quæ cæruleæ areæ inserit cantherium de auro & argento bipertitum (*cheuron parti*) sic *Wisenfeld* [Bavar.] (β) m. 1. & 4. area ex argento & cæruleo bipertita, cantherium pingit alternatis coloribus (*contre cheuronné*) invertit tantum ordinem colorum *Raumung de Daspach* [Rhenan.] (γ) *Ait de Altenberg* [Svev.] (δ) parmæ ex auro & minio bipertitæ cantherium inscribit, qui in auro niger, in rubeo candidus est. In Anglia *Merton*, gestat in solo aureo 3. cantherios, singulos bipertitos cæruleo & rubeo coloribus, quorum ille in superiori & inferiori, hic in medio prior est. Quem rubeæ areæ (in 1. & 4. quadrante) inserunt cantherium Baron. de *Thurn* (ε) ex argenteo & nigro compositus est. (componné) *Ruse Beaulieu s. d' Effiat* scuto rubeo inscribunt cantherium, undis alternis argenteis & cæruleis fasciatum, comitibus 3. leonibus aureis.

§. XCVII. Quæ communia cantherio, cum reliquis figuris accidentia sint, fere vidimus. Restat ut exprimamus aliqua illi peculiaria; talia sunt, quod nonnunquam vertex non acutus est, sed tanquam abscissa particula obtusus (*coupé en chef seu la pointe coupée*) ita observant in insignibus *Rupifulcaudiorum s. de la Rochefaucared*, quæ tæniis decem, alternis argenteis & cæruleis scutum implentibus 3. cantherios rubeos inducunt, primum ex his superiori parte abscissum esse. Aliis in scutis cantherii superius hiant, tanquam fracti essent, **gebrochene Sparren.** Galli vocant *cheuron brisé, rompu* seu *edatté*, tres tales nigros inscribit aureæ parmæ *Viole* (Paris.) cogitetur, an huc referenda sint insignia de *Beuchwiz* [Saxon.] (ζ) ut dicamus esse in solo aureo 5. cantherios ex cæruleo & rubro bipertitos & hiantes?

§. XCIIX. Ex situ etiam discrimina sunt. Dantur enim cantherii inversi. **Umgestürtzte Sparren/** *cheurons versés* seu *renversés*. Talem argenteum vides in rubea area 1. & 4. *Chontrin s. Concin* [Austr.] (η) Sic *Prevost s. Cyr.* talem cæruleum auro inscribit addito in capite scuti molula echinata rubea, in pede aquila nigra. Tres cæruleos pingit in auro *Montalais*. Ita scutum *Witzlebeu* [Misn.] (θ) cantheriis inversis alternis argenteis & rubeis constat. *Nimitz* [Silef.] (ι) agnoscunt scutum bipertitum, similibus cantheriis 4. inversis, argenteis & rubeis, singulis bipertitis repletum. Alii in alterum latus, dextrum vel lævum, conversi conspiciuntur *cauché*, & *tourné* aut *contourné*. Ex dextra in lævam respicit cantherius argenteus rubeæ parmæ inscriptus notandæ famil. *Marschalck de Stuntzberg* [Bav.] (κ) similis, sed in dextram conversus apparet in 2. & 3. area *Duchtel zu Dützing* [Bav.] (λ) Huc referimus, quod aliqui situm, quam regula poscit, altiorem vel inferiorem nanciscuntur. Illi *hausses*, hi *abaissés* vocantur. Illius exemplum est in insign. *Waldenburg* [Rhen.] (μ) quæ parmæ constant ex cæruleo, & argenteo bipertita, trunco ramoso ex caspide assurgente, similiter bipertito, sed coloribus alternatis, incumbente huic cantherio, nigro altiori solito. Hujus exemplum allegat *Paillot.* vel *abaissé Fryburg* Svev. in cærulea parma cantherium depressiorem aureum, sustinentem lilium pede mutilato, & *Rotenburg* [Com.] (ν) similem sustinentem caput leopardinum

(α) Ex galea tecta diademate tortili expansum jugum alarum typo scutario insignitarum.
(β) Wap. I. p. 96. galeæ coronatæ impositum jugum alarum cum typo scutario.
(γ) Wap. II. p. 107. alæ typus scuti impressus.
(δ) Wap. I. p. 114. cornua duo, utramque scuti partem imitantia.
(ε) Wap. I. p. 26. Ex coronata galea prominet caput lupi argento tinctum.
(ζ) Wap. I. p. 171. Jugum alarum, quarum prior rubea, altera cærulea est.
(η) Wap. I. p. 38. Ex galea coronata prominet animal auro pictum, flammas rubeas ore & auribus emittens. Laciniæ rubeæ & argenteæ. Conf. Hist. insign. l. 1. c. 18.
(θ) Wap. I. p. 165. pileus rubeus, ora reducta argentea, sustinens duos petiolos rubeis trifoliis utriusque ornatos, plumas struthionicas candidas deferentes.
(ι) Wap. I. p. 57. cornua duo scuti tincturis distinctæ.
(κ) Wap. II. p. 62. ala scutario picta typo.
(λ) Wap. I. p. 83. coronatæ galeæ incumbit jugum alarum complicatum, cum symbolo scutario. (μ) Wap. I. p. 129. inter duo cornua arietina, cantherius, trunco simili ramoso fastigiatus. (ν) Wap. II. p. 17.

aureum : Is verò in noſtris libris pingitur, tanquam cantherii cuſpidem rictu devorans. Nonnunquam cantherii, ſi plures ſint, ſupremi vertex non apparet, ſed occultatur, quod *peri en chef* Galli dicunt. Si plures diverſi ſitus cantherii jungantur, plerumque fit, ut anguli concurrant, vel opponantur. Galli vocant *contrepointé*, idque vel juxta longitudinem ſcuti, *en pal*, vel latitudinem *en faſce*. Exemplum illius præbent *Trauner* in 2. & 3. area [Bavar.] (α) qui cantherios duos nigrum alterum erectum, alterum inverſum angulis in medio coëuntibus inſcribunt argenteo ſolo.

§. IC. Ordo vocat, ut ſeptimam figuram ex numero honorabilium luſtremus, quæ *crux*, *croix*, **ein Creutz**/ & in forma diminuta *crucicula*, *crucula*, croiſette, **Creutzlein**. Figura notior eſt, quam ut deſcribi neceſſe ſit : ajunt autem quinque nonas ſcuti ea debere repleri. Fuere tamen qui, quod hoc nomine appellare ſolemus διῆγμα, crucem eſſe negent, 4. angulos pro inſigni parmæ, atque ita campum pro figura accipientes : quos reprehendit *Meneſtr. L'art du blaſ. juſtif.* c. 6. p. 132. *Vpton. de milit. offic. l. 4. p. 210.* Medium figuræ Galli *cœur*, cor, & quod illi inſcriptum *en cœur*, angulos quatuor *Cantons* appellare ſolent : unde cum quid angulis inſcribitur, crux vocatur *cantonnée*, ad dignitatem figuræ ſpectare poſſet, ſi vera narraret, cum Uptonus l. 4. p. 209. aſſerit : *Nunquam reperi, quod aliqua arma de cœlo miſſa, niſi in eis fuiſſent, aut fuiſſet, ſigna, vel ſignum crucis præter inſignia regis Franciæ.* Sed apud cordatiores nullum aſſortini huic pretium, cum illi ſciant, quæ de inſignium origine cœleſti communiter jactari ſolent.

§. C. De origine & emblemate figuræ, (ut quæ apud Theologos & Philologos plurima reperiuntur, omittam, atque ſolis, qui huic diſciplinæ operam dedere, utar) illa ex *Henr. Spelmann.* aſpilog. p. 98. cape : *Crucis figura apud Chaldæos, Arabes, Ægyptios, Græcos (nondum crucifixo Chriſto) in honore fuit. Ægyptiis inter ſacras literas ab initio religionis & Serapidis pectori impreſſa : victoriæ & ſalutis ſymbolum.* Iterum : *Poſt paſſionem Chriſtianitatis hieroglyphicum, quod ideo domibus ſuis primi appingunt Alexandrini deletis jam inde Serapidis thoracibus.* Monet ulterius militaribus ſignis intuliſſe, & primarium conſtituiſſe Conſtantinum M. Eundem militum arma crucis ſymbolo ſignaſſe, ut paulatim ad veri Dei cognitionem & cultum hac ratione deducerentur, ex Euſeb. 4. de rit. Conſt. Tum Theodoſianis clypeis frequenter uſurpatum, demum flagrantibus adverſus Saracenos bellis magis magique inerebuiſſe obſervat, conf. *Æg. Gelen. de Colon. Agr. magn.* l. 2. c. 6. p. 144. Cum de hoc dubium eſſe nequeat, nunquam tamen aſſurgam opinioni eorum, qui apud *Philib. Campanile dell' armi p.* 129. comminiſcuntur, quod omnes familiæ, quibus pro inſignibus crux eſt, ortæ ſint ab aliquo Bullioneæ expeditionis milite. Quamvis enim tum in bello omnes uſi ſint cruce rubea, poſtea tamen diſcriminis cauſa alios colores ſumtos eſſe, opinantur. Alii hoc ſignum Eccleſiaſticis olim datum perhibent. Vid. G. *Phil. Harsdörfer* **geſprächſp.** P. 4. dial. 179. p. 304. Suo more ineptit *Ioh. de B. aureo* p. 27. iſtis verbis : *Rex Heraldorum videns aliquem cupientem portare arma, ignorans aliquam bonam, vel malam conditionem in eo, vel proprietatem, debet aſſignare ſibi de crucibus ſupra dictis : quam crucem portare, ſignat portantem non habere aliquam cauſam vel conditionem, ſecundum quam poſſent ſibi arma aſſignari, ſed ſignat hominem brutalem.* Quis quæſo febricitans ita ſomniavit? Alii enſem crucis figura repræſentari ajunt.

§. CI. Antequam ad ſpecialia tranſeam, obſervandum eſt, ſingulis nationibus certorum colorum cruces in antiquis expeditionibus adſignatas legi. Ita *Vulſ. de la Colomb.* ait à gallis argenteas, Anglis aureas vel rubeas, Hiſpanis rubeas, Italis cæruleas, Germanis nigras vel aurantias, Saxonibus (quibus ex Hovedeno in ann. 1188. Philippum C. Flandriæ adjicies) virides ſumtas. Similia fere *Spelmannus* memorat. Sed *Le Laboureur* receptam hanc ſententiam vanitatis arguit, adverſus quem legere operæ pretium eſt, qui ſe defendat *Meneſtr. L'art du blaſ. juſtifié.* c. 11. p. 268. 269. adductus ab illo locus *Gagoini* l. 10. de cruce candida Gallorum teſtimonium luculentum eſt. *Ad hunc modum Bajona Caroli VII. ditioni & poteſtati reſtituta eſt. Die verò inſequenti oriente ſole, ſereno cœlo crux candida in cœlo viſa apparuit, quam & Francus Anglusque palam conſpexit. Quo cœleſti ſigno arbitrati cives, ſe divinitus admonitos Carolo parere, mox Angli regis inſignibus abjectis candida ſe cruce ornaverunt.*

§. CII. Antequam varias differentias crucium exponamus, luſtrabimus illas, quarum figura ordinaria eſt, ſi ſine adjecto crucis mentio fiat, alioqui vero *plana* (*croix plaine*

quar-

(α) Wap. I. p. 79. reſpondet galea coronata jugum alarum complicatum cum typo ſcutario ſuſtinens.

quartiertes vel viereckigtes Creutz) vocatur, quam solam *Segoing* Thes. Herald. P. 2. p. 52. inter honorabiles figuras agnoscit. Talis argentea fulget in parma rubea, & crux *Georgii* aliquibus nuncupatur: Notandis istis familiis, vel dignitatibus, aut communitatibus: *Sabaudia*, (vid. Hist. insign. l. 1. c. 83.) *ordo Rhodius s. Melitensis à S. Ioanne* cognominatus, *Constantia s. Costniz* Episc. (α) *Vienna* [civit. Austr.] (β) *Rotthal* [Austr.] (γ) *Kinzich* [Rhen.] (δ) *Tournay Mortagne* (ex capellanis & principibus Tornaci) *la chapelle Rinsonin* (Cenoman.) Adjiciunt tali cruci 4. conchylia argentea *Raymond.* (unde *M. de Monsloir*) 4. molulas echinatas argenteas *Fay s. Iouin.*

§. CIII. Argentea ornat parmam nigram pro istis: *Havelberg.* Episc. (ε) *Virodunensis s. Verdunius*, Episc. (ζ) *Precij.* Comites dat in angulis *Chamblay* 4. lilia aurata.

§. CIV. Iterum argentea cærulco clypeo inscribitur. En exempla *Speir s. Spirens.* Episc. (η) *L'Arconneur*, inscribunt 5. conchylia rubea *Muydteblé*, adjiciunt comites 4. lilia aurea *S. Martin.* (Provine.) Totum areæ spatium conserit cruciculis aureis *Blainville.*

§. CV. Argentea in viridi conspicitur area, in simili aurea pingitur, vicissim viridis crux occupat argenteum solum, vel aureum *des Barres.*

§. CVI. Aurea crux splendet in rubeo scuto, pro istis. *Rigens.* Archiepisc. Livoniæ (θ) *Paderbornens.* Episc. (ι) *Lubecensis* Episc. (κ) *La Poterie, Valery, Varennes* (Picard.) S. Georges (Burgund.) Adjiciunt *Streithagen* (infr. Rhen.) dextro quadranti cassidem cæruleam cum loris dependentibus, (λ) *Prevost du Fort* quatuor scutula argentea. Inscribunt *l'ully Rousseroles* 5. conchylia cærulea (conjectis etiam in angulos 4. rosis pentaphyllis argenteis.)

§. CVII. Ita quæ sequentes designat crux cæruleo picta clypeo, meliori metallo tincta est. *Briançon* (Delfinat.) *Vernon, s. Solieu, Lesongar Pratonras* (Britann.) *Modschidler in Gera* [Francon.] (μ) *Bodeckher in Ellgow* in 1. & 4. area [Helv.] (ν) Comites adjiciunt *Berangeville* 4. molulas echinatas aureas, *Choiseul Praslin* (conf. Hist. insign. l. 1. c. 16.) 18. plinthides aureas, *Aigremont* (Burgund.) 20. plinthidis ejusdem metalli.

§. CIIX. Si nigram parmam occupat aurea crux, gestamen morum est. *Suffolck* (Angl.) *Bozheim* [Alsat. & Patrit. Francofurt.] (ξ) *Razen de Frenz* [Rhen.] (ο) *d'Albon S. André* (sed ponticulo trifido rubeo imposito.)

§. CIX. Rubea crux argenteam parmam ornat. *Trevirens. s. Trier* Archiepisc. (π) *Templanorum* ordo, *Borudricourt* inscribunt, aureum lilium cordi crucis *Lincolnia* (civ. Angl.) 5. aurea conchylia *Hangest. de Ienlis* (his addit *Montinii* ponticulum quinquefidum cæruleum) 5. pentaphyllas rosas aureas *Cramailles*, 5. fibulas (*fermeaux*) aureas *Le Bois.* Adjiciunt 4. leones nigros, lingva & angulis rubeis *La Luthumiere* (Normann.) nigrum ensem inscriptum dextro superiori angulo

(α) Wap. I. p. 10. levis extremorum flexura, nondum efficit, ut pedatam credam. (β) Wap. I. p. 220. (γ) Wap. I. p. 38. An hanc pedatis adscribere, vel flexuram chalcographo imputare debeam, non bene discerno. Galeæ coronatæ inter alarum expansarum rubearum jugum fulget crux scutaria. (δ) Wap. I. p. 108. duo cornua argentata. (ε) Wap. I. p. 11. (ζ) Wap. I. p. 12. (η) Wap. I. p. 9. Conf Hist. insign. l. 1. c. 64. n. 8. (θ) Wap. I. p. 9. (ι) Wap. I. p. 10. Conf. *Sh. Hæping. de Jure insign. c. 6. n. 65. 66.* (κ) Wap. I. p. 11. Hæc paulo aliter describit Hæping. de Jure insign. c. 6. n. 73. cæterum in exemplis flexuram extremorum, iterum potius sculptoris phantasiæ tribuo, quam ut pedatam suspicer. Cedam tamen rectius monenti.

(λ) Wap. II. p. 118. herma virilis pectore crucem, capite galeam cæruleam plumis struthionicis auro, & minio tinctis instructam gestans.

(μ) Wap. I. p. 109. super galea coronata inter jugum alarum cærulearum expansum, crucicula aurea. *Geliot. indic. armorial. p. 239.* pedatis adnumerat, & hoc sculptor, nisi erravit, velle videtur.

(ν) Wap. I. p. 199. In apice, diademate tortili imposito, huic areæ respondet jugum alarum, superiori parte cærulearum, inferiori aurearum, inter quas ob 2. & 3. areas leo scutarius rubeus salit.

(ξ) Wap. I. p. 195. inter duo cornua bubalina aurea catellus exoriens candidus. Alii apices aliis usitati conspiciuntur ap. *Bernh. Herzog. Chon. Alsat.* l. 6. p. 233. 234. Laciniæ, contra regulam nigræ & argenteæ. Idem Herzog *Beato Rhenano* memorat, crucem hanc insigne fuisse præturæ imperialis in urbe Selestadiensi, quæ dein familiæ accrevit.

(ο) Wap. I. p. 131. caput bovinum nigrum deauratis ornatum cornibus.

(π) Wap. I. p. 3. & 9. Et Hist. insign. l. 1. c. 91.

Londinum (Angliæ metrop.) quaduor conchylia rubea *Bouchard.* Tum auream, *Berckheim* [Alſat.] (α) & cum qua iſta familia, hoc ipſo inſignium & duorum oppidulorum συνωνύμων viciniæ, atque tandem de ſucceſſione feudali pactorum argumento (vid. *Bernh. Herzog. Chron.* Alſat. L. 6. p. 230.) eadem eſſe videtur inter 4. imperii equites relata *Andlaw* [Alſat.] (β) *Mortagne, Mellemont, L'Aage Puy Laurent, Bigod. Com. de Norfolck* [Angl.] *Monbrun* [Arvem.] *d'Arſillieres* [Campan.] *Oudars* [Anjou.] *Haraucourt* [Lotharing.] ſed impreſſo in honorario quadrante leone nigro, falculis rubentibus. Adjiciunt 4. capita Maurorum nigra, argentea faſcia redimita *Sardiniæ* (regnum.)

§. CX. Nigra crux inſcribitur ſcuto aureo. *Merſeburg.* Epiſc. (γ) *Bilandt* nunc Baron. [Rhen.] (δ) *La Chapelle la Trouſſiere, Bruges, Frenz* [Colon.] (ε) Inſcribunt tali cruci *Rayneval* & *Barrault* 5. conchylia argentea. Similem conſpicies in argento. *Colonienſ.* Archiepiſc. (ζ) *Fuldenſ.* Abb. (η) *Teutonicus ordo, Blemur.* Inſcribunt cruci *Bours* 5. conchylia aurea, *Le Vayer* (cænoman.) 5. ſpecula argentata, ſed circulis aureis circumdata. Adjiciunt 16. merulas nigras *Monſigny.*

§. CXI. Si cæruleo colore pingitur crux in ſolo aureo, notatur ex illis ſtirpibus aliqua. Inſcripta luna argentea, & adjectis 4. aquilulis, quæ ſe reſpiciunt, nigris, coronatis tamen, falcatis & linguatis minio *Favyn.* Si vero argenteam parmam repleat, de iſtis cogitandum eſt. Inſcribunt huic cruci *Margival* 5. conchylia aurea, *Piccolomini* (unde Duces Amalfitani.) 5. lunæ creſcentis auro pictas imagines.

§. CXII. Pellium uſus etiam à crucibus non excluditur. Ita in parma rubea vario vellere conſuitur crux famil. *Lancarota* (Hiſpan.) *Tourbaut.* Hermionico ſcuto inſcribit crucem rubeam 5. conchyliis aureis impreſſam *Flavy.*

§. CXIII. Si priores figuræ mutationes varias patiuntur, vix tamen alia plures ſuſtinet, quam crux. In 4. autem claſſes accidentia illa partiemur, 1. quæ lineis accidunt, crucem conſtituentibus. 2. quæ ſolum extremitatibus 3. quæ ſpatium comprehenſum lineis partiuntur aut replent. 4. quæ totam fere figuram immutant. Quæ ad primum ordinem referenda ſunt, etiam in reliquis vidimus. Huc ſpectat 1. crux *denticulata* (*denchée*, ou *dentelée.* **ausgeſpitzt oder gekerbt Creutz.**) Talis eſt aurea in ſcuto nigro pro *Iofferand* (Arvem.) & la *Queuille*, rubea in aureo *Boiſſaveſne*, aurea in rubeo. *Gadaigne* (aurea in cæruleo, *De Fords de Fours*) argentea in nigro, *Du Gué.* argentea, in rubeo *Eſtournel.* al. dict. *de Creton*, rubea in argenteo. *Lenoncourt Nantueil, Gymenich* [Colon.] (θ) nigra in argenteo *von Hoven* (Col. quæ dicitur, cum gentilis eſſet, cervum in ſcuto geſiſſe, ſed fide aſſumta cum cruce commutaſſe, retento cervo in galea. Gelen.) Geſtat etiam dentatam argenteam in parma rubea *Muderſpach* [Rhen.] (ι) ſed ad modum pedatæ crucis extremis ejus paulo latioribus.

§. CXIV. Affinis eſt crux ſtriata (*engreslée*, **ausgeſchüpt.** *Ingradatum* vocat *Vpton. & Ioh. de B. aureo.*) Exempla videamus. Geſtant ergo argenteam ſtriatam in Solo nigro *Rœmersthal* [Rhen.] (κ) Rubeam in argenteo, *Gournay Gemenich* [Rhen.] (λ) *Pleſſis Liencourt* (ſed cruci impreſſis 5. conchis argenteis, & adjecta faſciola trifida cærulea. *Lambe.*) argenteam in rubeo, *Ingholdeſtorp. Coëtgourheden, Lomaria.* Nigram in aureo Baron. *de Mohun* [Angl.] *du Hamel*, auream in cæruleo. *Mozé* (*Guienn.*) *chenin* (ſed cum ponticulo rubeo) *la Feillée*, rubeam in aureo. *Du Chaſtel Giffart* (Britann. ſed ut angulis ſinguli leones cærulei inſcribantur) *Hochkirchen* [Rhen.] ſed ut in dextro quadrante nigro templum argento pictum conſpiciatur, (μ) auream in nigro *Leffort.*

(α) Wap. I. p. 192. Culcitra rubea galeæ incumbit, illi vero inſiſtens anas auro tingitur. (β) Wap. I. p. 192. Herma virilis coronata, hermionico amictu. Laciniæ, quod ἀνώμαλον, argento utrinque obductæ. (γ) Wap. I. p. 31. (δ) Wap. I. p. 132. galeæ coronatæ inſiſtens gallus gallinaceus criſta & annulo, quo collum revinctus eſt aureis. (ε) caput & cervix tauri nigra. De Hieroglyphico & gentis Origine, vid. *Æg. Gelen. de Colon. Agr. Magn.* L. 2. ſ. 5. p. 141. (ζ) Wap. I. p. 39. & noſtr. Hiſt. inſig. L. 3. c. 8. (η) Wap. I. p. 31. Cæterum de his inſignibus & peculiari apice, vide plura ap. Th. *Hæping. de Jur. inſign.* c. 6. n. 86. (θ) Galeæ coronatæ inſiſtit anas & faſciculus pennarum, vel paluſtris herbæ ſurculum. De Origine famil. *Æg. Gelen. de Col. Agr. Magn.* L. 2. ſ. 6. p. 142. & ſ. 12. p. 158. conf. ſ. 3. m. 1. n. 28. (ι) Wap. I. p. 133. Herma virilis rubeo amictu, geſtans epiſcopalem mitram argento & minio ornatam. (κ) Wap. I. p. 126. Herma virilis, cujus amictus & pileus turbinatus ſcutario typo inſigniuntur. (λ) Wap. II. p. 104. Galea tecta pileo lato argenteo, anas candidi coloris inſiſtit, quæ poſt illam figura pingitur, non ſatis valeo dignoſcere. (μ) Wap. II. p. 113. Caput moloſſi auro obductum, collo, crucem ſcutariam, aure nigra templi effigiem referunt.

Leffort. [Angl.] nigram in argenteo. *Feuqueray*, auream in rubeo, *Bouchavanes*, *Kohtgrafen* (sed ut in dextro angulo addatur caput Æthiopis) [Silef.] (α) Argenteam in cæruleo. *Daillon*, unde comites *Ludæ*) *Gilbert de Voisins* (sed ut in angulis singulæ lunæ crescentis imagines aureæ inserantur.

§. CXV. Huc referimus 3. cruces *pinnatas*. Ita *Saliceta* [Genuens.] gestant crucem viridem pinnatam (*bretessée*) in parma aurea. *Aulhon Servieres* argenteam in cærulea. 4. *truncatas*, quas *arborées*, *recoupées*, *recoupies*, vel *clavellées* vocant; **gestümmelt Ast Creutz.** Talem gestant nigram in scuto argenteo Baron. *Sandes* [Angl.] rubeam in simili parma. *Laurentii* (Angl. in agro Lancastr.) 5. *Vndulatas* (**Wellen-Creutz.**) huc etiam referrem, si occurrerent exempla. Nec non 6. quas Galli vocant *arrondies*, lineis incurvatis. Sed harum etiam non succurrunt specimina.

§. CXVI. Ad secundum ordinem spectant cruces, quarum extremitates aliter, atque aliter afficiuntur. Inter eas forte primus locus debetur *pedatis*: quæ ita dicuntur, si lineæ crucem constituentes, cum ad scuti imaginem tenditur, paulatim curvantur, ut extrema figura multo amplius, quam medium pateat. Uptonus *patentes* & *inæquales* vocat. Galli *patées*. Nostri **ausgerundte flache Creutze.** De ea ab alia figura, quam *Otelle* vocant, discernenda consulatur *Menestr.* L'art du blas. justif. c. 6. p. 132. Exempla sunt. *Argentre* [Britan.] crux pedata cærulea in Solo argenteo: *Bonabes de Rouye*, argentea in cæruleo, ita & *du Monstier*, *Souvin* rubea in hermionico, *L'Isle Iourdain* aurea in rubeo, *Partenay* nigra in argenteo. *Pierre du Puygreffier* & *Plessis Boudoin* rubea in aureo, *Prantanroux* & *Kerrouant* [Britann.] cærulea in argenteo, *Lornay* nigra in argenteo, *Penguilli* [Britan.] in cæruleo argentea. Hæc omnia exempla sunt pedatarum, quæ marginem scuti tangunt, sunt tamen aliæ, quæ non tangunt, atque ob hoc *alaisées* vocantur. Talem gestant *du Tilles* [Tilii. Paris.] rubeam in parma aurea. Deferunt etiam tres tales aureas in cæruleo scuto *Asseliri*, novem argenteas in rubeo *Cruillas* [Hispan.]

§. CXVII. Appellantur in communi *Croix alaisées*, quæcunque non tangunt scuti marginem, **schwebende Creutz.** *Vpton.* vocat *æquales*, quia crucis fines sint æqualis longitudinis. Vocatur etiam *coupées*, sed alio sensu, quam mox §. 125. dabimus: item *raccourcies*, unde nostrum **abgekürtzt Creutz.** Convenit talis situs variis speciebus crucis, de pedatis jam diximus. Est, ubi simplices cruces illo situ pinguntur. Ita *Petschach* [Austr.] (β) gestat crucem auream à margine scuti cærulei dejunctam. *Lieber* [Tirol.] (γ) itidem auream adjectis ejusdem metalli orbibus, vel Byzantinis nummis in parma nigra (quod extrema parum curvantur, nollem tamen de pedata ob hoc cum Gelioto cogitare, sed pictoris phantasiæ id tribui poterit) *Xaintrailles* rubeam in argentea. Et quidem putat *Le Labour. de l'Orig. des arm. n.* 121. omnes omnino cruces planas tali situ esse debere, h. e. à margine dejunctas, quia olim sacras expeditiones suscepturi cruces palliis & tunicis armorum ita aptaverint, ut extremitates apparerent. Inprimis autem hic situs convenit illis crucibus, quarum extrema aliis ornantur figuris, vel alias alterantur. Quod multis modis fit. Præcipuos hic enumerabo: 1. Nonnunquam in flores, inprimis lilia, terminantur crucis extrema. Vocare tales solent cruces *liliatas*, vel *floridas*. **Lilien-Creutz.** Galli *florencées* s. *fleurdelisées*. Has distinguit ab aliis, quas *fleuretées* s. *fleuronnées* nuncupat, & in trifolia terminari dicit *Varenn. R. d'arm. P.* 3. *p.* 394. *Geliot in dict. Armor. voc. Fleurdelisé*, vult liliis significandis diserte addi fleurdelisé seu florenée de *France*: sed trifolia intelligo, cum simpliciter dicitur *fleuronné*, *fleuretté*, *fleuré*. Cæterum de Christianorum more veteri (*Favinus* ad Apostolorum tempora refert.) exornandi crucis extremitates liliis legatur *Ferrand. epinic. pro lilio. p.* 41. *seq.* Liliatas cruces reperio familiarum: *Iully-S. Denis* rubeam in parma argentea, *Villequer la Guierche* auream in rubea, 12. plinthidibus aureis striata, *Franceschi de Rougemont* (ex Florentinis.) auream in cæruleo, *Velasquez* (Hispan.) cæruleam (sed exinanitam, *Vuidée*) in argentea, limbo scuti dentato ejusdem coloris: Tales etiam liliatas cruces infra c. 7. videbimus, quæ in usu sunt ordinibus Geniстæ, Magdalenæ,

(α) Wap. V. p. 70. Capus Æthiopis fascia revinctum.

(β) Wap. I. p. 38. Respondet galea media, cui imposita conspicitur corona Imperialis, ex ea vero prodeunt duo vexilla cærulea, perticis & cruce singulis impressa aureis.

(γ) Wap. I. p. 44. Aureo pedi aquilæ, vel gryphi adnata ala nigra cum scutario typo.

Alcantaræ, Calatraræ, Aviſii, Jeſu Chriſti, Dominici, Cygni, Teutonici, uti iterum recenſet prædictus *Ferrond.* p. 43. Geſtant liliatas, ſed ſimul pedatas, in argento rubeam *Trouſſelli*, in praſino auream *Pavelleji*, nigram in argento, *Swinertoni*, omnes in Anglia.

§. CXVIII. Affinis figura eſt crucium *treſslées*, *trifoliatarum* (modo §. præced. diximus etiam *Fleuronnées* appellari.) Ita vocantur, quarum extremitates, non tam trifoliis ornantur, quam in trifolia formantur. Vocatur *Crux Lazari*, qui ordini illi placuit. Exempla ſunt. Aurea trifoliata crux in ſolo cæruleo, in area 2. & 3. *Walter de Griesbach* [Helvet.] (α) aurea in rubeo. *Birglin* [Patrit. Auguſt. in bipertiti ſcuti regione poſteriori.] (β) rubea in aureo *S. Lambert*, & *Brancas de Villars* (alibi lego huic dare auream in cæruleo) argentea in rubeo *S. Gobert* ſ. *Montgobert*, aurea in cæruleo adjectis 4. argentatis leonibus *Durham* ſ. *Dunelmum.* [civ. Angl.] *Veller* 3. nigras argento inſcribit.

§. CXIX. Crux 3. anchorata (*encrée*, Ancker-Creutz/) habens utrinque repandos & recurvos 4. extremos ſcapos, anchoram aliquo modo refert extremitate ſua: & ſpei cruci innixæ perhibetur ſymbolum. Placuit hæc figura pluribus, ita geſtant auream in ſcuto nigro *Hoffwarth* [Svev.] (γ) cæruleam in aureo *Hoffwarth* (Franc. videtur inter diverſas lineas variatio colorum diſcerniculo ſervire) (δ) auream in rubeo *Molberg* 1. & 4. [Rhen.] (ε) *Caſtel fromont.* Argenteam in cæruleo. *Düne* [Rhen.] (ζ) rubeam in aureo *Damas c. Thianges, chaume Iean Fourilles, Bernieules Rabodanges, Couſans*, *Hainville* [Lotharing.] *Ville neuve* (Limoſin. ſed margine ſcuti cæruleo.) nigram in argenteo *Gourlay* [Picard.] *Beaucé* [Picton.] *Montalamben.* [Guienn.] *Boulainvilliers* (ſed impreſſa medio ſtella 16. radiorum argentea.) Viridem in aureo *Mardoryne*, *Simphalle*, *La Salle* [Burbon.] (ſed quadranti dextro miniato) auream in cæruleo *Le Bourgoin* [Nivem.] *Coulombiers* (ſed impreſſis 5. conchyliis rubeis) *Bajordan.* ſed cum limbo ſcutario aureo) rubeam in argenteo. *Linieres* [Picard.] *Bourys.* Argenteam in nigro. *Bonin Meſſignac.* Varii velleris in rubeo *La Chaſtre*, *de Fortibus* [Angl.] rubeam in ſcuto ex cæruleo, & aureo bipertito, impreſſis 5. conchyliis argenteis. *Senarpont.* Rubeam in ſcuto ex auro, & cæruleo bipertito. *Caën* ex minio & argento bipertitum in parma ad eundem modum bipertita. *Alegrin de Cajeu.* Tres rubeas anchoratas inſcribit argento *Hodicq.* Huc refero crucem rubeam in aurea parma. In inſign. c. *Gleichenſ.* 2. & 3. (ν)

§. CXX. Non longe abit figura 4. crucis *Molendinaris* (*Moleyne*) apud *Vptonum*, quam *furcatam* vocat, *Ioh. de B. aureo*, & molendinari, aliam dat figuram. Verum furcata æquè iſte mentionem facit. Furcatam, vel ex 4. furcis, qualibus ſclopi majores imponi ſolent, conſtantem nigram inſcribit areæ aureæ fam. *Truchſes de Kühlental.* (Svev.) (θ) Nec alia ſpecies multum abludit, cum Galli vocant 5. *Croix cercelé* aut *reſercelé*, cujus extrema utrinque in dimidios circulos flectuntur, vel criſpantur. Conf. *Meneſtr. L'art du blaſ. juſtif. c. 6. p.* 130. *Weyer* [Rhen.] (ι) geſtant in aurea parma crucem talem extremis in circellos flexis; crucis medio vero imponunt nigrum ſcutulum 3. impreſſis talentis aureis. *Funillis* in ſcuto aureo nigram inuſtis 5. parmulis argenteis, quas ſingulas ambit margo ſtriatus rubeus, vel ap. *Geliot* niger. Magis vero mireris, quid in animo fuerit illis, qui 6. crucis extrema *ſerpentinis capitibus* exornare voluere: niſi quod ferant, in ſerpentem in deſerto exaltatum reſpici, Galli vocant *gringolée*, & *viurée* ſ. *giurée*, Schlangen-Köpff-Creutz. Talis eſt rubea, parmæ argenteæ inſcripta, capitibus ſerpentinis auro pictis pro *Monfort* [Britann.] & niſi quod capita ſerpentum alium colorem à cruce non agnoſcunt, *Krummel* [inf. Rhen.] (κ) argentea talis crux in parma rubea, impoſito medio ſcutulo argenteo tribus orbibus rubeis impreſſo notat

Huyn

(α) Wap. I. p. 202. (β) Wap. I. p. 216. (γ) Wap. I. p. 110. Coronatæ galeæ impoſitus pileus orientalis rubeus acuminatus, & pennis pavoninis faſtigiatus. (δ) Wap. I. p. 103. Ex galea coronata prominens pileus orientalis cæruleus penna pavonina ſuperius ornatus. (ε) Wap. I. p. 130. Apex nullus videtur huic convenire areæ, ſi colores conſideremus: ſed ob hanc aream alterum laciniarum latus auro & minio tingitur. (ζ) Wap. II. p. 107. Mitra Epiſcopalis cærulea, argento ornata. (ν) Wap. II. p. 17. (θ) Wap. II. p. 84. Duo cornua argentea ternis manipulis graminis, vel pennarum galli gallinacei exornata. (ι) Wap. II. p. 113. Pileus niger, ora reducta aurea, impoſita quoque ala nigra. (κ) Wap. II. p. 118. Ex galea, diademate tortili tecta in altum porrigitur pes ocrea & calcari indutus.

Huyn ab Anstenraet (α) [inf. Rhen.] (Hos Gelen. putat vel ab Hunnorum sanguine, vel victoria nomen derivasse; conf. de hac figura inf. s. 6. m. 3. n. 16.) similis rubea in clypeo argenteo, medio crucis incumbente tessera quadrata 5. punctis insigni servit famil. *Dobbelstein*, [inf. Rhen.] (β) *Kaër* (Britann.) inscribit scuto rubeo hermionicam crucem, capitibus serpentum auro tinctis.

§. CXXI. 7. Si extrema crucis transversis denuo lineis tegantur, tanquam quatuor cruces commissæ conjungerentur, vocare solent *patibulatam*, Chassaneus *potentialem s. potentiatam*, ex Gallico *croix potencée*, **Krucken-Creutz** / talem nigram inscribit areæ argenteæ *Calabriæ*: argenteæ auream, sed adjectis 4. simplicibus cruciculis ejusdem metalli regnum *Hierosolymorum* (conf. Hist. insign. l. 1. c. 58. n. 6. 24.) 8. affinis est figura crucis *brachiatæ s. cruciatæ*, quæ 4. cruces immissas, in medio conjunctas repræsentat. Galli *recroisée*, vel *recroisettée* appellant, nostri **Wieder-Creutz**. Gestat talem rubeam in aureo *Beyerley* (Angl.) Sex tales cruciculas nigras 3. 2. 1. sed in imo spiculatas gestat (adjecto capite scutario cæruleo, 3. stellis aureis impressis) in parma argentea *Clintan C. de Huntingdon*.

§. CXXII. Exempla etiam sunt crucium, quarum staticulum, vel statumen in spiculum terminatur, quæ inde vocantur 9. *spiculatæ, fichées, au pied fiché*. **Nagelspitz-Creutz**. Uptonus *figitivas* vocat, Spelmannus p. 100. *cuspides* s. gestatorias. Rationem addit: *Hujusmodi crucem & manu gestare, & terræ infigere (ubi reverentiam loco cupiebant inferre) moris fuit*. Mysticam significationem quærit *M. Gilb. de Varenn. R. d' arm.* P. 3. p. 388. *Il est bien vray, que ces croix recroisettes ont ordinairement le pied fort aigu, d' où vient qu' on les appelle au pied fiché, & que de prime face elles semblent devoir porter la pointe de douleur, ou elles seront plantées, mais je vous donne parole, que cette espine se tourne en rose, & que la moindu goutte du sang du Fils de Dieu n' est pas si tost infusé dans le cœur, par le moyene de quelque grace, que cette pointe venant à estre rebouchée tout à fait, la joye prend infailliblement la place de cette tristesse imaginaire.* Quod ita latine sonaret: *Verum est, ordinarie crucium cruciatarum pedem satis acutum esse, unde spiculatæ, vel figitivæ dicuntur, & prima specie dolorem excitare videntur, ubi infiguntur. Sed certos esse jubeo, spinam hanc in rosam conversam & minimam guttam sangvinis Filii Dei vix aliqua cœlesti gratia cordi infusum iri, quin ilico cuspide retuso & hebetato, certe imaginariæ tristitiæ gaudium succedat.* Exemplum spiculatarum crucium, ut de cruciatis, quas ordinariè ferè, ita pingi audivimus, nihil dicamus, ista reperi. Gestat argenteam in rubea parma *Fresen* [Brunsv.] (γ) Dantur etiam 10. cruces, quarum singulæ extremitates tricuspides sunt, seu duplici dente incisæ, *Furcatas* dicas, quia gallis audiunt *Fourchées*. *Varenn.* vocat *danchées*, sed cavendum, ne terminus æquivocus (num. §. 113. alia acceptio notata est) confusionem inducat. Exempla hujus generis vidi, *La Roche chemeraut*, talem gestat argenteam in solo cæruleo. *Seque* nigram in argenteo. *Buffevant* auream in cæruleo: *Vrsay La Beraudiere* in 1. & 4. similiter.

§. CXXIII. Quarundam crucium 11. extrema in columnarum speciem formantur, impositis singulis orbibus. *Columnarem* dicunt. Nostri **Kugelstab-Creutz** / Galli *bourdonnée*, vel *pommelée* dicunt. Quod tamen posteriorem hunc terminum attinet, alia significatio etiam extat apud *Geliot. ind. arm.* voce *croix pommelée*, cum illa hoc nomine vocatur, cujus extrema in rhombi figuram terminata angulis singula poma sustinet. Qualem cæruleam 12. pomis ornatam dant *Manfredis* (Succens.) rationem pomorum cruci aptorum, aliqui in pomo quærunt, quod à protoplastis comestum cruce sua salvator expiârit.

§. CXXIV. Datur etiam crux 12. cujus omnia, vel superius extremum in uncos terminantur, *cruces hamatæ*, **Creutz mit einem Hacken** / non longe abludit figura cærulea scuti argentei *Mayrhofen* [Bav.] (δ) crucem undique hamatam 卐 auream in scuti transversè secti, cujus superior pars argentea sciurum rubeum continet, parte viridi gestat fam. *Rückersfelder* (ε) [Patrit. Francof.] Ita plerasque differentias, quæ crucibus ratione extremorum accidunt, enumeravimus, nec tamen omnes; omisimus enim fere quarum exempla non succurrebant. Ne vero potiorum nomina nesciat lector: dabo aliqua, *Peronnée* vocat *Vulson*, *Geliot. enserrée de 4. de grez.*

si in

(α) Wap. I. p. 115. ex coronata galea prospiciens caput serpentinum ex argento. (β) Wap. II. p. 115. (γ) Wap. I. p. 185. diademati tortili impositæ tres, inter duas rubeas media argentata, plumæ struthionicæ. (δ) Wap. I. p. 94. jugum complicatum alarum cum typo scutario. (ε) Inter alas cæruleam & argenteam sciurus. Lacin. virides & arg.

ſi in graduum figuram extrema crucis, ubi marginem ſcuti tangunt, formantur: *Graduatæ* an dicendæ ſint, alii viderint. *Barbée* dicitur, cujus extrema in ſagittarum ſpeciem terminantur, forte *Sagittalis* dicenda: *Mouſſue*, cum extrema in rotundam formam effigiantur. *Aigvisée*, cum extrema omnia in cuſpides exeunt. *Eſtoilée*, ſtellæ 4. radiorum exhibet ſpeciem. *Croiſantée*, ſingulas lunæ creſcentis imagines extremis aptat. Nonnulli etiam crucibus annumerant figuram ferri molendinaris ſ. *fer de moulin*. Quod etiam *crucem molendinarem*, croix de moulin, indigetare ſolent. Vide illam S. 6. m. 1. §. 21.

§. CXXV. Tertio videndum, quam variis modis ſpatium lineis comprehenſum, vel interiora crucis afficiantur. Fit hoc varia diviſione, vel ſimplici, nempe perpendiculari (*parti*) transverſali (*coupé*) diagonali (*taillé ou tranché*) vel multiplici: Aut omnibus diviſionis ſpeciebus concurrentibus, cruce in octonas partes diviſa (partie, coupée, tranchée, & taillée ſ. ecartelée) qualem in aureo ſcuto ex rubeo & argento toties ſectam geſtat fam. *Hattenheim* [Rhen.] (α) Ita *Tigny* geſtat in ſolo argenteo crucem pedatam & à margine ſejunctam, rubeo & nigro coloribus quadripertitam.

§. CXXVI. Huc etiam ſpectant cruces, quas ſegmenta, teſſellæ vel rhombi complent. (*componnées, eſchiquetées, lozangées*, **geſtückt oder abgekürtzte Creutz/Schach-Creutz/Rauten-Creutz.**) Exempla ſunt *compoſitarum* ſ. *ſegmentatarum* rariora: Unum ſuccurrit *Bailly d'Ozereaux*: crux compoſita ſegmentis aureis & cæruleis, in parma rubea, cujus anguli 4. totidem hermas muliebres argento tinctas continent. Frequentiora ſunt *teſſellatarum*: Nempe ex argento & minio duplici tractu in parma nigra *Ingelheim* [Rhen.] (β) ex auro & minio in cærulea *Epſendorff* [Rhen.] (γ) Triplici ductu ex nigro & argento in ſolo rubeo *Boſt Radepons* (ſed adjectis 4. leonibus aureis.) Rhombos continent cruces iſtæ: pro *Saintyon* (crux rhombis aureis & rubeis) repleta, adjectis in ſcuti cærulei angulis 4. campanis argenteis. Affinis eſt ſpecies crucis *clathratæ* (*frettée* alias *coticée* & *recoticée*, **gegittert Creutz.**) E. g. *Broon Brondineve* [Bri.] geſtant in parma cærulea crucem argenteam clathratam rubeis clathris. *La Riviere* in rubea auream clathris cæruleis, *L'Isle du Gvaſt* in rubea argenteam clathris cæruleis. *Sourdon* in argentea nigram clatris aureis, *des Queſnes* in argentea rubeam, clathris aureis, alii *croix frettée* appellant, quæ 4. ſignis in clathrorum modum diſpoſitis conſtat, **vier Creutz-Stäb.** Nec minus huc refero crucem nubibus obductam, *entée ſ. nuagée*, cujus tamen non ſuccurrunt exempla.

§. CXXVII. Hujus loci etiam illæ ſunt, cum cruci crux, vel affine, quod inſcribitur. Si media quæque alteri incumbit crux. Sed tenuior ſolo concolor eſt, vocatur *croix vuidée perforata* ſeu *exinanita*: ſi alterius coloris *remplie, repleta*, cum vel juſta proportio inter duas cruces eſt, vocatur ſimpliciter *croix chargée*, onerata. Si ex parallelo linearum angulos conſtituentium aliæ totidem, cruci incumbant, ut ita videantur tres cruces, altera alteri inſcripta (media ſemper areæ concolor eſt.) vocatur croix *reſarcelée*, laterariis lineis præcincta. Exemplum eſt in *Knolles c. de Viſcounts* (Angl.) quæ geſtant in parma cærulea cruciculis cruciatis aureis conſita, crucem talem lineis ad latera prætextam addo his crucem *fimbriatam* (*bordée.*) e. g. *Fredeville* geſtat in parma argentea, crucem rubeam, margine dentato nigro. *Hodeſpan*, in aurea cæruleam, margine ſeriato nigro.

§. CXXIIX. Supereſt, ut eas videamus, quarum tota fere ſpecies à conſueta forma abit, & tamen crucis nomen retinent. Huc referimus 1. *Crucem Antonii*, *Potence de S. Anthoine ſ. Tav.* Literam T. repræſentans. Exempla occurrunt illa *Quelo-cadouean* (Britann.) in cæruleo ſcuto geſtat tria T. argentea *Vieuxbourg* nigrum in Zona argentea parmæ cæruleæ impreſſa, adjecta ſigno ex læva parte molula echinata concolore. Non multum differt figura, quæ in ſcuto *Glochen* [Sileſ.] (δ) rubeo aurea pingitur, & crucis nomine indigetatur. 2. Crucem *patriarchalem*, *archiepiſcopalem* vel *Lotharingiam*, quæ *duplex* dici poteſt. In diplomate Cæſareo legi vocari, **doppelt oder Spanniſch Creutz.** (conf. exemp. in Hungariæ ſcuto

Hiſt.

(α) Wap. II. p. 103. caput moloſſi nigrum duobus orbibus argenteis ornatum. Lagin. nigræ & argenteæ. Unde colligo apicem non originarium, ſed adſcititium his inſignibus eſſe. (β) Wap. I. p. 124. ex galea coronata prodiens ala cum typo ſcutario. (γ) Wap. II. p. 117. caput lupi, vel ſi canis agnoſcendus eſt, cæruleo colore tinctum. (δ) Wap. I. p. 62. coronatis galeæ impoſitus herma virilis, rubeo amictu, cum barba, pileo cæruleo, cujus ora reducta argento candet.

Hist. inf. 1. 9. 16. *Bouqueval* gestat talem nigram in solo argenteo. 3. crucem *Melitensem, de Malthe*, cujus figura oculis melius noscitur, quam describi potest. Nomen habet ab Equitibus Rhodiis vel Melitensibus, quibus in usu est. 4. crucem *Tholosanam*, quæ olim à comitibus *Tholosæ* usurpata: quæ ut *Moneti pratiq. des arm.* §. 32. n. 27. terminis utar, *in punicea gentilis parmæ area fuit aurea, totis 4. scapis, parilis crucis incisione pertusa ad singula scaporum capita, quolibet latere, introrsus incisa, & capitum angulis quibusque Byzantio numo insignita.* Gallicè rotundius: *de gueules à la croix clechée, vuidée & pommelée d'or.* His addemus 5. etiam illam, quam Galli vocare solent *nislée seu nellée*, tanquam annihilatum diceres: alii vel à voce *anile* derivant. Hæc pertenuis est & anchorata. Talem rubeam in solo aureo gestat *Aubusson* (unde Com. de la *Feuillade*) de *Barres*, nigram in argenteo, *Farlay* argenteam in nigro. Inter *Vulson. de la Colombure* & *Segoing*. qui circa hanc crucem diversa scribunt, arbitratur *Geliot. indic. armorial.* voce *croix neslée.*

§. CXXIX. Huc referemus cruces ita dictas, quæ aliis figuris in crucem dispositis constant. *Talentata* vocatur s. *besantée*, si numi Byzantini contigni in modum crucis disponantur: à qua parum differt, quam vocant *pater-nostrée*. *Maculatam s. masculatam* dicunt, *maclée*, quæ maculis similem in modum collocatis componitur. *Herminalis s. hermionica* (alii, sed ineptè, *heremitica*) **hermelin-creutz** vocatur, non tantum, quæ ipsæ muris pontici exuviis constat, quo sensu §. 112. ejus mentio est facta, sed & cum 4. caudæ muris illius in crucem disponuntur, quæ sunt insignia *Harleston* (Angl.) ap. *Menestr. L'art du blason justif.* c. 4. p. 75. Ita diceres *cymbalitem*, quæ 4. cymbalis (4. post de Varis) hoc situ repræsentantis constat, **Eysenhütlein-creutz.** Alius etiam mentionem facit Uptonus, quam *cordatam seu cordée* vocat, & alicui, cujus avus artifex chordarum fuerit, attribuit. Sed non multi usus est, ista omnia diligentius persequi. Finirem hic crucium differentias, nisi adhuc situs ratione mentio facienda esset crucis exaltatæ, *haussée*, quam ita vocant, cum staticulum crucis superiori & transversis tignis longius est, figura ad eam, quæ supplicio olim adhibita, proprius accedente.

§. CXXX. Ita differentias crucis varias vidimus. Cæterum ipsa figuræ ratio docet, non posse eam multiplicari, cum vel sola minus areæ relinquat, quam ipsa occupat. Nihilominus cruciculas plures eidem scuto inscribi nihil prohibet. En exempla: *Schænenburg* [Rhen.] (α) gestat in scuto nigro tres cruciculas argenteas: *La croix* (Paris.) in cæruleo argenteas.

§. CXXXI. A cruce non nisi situ differt, octava inter figuras honorabiles, *decussis s. crux decussata*. Hanc crucem *Andreariam* vocitare solent, quia B. Andream cruci ita collocatæ adfixum tradunt. Conf. *le Labour* de l'orig. des arm. n. 118. *Burgundicam* similiter dicere solent. Rationem qui fabulis delectantur, inde derivant, quia tempore, quo Magdalenam pœnitentiæ in provincia vacâsse æque fingitur, nescio quis *Stephanus*. Rex Burgundorum (nempe antequam Burgundorum in Gallia audiretur nomen) crucem Andreæ ex Achara patris Massiliam adduci fecerit. Verior haud dubie ratio est, quia Philippus, sed Burgundiæ pro seculi sui superstitione sanctum Apostolum ordinis à semet, sub velleris aurei symbolo, instituti patronum constituerat. Unde postea in vexillo crucæ decussata rubea usus est, *Æg. Gelen. de Col. Agr. magn. l. 2. s. c. p.* 145. duo commissa & decussatim confricata regna vexillis inscripta, partim pietatis & honoris causa erga S. Andream, partim in recordationem illatæ injuriæ & pressuræ. Aliam dein addit rationem ex Romano numero stipendiorum *Le Labour*. d. l. n. 119. Putat hanc crucem serviisse Duci Burg. Johanni pro symbolo, ex eodem discimus in turbis intestinis factionis insigne factum, ut qui Burgundicæ partis essent, hac crucis forma uterentur: usque adeo, ut & sacerdotes, cum baptisarent infantes, vel alia sacra celebrarent, in hanc formam cruces signarent: ita *Simon de Champluisant* præpositus Paris. crucem, quam dein posteri rectam gestarunt, hoc situ gessit, ob quod in tract. Atrebatensi ille insertus est articulus, ut qui Ducis Burgundici insignia decussim gestassent, non cogerentur ad alia assumenda, neque in regno, neque extra illud, etiam Rege vel Conestabili præsentibus ob Andreanum nomen. *Varenn.* opinatur hac figura notari, vel amorem in crucem, qui Andreæ fuit, vel patrocinium Burgundiæ, vel originem ab aliquo S. Andreæ (Scoticorum Regum ille ordo legitur) equite deductum. Nostri consimili modo vocant,

(α) Wap. I. p. 123. Pileus latus niger, ora reducta argenteis 3, crucibus insignita, nodo argenteo, & ultra hunc plumis galli gallinacei nigris fastigiatus.

Andreas Creutz / Burgundisch Creutz / schräges Creutz. Hispani *Haspam* dicunt. Apud Gallos præter nomina, quæ istis respondent, *croix de S. André seu Bourgogne*, præcipue in usu est terminus *sautoir*. Ex quo nescio qui inepti *psalterium* finxere, alii voce *saltatorium* exprimere maluere: & ita *Vpton*. Conf. de etymologia *Menestr. l'art. du blas. justif. c. 5. p. 121. seq.* qui eo abit, ut credat voce *sautoir* notari instrumentum, quo muniri solebant parcæ, hoc est saltos ferarum. Ita & *Spelmann.* interpretatur machinam venatoriam, qua olim in Theriotrophiis prædabantur feras. Porro hieroglyphicum quod concernit, quicquid de cruce dictum est, huc etiam spectare credo. Neque plura addo, certè inepta & non aliis autoribus digna sunt, quum Uptonus avaris, & *Ioh. de Bado aureo*, qui p. 32. duos cantherios transpositos in figura quærunt, illis figuram hanc tribuere vult, qui partem facultatum amiserint, sed spem recuperandi habeant.

§. CXXXII. Accedamus jam ad exempla figuræ, & juxta diversitatem colorum ea partiamur. Crux decussata aurea fulget in rubeo scuto *Britant, Rancher,* (Paris. sed comitibus 4. annulis aureis.) Adjiciunt 4. aquilas aureas *Bouteville*, 4. stellas aureas *Wabern* [Helvet.] (α) similis in cæruleo, *Guillon*, *Cottebrune* (Burgund.) *Vogtsberg* [Svev.] (β) Adjiciunt superius lunæ crescentis effigiem auream inversam, & inferius stellam ejusdem metalli *Eiseneck* [Patrit. Francof.] (γ) 4. limaces argenteos *Alesso*, 16. rhombos aureos *Betezé*, 4. leunculos ejusdem metalli *Kerliver* (Britann.) Viridem aream quod concernit, area decussis ei inscribitur notandæ famil. *La Guiche.*

§. CXXXIII. Argentea decussis inscribitur parmæ rubeæ: *Brignac, Gaillomiel, Nevil* (Angl.) Adjiciunt 4. lilia aurea *Moncheureul* (Picard.) Talem in cærulea gestant *Fockspers* [Helvet.] (δ) Imprimunt rosam rubeam cordi decussis *Oppen* [Saxon.] (ε) Adjiciunt 4. molulas echinatas aureas *Duverton* (Puton.) & *Ysnard de Brantes* (in venascin. comit.) Nigram parmam argenteus decussis ornat *Angennes, Channeviere,* sed parma consita aureis liliis.)

§. CXXXIV. In argentea parma apparet decussis niger *Partenay de Maillé* constituunt quadrantem dextram rubeam, & 2. pisces argenteos inscribunt *Cusse Bourgneux*, in eodem metallo conspicitur rubeus, *Offignies, Esticer* (Britann.) *Kaniz* (Silesi.) sed adjectis rosis 4. ejusdem coloris. (ζ)

§. CXXXV. Aureo scuto inscribitur decussis rubeus, *Garentes s. Iarentes de Montelar* (Provinc.) *Chiny, Hattstatt* (Rhen.) observandum verò est hæc prima illius familiæ insignia non fuisse, sed potius 3. aquilas candidas in scuto nigro: Assumsere verò hanc crucem, ob præturam imperialem Selestadii. Vid. Bern. Herzog. Chron. Alsat. l. 7. p. 6. & superius c. 2. Comites adjiciunt 4. merulas rubeas *Mouy*, caput apri lum nigrum dentibus argenteis capiti scuti insertum *Engelbrecht* [Patrit. Francof.] (η) In potiori metallo pingitur niger du *Fresnoy, Dachstul s. Dagstul* [Baron. familiæ *Fleckensteiniæ*] (θ) cæruleus in auro conspicitur, *Blanette.*

§. CXXXVI. Quod pelles attinet, illa exempla sunt. Ex vario vellere decussim formant & inscribunt scuto rubeo *Bailleul Doux lieu*, decussis hermionibus in rubeo. *Hohenfelds de Reypolzkirch* [Bar. in medii scutuli tripertiti parte posteriori.] (ι) In hermionico scuto conspicitur decussis miniatus, *Sanctai.* & (sed medio impressa cruce patibulata & 4. aliis cruciculis stipata, omnibus ex auro) *la Frette*, ut & (sed inscriptis 5. stellis aureis) *Champluisant*, vario vellere constant area, quæ decussim rubeum complectitur *Baulon* (Britann.)

§. CXXXVII. Quot crucis differentias observavimus, totidem de decussi notare necesse non est, cum exempla omnium non præstò sint: enumerabimus istas: 1. Reperiun-

tur

(α) Wap. III. p. 185. Stella 6. radiorum quibus singuli orbes impositi sunt, omnia ex auro. (β) Wap. II. p. 94. herma juvenilis veste scutaria effigie picta. (γ) Expansum jugum alarum emblemate scuti pictarum. (δ) Wap. III. p. 185. herma juvenilis decussim pectore deferens. (ε) Wap. I. p. 167. pileus acuminatus cæruleus, pennis pavoninis fastigiatus, ora reducta argentea; additus circulus globulis rubeis & argenteis constans & lunæ facies argentea. (ζ) Wap. I. p. 61. galeæ duæ prior tegitur mitra principali rubea, cujus ora reducta hermionica, ei insistit rota aurea, cum impositis hujus oræ 8. facibus ardentibus ex eodem metallo: alteri coronatæ imponitur pileolus orientalis erectus, tessellatus argento & cocco, & fastigiatus mediante aureo nodo aliquot foliolis. (η) Inter jugum alarum totam scuti faciem repræsentantium aliud caput apri. (θ) Wap. II. p. 28. & 1. p. 19. ex galea coronata prominentes terra plumæ struthionicæ, hinc auratæ, illinc nigro tinctæ. (ι) Wap. I. p. 30. videtur respondere tertia galea, qua pilam sustinet coccineam pennis nigris fastigiatam.

tur *striati*. Talis est argenteus in solo rubeo famil. *Hundbusck* [Rhen.] (α) ejusdem metalli in cæruleo (sed adjecta quadruplici imagine lunæ crescentis tinctura aurea) *Vauquelin des Yvetaux*, & (sed adjectis 4. tuditibus ejusdem metalli) *Maillart* (Normann.) aureus in cæruleo (adjectis in capite scuti aurea luna, in reliquis angulis 3. tuditibus ejusdem metalli) *Maillart* (Paris.) 2. *Dentati*, talis est rubeus in solo argenteo (sed adjectis 4. capitibus æthiopum nigris, quæ singula diademata tortilia aurea ambiunt) *Prevost d'Auge* (Anjou.) argenteus in rubeo (sed adjectis 4. plinthidibus rubeis) *Sallaert de Bouron* in 1. area (Flandr.) quæ familia etiam gestat in 3. quadrante argenteo rubeum decussim dentatum. 3. Minores & à margine dejuncti (alarsées) talem gestat aureum adjectis 4. plinthidibus ejusdem metalli in parma cærulea, *Laubespine chasteauneuf*. Item in scuto transverse secto ex auro & nigro, iisdem coloribus alternatis *Mamming*. [Austr.] (β) Tres aureos in cærulea parma *Boileve*.

§. CXXXIIX. Antequam hinc abeamus, mentio facienda est figuræ, quæ in insignibus *Bruniorum* de *Brunfels* [Patrit. Francof.] (γ) visitur, & dimidium decussim eam transversa linea, in quam coëuntia illius duo brachia incidunt, refert: tale signum nigrum bis repetitur in scuti transversè secti parte superiori argentea, inferiori atra rosam argenteam rubro gemmatam & viridibus interfoliis cinctam.

§. CXXXIX. Potiores fere, saltem frequentiores ex honorabilium numero figuras lustravimus, quæ sequuntur, non æque frequentes sunt. Atque in his nona est *limbus s. orarium s. fimbria s. bordura*, à Gallico *bordure*, Nostris **Einfassung / Umschweiff / Rand.** Sextam partem scuti ex regula occupare debet. Distingvitur verò à scutulo areæ impresso, quod hoc minus est area, quam ambit limbus hujusmodi. De usu ejus ita *Spelmann. aspilog. p.* 106. *Nostri majores hoc solummodo ad distingvendum clypeos, fratres, familias, utebantur, non ad insigniendum, eumque morem nos etiam approbamus, sed vix retinemus.* Assurgimus Spelmanni asserto, quod illos limbos concernit, qui circumdantur scuto aliis jam figuris insignito, sed præter hos exempla sunt limborum, qui cum nihil aliud in scuto sit, principalis figuræ loco haberi debent. En aliqua: Circumdant scuto limbum argenteo-cæruleum *Wastines*, rubeo-argenteum *Holland* (Angl.) nigro aureum *Kempten* Baron, argenteo-nigrum *Nettesheim* [Rhen.] (δ) & *Keldunck* [inf. Rhen.] (ε) nisi forte pictura magis ad scutulum nigrum areæ argenteæ inscriptum trahendum videtur, cæruleo-argenteum *Graselfing* [Bavar.] (ζ)

§. CXL. Aliorum limborum scutis, quæ aliis quoque figuris insigniuntur, circumdatorum exempla hic non necesse est recensere, sed mentio fiet occasione figurarum principalium. De colore limborum, id video disputari, scuto colorato, in quo figura metallica exaratur, coloratus an metallicus debeatur, ut legi de colore & metallo justa ratione jungendis obtemperetur? *Varenn. d'arm.* P. 4. p. 527. existimat, si scuto, alia figura jam insigni, limbus inducatur, hunc figuræ non scuto supervenire, adeoque cum hæc metallo constat, colore tingendum esse, vel vice versa. Antequam vel hinc abeam, limborum aliquæ differentiæ sunt observandæ, quæ figuræ huic tum inprimis solent accidere, cum ea accessio tantum est, & qui potissimus usus est, discrimini servit. Dantur ergo limbi 1. *dentati, danchée ac dantelée*: 2. *striati, engreslée*. Talis est *Merodiorum* [Rhen.] (η) cæruleus, scuto aureo non tribus, ut **Wap.** I. p. 130. Sibmacher perhibet, sed quatuor, teste ipso Sibmach. **Wap.** II. p. 114. & *Geliot indic. armor.* voce *bordure*, palis rubeis insignito circumdatus. 3. *Compositi* vel *segmentati*, Uptoni *gobonati*, Gall. *componnée s. gobonée*. Talis est ex minio & argento, quem *Hinderöfer de Muethen* scuto suo quadripertito, de quo alibi circumdant, aureis & rubeis segmentis componitur limbus fam. *Commerstatt* [Misn.] (θ) scuto rubeo, in quo unicornu aureum salit, adjectus. Talis etiam aureis & furvis segmentis constat, quo cingitur scutum familiæ *Seve*, auro & nigro sexies fasciatum oppositâ segmentorum tinctura, quod *contrecompinné* vocant 4. *tessellati, eschiquetée*. Talis est ex minio & argento fa-

(α) **Wap.** II. p. 104. pileus latus rubeus ora reducta miniata, impositis duobus cruribus humanis abscissis. (β) **Wap.** I. p. 38. ex galea coronata alarum cum typo scutario jugum complicatum. (γ) Rosa conspicitur inter duas expansas alas pari modo, ut in scuto bipertitas, sed singulas tantum figuras complectentes. (δ) **Wap.** II. p. 102. Jugum expansum alarum nigræ & argentatæ. (ε) **Wap.** II. p. 118. ex galea coronata prominens cum collo caput cygni candidum. (ζ) **Wap.** II. p. 65. pileolus cæruleus argentea ora reducta, inverso situ incumbit galeæ. (η) Pileus rubeus ora reducta rubea, illique impositum jugum alarum tæniis transversis exaratum ad colores palorum scutariorum. (θ) **Wap.** I. p. 162. Ex corona aurea exurgens eodem metallo tinctum unicornu.

to fasciatæ eadem tinctura parmæ circumdatus pro famil. *Tangel.* [Thuring.] (α) & ex auro ac cæruleo, quo scutum fam. *d' Illam* (Hispan.) aureum tribus fasciis rubeis exaratum cingitur. 5. in nubium modum formatus, *nuagée.* Talis est ex cæruleo & argenteo *Fürstenberg.* Com. scuto circumdatus vid. Hist. insign. l. 3. c. 10. Ita aureum limbum cæruleis nubibus formant, & circumdant scuto ex argento & minio bipertito, in cujus medio tres typhæ in palum & decussim per coronam trajectæ comparent, *Breuning in Buchenbach* [Svev.] (β)

§. CXLI. Habet hoc limbus cum aliquot figuris commune, quod multiplicari nequit, occurrit tamen mihi exemplum duplicis in insign. *de Haro M. del Carpio*; in his enim scuto argenteo duos lupos suo colore repræsentanti duplex inducitur limbus, interior argenteus cum 4. fragmentis catenæ cæruleis, exterior rubeus 8. decussibus aureis insignitus.

§. CXLII. Ad decimam figuram accedo, quam à gallica voce *orle, orlam* quidam appellare non verentur, vel *orulam*, conf. *le Labour. L' orig. des arm. n.* 129. *Spelmannus peribolum* appellat, *simplicem, duplicem, triplicem. Vptonus* tractum simplicem, dicas etiam limbum internum. Aliqui etiam vocant *trace.* Exemplum ejus suppetit in insign. *Randavv* [Marc.] (γ) cum peribolus talis argento in parma rubea pingitur.

§. CXLIII. Periboli hujus speciebus etiam accenseri debet figura, quam Galli *trescheur velessonier*, (vid. de utroque termino *Le Labour L' orig. des arm. n.* 129. 130.) nuncupare solent: & eo solo differt, quod exilior est, vix amplius, quam alterius medietatem complecti solita. Sæpiuscule etiam, imò plerumque liliis, vel trifoliis insignitur. Varennius comparat 4. bacillis in extremitate conjunctis ac in figuram periboli dispositis. Exemplum figuræ suggeret inferius Regn. *Scotiæ*; Hist. insign. l. 1. c. 3. n. 14. Alia pauca addo: tractum ejusmodi s. limbum internum duplicem viridem inscribunt scuto aureo, ac decussim rubeum universo inducunt *Bossu Longueval.*

§. CXLIV. Hæ decem figuræ honorabiles fuere, quas *Menestrierius* ex veteri disciplina heraldorum recenset. Videamus jam reliquas, adjectas, & ab aliis hoc solum nomine, quia rariores sint, omissas. Est ergo undecima apud Gallos *le Chefpal.* Diceres capiti adglutinatum palum, **ein auf dem Schildes-Haupt absteigender Pfal.** Figura est ex duabus composita; conf. le Labour de l' orig. des arm. n. 103. 104. qui lateralia spatia vocat *goussets.* Exempla illa reperio, nigrum argenteæ parmæ inscribit *Mendorf* [Bavar.] (δ) rubeum aureæ 2. stellis ejusdem coloris (ita Geliot) vel rubeis (hoc pictura vellet) impressæ. *Wyl.* [Helvet.] (ε) argenteum rubeæ; *Munsinger.* Admonet me mentio hujus figuræ duarum affinium, quas Galli *chefbarre* & *chefcheuron* appellant. Illa est capiti scutario baltheus sinister insertus. E.g. rubea figura ornat argenteum scutum notandæ fam. *Wisbecken* [Bavar.] (ζ) Hæc figura est, ad priorum modum, cantherium ex capite demittens. Talis pingitur argentea in area nigra, quæ tertia est scuti, Baron de *Windischgräz* (η)

§. CXLV. Succedit illa, quam Galli *champagne* vocant, & est triens scuti inferior, à reliqua area diversa tinctura imbutus. Exemplum vix unum vel alterum reperire est. *Woodiville* (Angl.) trientem & præterea quadrantem dextram argento tingit, reliquo scuto rubeo: *Diemantstein* [Sver. perperam *Geliati* typotheta Sveriam in Svediam mutavit] (θ) minio inficit, reliqua area argentea, baltheo nigro impresso. *Vögler* [Silesius] (ι) scuti, cujus superior pars minio & argento quadripertita conspicitur, trien-

(α) Wap. I. p 148. Ex corona aurea prominens herma virginea rubeo induta, brachiis detruncatis, & crinibus passis caput redimita diademate tortili, tribus foliis acutis fastigiata. (β) Wap. I. p. 121. hermia æthiopis cæruleo thorace scutulum gentile reperens, & in pileo acuminato rubeo, cujus reducta ora argento, nodus extimus auro splendet, tres plumas struthionicas, nempe inter aureas cæruleam ostentans. (γ) Wap. I. p. 175. roseo serto redimita cassis sustinet inter 2. rubeas argentatam plumam struthionicam, & vexilla duo ex rubro & argento bipertita. (δ) Wap. I. p. 90. ex corona prominens jugum complicatum alarum scutario symbolo pictarum. (ε) Wap. II. p. 135. mitra episcopalis pavoninis pennis fastigiata & symbolis scutariis picta. (ζ) Wap. I. p. 83. hermia virilis rubea veste & pileo, utriusque ora reducta muris pontici maculis respersa, plumis vero pileum ornantibus argento tinctis. (η) Wap. I. p. 20. (θ) Wap. I. p. 118. galea recta pileo rubeo, ora reducta hermionica. Ultra pileum eminet ala scutariis symbolis picta. (ι) Wap. I. p. 64. inter argenteam & coccineam, nigra erecta pluma struthionica. Laciniæ hinc argenteæ & nigræ, isthinc coccineæ & argenteæ.

trientem inferiorem nigro colore inficit. An huc referas scutum fam. *Pelcken* [Silef.] (α) in quo ex siniſtro angulo è nube prodit armatum brachium gladio minax, pede ſcuti, ſed linea obliquata præciſo & minio tincto.

§. CXLVI. Decimum tertium locum dabimus figuræ, quæ apud Gallos *pairle* (Varen. ſæpe *perle* ſcribit) audit. De figura non æque, ac de etymologia diſputatur. Aliqui à *pallio* archiepiſcopali, vel ſcapulari monachorum derivare volunt. Ita *le Labour. Orig. des arm.* n. 136. & ſeq. ſed hanc ſententiam pluribus & validis argumentis adverſus *Labourerium* refutat *Meneſtr. L'art du blaſ. juſtif. c.* 7. *p.* 163. *ſeq.* Aliqui putant eſſe baltheum dextrum, ſiniſtrum, & palum, dimidios concurrentes. Latine *literam Pythagoricam* dicam, donec commodius nomen alius ſubſtituat. Ut ergo exempla recenſeam, geſtant hujusmodi figuram argenteam in parma rubea *Deychsler* [Norimb.] (β) nigram in argentea. *Conigan de Cangëz*, argenteam in nigra (ſed addita in capite ſcuti ſtella ejusdem metalli) *Conigan d'Arcenet*, auream in cæruleo (ſed comitibus tribus adjectis liliis aureis) *Yſſoudun* (civitas Biturigum. Rationem figuræ ex prima nominis litera ſuſpicari licet) eadem tinctura (ſed acuminatam inferius, inſcriptis etiam 5. crucibus pedatis ſpiculatis rubeis & in capite addita ſexta aurea) *cantuaria ſ. cantorberis* Epiſc. (Angl.) & (ſed adjecto cantherio aureo) *Rocquart*, nigram transverſa linea, ubi brachia coëunt ſuffultam (*cramponnée*) in ſolo argenteo, addita in capite ſcuti avicula *von Wyl* [Helvet.] (γ) In ejus formam quasdam figuras diſponi, vidimus ſuperius §. 16. 17.

§. CXLVII. Vocat nos 14. *quadrans honorarius, franc quartier*, **ledige vierung oder eck.** Nominis ratio ſeipſam manifeſtat, cum figura quartam ſcuti partem occupare debeat. De figuræ ipſius nomine iſta *Spelmannus* prodit: Quartam ſ. quarternionem majoribus nobilibus ob virtutem conceſſam, ut vexilli quadratum. Diminutam quartam minori nobilitati fuiſſe præmium. Exempla hic enumerabimus ea ſola, quibus quadrans in parma nullis aliis figuris inſignita conſpicitur: cum verò aliis accedit, tanquam ſecundaria figura illis cedere debet: quod ſuperius de limbo etiam memoravimus. Dextrum quadrantem ſcuto argenteo rubeum inſcribit *Iägenreuter* [Auſtr.] (δ) aureum teſſellato ex nigro & argento *Hohenegk* [Auſtr.] (ε) ſiniſtrum quadrantem parmæ inſerunt aureæ cæruleum *Zollicofer* [Helvet.] (ζ) argenteæ rubeum *Schratenbach* in 2. & 3. area [Baron.] (η) *Schænau* [Helvet.] (θ) nigræ argenteum. *Eyzenret*, [Bavar.] (ι) An liber noſter armorialis ex quo exempla allegata ſunt, differentiam dextri aut ſiniſtri ſitus in hac figura diligentius obſervaverit, quam in aliis, non auſim aſſeverare: potius ſuſpicari licet, in hoc quoque parum penſi eum habuiſſe, qui in allegato ſcuto *Iägenreuter*, quam in area prima dextrum, in quarta ſiniſtrum fingit, tanquam nihil intereſſet.

§. CXLIIX. Succedit in numero 15. *conus ſ. giron* (de nomine conſulantur conjecturæ le Labour de l'orig. des arm. n. 127.) qui dimidium ſcuti quadrantem juxta aliquos occupare debet. *Monet. Pratiq. des arm.* c. 24. n. 4. vocat *pinnulam trigoniam, triangulam, triquetram, Petalon triganon, ſcalenon clypeare.* Scutum autem his conis repletum, quale *Vptono* vocatur contra conatum, *Ioh. de B. aureo inangulatum. Spelm. coniſeratum ſ. conconatum*, appellat *pinnulatum, petalites, ſcalenites.* Hieroglyphicum quod concernit *M. Gilb. de Varenn. in Roy d'arm.* notas vexillorum equeſtrium eſſe, atque ita ſigniferos, vel qui vexilla hoſtium manibus fortiter extorſerint, notari, opinatus ſingulorum exempla ſunt rariora. Inſcribit vel rubeum conum ex dextro angulo prodeuntem parmæ argenteæ *du Cluſeau.*

§. CXLIX. Si pluribus conis area repleatur, exprimi numerum oportet co-

 norum,

(α) Wap. I. p. 75. galeæ coronatæ impoſitum brachium armatum gladio minans. (β) Wap. II. p. 162. herma monachalis rubea veſte & caputio, tecta tamen pileo rubeo, ora reducta argentea. (γ) *Meneſtr. L'Art. du blaſ. juſtif.* c. 7. p. 116. Apex literam pythagoricam & aviculam repetit. (δ) Wap. I. p. 34. reſpondet galea prior coronata alam ad modum ſcuti diſtinctam deferens. (ε) Wap. I. p. 35. galeæ, ex qua vir armatus & dextra bipennem, ſiniſtra ſcutum tenens, proſpicit (Conf. c. 7. n. 4.) coronatæ impoſitum jugum alarum pictarum ad ſcuti modum. Lacin. atræ & argent. (ζ) Wap. I. p. 201. 202. herma virilis aureo amictu, capillis cæruleis, imponitur coronatæ caſſidi. (η) Wap. I. p. 24. reſpondet tertia galea coronata, cornua duo ſuperius rubea, inferius argentea. (θ) Wap. I. p. 198. lilium, cujus medium folium (faſtigiatum pennis galli gallinacei) & quæ conjungit, illa linea rubet, reliqua candent. (ι) Wap. II. p. 65. ala ad ſcuti modum picta.

norum, 6. 10. 12. 16. si octo sint, sufficit dicere *pinnulatum, conatum s. gironné*. In hoc verò non consensus est inter autores hujus disciplinæ, an huic figuræ tribuenda sit omniformis sectio, h. e. lineis 4. in longum, latum & ex angulis, vel in crucem & decussim sectum scutum, *parti, tranché, coupé, taillé*; **mit 4. Linien nach der Länge/ breit und überzwerch abgetheilet.** Negat hoc *Vulf. de la Colomb. science heroiq.* & ut coni basis, non vero altera eum describens linea in angulum incidat, requirit. Deseritur verò à reliquis scriptoribus, qui nomen *gironné* scuto etiam illis modis secto concedunt. Exempla ista observavi conorum sex cæruleorum & argenteorum *Sinzenhofen* [Bavar.] (α) argenteorum & nigrorum *Maugiron* (Delfin.) Hac differentia, quod in priori exemplo duæ diagonales lineæ à transversa, in posteriori linea perpendicularis à 2. aliis secantur. Ex octonis pinnulis constat illorum scutum, argenteis & miniatis *Mansbach* [Hass.] (β) *Roygvveil* [Helv.] (γ) *Beaumont, Framonville, Cugnac, Bocart*, argenteis & nigris, aureis & nigris *Stuckii* [Helv.] (δ) *Chasteauvilain* (Delfin.) *Le Roux des Aubiers*, aureis & cæruleis *Seissel* (unde M. *de la Serra*) *Alerac*, aureis & rubeis *Morges* (familia Gallica, quam *Æg. Gelen. col. Agr. magn.* l. 2. sip. 178. originem ex Germania ducere credit, quia matutinum tempus Germanis **morgen**/ & auroram notari illo scuti symbolo) & ab *Ordeya s. Ardeya* (in Agaria, quos ob hoc ab ortu diei, qui ortudieios s. ardieios dictos, & colores, vel ex monte Esquilino, vel quodam ex monte Aquileiensi deductos putat idem Gelen. p. 128. allegatis in eam rem versibus ex tabulariis Monasterii Scheidani, ubi eorum tumulus.) Ex rubro & auro tingit 8. conos *Beranger* (Delfin.) sed disponit in crucem & decussim, ad quod designandum *Geliot* voce *Giron*, dicere vult *gironné de* 8. vel *de gueules à* 4. *girons d' or posé en sautoir*. Decem conos inscribunt cono *Bugnons*, aureos & rubeos, *Forestarii* Flandriæ aureos & cæruleos, *Engiena* familia argenteos & nigros, quorum his ternæ cruciculæ aureæ inscribuntur, quo symbolo *Gelen. de Col. Agr. magnit.* l. 2. s. 1. p. 129. putat vespertinum crepusculum scrutaria imagine solis occidui præferri, per trigonias pinnulas ab umbone se expatiantes quasi interpolatam die noctem partim argenteas, partim sabuleas, aureis cruculis exornatas, ac si pugnæ pro religione in seram vesperam productæ characteres clypeo inscripsisset, & nomen *Engh*, aut, ut modo loquimur **end**/ finem diei indigetat. Duodecim comparent coni in insign. *Waldpott de Bassenheim.* [Rhenan.] (ε) argentei & rubei, *des Armoises* (Lotharing.) & *Eller* [Colon.] (ζ) aurei & cærulei, *Boutier chasteaudacy* (Britan.) hermionici & rubei, *Rogres & Hamam*, aurei & rubei varii velleris, & rubei *Herpedeune de Belleville* (Languedoc.) Sedecim gestat ex argento & minio *Becourt*, addita in umbilico scuti aurea parmula. Illos *Gelen. de Col. Agr. magn.* l. 2. s. 1. p. 129. vocat Bigoursios quasi à Latina Etymo bis diurnos forte ob præliorum duplicem diuturnitatem, cæterum insignia hæc solis habere imaginem credit, *Æg. Gelen. de Colon. Agr. magn.* l. 2. s. 1. p. 127. 128. & familias, quæ illo utuntur deigmate, ab eodem principio existimat deducendas, autorem autem egregii cujusdam facinoris commendatione generis sui claritudinem solis adumbratione in ancilibus, posteritati commendantem Ælii vel Aurelii s. aurei solis vel Auror-elii nomen assumsisse. Talia scuta esse, de qualibus Virgil. 7. Æneid. Vastos umbo vomit aureus ignes.

§. CL. Arma *Stampensia, d' Estampes*, conis etiam plerique adscribunt, & ita enunciant *d' azur à 2. girons d' or, mis en chevron, au chef d' argent chargé de 3. couronnes ducales de gueules*: vel: *gironné de 3. d' azur & 2. d' or. &c. sed Geliot. induc. arm.* voce *couronné* p. 209. vocat **2.** *pointes d' or posées en chevron.* Quod ob eam rationem fieri arbitror, quia cum coni in medium scuti terminari debeant, hi ad capitis regionem ascendunt.

§. CLI. Supereст ultima 16. ex Menestrierio, *écusson s. scutulum* vel *parmula*, clypeo gentilitio impressa. **Schildlein.** Hanc etiam figuram imagini solis, qui reliquam aream illustret, servire credit, *Æg. Gelen. de Magn. Col. Agr.* l. 2. s. 2. p. 132. 133. eoque refert insignia *Luvorum de Hilckrode* comitum, qui orti ex juniore fratre Clivensi ges-

(α) Wap. I. p. 120. galeæ coronatæ obversa duo cygnorum cum collis capita argento tincta, auro coronata. (β) Wap. I. p. 142. herma virilis, veste ad modum scuti variegata, pileo nigro. (γ) Wap. I. p. 199. mitra episcopalis scuti sectiones repetens terminata in 2. nodos aureos pennis galli gallinacei fastigiatos. (δ) Wap. I. p. 203. herma virilis veste similiter discolori, redimita diademate tortili. (ε) Wap. I. p. 132. cygnus insistit galeæ, alæ inscriptam parmulam gentilitiam deferens: de gentis hujus nobilitate & descensu à familia veteri Ælia Æg. Gelen. de magn. Col. Agr. l. 2. s. 1. p. 127. pluribus agit, cujus verba adducemus Hist. insign. l. 4. ubi de Waldpottis tractabitur. (ζ) Inter duas alas expansas repetitur scutum.

si gesserint in argentea parma scutulum medium rubeum, seu ut ipse loqui amat, solem veluti ex rubeo scutulo illustrantem reliquam parmam nivei candoris jubare adjecta ad designandam secundo genituram laciniola cærulea infernè quinquies pinnata. (α) Quod etiam δεῖγμα est *Reiferscheidiorum*, vid. Hist. insign. l. 1. c. 84. n. 13. uti & com. de *Broich*. quæ exprimit *encaustum rubei scutuli diffundentis in reliquo clypeo aureum lumen: cur? an quia & color solis matutini, cum ad meridiem instat pluvia, & familiæ ejus conditor, observata instante pluvia, præclarum facinus agressus transegit*; ita & *Nattenheim* (quod à nocte nomen derivat) à facinore noctu fortiter perpetrato, gerunt in obscuro s. atro clypeo imaginem candidi scutuli minoris. Exempla isti succurrunt, inserunt areæ argenteæ rubeam parmulam *Geroldstein* [Rhenan.] (β) & Patrit. Francof. (γ) *Molberg* in 2. & 3. quadrante [Rhen.] (δ) *Knobel*, sed adjecto in sinistra parte scuti annulo nigro [Rhen.] (ε) similiter *Altendorf* [Svev.] (ζ) *Bredter de Hohenstein*, sed imposita fasciola trifida cærulea [Rhen.] (η) Fasciola illa quadrifida est in area secunda com. *Salmens.* (θ) rubeæ argenteam *Drosten* [Westphal.] (ι) *Tägerfeld* [Helvet.] (κ) ceruleæ argenteam (sed fasciola imminente quinquefida rubea) *Veroin*, aureæ cæruleam *Barbesieux*, aureæ rubeam *Soucy*, *Montigny*, aureæ nigram, liliis quatuor ejusdem coloris exterius ornatam & leone dimidio aureo inscriptam *Hägnenberg* [Bav. in 1. & 4. (λ) Hermionicæ argenteam *Lamberque*, rubeæ Germionicam *Modaine*.

§. CLII. Frequenter tres parmulas ejusdem parmæ area complectitur. Nempe rubeas argentea *Rappolstein s. Rupispolitani s. de Ribaupierre* com. (μ) *La Haye* (Norman.) argenteas rubea *Charny*, *Vossemare*, rubea aureas *Mont. S. Iean*, cæruleas aurea *Ahlfingen* [Svev.] (ν) aurea vario vellere consutas, rubeo fimbriatas *Fontaine*. Cerulea hermionicas *Le Prestre* (Britann.) rubea hermionicas *Beaufort* (Britann.) Tria scutula (nominis causa) cærulea baltheo aureo areæ diagonaliter sectæ, cujus inferior pars rubet, in ulteriori cærulea leo aureus acinace minatur, inducto inserit *Schildl* [Bavar.] (ξ) sex scutula rubea aureæ areæ inscribit *Malthefelon*, argentea rubeæ in 2. & 3. quadr. *Schænberg* [Baron.] (ο)

MEMBR.

(α) Ventilabrum emblemate scuti pictum, & exterius pennis pavoninis ornatum.

(β) Wap. I. p. 133. pileus acuminatus (sculptura Sibmacheri obscurior est) scutulo rubeo impresso, & capite arietino argenteo affixo, insignis, pennis galli gallinacei nigris 7. fastigiatus.

(γ) Idem apex, nisi quod caput arietinum nigro colore tinctum, & tantum s. pennas observo, quod an consilio, an pictoris arbitrio tribuam, nescio.

(δ) Wap. I. p. 130. ex corona aurea prodeuntia duo cornua, rubeum & argenteum, interque ea scutulum rubens.

(ε) Wap. I. p. 124. aures duæ asininæ, altera minio, altera argento tincta.

(ζ) Wap. I. p. 116. idem apex, nisi quod inter aures & galeam inseritur diadema tortile.

(η) Wap. I. p. 130. pileus latior rubeus ora reducta argentea: ejusdem metalli nodus pileo aptat aliquot folia nigra vel pennas galli gallinacei.

(θ) Wap. I. p. 17. respondere videtur galea media aures rubeam & argentatam sustinens.

(ι) Wap. I. p. 190. ex coronata galea prominentia cornua duo, argentatum & miniatum.

(κ) Wap. II. p. 146. cornua duo rubea ternis argentatis pluuis struthionicis ornata.

(λ) Wap. I. p. 85. ex coronata galea leo erumpens aureus coccineus corona redimitus inter duo cornua, quorum superior pars aurea, inferior nigra, orificio singulis liliis nigris insertis.

(μ) Vid. Hist. insign. l. 2. c. 72.

(ν) Wap. I. p. 113. ex coronata aurea prominens cum collo caput cygni candidum.

(ξ) Wap. I. p. 99. ex coronata galea inter duas alas scuti sectionem, baltheum & parmulas referentis leo acinace minax. Lacin. aureæ, hinc colore cæruleo, & ishinc rubeo duplicatæ.

(ο) Wap. I. p. 31. respondet galea posterior coronata, pileum latum rubeum, ora reducta argentea insignem, & duobus fasciculis pennarum seu foliorum ornatum, sustinens.

MEMBR. II.

FIGVRARVM HONORARIARVM SECUNDI ORDINIS.

1. *Numerus.*
2. *Diminutio figurarum primi ordinis. Capitis & Fasciæ. Burelle.*
3. *Fasciolæ aliis inductæ. Situ altiori. Multiplicatæ.*
4. *Lineæ gemellæ.*
5. *Tergeminæ seu Tiertes. Hamaide.*
6. *Baltheus angustior. Cotice.*
7. *Aliis baltheis adjectus multiplicatus. Gemellæ diagonia.*
8. *Palus angustior seu virgula.*
9. *Baltheus sinister angustior.*
10. *Reliquarum figurarum diminutio.*
11. *Tessellæ. Origo figuræ. Scaccarium seu Eschiquier Normanniæ. Vestes. Alveolus latrunculorum.*
12. *Collocatio.*
13. 14. *Exemplæ.*
15. *Ex pellibus.*
16. *Tessellæ novenæ. Sparsæ.*
17. *Rhombi. Lozenges.*
18. 19. *Exempla scutorum rhombulatorum.*
20. *Tessellæ lingvatæ. Dejunctæ.*
21. *In baltbei vel fasciæ modum dispositæ.*
22. *Rhombus plinthotretos s. macula.*
23. *Exempla in scutis.*
24. *Rhombus cyclotretus. Rustre.*
25. *Cunei seu fusi significatio.*
26. *Scuta his repleta seu virgata.*
27. *Cunei dejuncti, vel in baltheum, fasciam, dispositi.*
28. *Clathri.*
29. *Exempla.*
30. *Cuspides vel triangula. Chappé. Mantelé.*
31. *Ex latere vel angulo.*
32. *Plura in uno scuto.*
33. *Runcinæ ascendentes & descendentes. Emmanché.*
34. *Annuli seu circuli. Hieroglyphica.*
35. 36. *Exempla.*
37. *Annuli innexi.*
38. *Orbes. Numi Bizantini. Pila.*
39. *Hieroglyphica.*
40. *Exempla.*
41. *Plinthides. Scuta iis strata.*
42. *Solæ in scutis occurrentes.*

MEMBRUM II.

DE FIGVRIS HONORABILIBVS SECVNDI ORDINIS.

§. I.

Numerus. Vidimus figuras, quæ inter honorabiles primum ordinem (Menestrierius, cujus alioqui enumerationem secuti sumus, secundum vocat, primo partitionibus scuti attribuit) constituunt. Nec ad secundam classem transimus, in illam, quæ idem autor, tertiæ & quartæ adscribit, simul compingentes. Huc referemus sequentes species, 1. *diminutiones* figurarum honorabilium primi ordinis, 2. *tessellas*, 3. *rhombos* 4. *cuneos* 5. *clathros*. 6. *cuspides*, 7. *annulos*, 8. *orbes* 9. *plinthides*. 2. Est ergo prima species hujus classis, *diminutio* figurarum primæ classis. *Caput justo angustius* vocatur Gallis *Comble*, cujus apud nostros nescio an usus sit.

Diminutio figurarum primi ordinis, capitis & fasciæ. Burelle.

§. II. Fascia tertia sui parte diminuta, vel potius non nisi tertiam partem obtinens vocatur *devise* vel *fasce en devise*, aliis *turelle*, & si adhuc angustior sit, nempe sextam tantum fasciæ partem complens *trangle*, Upt. & Joh. de B. aur. vocat *barulas*. Le Labour de l'orig. des arm. n. 109. 110. existimat terminum *burelle* venire à certo genere parmæ, bicoloris, sed inter agrestes tantum usitati. Putat vero in singulari non dicendum *une burelle*. De termino *trangle* idem videatur n. 111. ubi à *tarinche*, quod in Martyrologio legitur, derivat. Exempla quædam adferam. Inducunt 4. tæniolas undulatas, cæruleas areæ argenteæ *Autret* (Britan.) sex nigras fasciolas aureæ, incumbente toti, leone rubeo, argento coronato *Mensluel*, rubeam scuto ex argento & cæruleo rhombulato seu absidali *Schellendorf* [Saxon.] (α) rubeam scuto aureo aquila nigra insignito. *Hüller de Onoldsheim* [Alsat.] (β) auream leoni cæruleo in argentea parma salienti *Wulipsberg* [Helvet.] (γ) argenteam duobus leonibus aureis erectis, obversis & coronam ejusdem metalli deferentibus in solo cæruleo *Ventet* (Delphin.) scuto ex auro & minio quadripertito hermionicam *Mirabel*, inter 3. stellas aureas in solo cæruleo auream *Yver* (Picton.) inter totidem rosas rubeas aureæ parmæ inscriptas cæruleam *Lonhern de Rosheim* [Alsat.] (δ) duas rubeas leoni cæruleo coronato, salienti in parma argentea *Truchses de Pommerfelden* [Francon.] (ε) nigram senario palo argenteo & cæruleo *du Port en Beugey*. Frequens est, hasce tæniolas majoribus & justis fasciis parallelas addi. Ita nigræ duæ fasciæ ejusdem coloris argenteo scuto impressæ adjiciuntur pro

Scharf-

(α) Wap. I. p. 166. cornua ad modum scuti tincta.
(β) Wap. II. p. 131. aquila nigra cum fasciola inducta rubea.
(γ) Wap. II. p. 146. Leo scutarius erumpens.
(δ) Wap. II. p. 131. imago virginis exsurgentis amictu cæruleo brachiis auratis.
(ε) Wap. I. p. 101. ex corona aurea leo scutarius exsurgens tæniola scuti iterum impressa.

Scharpfenſtein [Rhen.] (α) & ſi *Pailloto* fidem adhibeas, voce *Trangle*, alterum juxta poſitum ſcutum iterum pro Scharpfenſtein (β) ſimiles duas virides praſinæ faſciæ parallelas ducit (in libro armoriali autem non niſi unius tæniolæ, quæ faſciæ imminet, ſpecies apparet) *Bouillé de Creance* in argentea parma rubeæ faſciæ clathris nigris diſtinctæ rubeas duas tæniolas comites dat: *Stiſslingen* [Svev.] (γ) rubea faſcia ejusdem coloris duas, in ſolo argenteo, *Chiſtvviz* [Sileſ.] (δ) duas argenteas, quæ faſciam ex cæruleo & rubeo teſſellatam, atque iisdem coloribus quadripertito ſcuto inductam utrinque terminat. Conf. c. 4. n. 33. *Roth.* [Abbat.] (ε) duas aureas faſciam ex minio & argento teſſellatam, & parmæ rubeæ impreſſam ſtipantes, *Mörspach* [Bavar.] (ζ) duas aureas, quibus in area argentea faſcia ex argento & nigro dentata, utrinque clauditur. *Vom Moſſ* [Bavar.] (η) auream, quæ in ſcuto nigro argenteam faſciam tribus majoribus dentibus nigris impreſſam ſuſtinet, *Bergen* [Haſſ.] (θ) argenteam, quæ in ſcuto ex cæruleo & argento transverſim ſecto faſciam nigram, qua ſuperne cæruleum colorem ſcuti tangeret, ab eo dirimit.

§. III. Nonnunquam talis tæniola alii faſciæ inſcribitur. Ita Zonæ argenteæ in parma rubea inducunt nigram faſciolam *Laymingen* pincernæ hered. Bav. (ι) & *Seliviz* [Franc.] (κ) duabus nigris in area aurea ſingulas rubeas *Wittenhorſt* [Rhen.] (λ) Noſtri ita enunciarent, 2. **ſchwartze Balcken im gelben Feld / jedes beſetzt mit einem rothen Strich** / ita *Sotomayor* D. de *Bejar* inſcribunt 3. faſciis in parma argentea teſſellatis auro & minio ſingulas faſciolas nigras. *Saavedra* ſimiliter, niſi quod tæniolæ aureæ ſunt. Aliquando ejusmodi faſciola altiorem, quam ſolitum eſt, ſitum in ſcuto obtinet, & tum quoque nomen *Deviſe* ordinarium eſt. Ita faſciolam altius locat auream in ſcuto rubeo 2. cantheriis impreſſo *Poiſieux*, iterum auream in ſcuto rubeo, cantherium argenteum & 3. ſtellas aureas deferente: tribus aliis ſtellis in caput ſcuti collocatis *Recourt* (Dijon.) Aliam auream in parma cærulea cantherium aureum, & ex argento 6. roſas, quarum tres caput occupant, continente *Chifflot* (Dijon.) Iterum auream in ſcuto cæruleo, cantherium argenteum & in capite 3. numos Byzantinos argenteos complexo *Villandri*, ſi plures faſciolæ in ſcuto appareant (faſciæ enim juſtæ numerum octonarium excedere non poſſunt) nomen *burelles* in uſu eſt: & cum numerus æqualis eſt, vocatur *burellé*. De exemplis hic ſollicitum eſſe neceſſe non eſt, cum in partitionibus ſcuti mentio ſit facta c. 3.

Faſciolæ aliis inductæ ſitu altiori multiplicatæ.

§. IV. Huc etiam ſpectant *lineæ gemellæ*, inter quas latior, quam ipſæ ſunt, diſtantia non debet eſſe; *jumelles* nuncupare amant. Geſtat bis gemellas nigras argenteo ſcuto inſcriptas *Morsheim* [Rhen.] (μ) argenteas in ſcuto ex nigro & rubeo bipertito *Albich* dict. de *Daxheim* [Rhen.] (ν) Ter gemellas inſcribunt nigras auro *Gouffier* (unde duces de *Roannois ſeu Rouanez*) & in poſteriori ſcuti bipertiti parte *Wangenheim* [Thuring.] (ξ) nigras argento *Beauieu*, argenteas rubeo *Foſſeux* & *Toulongeon*, rubeas argento *Rubempré* & *Belin*. Quatuor gemellas argenteas inſcriptas clypeo nigro geſtat *Tuſſé*.

Lineæ gemellæ.

§. V. Affines ſunt *tergeminæ ſ. Tierces*. Tales aureas ter repetitas videas in ſcuto cæruleo *Bourbourg*. Sunt etiam hujus generis, quas *Tiercelin Apelvoiſin*, ob nominis affinitatem geſtant, ſed alio ſitu: Nam diagonali collocatione decuſſim triplicem lineæ cæruleæ in parma argentea adjectis 4. merulis nigris conſtituunt. Monent me tergeminæ, ut addam, certam ſpeciem faſciarum, quæ marginem ſcuti non tangunt, & tres ſimul *hamaide ſeu hamade* dicuntur, ſed conſulantur de his Galli, nobis nec uſus eſt, nec ob eam tractandi neceſſitas.

Tergeminæ ſ. Tierces, Hamaide.

(α) & (β) Wap. II. p. 105. juga ſingula alarum, ſed complicatarum, typum ſcutarium repetentium. (γ) Wap. II. p. 95. herma muliebris rubro inducta cornibus loco brachiorum enatis & ad modum ſcuti diſtinctis. (δ) Wap. I. p. 61. pilei duo, alter rubeus, alter cæruleus, oris reductis alterius coloris, inverſo ſitu caſſidi imponuntur. (ε). Wap. I. p. 13. (ζ) Wap. I. p. 81. pileus acuminatus argenteus, ora reducta nigro & argento dentata, extremo limbo aureo, plumas ſtruthionicas argenteam, nigram & auream ſuſtinens. (η) Wap. I. p. 91. ala ſcutario typo inſignita. (θ) Wap. I. p. 136. jugum expanſum alarum ſymbolis ſcutariis pictarum. (ι) Wap. I. p. 78. (κ) Wap. I. p. 104. (λ) Wap. II. p. 116. pileo nigro, cujus ora reducta rubet, impoſitam figuram duplicem, ſcuti lineis exaratam non agnoſco.

(μ) Wap. I. p. 126. herma juvenilis argenteo amictu, loco brachiorum adnatis alis expanſis, gemellas ſcuti iterum referentibus.

(ν) Wap. I. p. 125. cornua nigrum & rubeum, gemellis ſcutariis impreſſa. Laciniæ hinc argenteæ & nigræ, illinc argenteæ & rubeæ.

(ξ) Wap. I. p. 148. in apice, quod reſpondeat non video, niſi lacinias altera parte nigras & auratas.

Baltheus anguſtior. Cotice.

§. VI. Baltheus ſi juſtum areæ ſpatium non occupet, *cotice* vocatur, ſeu *bandelet*. Uptonus *Bendulam* vocat: diceres etiam *Balteum anguſtiorem*, **ein ſchmaler rechter Balcke.** Alii nuncupant *baſton*. Apud Meneſtrierium ita diſtinguunt, ut *baſton pery* tertia parte, *cotice* dimidia ſit juſto baltheo minor: *filet* autem dicitur, cum non niſi quartam partem habet. Exempa à Gallis illa notata invenio. Geſtans baltheum anguſtiorem inductum ſcuto aureo 4. palis rubeis inſignito cæruleum *de la Gelieres* (Breſſ.) quadripertito ex auro & minio hermionicum *Mirebel* (Delfin.) argenteo leonem rubeum deferentem compoſitum ſegmentis cæruleis & aureis *Montvagnard*, ex auro & minio bipertito cæruleum dentatum, *Toligny* argenteo, cujus priorem partem clathri rubei, poſteriorem vulpes currens occupant, rubeum *Lansberg* [inf. Rhen.] (α) ſcuto, cujus priorem partem argenteam duæ faſciæ cæruleæ, poſteriorem cæruleam corona aurea ornant, aureum *Tamfelder* [Sileſ.] (β)

Aliis baltheis adjectus.

§. VII. Quod de faſciola diximus, de baltheo anguſtiori æque intelligendum eſt: nempe aliquando juſto baltheo anguſtiori dari comitem, vel etiam duos *Surger de Mozig* [Alſat.] (γ) in ſcuto argenteo geſtant baltheum rubeum, cui parallelus alius anguſtior ex ſiniſtra parte additur, & in ſiniſtro angulo lilium rubeum, utrinque baltheos tales tenuiores adjiciunt, in parma aurea rubeo baltheo, ejusdem coloris *S. Pere*, in cærulea argenteo, duos aureos des *Effards*, & (ſed adjectis 6. leunculis argenteis) *Bohun* (Angl.) in hermionico rubeo rubeos *Celles* (Belg.) Aliquando illæ diagonales lineæ ipſos baltheos terminant. Ita baltheus teſſellatus argento & minio in parma nigra, utrinque terminatur tali tæniola aurea pro abb. *Salmonsweyler* (δ) ſimiliter in parma cærulea famil. *Merſuckhofen* [Bavar.] (ε) argenteum baltheum 3. liliis aureis inſignem, duo exiliores balthei aurei terminant. Huc referre poſſumus inſignia *Campaniæ* comitum, quæ Galli ita deſcribunt, *d' azur à une bande d' argent accompagnée de deux doubles cotices d' or potencées & contrepotencées de meſme de* 13. *pieces*. Ita hæc ex Moneto prat. des arm. c. 18. n. 5. enuncianda ſunt: In cæſio laterculo argentea tænia geminis utrinque beſſalibus tæniis, in mutuas vices patibulatis. Additur numeri ratio, quia totidem comites nempe 13. olim comiti Campaniæ vectigales fuerant. Eſt ubi plures in una parma viſuntur. Ita geſtant 5. cæruleos in ſolo aureo *Rochegnyon & Breton-Grillon*, ſex cæruleos in aureo *Mentrelais*. Si æqualis ſit numerus vocatur *cotice*, uti *Berton* (com. Avericon tæniis quinis cæruleis & aureis exarata parma. Huc referam tergeminas diagonales argenteas parmæ rubeæ impreſſas, inducta faſcia argentea *Huit* [Rhen.] (ζ) Et gemellas diagonias (jumelles, aliqui vocant *bandes jumellées*) quales geſtant ternas rubeas in argentea parma *Fontenais* (Britann.) totidem argenteas in viridi *Gremonville*, & undarum in morem ſinuatas cæruleas in aurea parma deſcriptas præ *Cajetanis* D. de *Sermoneta*.

Palus anguſtior ſ. virgula.

§. IIX. Diminutus 4. palus vocatur *vergette*, quod *virgulam* interpreteris. *Spelm. aſpilog. p.* 6. *Diminutos palos paxillos vocant, quamvis Cicero è contra palum à paxillo faciat, fugato X. vaſtiore litera. Galli baſton* vocant. Exempla non facilè alia reperiuntur harum virgularum, quam cum inſcribuntur aliis palis. Ita inducunt virgulam vario vellere pictã palo aureo parmæ rubeæ *Pilly* [Florentin.] argenteam nigro palo in aurea area *Maſſi* (Florentin.) rubeam parmæ nigræ roſis tribus argenteis inſignitæ *Fleurigny*.

Baltheus ſiniſter anguſtior.

§. IX. Balthei ſiniſtri 5. diminutio ſub nomine *baſton en barre*, vel *filet gauche* nota eſt. Nothis hanc figuram dari diſcernunto, infra videbimus. c. 8. Huc referendæ diagonales ſiniſtræ lineæ truncatos arboris ramos referentes rubeæ in ſolo argenteo, fam. *Riedt* [Miſn.] (η)

Reliquarum figurarum diminutio.

§. X. Cantherius 6. ſi ita exilis ſit, ut tantum quartam partem juſtæ latitudinis obtineat, vocatur *eſtaye*. 7. crux in ea diminutione vocatur *filet en croix*, vel *eſtrez*. 8. decuſſis anguſtior vocatur *flanchis ſ. flanquis*. 9. Limbus diminutivum habet *La Filiere*. ſi vero ſtriatus ſit plerumque ſimpliciter *engreslure* vocatur. 10. Quadrantis honorarii diminutio octavam tantum, vel nonam ſcuti partem obſidens *cantons*, vel *franc canton* dicitur. Talis aurea in ſcuti cærulei angulo fulget *Arces* (Delfin.) argentea leone naſcente nigro impreſſa, teſſellatæ ex auro & cæruleo parmæ inſcripta *Tingecoret*.

§. XI.

(α) Wap. II. p. 121. præter diadema tortile, figura, quæ ſpecies pilei videtur totum ſcutarium typum repetens. (β) Wap. I. p. 73. annulas aureus ſapphiro inſignis, huic impoſitæ 5. plumæ ſtruthionicæ, *quarum media aurata, proximæ cyaneæ, extremæ* coccineæ. Lac. hinc cæruleæ, iſthinc rubeæ, addito utrinque auro. (γ) Wap. I. p. 196. jugum alarum expanſum, cum ſymbolis ſcutariis. (δ) Wap. I. p. 73. (ε) Wap. I. p. 90. ala cum ſymbolo ſcutario. (ζ) Wap. II. p. 120. rubeus pileus, argentea ora reducta, ſtruthionicis plumis faſtigiatus. (η) Wap. I. p. 158. cygnus candidus inſiſtit caſſidi.

§. XI. Post diminutiones figuratum honorabilium 2. sequuntur *tessellæ*, quas aliqui inter panniculas (fourrures) referre voluere: Haud dubie vero ex nobilissimis figura est. Arca his repleta vocatur tessellata, tessellis vermiculata, alveolata, latrunculatoria. Quidam *abacum* vocant, *Vpton* & *Ioh. de B. Aur.* barbatè scaccata, scaccarisata, scachificata. Galli *eschicquier*, *eschiqueté*, *eschequée*. Hispani *eschaques*, *caqueles*. Nostri geschacht/ gewürffelt/ vel schachzagel/ minus rectè geweckt/ quod rhombis & cuneis respondet. Ab hoc Germanico schach fatetur, *le Labour. de l'orig. des arm. n.* 128. Gallos accepisse suum *eschiquier*, unde ait olim dictum fuisse eschaqueté, Spangenb. vocat, Spän. e.g. Honstein, weiß und roth viereckte Span. Spanheim 16. solcher Spän. Spangenb. Adelsp. p. 2. l. 12. c. 40. p. 330. Originem figuræ, quod concernit, novimus 1. veteribus pavimenta sectilia & tessellata fuisse in pretio *Svet. in Cæs.* c. 46. Ab his tessellis curiam Normannorum, antequam parlamentum Rotomagense introduceretur, *eschiquier s. scaccarium* dictam fuisse, non difficulter nobis *Chifflet.* persvadebit, qui in Anast. R. Childer c. 9. p. 132. ita loquitur: *Senatus Normannici consessus olim temporarius Eschiquier dicebatur*, h. e. *alveus cancellatus seu tessellatus, forte, quod in ejusmodi cancellato tribunali judices pro more considerent, jusque populis redderent.* Le Labour. d. l. n. 128. putat potius à tapetibus hujus figuræ, quibus parietes ornati fuerint, ortum esse nomen. Quod de Normannico diximus, de scaccario etiam apud Anglos è Normannia consvetudine à Guilelmo I. introducto, quod tabula est, seu mensa in foro, fisco & regio vectigali addicto dicere possumus, à specie exteriori nomen datum esse: & inde credit *Spelmannus* figuram in *Warenniorum* clypeum migrasse, quod forte aliquis illam curiam moderatus fuerit, ab his ad clientes. 2. Non parum huc conferre potuere vestes, hunc in modum contextæ; conf. supra c. 4. §. 15. Priscorum Gallorum *Diodor. Sic.* l. 5. saga crebris tessellis distincta memorat. De Francis testimonio est, quod apud Aimoinum jam sub rege Theodeberto mentio fiat vestium vermiculatarum. De virginibus & fœminis, quæ deducebant equites ad ludos equestres refertur in historia Caroli VI. quod gestarint *robbes semées & bordées d'escheqs*. unde in Clement. l. 3. c. 2. de vita & honest. Cleric. prohibentur clerici tales gestare. *Huic insuper adjicimus sanctioni, ut clerici præsertim beneficiati caligis scaccatis rubeis aut viridibus publice non utantur*; apud le Labour. orig. des arm. n. 16. Gelen. de Col. Agr. magn. l, 2. c. 27. p. 187. deducit *ex primæ militiæ levibus armis, cum ex bicoloribus viminibus & saligna contexerent crates, storias & scuta, quæ Persica & gerræ dicuntur.* 3. Nec absurdus fuerim, si alveum latrunculorum ludo aptum occasionem figuræ dedisse credam. Est enim ludus ille belli imago & alveus campum aciei repræsentat.

Ludimus effigiem belli simulataque veris
Prælia, buxo acies fictas - - -

Unde aciei & belli similitudinem figura repræsentat, & digna est exercituum imperatoribus, & aciei structoribus. Qui ergo ludum hunc magnatibus, nobilibus, belli ducibus, doctis non indignum credidere: (consulat. Gustavus Selenus, vel qui illud suum transformavit nomen memoriæ glorioſæ *Augustus D. Brunsvicensis & Lunæburgius* im Schacht oder Königspiel. Gumpolzheim de exercit. academ. p. 4. n. 6. p. 245. seq.) Nequidem alveolum ejusmodi designari potuere. Imo disertè ejus effigies in apice fam. *Spiller* (Austr.) cum ibi conspiciatur προτομὴ ursi tenentis alveolum ejusmodi, tessellis miniatis & argenteis variegatum: ex quo colligas laterculum 2. & 3. scuti ita *tessellatum* alveoli hujus imaginem gestare: ad quod nomen occasionem dedisse videtur. Conf. c. 9. n. 13. & c. 5. 5. 3. m. 2. n. 27. Hisce, quæ occasionem dedisse figuræ opinamur, addi potest, quod figura quadrata hieroglyphicum sapientiæ & constantiæ semper habita, multis vel eo nomine placere potius.

Tessellæ. Origo figuræ Scaccarium seu Eschiquier. Normanniæ Vestes. Alveolus latrunculorum.

§. XII. Cum describenda est tessellata parma, enumerandi sunt (si certos & definitos esse constat, in quo pictoribus non semper tuta fides, unde in exemplis, quæ recenseo, numerum utplurimum omitto) *tractus*, vel *versus*, les *traits*, ou *tires*. Wie viel reyen. Tum initium faciendum à tinctura primi in angulo dextro quadrantis. Si vero sex ductus sunt, sine addito tessellatum, seu eschiqueté nuncupari volunt, scutum duodecim quadris argenteis, & coccineis tessellatum gestant *Reideburg* [Sileſ.] (α)

Collocatio.

§. XIII. Nunc enumeranda sunt exempla: Gestant ergo areas tessellatas ex argento & minio *Ligniz* Princ. Sileſ. (β) & ob hoc præter civitatem *Iawer*, (γ) haud dubie principum

Exempla.

(α) Wap. I. p. 61. duo orbes argenteus & coccineus, quorum utrinque impoſita pluma ſtruthionica alterius tincturæ. (β) Wap. I. p. 6. (γ) Wap. I. p. 222.

pum beneficio, vel clientum in patronos ſtudio, plures Sileſiæ nobiles, ut *Karnitzky ſeu Kroſchnitzky* (α) *Bubelwiz* [in poſteriori ſcuti bipertiti parte, cum prior ſolum cæruleo colore tincta ſit] (β) *Ratzbar* & *Buntſchen* [in priori ſcuti bipertiti parte, poſteriori tota aurea] (γ) (δ) *Buſwoy* [in parmæ transversè ſectæ parte inferiori, cum ſuperior cærulea caput aureum aquilæ contineat] (ε) *Geresleben* (iterum in inferiori, cum in ſuperiori rubea, leo coronatus aureus exoriatur, (ζ) *Pirutzky* [in parte ſcuti bipertiti poſteriori, priori rubea dimidium ſoleæ equinæ argentatæ continente] (η) Extra Sileſiam *Plauſig* [Thuring.] (θ) *Spiller* [in 2. & 3. Auſtr. vid. §. præced.) *Bolmeriz* (Miſn.) ſed tantum in poſteriori ſcuti parte, priori argentata (ι) *Acerac*, *Poulmic*, *Ventes* (Maſſilienſ. Genuâ orti) *Monges ſeu Moines* (Arelat.) *Nantovillet*, *Giel de Gielsberg* [Helv. in ſcuti transversè ſecti, cujus ſuperior pars argento tingitur parte inferiori] (κ) Præpoſito rubeo colore *Belpench*. Inductis 2. faſciis cæruleis *Münich* [Thur.] (λ) Ex argento & cæruleo: *Toledo* (unde duces Albæ. Conf. Hiſt. inſign. l. 1. c. 88. Notatur verò diſertè 16. teſſellis compleri ſcutum, ſunt ergo 4. tractus) *La Houſaye*, *Lotin-Martilly*, *Clifford*, ſed inducta faſcia aurea (Angl.) *Spaur*, ſed inducta faſcia rubra [Bar. in pede ſcuti transversè ſecti.] (μ) Inducunt baltheum rubeum *Haunold* [Sileſ.] (ν) duas faſcias aureas *Tannenberg* [Saxon.] (ξ) rubeas *Wernings hofen* [Thuring.] (ο) leonem ſangvineum *Andelot*. Præcedit cæruleus color in *Picorum* de *Mirandula* inſignibus, *de None* (ſed cum capite aureo.) Area *Baymundt* [Bavar.] (π) ſecunda & tertia quadripertita, duobus quadrantibus rubeis, reliquis cæruleo colore & argento teſſellatis. Ex argento & nigro *Talovet Kerauion*, *Digoine Bonuert* (in Caroleſſ.) *Calva* (Genuæ.) *Bazan* (Hiſp.) *Baden* (Alſat.) 16. teſſellæ determinatæ ſunt. (ρ) *Sperberſeck* [Svev.] (σ) *Kreiſchelwiz* [Sileſ. ſed ſolam inferiorem partem ſcuti transversè ſecti, ſuperiori argentea & aquila nigra exoriente ornata] (τ) *Bindeman* [Sileſ. iterum in parte inferiori tota rubea.] (υ) *Dachenhauſen* Sver. ſed adjecto capite ſcutario nigro. (φ)

Exempla. §. XIV. Aureis & cæruleis teſſellis utuntur *Dameraucourt-Lanoy*, *Warlen* (Angl.) *Piedefer*, *Vert*, *Varenne Sury*, *le Nain*, *Portocarcero* (Hiſp. conf. Hiſt. inſig. l. 1. c. 69. n. 4.) Addunt vel inducunt *Vermandois* caput Francicis liliis conſitum, *Dreux* limbum rubeum, *Nuburgh* & *Warwick* (Angl.) cantherium hermionicum, *Boisgency* faſciam rubeam, *Roſſillo* (Delfinat.) limbum rubeum, *Pfærtner* [Sileſ.] (χ) in ſuperiori ſcuti transversè ſecti parte cærulea argenteus canis leporarius conſidens. Præponunt cæruleum colorem *Meulant* aureis & nigris. *La Haye* (Vermand.) *Arnſchwang* [Rhen.) (ψ) *Luna* (Hiſp.) (ſed addito capite ſcuti argenteo, impreſſa imagine lunæ inverſa, teſſellata auro & nigro) *Antolines* & *Bermudes* (Hiſp.) Addunt limbum aureum catena cærulea impreſſum in prælii cum Mauris vallo incluſis commiſſi. Numerus teſſel-

(α) Wap. I. p. 73. & Wap. II. p. 51. ala ſimiliter teſſellata. (β) Wap. I. p. 51. orbis ad eundem modum uti ſcutum variegatus, & 2. pennis galli gallinacei faſtigiatus. (γ) Wap. II. p. 52. duo cornua nigra. Laciniæ hinc argenteæ & rubeæ, illinc nigræ & aureæ. (δ) Wap. I. p. 54. cornua duo, rubeum & argentatum. (ε) Wap. I. p. 57. ex corona aurea caput aquilinum ſcutarium prominens. (ζ) Wap. II. p. 52. leo aureus caſſidi inſidet pedibus anterioribus erectis. (η) Wap. I. p. 51. tres ſtruthionicæ plumæ. (θ) Wap. I. p. 144. caſſis coronata & 5. plumis ſtruthionicis, 3. argentatis & 2. rubeis faſtigiata. (ι) Wap. I. p. 158. orbis ad modum ſcuti diſtinctus & 10. pennas galli gallinacei ſuſtinens. (κ) Wap. I. p. 202. galeæ tres, quarum media coronata caudam pavoninam, prior item coronata tres plumas ſtruthionicas nigras, tertia alam ſcutario typo impreſſam ſuſtinet. (λ) Wap. I. p. 147. ex corona eminent duo cornua ad modum ſcuti variegata. (μ) Wap. I. p. 24. reſpondet arcæ galea media coronata, coronæ impoſita mitra ducali rubea ora reducta harmionica: cum duabus bipennibus. (ν) Wap. I. p. 52. ubi ſiniſter, & Wap. IV. p. 83. ubi dexter pingitur. Apex ex coronata caſſide inter alas rubeis argenteis, & cæruleis baltheis exaratas, protenſum brachium, rubro inductum, acinace ſtricto minax: Laciniæ hinc rubeæ, illinc cæruleæ, utrinque altera parte argenteæ. (ξ) Wap. I. p. 112. galeæ coronatæ impoſitum jugum expanſum alarum ſcutariis ſymbolis inſignitarum. (ο) Wap. I. p. 147. duo cornua ad modum ſcuti variegata. (π) Wap. I. p. 99. ex coronata caſſide prodeuntia duo cum collo capita cygnorum candida. (ρ) Wap. I. p. 195. jugum expanſum alarum teſſellatarum. (σ) Wap. I. p. 111. galeæ coronatæ impoſita duo cornua nigrum & argentatum, ternis utrinque plumis ſtruthionicis, contrariæ tincturæ, ornata.

(τ) Wap. I. p. 51. duæ clavæ decuſſatæ.

(υ) Wap. I. p. 56. Lilium naſcens candidum.

(φ) Wap. I. p. 110. jugum expanſum alarum, typo teſſellarum & capitis impreſſarum.

(χ) Wap. II. p. 51. coronæ aureæ inter cornua auro & cæruleo variegata canis conſidens candidus.

(ψ) Wap, II. p. 125. inter duo cornua teſſellata rubeus orbis.

teſſellarum exprimitur) *Prittwitz* [Sileſ.] (α) *Burſcheck* (Sileſ.) ſed in ſcuti bipertiti, poſteriori parte, cum prior auro fulgeat, (β) *Arnsdorf* [Sileſ.] ſed in ſcuti bipertiti priori parte, altera aurea nigrum leonem deferente. (γ) *Schachman.* [Sileſ. ſed in ſcuti transverſè ſecti parte inferiore, ſuperiori aurea folium viride continente.] (δ) Aureis & rubeis. *Ventadour, Kergournadech* (Britann.) *Ternant, d' Auxi-Monceaux, Hangeſt* (Picard.) *Courcelles, Roquefueil* (exprimendus numerus 4. ductuum) *Caiſurit. du Puy Vatan*: *Schenken de Schenkenſtein* in 2. & 3. area [Sver.] (ε) *Campen* [Brunſvic. ſed in priori tantum ſcuti bipertiti parte, altera atro colore infecta] (ζ) *Wolff. de Sponheim* [Rhen. ſed addito quadrante honorario argenteo, aquila nigra coronata inſignito.] (η)

§. XV. Pellium non minus hic quoque uſus eſt. Ita miſcent teſſellis aureis vario vellere pictas *Velaſco* (Hiſp. unde duces *Maquedæ*, conf. Hiſt. inſign. l. 1. c. 95. Exprimitur verò numerus quindenarius teſſellarum) ſimilis miſcet rubeis *Quinnones* (Hiſpan.) Ex pellibus.

§. XVI. Huc referamus ſcuta novenis tantum teſſellis exarata, quas *points equipollés* vocant. **Schach von neun Feldern.** Tales 5. argenteas, 4. rubeis oppoſitas geſtant [*Marſpergii*] (θ) Nec minus his accenſenda credo quadras licet oblongiores, nec quod alias teſſellarum eſt, quadratas. Tales geſtant fam. *Borſchnitz* [Sileſ.] (ι) ſcuto quater ad perpendiculum bis tranverſè ſecto. Tres item tales oblongas quadras rubeas imponunt argenteæ parmæ *Stolzen* [Sileſ.] (κ) ſed has rectius plinthidibus adſcribemus §. 41. Quadratis teſſellis rubeis temerè ſparſis ornans ſcutum hermionicum, limbo miniato circumdato *Orglandes*. Teſſellas ejusmodi aureas in parma rubea in modum diagonalis balthei, ut non niſi angulis altera alteram tangat, diſponit *Marſchall* (Angl.) In duplicem vero baltheum, ut alterius quadræ, alteras angulis tangant, rubeas in parma argentea *Reinſperg* [Sileſ.] (λ) Aliquando teſſellæ ſunt trium colorum: tale ſcutum teſſellatum ex auro, cyano & minio, quod faſciæ in modum perlabitur fluvius *Murzer* [Auſt.] (μ) Teſſellæ novenæ.

§. XVII. Tertium locum *rhombis* dabimus. Differunt hi à teſſellis quadratis, quod incumbunt angulo, iſtæ laterum uni. Tum orthogoniæ teſſellæ ſunt, rhombi leniter producti, angulos duos poculo obtuſiores, reliquos acutiores habent. Galli vocant *lozanges*. De his vide amplius ſupr. c. 3. n. 22. Format inde voces *Liſonia* & *Lodiſinga Ioannes de B. aureo*, qui ſcaccariata bendaria vocat. *Henr. Spelmann.* aream *abſidacem ſeu maculatam* vocat, à retium ſimilitudine, quorum foramina abſides & maculæ dicantur. *Monetus* illa nomina dat: *Pratiq.* des arm. c. 23. n. 5. *Lingulata, Linguata teſſella ſeu teſſerula. Acuminata, cuſpidata, cuneata, oxygonia, acutangula quadra vel teſſella.* Noſtri vocant, **Rauten/ Stein & ſchräger Schach/ Rauten-Schach/ geſteintes Feld.** (Uti loquuntur inſignia *Steinheim* & *Rutenberg* §. 20.) Figuram veterum eſſe argumento eſt Scytharum clypeus, qui ſub M. militum in oriente militabant. Pancirollus verò ferri aciem notare putat. Rhombi. Lozenges.

§. XIIX. Quod in teſſellis quadratis deprehendimus, idem de rhombulatis ſciendum eſt, nempe ut Moneti l. 1. verbis utar: *aut dejunctis & ſolitariis quadris in parma ſpargi, aut conſerti operis contexta pagina continuari ad ſymbolum ſcutarium.* Hoc *Lozangé* vocant: Dicere nos eodem autore poſſumus *ſcutariam iconem quadris aut teſſulis lingulatam, vel tota fronte lingulatis teſſellis conſertam.* Cujus jam dabimus exempla: contexunt ergo ſcuta ſua linguatis teſſerulis argenteis & rubeis *Grimalos* (unde Duc. Monacenſes. Conf. Hiſt. inſign. l. 2. c. 37.) *Wegisheim* [Alſat.] (ν) *Bazoges, Montricher, Poiſſy, Montmoret, Epinefort* (Britann.) *Latra* (Neap.) *Turpincriſſe. Marteville, Appiana* (Hetrur.) *Nontouillet* (ſed addito quadrante cæruleo) *Precy* (addito capite aureo leonem gradientem nigrum deferente) *Vögt de Fronhauſen* [Haſſ. Exempla ſcutorum rhombulatorum.

(α) Wap. I. p. 56. coronatæ caſſidi impoſita herma æthiopis, diademate aureo caput revincta. (β) Wap. I. p. 57. herma Æthiopiſſæ nuda. (γ) Wap. I. p. 66. Leo exſurgens niger. (δ) Wap. II. p. 51. ex coronata caſſide prodiens vir teſſellato amictu, caput diademate aureo revinctus, & manu folium geſtans. (ε) Wap. I. p. 116. reſpondet in apice alterum cornu auro & minio tinctum. (ζ) Wap. I. p. 179. caſſidi coronatæ impoſitus pileus acuminatus rubeus, nodo argenteo & pennis pavoninis faſtigiatus. (η) Wap. I. p. 129. ex mortario teſſellato prodeuntes 2. caudæ pavoninæ. (θ) Wap. I. p. 27. reſpondet galea ſecunda coronata hermam virilem teſſellas pectore ferens, caput diademate ex rubro & argento tortili redimita, vid. Hiſt. inſign. l. 3. c. 24. (ι) Wap. I. p. 53. pilei forma, vel quicquid illud figuræ eſt. (κ) Wap. I. p. 69. (λ) Wap. I. p. 55. cornua duo venatoria argento alterum, alterum minio tinctum. (μ) Wap. V. p. 54. ex coronata galea duo cornua minio, cyano, & auro diſtincta. (ν) Wap. II. p. 130. pileus acuminatus, ora reducta ad modū ſcuti linguata, ipſe rubeus & cauda pavonina faſtigiatus.

ſed tantum in ſcuti parte inferiori, ſuperiori cærulea leonem gradientem aureum repræſentantes] (α) *Caldenberg* (β) (Patrit. Francof. ſed tantum in ſcuti pede, capiti autem ejus rubeo tres turres argenteas deferente) Deſcribunt hujus formæ teſſellis parmam argenteis & cæruleis *Schellendorf* (Saxon.) ſed inducta toti faſcia rubea. (γ) Exarant clypeum oxygoriis ejusmodi quadris argenteis & nigris *Kerhænt ſeu Kercænt* (Britann.) *Kerauiori Talæt*, *Eſebet* (Britann.) *Kerannou de Keranmazé* (Britann. ſed inducto diagonali baltheo rubeo 3. trifoliis argenteis exarato) *Winter*, & *Winter de Fronkirchen* [Haſſ. ſed inducta faſcia aurea, & in altero ſcuto, anteriori, in altero, poſteriori parte, bipertita enim ſunt, tota auro tincta] (δ) Virides argenteis rhombos miſcet *Dadizele* (Flandr.)

Exempla ſcutorum rhombulatorum.

§. XIX. Aureis & cæruleis teſſulis lingulatum ſcutum eſt iſtorum: *Martas* (Aquitan.) *Auray* (Britann.) *Boulieu*, *Charlieu*, *Couſtain de Puiſignan*, *Turpin Vauvredon* (in Aurelian. duc.) *Eliſe*, (Florent.) *Arau de Rochefort* (cum limbo rubeo.) Arriſit area aureis & nigris lingvatis quadris teſſellata familiis *Feurs Deſtours*, *Chantelou*, *ſeu Amant*, *Les chaſſier*, *Herck* (Flandr.) *Leyns* (Gandavo, ſed addito ſcutario capite rubeo impreſſo merulis argenteis) Parmam replent lingulatis teſſulis aureis & rubeis *Craon* (Conf. Hiſt. inſign. l. 1. c. 90. n. 13.) *Les Barres*, *L'Eſparre*, *Angouliſme*, *ſeu Engoliſma* (vetus.) *Poyloauls* (Picton.) *Noë* (Vaſcon.) *Gletins*, *Biamont*, (Flandr.) *Diepen. Buch* (Fland.) *Chaſteaudun* (ſed tænia diagonali argentea inducta.) *S. Simon*, additur aureus cephalus abſidali areæ. Cæterum in omnibus his rhombi angulis ſe contingentes perpendiculariter inſiſtunt, idque huic figuræ ſolenne eſt: niſi alius ſitus exprimatur. e. g. obliquo ſitu (qui alias cuneorum proprius eſt) diſponuntur teſſellæ aureæ & cæruleæ, quibus conſeritur clypeus fam. *Raymondi d'Aübeterre*, addito cephalo rubeo. *Lozangé en bande.*

Teſſellæ linguatæ dejunctæ.

§. XX. Nunc videamus dejunctos & ſolitarios in parma diſpoſitos. Singulos reperio in ſcutis rubeo-argenteum (figura cum videatur pertuſa repræſentari, non conſilio, ſed phantaſiæ pictoris tribuo.) *Grafeneck* Baron. (ε) (*Geliot. indic. armor.* voce *diaſpré* vocat *diapré d'argent*, *veſtu de gueules*) de quibus terminis alibi. Quod vero lozangiam, vel rhombum ego interpretari malim, (repetita in apice figura inducit) aureo-rubeum *Gibing* [Bavar.] (ζ) in argenteo-rubeum *Schwerin* [Miſn.] (η) *Et Eubing* [Bavar.] (θ) in ſcuti transverſi inferiori parte, cum ſuperior auro fulgeat, nigra argenteum *Kutenaro* [Bavar.] (ι) Duas teſſellas lingvatas geſtant in parma aurea nigras *Oberg* [Brunſ.] (κ) argenteas inter baltheos ejusdem metalli in rubea areola, quæ bipertiti ſcuti poſterior (juxta deſcriptionem anterior fuerit) eſt, *Eck* [Carinth. paronomaſia ex weck] (λ) Tres in lineam obliquam, vel balthei modum (en bande) diſpoſitas & angulis ſe contingentes argenteas in clypeo rubeo *Lutzenrodt* [Infer. Rhen.] (μ) rubeas in argenteo, *d'Autruy*, nigras in argentea area 1. & 3. in *Teuffenbach* Baron. (ν) & *Meylersdorffer* [Carinth.] (ξ) aureas in cæruleo (ſed ut corpus figuræ elevatum pingatur) *Payer de Flach* [Helvet.] (ο) Viciſſim in modum ſiniſtri balthei (ſi tamen ſculptori certa fides) diſponit 3. lozengias nigras in ſcuto argenteo *Knoblauch* [Haſſ.] (π) Tres argenteas in faſciæ modum in capite nigro, pede areæ aureo *Pfefferl.* (Styr.) n. 2. 3. (ρ) In

(α) Wap. I. p. 137. Ala nigra in circulo inſcriptam totam parmæ gentilis figuram repræſentans. Laciniæ hinc aureæ & cæruleæ, illinc argenteæ & rubeæ. (β) Caſtellum argenteum δίπυργον ex cujus medio proſpicit leo aureus. (γ) Wap. I. p. 166. cornua ad modum ſcuti lingvata & faſciata. (δ) Wap. I. p. 137. Inter alas duas alteram auream, alteram nigram, altera linea tres rhombos, altera hermam reginæ hinc teſſellato, iſthinc aurato amictu conſpicuam defert. (ε) Wap. I. p. 25. caſſidi coronatæ impoſita mitra epiſcopalis auro & minio fulgens, ex qua hinc crucicula aurea, illinc rhombus argenteus prominent. (ζ) Wap. I. p. 98. galeæ coronatæ impoſitum jugum alarum cum ſcutario typo. (η) Wap. I. p. 176. coronæ fronteæ, vel ex trifoliis conſertæ impoſitæ 3. ſtruthionicæ plumæ argentatæ, impreſſis 2. rhombis rubeis. (θ) Wap. I. p. 80. Pileolus acuminatus rubeus aureo nodo & plumis gallinaceis exornatus, ora reducta argentea duas lozangias ſcutarias repræſentans. (ι) Wap. I. p. 84. pileus ora reductas aureus, coronatus & 3. plumis ſtruthionicis, nigra, aurata & argentata inſignis, in ora reducta nigra, fulget quadra argentea. (κ) Wap. I. p. 179. diademati tortili impoſita pavonina cauda impreſſis 2. teſſellis. (λ) Wap. I. p. 36. conf. ſ. 3. m. 2. n. 30. (μ) Wap. II. p. 120. ex diademate tortili prodiens jugum alarum complicatum, impreſſis illis rhombis. (ν) Wap. I. p. 22. reſpondet in galea ſecunda ala dextra hujus areæ typum repræſentans. (ξ) Wap. I. p. 46. Similis priori apex, coronatæ galeæ impoſitus. (ο) Wap. I. p. 201. coronæ impoſita herma virilis, cæruleo amictu & pileo, aureis rhombis veſti impreſſis & nodo, in quem pileus colligitur. (π) Wap. I. p. 139. jugum alarum complicatum, cum typo ſcutario. (ρ) Wap. I. p. 49. peculiarem non habet apicem, vid. ſ. 4. m. 1. n. 8.

In lineam transversam (en fasce) collocantur 3. argenteæ in area cærulea *Varennes-Naynt* argenteæ in nigra, *Tallansac la Loudriere* (sed additis in capite scuti 3. stellis argenteis.) Tres à se invicem separatas quadras situ, qui numero huic solennis est, exhibent in solo argenteo rubeas area 3. insign. Com. *Salm.* (α) & *Daucy*, argenteas in cærulea *Walbrun* (Rhen.) & *Gänse de Walbrun* [Patrit. Francof.] (β) argenteas in rubeo *Le Iau*, aureas in rubeo *Mollart Dieulament* (Brienf.) Quinque tessellarum linguatarum exempla ista sunt. Gestant in parma rubea argenteas in crucis formam dispositas *Arlatan* (Provinc.) in argentea rubeas, in fasciæ situm collocatas, cum fasciola quadrifida nigra *Blot Chavigny*; Septem tessellarum quædam exempla notantur. Gestant tales rubeas in aurea *Virnenburg* Com. (γ) nigras in area argentea 4. 3. *Gayspiz* [Rhen.] (δ) & eodem plane modo Famil. Colonienfis *Benesis* (ε) quam Gelen. de Colon. Agr. magn. f. 27. p. 184. 185. ex augustali progenie deducit, & *suspicatus tali Augustæ genti charas fuisse plinthides 9. acutangulas limatasque fabas, quod Augustus ex Fabia tribu esset, teste Svetonio.* Nigras in clypeo aureo *Ruttenberg* [Brunsvic.] (ζ) cæruleas in argenteo *Stainheim* (Svev.) sed interposita [fascia rubea] (η) cæruleas in argentea parte scuti transversè secti inferiori, cum superior rubeat, *Törcken* [Westph.] & Livon.] (θ) rubeas in argenteo 3. 3. 1. *Le Moine* (Andin.) argenteas in rubea 3. 3. 1. *Rebours* (Aurehan.) vario vellere pictas in rubea 3. 3. 1. *Burg* (Angl.) octo tessellas argenteas in solo rubeo disponunt *Blanckensteiner* [Silef.] (ι) ut 4. mediam fasciam constituentibus, superius & inferius binæ adjiciantur, angulis se invicem & istas contingentes. Novem plerumque in ternos ordines disponuntur. Hac dispositione gestant 9. aureas quadras linguatas in solo nigro *Mälin de Vlmen* [Rhen.] sed inducta quadrifida fasciola rubea (κ) rubeas in argenteo *Rochebeaucourt* [Engolism.] In 5. ordines disponunt, (tanquam in quincuncem) tessellas novem rubeas parmæ, ut quidem Sibmach. pingit, cæruleæ, sed cum errorem laciniæ detegant, rectius argenteæ (vid. c. 4. n. 33.) *Drebber* [Westphal.] (λ) Decem quadras oxygonias gestant rubeas in parma aurea 4. 3. 2. 1. *Renaud Lalaing* (Provinc.) & *Cany* (sed 3. 3. 3. 1.) argenteas in rubea 3. 3. 3. 1. *Lalain*, cæruleas in argentea *Caudelbronne*, aureas in rubea *Croisilles* (Artef.) rubeas in argentea *Sermaises Villarceau* (3. 3. 3. 1. unde Varenn. vocat 3. palos rhombulatos.) *Roze* gestat scutum rubeum consitum tessellis, quas argenteæ & cæruleæ tæniolæ exarant, sine certo numero.

§. XXI. Nonnunquam balthei in modum ita dísponuntur, ut utrinque scuti marginem tangant. Vocatur *bande Lozangée* (alio sensu, quàm supra m. I. n. 58.) Ita sex tessellis aureis baltheum dextrum constituit dirimendæ posteriori parti clypei argenteæ à priori rubea *Metzrode* [Saxon.] (μ) sic ex 5. aureis format baltheum, in clypeo rubeo, & ejusdem metalli limbum circumdat *Bretonniere de Warty*. Parti rhombulis rubeis baltheum componit in parma argentea, impressa angulo sinistro alia parmula rubea, fascia argentea impressa *La Roche Ramé* dict. *la Iaille Payro* (Turon.) loco hujus parmulæ insititiæ leonem nigrum appingit rhombis, *Coursillon* (Picton.) Vicissim duos sinistros baltheos, sed contingentibus se ex utroque rhomborum angulos formant ex tessellis in parma argentea *Kressvitz* [Misn.] (ν) ex rubeis in simili parma *Reyensperg* [Misn.] (ξ) Si conjecturis agere liceat, in scuti aureo fam. *Assbeck*

In Balthei vel fasciæ modum dispositæ.

(α) Wap. I. p. 17. (β) Wap. I. p. 129. inter duo cornua cærulea, & singulis rhombis argenteis picta, alius ejusdem metalli. (γ) Wap. II. p. 20. Conf. Hist. insign. l. 1. c. 56. n. 11. (δ) Wap. II. p. 114. caput hirci argenteum nigras maculis hermionicis respersum, cornibus auratis, originem Gelen. de Col. Agr. magn. l. 2. f. 27. p. 185. repetit à Capricorno August. vid. Sveton. c. 94. Ita & Capricornus Vespasiani digma. (ε) Ramusculus palustris, & heros umbilicotenus scutulata trabea inductus. (ζ) Wap. p. 182. pileus acuminatus & pavonina cauda fastigiatus. (η) Wap. I. p. 118. ala transversè secta superius argentea, inferius cærulea. Ita enim tingi oportere credo, licet sculptor nigram scripserit. Laciniæ enim sunt istius tincturæ. Fasciam adventitiam esse ex his Laciniis colligere videor. (θ) Wap. I. p. 191. coronatæ galeæ parmula tota gentilis imponitur, inter alas rubeam & argenteam. Laciniæ pinguntur argento & minio. Cæruleum sculptor non notat.

(ι) Wap. I. p. 53. ex corona prominent mediâ argentatâ 2. plumæ struthionicæ rubentes.

(κ) Wap. I. p. 131. pileo lato nigro, cujus ora reducta tessellas, & fasciam impressas gestat, impositi duo fasciculi, ex consertis plumis argentatis.

(λ) Wap. I. p. 189. tecta cassis diademate tortili, inter 2. cornua fasciata rubeam tessellam sustinet. Laciniæ argento & minio tinctæ.

(μ) Wap. I. p. 166. diademati tortili impositum jugum complicatum alarum cum scutario typo.

(ν) Wap. I. p. 162. cassidi coronatæ impositæ inter 4. nigras 3. argenteæ plumæ struthionicæ.

(ξ) Wap. I. p. 162. rubei 2. pilei, argento tinctis, quæ reducuntur oris, situ inverso galeæ incumbunt.

Aſſbeck [Weſtphal.] (α) crederem duplicem eſſe baltheum dextrum ex rubeis teſſellis ejusmodi formatum, ſed ut neuter tangat alterum. Viciſſim faſciam ex 3. integris & 2. dimidiis rhombis rubris in clypeo argenteo format *Barbeſieres-chemeraut*.

Rhombus plinthotretos ſ. macula.

§. XXII. Accidit rhombis, ut perforentur, vel in quadram ſ. plinthidem, vel in orbem, rhombus *plinthrotretos* vel *clyclotretos*. *Plinthotretos* rhombus (**außgebrochene Rauten**) nomen apud Gallos peculiare habet, *macle*, *Macula*, vel ut *Vptonus*, *Maſcula*. Apſides etiam vocat *Spelmannus*. Gelen. *plinthides anguloſo foramine adapertas*: Quod rationem figuræ attinet, cum à domo Rohanenſi, quæ 9. aureas rubeo clypeo inſerit, (cum ſymb. *ſine maculâ Macla*. Le Labour orig. des arm. n. 143.) omnis uſus macularum videatur primum promanaſſe, huc ſpectant, quæcunque de origine ſigni Rohanenſis referunt, vel forte aliqui comminiſcuntur. Sunt qui cum Paradino à Macliani celebris in hiſtoria Britannica nomine nomen derivant, quibus contradicit *Le Labour de L' orig. des arm.* n. 63. Alii quod in ditione ipſorum ſilices ſecti hanc figuram exhibeant, ut & carpiones, qui in illorum naſcuntur ſtagnis apud *Vulſon.* & *Varenn.* Alii retibus aſſimilant (le trou d' un ré, vulgo *maille*, unde vox macle) non quidem, uti ineptit *Ioh. de B. aureo*, notando piſcario, ſed piſcationis juri, quod ſupremorum principum ſit: Alii reticulis in mundo muliebri adſimilant. Affinis eſt figura, quam Galli *mortaiſe* dicunt, & eſt teſſella quadrata in aliam quadram perfoſſa. Sed in ſcutis nunquam eam vidi.

Exempla in ſcutis.

§. XXIII. Præter Rohaneam domum exempla macularum iſta invenio. Geſtant maculas, unicam cæruleam in clypeo argenteo, *Treana*, duas aureas lilium aureum in parma cærulea ſtipantes *Kerriéc-Koetanfao*, 3. argenteas in viridi *Bergeres*, in rubeo *Puydufou*, & *Kermeno*, atque *Puybaſelé*, rubeas in argentea *Kranz* ſ. de Serto [Colon.] (β) ſex cæruleas in argenteo 3.2.1. *La Vayrie*, argenteas in cæruleo *Levalle*, aureas in cæruleo, *Doveſſy*. Septem argenteas in rubeo 3.3.1. *Molac* (quæ ex domo *Rohanea* orta ſtirps creditur, cauſam diminuti numeri agunt, quod anguſtius inferiori parte olim ſcutum non potuit plures capere) in nigro *Arradon*, in cæruleo *Riou le Sain*, aureas in cæruleo *Kercado* & *La Porte Neuve Guer*, & *Gouiquet*, in rubeo *Quency* (*de Wincheſter*) [Angl.] c. de *Lincolne* (Angl. ſed conſito clypeo cruciculis brachiatis ejusdem metalli) cæruleas in aureo *Pleſſis Budes*, & *Pledian*. Decem aureas in cæruleo, ſed addito quadrante rubeo impreſſo aureo leopardo; Tredecim aureas in rubea *Tignonville*. Extra Galliam & Angliam nulla mihi ſuccurrerunt exempla.

Rhombus cyclotretus: Ruſtre.

§. XXIV. Nihil à macula differt *ruſtre*, quam quod figura non in quadram, ſed in orbem pertuſa eſt: Diximus *rhombum cyclotretum*, **rund außgebrochene Rauten**. Uſus rarior eſt; Exempla cape: Pingunt tales rhombos 3. aureos in nigra parma *Souyneres de Eſſenau* (Flandr.) argenteos in rubea *Scheſnaye* (Flandr.) cæruleos tres in aurea parma faſciæ rubeæ adjectos *Aavaille* (Flandr.) innumeros argenteos in clypeo coccineo *S. Pern.* (Britann.) Nominis Gallici *ruſtre* ſ. *ruſte*, alii aliter quærunt etymologiam. Conf. *Le Labour. orig. des arm. n.* 142. Forte omnes fruſtra niſi ad Germanicam lingvam recurrant. Noſtri enim teſſellas lingvatas ſeu Lozengias, **Rauten**/aut dialecto Saxonica, atque aliarum provinciarum Germaniæ, **Ruten**. Ut exemplum vidimus §. 20. quo familia de *Ruttenberg* Brunſvicenſis, ob hanc nominis analogiam, figura hac utatur. In re evidenti vix pluribus verbis opus eſt.

Cunei ſ. fuſi ſignificatio.

§. XXV. Nunc cuneos videam[9], quos *fuſos*, *fuſilos* vel *fuſulas* appellant, quibus Gallicæ voces *fuſeaux* & *fuſées* (inter quas diſcrimẽ conſtituunt, quod illæ longiores & anguſtiores ſint) in animo ſunt. Noſtri vocant **wecken**. Figura eſt iterum quadrangula, ſed angulis à rectorum modo longius recedentibus. Quæ figuræ interpretatio ſit, multa inter ſcriptores altercatio eſt, aliqui pro licitario, alii pro molendinari inſtrumento accipiunt. *Spelmannus* aciem bipennis militaris, ſeu martio barbuli (de quo Veget. l. 1. c. 17.) in ea quærit, ſi verò fuſus mulierum deſignetur, exiſtimat reſpici poſſe hereditatem fœmininam, vel honorem dominæ habitum, vel fatalem neceſſitarem, quia Parcarum inſigne ſit. Poteſt etiam memoria magnæ & dignæ principis ita ſervari. Porro injurium in multas illuſtres familias eſt eorum cõmentum, qui fuſos in notam puſillanimitatis ab iis geſtari fingunt, quorum majores in expeditione ſacra domi manſerint, quod refert & rejicit *Vulſon de la Colomb. ſcienc. hero.* c. 10. p. 71. Allegat verò, ne videatur, tantum muliebre eſſe inſtrumentum, fuſum tractantes viros incolas Sveviæ & Baugiaci (*Beugey*) *Le Labour orig. des arm. in* 144. qui ibidem memorat, dici etiam fuſeaux, *les barreaux de charpenterie, dont*

(α) Wap. I. p. 191. ex coronata galea protenſa manus tenet caudam pavoninam. (β) Inter taurina cornua globus, cui ſtipes cum virenti corolla infigitur, qualis ob ſervatos cives dabatur. Gelen.

dont on ferme les eſchiſes des eſtang; repagula quibus occluduntur catarractæ ſtagnorum. Sunt qui notari credunt jacula materia ignis toleranti obvoluta, quibus antiqui muros hoſtium inceſſere & incendere ſolebant, quas phalaricas dixere. Aliqui opera paulatim ſenſim ad exitum perducta notari ajunt.

§. XXVI. Totum ſcutum his figuris amygdalatis conſertum *virgatum* alias dicitur *latinis*, Galli *fuſelé* dicunt. Situs verò cuneorum tum ordinarius eſt, in baltheorum modum *en bande*. Geſtant ſcutum ita cuneatum, vel virgatum ex argento & cyano *Bavar.* Duc. (vid. infra Hiſt. inſign. l. 3. c. 27. n. 10.) Geliot. *loſengé* vocat. Sed uſus, quod videtur, (pictura non ſatis accurata) nigris & aureis cuneis *Teck* Duc. (in Wirtenb. ſcut. vid. infr. Hiſt. inſign. l. 4. (α) aureis & rubeis *Kœnigſeck* (β) [Baron.] (in lævam converſis cuneis; ſi tamen ſculptori fidendum eſt, cujus in hoc ipſo fidem ſuſpectam facit, quod Teccenſes **Wap.** I. p. 6. in ſcuto Wirtenbergico dextros) ſed **Wap.** II. p. 3. ſiniſtros facit, tanquam nihil interſit (aureis & cæruleis (ſed in ſcuti bipertiti parte anteriori, cum reliqua rubeat) *Flitzing* [Bavar.] (γ) argenteis & cæruleis (ſed inducto baltheo, quam pictor, neſcio, an errore lævam formarit, rubeo.) *Logaco* [Sileſ.] (δ) Scuta his repleta.

§. XXVII. Si non integrum ſcutum complent, vel cohærentes conſtituunt baltheos, faſcias, palos fuſorios, vel ut Uptonus, *fuſilatos* (*bandes fuſces*, *paux fuſelés*) h. e. in illarum figurarum ſitum diſponuntur, vel dejunctæ, ſaltem marginem ſcuti non contingentes, conſpiciuntur. In quo tamen diſcrimine video pictores non debitam adhibere diligentiam, ſaltem noſtris illud parum innotuiſſe arbitror. Unde quæ ex illis exempla adduco, nec ipſe ſcrupulosè diſtinguam. Baltheum fuſorium geſtant coccineum in argentea area *Boisroux*, *La Iaille* (Provinc.) *Huercy*, & (ſed comitibus 6. liliis nigris) de *Meaune* atque (ſed liliis cæruleis) du *Bellay*, princip. *d'Yvetot*, argenteum in nigra *Brac*, rubeum in auro (ſed impoſita faſciola quinquefida cyanea) *Mæncourt*, nigrum in aurea *Coutay*, aureum in rubea *Heilly* (Picard.) aureum ex 7. fuſis conſtantem in nigra *Pleſſis Cheſnalla Chappronaye*, rubeum ex 5. integris & duabus dimidiis conſtantem in argentea *Pequieres*. Ita in balthei modum diſponit 3. cuneos *Piring.* [Bavar.] (ε) ut parmam æque ac cuneos diagonalis linea ſecet, tinctura aurea & nigra ad modum ſectionis alternante. Faſciam conſtituunt ex fuſis 5. nigris in ſolo aureo *Leibingen* [Bavar.] (ζ) 3. argenteis in coccineo *Brunsberg* in 1. & 4. [Rhen.] (η) in nigro *Ecker* [Bavar.] (θ) & (ſed circumdato limbo aureo) *Bonſtetten* [Helvet.] (ι) 3. aureis in ſcuti ſecti ſuperiori parte nigra, cum reliqua auro fulgeat *Trenbach* in 1. & 4. [Bavar.] (κ) & ſubſtituto tantum pro nigro colore rubeo *Brechter de Hohenwört* [Tirol.] (λ) 3. ex argento & nigro colore transverſim ſectis in parma ſimiliter ſecta *Wambold de Vmſtatt* (Rhen.) Hæping. de Jur. inſign. c. 6. p. 8. n. 1409. vocat *Iſoſcelen* (μ) ex fuſis 3. integris & 2. dimidiis nigris in argenteo (ſed capite ſcutario ejusdem coloris) *S. Marthe*, rubeis eodem numero in aureo *Guenand*. Duos cuneos rubeos cohærentes pingunt in ſcuto argenteo *Kæniz* [Thuring.] (ν) obſervavi multis placere, ut exprimatur *en pal*, notando, quod erecti ſtent cunei. An hoc neceſſarium ſit, alii viderint. Palus fuſorius eſt, quem ex fuſis componunt rubeis in parma aurea *Wieſentaw* [Francon.]

(α) **Wap.** II. p. 3. (β) **Wap.** I. p. 25. coronatæ galeæ impoſitæ plumæ ſtruthionicæ. (γ) **Wap.** I. p. 91. ex coronata caſſide prodeuntia cornua, cuneatum alterum, alterum puniceum. (δ) **Wap.** I. p. 62. Pileus quadratæ formæ ſcuti in modum virgatus, impoſitis duobus globulis argenteis & faſciculo pennarum galli gallinacei nigrarum. (ε) **Wap.** I. p. 85. ala ad modum ſcuti picta. (ζ) **Wap.** I. p. 91. ex coronata galea prodeuntia duo cornua cuneis ſcutariis impreſſa.

(η) **Wap.** I. p. 131. reſpondet galea prior, cui inter cornua duo fuſos ſcuti deferentia candidus canis leporarius inſiſtit.

(θ) **Wap.** I. p. 78. duo cornua ſcuti ad modum tincta, plumis ſtruthionicis argentatis & nigris, ubi aperientur, ornata. Alibi p. 87. & *Egker de Paring*, iidem cunei inſcribuntur ſcuti transversè ſecti, cujus inferior pars argentea, ſuperiori parte nigræ. Apex eſt pileus orientalis argenteus, coronatus & pennis gallinaceis faſtigiatus, cujus ora reducta nigra cuneos ſcutarios repetit.

(ι) **Wap.** I. p. 198. ex coronata galea exoriens cygnus candidus, roſtro deaurato, alis ad volandum expanſis.

(κ) **Wap.** I. p. 83. herma juvenilis aurea veſte & pileo, hujus vero ora reducta nigra fuſos ſcuti repetens. In pilei apice corona aurea, & argenteæ plumæ ſtruthionicæ fulgent.

(λ) **Wap.** I. p. 42. pileus acuminatus auratus, coronatus, & pennis galli gallinacei faſtigiatus, ora reducta rubea impreſſa cuneis ſcutariis.

(μ) **Wap.** I. p. 123. caput moloſſi argentatum, armilla aurea.

(ν) **Wap.** I. p. 146. herma fœminea, abſciſſis brachiis bipertito amictu, ex diademate tortili ex argento & rubeo.

con.] (α) In Pythagoricam literam (en pairle) disponunt 3. cuneos rubeos in parma argentea *Braun* [Silef.] (β) & *Krackaw* [Silef.] (γ)

§. XXIIX. Ordo vocat, ut quinto *clathros* seu cancellos videamus *fretté* (le Labour orig. des arm. n. 141. deducit à firmitate. *Freté* pro *ferté*, pro *fermeté*) **gegittert.** Alicubi Sibmacherus **Netz** vocat, rete, constat figura tæniis obliquis dextris & sinistris solum in quadras secantibus. *Coticé* & *recoticé*. Gelen. ita enunciat: *areolam totam implent decussatis crucibus seu potius laciniolis in decussim se mutuo revincientibus.*

Exempla. §. XXIX. Clathros induerunt rubeos parmæ argenteæ senos *Marschalck de Biberstein* [Mis.] (δ) aureos cæruleæ quaternos *Merfeld* [Brunsv.] (ε) [de his confer. Gelen. de Col. Agrip. magn. l. 2. s. 14. p. 163. *In nostra provincia cis Rhenum Zeveldii, trans Rhenum Merfeldii, tam armis, quam cognomenti significato conveniunt, nam utrumque marinum campum significat, & Zeveldii vetusta opinione originem stirpis suæ credunt fluere à civili Batavo præpotente & regia stirpe duce contra Romanos, eumque Romanos Iulium Civilem dixisse, qui ab avitis possessionibus de zeveld, id est, de marino campo nomen hereditarium habent*] argenteos in scuti bipertiti, & priori argentati, posteriori parte nigra *Schaderitz* [Misn.] (ζ) rubeos clypeo argenteo quinos, vel quaternos (ex quo colligo nostri numeri rationem accuratam non habitam, sed eum pro spatii capacitate variatum) *Dhaun* Com. (notat Gelen. de Colon. Agrip. magn. l. 2. s. 14. p. 163. illud nomen sepem **Zaun** significare, & eo signo exprimi.) nunc in *Falckenstein* insign. (η) & (numero imminuto, si tamen id consilio adscribendum est, & quadrante dextro cæruleo impresso, 2. liliis argenteis) *Dhaun* [Rhen.] (θ) iterum quaternos argenteos quadranti 1. & 4. rubeo (duæ reliquæ clypei quadræ argento albent) *Cammerer de Fulda* (ι) [Patrit. Francof.] argenteos ternos in rubeo *Fretard*, nigros in argenteo quaternos *Hümieres*, ternos (addito aureo cephalo, 3. merulis nigris impresso) *d' Estrées*, (vid. Hist. insign. l. 7. c. 24.) atque (similiter super imposito scutario capite rubeo leonem gradientem aureum continente) *Turpin* (Provinc.) rubeos in argenteo *Soircourt*, *Iousseau*, & *la Bavre*, atque (sed cum capite aureo) *La Flotte* (Delfin.) aureos in rubeo *Mouy la Meilleraye*, argenteos in nigro (sed imposito leone nascente coccineo, cyaneis lingua & falculis) *Champagne la Suse*, aureos in cæruleo *Courchy*, & (consito liliis ejusdem metalli) *S. Valery*, argenteos in cæruleo *Anselme* [Provinc.] argenteos in prasino *Souastre*, nigros in aureo *Vaugrenense*, & *Verdun*, rubeos in aureo *Hamlincourt*, aureos in nigro *Sailly*, & *Quermeur*, atque *Ponthou*, cæruleos in aureo (addito capite rubeo) *Farcus*, hermionicos in rubeo *Crisegaud de Coesmes*, in cyaneo *Plorec* [Britann.] vario vellere pictas in coccineo *Surgeres*.

§. XXX. *Cuspidum* nomine, si licet, plures figuras complectar, quas aliis aliisque nominibus appellare solent Galli, cum inter nostros discriminis ratio non æque constet. Conveniunt verò omnes in eo, quod duabus lineis in angulum coëuntibus constant, quibus basin, atque ita tertia trianguli seu pyramidis latus scuti imum præstet. Cum ergo ex duorum laterum parte, inferiori lineæ producuntur in caput clypei, **auffsteigende Spitze**/Galli vocant *chappé*, (Gelioth. verò ita describit: *que l'escu est divisé en chevron plein & remply.*) Verum pro solio illi accipiunt, quod si cuspidem dicas, figuræ rationem habet. Porro apud Cermanos non areæ, sed figuræ rationem obtinere hoc triangulum, argumento est, quod in apice aliquando repetitur: id vero de campo seu solo dici nequit. Exemplum mox occurret in apice fam. *Gruber de Grub.* Appellant etiam *mantelé*, (sed hoc discrimine cum *chappé*, quod cuspis hæc in scuti caput porrigatur, ista in medio ferè subsistat. Aliud synonymum lego *le maistre. Spelmann.* aspilog. p. 79. vocat sectionem fastigiatam: *parti par chevron.* Exempla talis cuspidis ista sunt: argentea in parma cærulea (*d'argent chappé d'azur, vel d'argent le maistre*

(α) Wap. I. p. 103. ex corona prodeuntia duo cornua nigra, impositis utrinque extremitati singulis coccineis globulis. Lacin. nigræ & aureæ, quod documento est, vel errasse sculptorem, vel apicem ascititium esse. (β) Wap. I. p. 52. inter tres pisces 2. plumæ struthionicæ argenteæ. (γ) Wap. I. p. 66. cornua coccineum & argenteum. (δ) Wap. I. p. 155. ex diademate tortili prodeuntia duo cornua argentata, intermedio bacillo rubeo nigras galli gallinacei pennas sustinente. (ε) Wap. I. p. 182. coronæ gallatæ insistit parmula clathrata inter duas plumas struthionicas auratam & cyaneam. (ζ) Wap. I. p. 152. galeæ diademate tortili tectæ impositi 5. (η) Wap. I. p. 18. & II. p. 18. pileus rubeus ora reducta hermionica sustinens globum argenteum fasciculo plumarum struthionicarum virgarum fastigiatum. Lacin. coccineæ & argenteæ, quod argumento esse potest apicis ascititii. (θ) Wap. I. p. 128. cygnus candidus exoriens, alis expansis rostro annulum gestans. (ι) Jugum alarum symbolo scutario pictarum non expansum.

maiſtre d'azur) *Künſperg* [Francon. & quidem lineæ cum ſinuatæ ſint, Galli addunt terminum, *ployé*, verum pictoris phantaſiæ potius, quam conſilio id tribuerem] (α) & *Wilwart* [Bavar.] (β) cærulea in aurea *Wildenwarth* [Bavar.] (γ) argentea in rubea *Saurau* Baron. in 1. & 4. quadrante (δ) & *Plaſſenberg* [Francon.] (ε) coccinea in argentea *Raitenbach* [Bavar.] (ζ) & *Langmantel de Sparn* [Patrit. Auguſt.] (η) nigra in argentea *von der Weichs an der Glan* [Bavar.] (θ) & (ſed adſcripto lateri dextro annulo rubeo) *Freitag* [Patrit. Francofurt.] (ι) aurea in rubeæ 3. roſis argenteis auro gemmatis (additis, quarum duæ rubeæ areæ una cuſpidi inſeritur) *Boëker* [Patrit. Francof.] (κ) cærulea in parmæ tranverſè ſectæ, cujus caput rubet, inferiori parte argentea *Thorer de Eyraſpurg* in 2. & 3. [Bavar.] argentea in parmæ ſimiliter ſectæ parte, ſuperiori nigra (in inferiori argentea nigra conſpicitur teſſella linguata) *Gruber de Grub* [Auſtr. & Bavar.] (μ & ν) *Signershauſen* [Bav.] (ξ) (argento impreſſo lilio nigro) In ſcuto bipertito ex nigro & argento, iisdem coloribus juxta ſectionem eam alternata *Weydegh* [Carinth.] (ο) item ex argento & minio & ſimili ſectione, & alternatione *Masbach* [Franc.] (π) Si vero baſis baſi ſcuti ſit anguſtior, & non niſi duas tertias partes ejus complectatur, *pointe* Galli vocant. Cum vero ſitu inverſo pyramidis ſeu trianguli baſi in capite collocata, lineæ in imum ſcuti incidant, Gallis uſitatus eſt terminus *chauſſé*, vel etiam pile, *pointe* ou *chappe renverſée*, *Chifflet. inſ. eq. A. v.* n. 85. vocat, *trabeam pronam. Spelmann.* vocat *angulum ſeu triquetrum cephalicum*, **herabſteigende Spitzen oder Eck.** Utuntur tali cuſpite inverſa argentea in area cærulea *Staufer de Thunau* [Bavar.] (ρ) coccinea in argentea *Dhunæ ſeu Dhunge* [Miſn.] (σ) & (ſed impreſſa argentea furca, ob nominis analogiam) *Gabelentz* [Miſn.] (τ) argentea in rubea *Kürneck* [Tirol.] (υ) nigra (cui annulus aureus inſcriptus) in argentea *Waldkirch* [Helvet.] (φ) argentea in nigra, lateribus inſcriptis liliis ſingulis argenteis *Püchler de Ringers* [Auſtr.] (χ)

§. XXXI. Nonnunquam triangula hæc vel pyramides in altero laterum baſin habent, & angulum in alterius medio: Id Galli vocant *embraſſé à dextre* ou à *ſeneſtre*. Diceres cuſpidem jacentem. Geſtat figuram hanc ex dextro latere ſcuti rubei argenteam impreſſa roſa rubea, auro gemmata *Völcker* [Patrit. Francof.] (ψ) ſunt etiam exempla pilarum harum ex medio capitis ſcuti, & lateris ſiniſtri angulum inferiorem dextrum, tum ex medio lateris ſiniſtri, & ſcuti pede in ſuperiorem angulum dextrum protenſarum. Illa placuit nigra in area aurea fam. *Krafft* (Styr.) Vulſon. Ex latere vel angulo.

(α) Wap. I. p. 106. cornua duo coccinea, ſuſtinentia duos globulos argenteos, & impoſita pileo rubeo, cujus ora reducta argento fulget. Laciniæ rubeæ & argenteæ. Niſi aliquis error ſculptoris interceſſit, apex adſcititius eſt, non gentilis proprius. (β) Wap. I. p. 94. ex corona prominentes 3. plumæ ſtruthionicæ, inter cyaneas argentea media. (γ) Wap. II. p. 59. pileus cyaneus ora reducta aurea, cui adfixa 2. ſtruthionicæ plumæ auratæ: ſimiliter 3. plumæ, nempe inter aureas media cærulea ex corona pileo impoſita prominent. (δ) Wap. I. p. 30. Reſpondet galea prima coronata jugum alarum complicatum, & ad modum ſcuti tinctum ſuſtinens. (ε) Wap. I. p. 108. pileo rubeo, cujus ora reducta argento albet, impoſiti duo bacilli rubei, ſingulos manipulos pennarum galli gallinacei argentatarum ſuſtinentes. (ζ) Wap. I. p. 91. galeæ coronatæ impoſita duo vaſa hermionica ſingulos manipulos pennarum galli gallinacei ſuſtinentia. (η) Wap. I. p. 208. duo cornua ad modum ſcuti diviſa, exterius aureis dentibus ornata. (θ) Wap. I. p. 79. tecta culcitra rubea caſſis, cui inſidet ante jugum expanſum alarum ad modum parmæ pictarum ſimia, ſpeculum quod pede anteriori elevat, reſpiciens. (ι) Expanſum jugum alarum, ſuperiori parte argento, inferiori atro colore tinctarum. In argento ſinguli rubei annuli conſpiciuntur. (κ) Duæ alæ, ſed complicatæ, emblemate ſcuti pictæ. (λ) Wap. I. p. 79. caſſidi coronatæ impoſitum jugum alarum typo ſcutario ornatarum. (μ & ν) Wap. I. p. 39. & 86. inter jugum alarum expanſum rhombus niger ſuſtinens triangulum argenteum. Hâc ſolâ differentiâ, quod Auſtriacæ lineæ caſſis coronata ſit, & alæ unius coloris Bavarica corona careat: & alarum altera ſuperiori, altera inferiori parte argentata eſt, reliquæ partes nigræ. (ξ) Wap. I. p. 90. ex coronata galea jugum alarum complicatum cum typo ſcutario. (ο) Wap. I. p. 45. ex coronata galea inter duo cornua atro colore, & argento diſtincta muliebris imago argento inducta crinibus aureis. (π) Wap. I. p. 102. ex coronata galea pileus orientalis cocco, & argento bipertitus incurvatus, auro coronatus & pinna pavonina ornatus, affixis hinc ſole, iſthinc luna ex auro. (ρ) Wap. I. p. 91. pileus cæruleus acuminatus, coronatus, & plumis ſtruthionicis argentea inter duas cyaneas faſtigiatus, ora reducta argentea. (σ) Wap. I. p. 147. Galeæ coronatæ inter rubeam & argentatam plumas ſtruthionicas 6. vexilla, alternatim minio & argento tincta. (τ) Wap. I. p. 153. jugum alarum expanſum, ſuperiori utriusque parte, ſed obliqua ſectione rubea argentea inferiori. (υ) Wap. I. p. 44. moloſſi caput argento tinctum, in aure ſectione ſcuti repræſentata. (φ) Wap. I. p. 203. herma Æthiopis argento veſtita, & diademate tortili aureo caput revincta. (χ) Wap. I. p. 40. caſſidi coronatæ impoſitum inter duo cornua nigra lilium argenteum. (ψ) Wap. I. p. 210. jugum expanſum alarum cum typo ſcutario.

vocat *giron patte*, ſed giron ultra medium ſcuti non pertingere ſolet] (α) argentea in nigra *Welzer de Spiegelfeld* & de *Eberſtein* in 2. 3. [Auſtr. & Carinth.] (β) Hæc aurea in nigra fam. *Buckhel* in 2. & 3. [Carinth.] (γ)

Plura in uno ſcuto.

§. XXXII. Fuerunt hæc exempla pilarum, vel cuſpidum ſingularum. Nonnunquam aut plures eidem ſcuto inſcribuntur, vel dejunctæ, vel conjunctæ. Illarum exempla rariora ſunt. Geſtant tales pilas ſeu vacerras tres nigras in aureo ſcuto *Katerlii*, tres aureas in cæruleo *Maliſſy* (3. *pointes renversées, ſeparées & aboutiſſant à un meſme point.*) Uptonus vocat arma palata in cono concurrenti. Conjunctas dico, cum quæ diverſas cuſpides conſtituunt, lineæ concurrunt, & exteriorem angulum communem habent. Hac ratione ſæpius pluribus ex uno in alterum latus ductis & concurrentibus lineis in plures cuſpides transversè ſecatur ſcutum. Galli vocant *pointes en faſce* vel, ſi æqualis ſit numerus, *pointé faſcé*, **ſpitzenweiß getheilt.** Uptonus, *bandata, barrata*, vocat. Implent ergo talibus cuſpidibus ſcutum binis coccineis & argenteis, quarum hæ è dexto latere *Krechmar* [Thuring.] (δ) duabus argenteis è dextra parte in 3. rubeas infixis *Platten* [Saxon.] (ε) duabus rubeis ſimili modo in 3. argenteas incidentibus *Greyß* in 1. & 4. [Auſtr.] (ζ) ternis nigris & argenteis *Minckwitz* [Baron in medio ſcutulo & Miſn.] (η) & *Schlenderperg* [Tirol.] (θ) totidem rubeis & argenteis, illis ex dextro latere prodeuntibus *Hattenbach* [Haſſ.] (ι) tribus argenteis è dextro latere in 4. rubeas è læva parte inſertis *Burckersroda* [Miſn.] (κ) tribus rubeis ex dextro latere in 4. aureas infixis *Gmainer* [Bavar.] (λ) totidem argenteis in 4. nigras è latere ſiniſtro ductis *Rohrbach* [Bavar.] (μ) quaternis rubeis & argenteis, quarum illæ in lævam protenduntur, *Rohr* [Brunſv.] (ν) quatuor coccineis ex lævo latere in 5. argenteos provectis *Kænigsmarck* [Brandenb.] (ξ) *Möllendorf* [Brandenb.] (ο) quinis cæruleis è dextro, & aureis è ſiniſtro latere prodeuntibus *Ebner* [Patrit. Norimberg.] (π)

Runcinæ aſcendentes & deſcendentes, emmanche.

§. XXXIII. Quamvis pari ratione cuſpidibus ejusmodi ex ſummo in imum ſcuti protenſis illud diſtingui poſſet, exempla tamen nulla deprehendi, ſed quoties in altum porriguntur, cuſpides non niſi regionem capitis attingere ſolent. Hoc Galli *emmanché* vocant: A potioribus diſciplinæ hujus ſcriptoribus ſpecies dentationis hæc creditur. *Menetus pratiq. des arm. c.* 24. *n.* 3. vocare ſolet: *adverſas runcinas ampliores, majores, decumanas, grandiores, commiſſas, implexas dentibus.* De hoc digmate ita philoſophantur Gelen. de Colon. Agr. magn. l. 2. c. 19. p. 173. Poſſe hujusmodi pyramidalis, aut prunati ſymboli originem illam aſſignari, *cum olim temporibus ingruentium Francorum rari eſſent Eccleſiæ vindices & defenſores, miſſo labæro ſeu lingulato vexillo Rom. pontifices in ſuam curiam & Eccleſiæ aulicos coopta ſſe illuſtres viros, quos confalonerios ſeu primipilos & vexilliferos Eccleſiæ dixerint.* Exempla ſunto iſta. Runcinas 3. aſcēdētes implectūt, deſcendentib⁹ quatuor argēteas coccineis, **die 4. abſteigende Spitzen roth/die 3. auffſteigende Silberfarb.** *Heuſenſtein* [Baron. & nob. Rhen. ubi pingitur, tanquā eſſet caput ſcutariū runcinis ejusmodi vaſtiorib⁹ parmā reliquā invadens]

(α) Wap. I. p. 49. jugum complicatum alarum, tincturam ſcuti deferentium. (β) Wap. I. p. 34. 35. ex caſſide coronata tres nigræ duabus intermicantibus argenteis, plumæ ſtruthionicæ, (γ) Wap. I. p. 47. jugum complicatum alarum ad modum ſcuti pictarum. (δ) Wap. I. p. 146. pileo rubeo, cujus ora reducta auro fulget, impoſita cornua ex minio & argento transversè ſecta. (ε) Wap. I. p. 171. alæ duæ argento hæc, iſta cocco infecta. (ζ) Wap. I. p. 39. reſpondet galea prior tecta pileo rubeo, ora reducta hermionica ſuſtinens alas argentatam & coccineam. (η) Wap. I. p. 27. & 164. coronatæ galeæ impoſitus globus argento & minio quadripertitus inter 3. argenteas, 2. nigras plumas ſtruthionicas ſuſtinens. Hunc apicem barones gryphi primæ caſſidi inſiſtentis capiti imponunt. (θ) Wap. I. p. 42. duo cornua cervina. (ι) Wap. I. p. 138. ex galea coronata prodeuntia 6. vexilla ad modum ſcuti ſecta. (κ) Wap. I. p. 165. imago virginea manibus ſertum tenens, rubeo pileo caput contecta: pileo v. 7. plumæ ſtruthionicæ argentatæ & totidem vexilla coccinea imponuntur. (λ) Wap. I. p. 85. ex galea coronata prodeunt cornua duo, prius ſuperius auro, inferius cocco infectum, poſterius contraria diſpoſitione. (μ) Wap. I. p. 78. pileus orientalis aureus, ora reducta argentea, faſtigiatus corona, & inter duas argenteas nigra pluma ſtruthionica. (ν) Wap. I. p. 180. galeæ diademate tortili tectæ impoſitæ cum caule roſæ 7. argento & cocco alternatim tinctæ, interque eas vulpes currens.

(ξ) Wap. I. p. 175. ex galea coronata prominens reginæ ſpecies, veſte hinc argento, iſthinc cocco tincta, crinibus paſſis, ſiniſtra poculum oſtentans.

(ο) Wap. I. p. 175. imago reginæ amictu cuſpidibus ſcutariis variegato dextra rotam molendinarem tenens, ex coronata caſſide prominet. (π) Wap. I. p. 206. cornua cæruleum & aureum, quinis argentatis plumis ſtruthionicis exornata.

dens] (α) & *Tettaco* [Miſn.] (β) 3. rubeas argenteis 4. *Sulz* Com. (γ) argenteas rubeis *Iſſendorff* [Saxon.] (δ) argenteas nigris *Kapelan* [Auſtr.] (ε) nigras aureis *Stockheim* [Rhen.] (ζ) rubeas aureis *Rodenhauſen* [Haſſ.] (η) 4. rubeas 5. argenteis (& quidem productioribus, quam aliàs vidi cuſpidibus, parum enim à margine ſcuti abſunt) *Sebner in Reiffenſtein* [Baron.] (θ) nigras argenteis *Zandt* [Bavar.] (ι) ſed quod numerum attinet, an certo definitus ille ſit, dubium me facit, quod eadem familia inter Rhenanas (κ) relata ternas tantum geſtat: Duas item runcinas argenteas, ſed ut pedem ſcuti cærulei alterum crus non contingat, videre eſt in fam. Rehlinger [Auſtr. & Auguſt.] (λ) appoſitis etiam angulis ſuperioribus duobus totidem roſis argenteis: ſed cærulea eſt, quam in Auſtriacorum & unius ex Auguſtanis lineæ parma tertius angulus, inferior appoſitam habet: ſed Auguſtanorum aliquot lineæ non videntur ea uti, qui modus eſſet diſcerniculi: de quibus c. 8. Antequam de cuſpidibus deſinamus loqui, plane exemplum notandum eſt ſcuti gentilitii fam. de *Kanſungen* [Miſn.] (μ) quod bini cuſpides aurei & rubei, ſed obliquè collocati dividunt. Tum exemplum fam. *Heyrling* [Tirol. in 2. & 3.] (ν) cum in area aurea ex medio duæ cuſpides nigri aſcendunt, unus deſcendit.

§. XXXIV. Octavum locum dixi me daturum eſſe annulis, ſeu circulis. Quorum nomen ipſam figuram nomine monente indicat. Galli vocant *anneaux*, *annelets*: noſtri **Ring**. Significationes ſymbolicæ plures ſunt, & honorificæ admodum. In argumento pluribus tractato, capita tantum delibabo. Nota eſſe poteſt annulus: 1. principatus. Quo annulum Pharaonis Joſepho datum Gen. XLI. 42. refero. Ita & in coronatione Regi Galliæ ab Archiepiſcopo annulus porrigitur, & digito quarto inditur: quo volunt *contracta ſponſalia regem inter & ſubditos, amoris monumentum & acceptæ fidei pignus*: quæ *Gramondi* verba ſunt *l.* 1. *p.* 17. circa hoc verò ineptus cauſæ regiæ non tam patronus, quam proditor *Aubery* l. 1. c. 2. non tantum falſo aſſerit, regi Galliarum eum morem proprium eſſe, ſed etiam inde colligere vult, ſui regis præ omnibus aliis arctius, quo regno obſtringatur, vinculum, nec in ejus poteſtate ullam, quocunque caſu alienationem relictam eſſe. Prius illud refellit Auguſtiſſimi noſtri Imperatoris coronatio, cum in hujus ſolennibus inter alia annulus Caroli M. cujus cum aliis imperii clenodiis Norimberga cuſtos eſt, digito indatur, additis verbis: accipe regiæ dignitatis annulum, & per hoc Catholicæ fidei agnoſce ſignaculum. Poſterius πόρισμα toti Europæ ſuſpectum non unus jam impugnavêre. Conf. Nobiliſſ. *Lud. du May L'avocat condemné. p.* 28. *ſeqq.* Huc etiam refero, quod Marchiones & Comites à Rege Galliæ annulis inveſtiri perhibent, nempe Marchionem annulo, cui rubinus vel carbunculus ſit inſertus; Comitem, cui adamas, vid. *Limn. Not. Regn. Franc.* l. 4. c. 7. p. 315. 319. & c. 8. p. 321. 324. ex Ant. de la Salle. Ita comitibus etiam annulum tribuit *Chifflet. anaſt. Reg. Childeric. c.* 9. *p.* 139. 2. Epiſcopalis dignitatis: cum hæc etiam pedo & annulo conferri ſoleat: *Varenn.* 3. Equeſtris ordinis: hujus enim annulus à Romanorum temporibus inſigne fuit. 4. Victoriarum obtentarum, atque digitis hoſtium detractorum. Nota hiſtoria eſt, Cannenſi prælio à victoribus Carthaginienſibus duos modios annulis repletos eſſe, quos cæſorũ ſpoliis Carthaginem mittebant. Et ex numero talium annulorum detractorum plures aliquibus ſcutos inſertos eſſe non improbabile eſt; vide Hæping. de jur. inſign. c. 9. §. 2. m. 9. n. 377. 5. Fidei homine ingenuo dignæ, qua ratione annulis obſignantur, quæ certa eſſe debent, & quibus fides obligatur. 6. Fidei conjugalis, cujus jam olim annulus pronubus ſymbolum erat. 7. Omnis amoris integri, atque conſtantis & amicitiæ perfectæ; nam figura rotunda perfectionis alias quoque hieroglyphicon erat. Ap. *Cyr. Spangenb.* **Adelſp.** p. 2. l. 12. c. 46. p. 377. illi M. Zach. Zanii verſus exſtant:

Annuli ſeu circuli. Hieroglyphica.

(α) Wap. I. p. 21. ex coronata galea caput moloſſi argenteum aurem runcinatam habens prominet: & p. 122. ubi moloſſi auri globuli argentei in decuſſim diſpoſiti inſcribuntur (β) Wap. I. p. 164. caſſidi coronatæ impoſitum jugum alarum; cujus prior ſuperius cocco, inferius argento tingitur, altera oppoſita ſpecie. (γ) Wap. I. p. 16. galeæ coronatæ imponitur mitra epiſcopalis, cui inſcriptæ viſuntur runcinæ ſcuti. (δ) Wap. I. p. 168. galeæ diademate tortili tectæ, inter duas caudas pavoninas impoſitum ferrum (inde nominis allusio *Eiſen ſeu Iſen*) acutum, minio tinctum. (ε) Wap. I. p. 37. coronatæ galeæ impoſita 2. cornua ad modum ſcuti runcinata. (ζ) Wap. I. p. 123. diademate tortili tecta galea: jugum alarum expanſum, ad modum parmæ effigiatum. (η) Wap. I. p. 138. jugum expanſum alarum, cuſpidibus ſcutariis pictarum & plumis ſtruthionicis exornatarum. (θ) Wap. I. p. 30. duæ galeæ coronatæ, quarum prior in pileo coccineo, cujus ora reducta, tum cuſpides inſcripti argento fulgent, & ſurſum deorſum inverſo ſuſtinet faſciculum plumarum ſtruthionicarum: poſterior 2. cornua fert, cuſpidibus ſcutariis picta, & ſingulos faſciculos talium plumarum, ubi illa hiant, inſertis ornata. (ι) Wap. I. p. 86. (κ) Wap. I. p. 130. Apex idem, nempe cornua ſimilibus runcinis diſtinctæ, hoc ſola diſcrimina, ſi ſculptoris diligentiæ fidere licet, quod in illa linea argentum ſuperiorem, in hac inferiorem cornuum partem tingit. (λ) Wap. I. p. 40. 207. Apex ſimplex eſt ex corona galeæ prodeuntia duo cornua cærulea, quorum utrique cuſpis cum roſa ex ſcuto repetita imprimuntur. Acceſſit dein præ alia linea cauda pavonina inter cornua collocata. (μ) Wap. I. p. 155. Jugum alarum complicatum, impreſſo typo ſcutario. (ν) Wap. I. p. 43. vid. ſ. 3. in 2. n. 34.

Annulus eſt ſignum quoque fœderis, eſt & amoris,
Eſt & amicitiæ pignus ponduſque favoris,
Quippe Magiſtratus ſint mutua fœdera ſummi
Sunt animique pares, paria & quoque jura neceſſe eſt.
Sint & concordes hoc, qui dominantur in orbe,
Quo populo præſint dignis ſub legibus omni,
Fiat, ut in regnis defenſio certa verendis,
Et pietas, jus, religio, concordia, virtus,
Simplicitas, amor atque fides ſerventur in unum.

8. Quo in pretio proavis noſtris exercitia equeſtria, judicia etiam fuere, perſuadet, ut ne hoc quidem improbabile videri debeat, ſi quis dicat: nonnullos, qui curſu, quo annuli lanceis petuntur, dexteritatis & peritiæ præmium tulerit, monumentum ejus in ſcuto annulum voluiſſe inſerere.

Exempla. §. XXXV. Videamus jam exempla annulorum, quos in clypeis variis invenimus, illorum ſc. qui nudis circulis conſtant, absque gemma inſerta: qui enim gemmis inſignes ſunt, ad artificialium ordinem remiſſi, locum ſ. 6. m. 2. n. 9. invenient. Simplices ergo annulos geſtant alii ſingulos (quos fruſtra nonnulli ap. *Varenn.* p. 4. p. 535. in limbos internos rotundos, *orles rondes*, transmutatos mallent) nempe argenteum in parma rubea *Bettendorff* [Svev.] (α) *Coraſe* (Aquitan.) & (ſed inſertis annulo tribus foliis viridibus) *Schilling* (β) in nigra *Schragen* [Sver.] (γ) & *Knaringen* [Sver.] (δ) in cærulea *Koler* [Patrit. Norimb.] (ε) rubeum in argentea *Raunich* [Carinth.] (ζ) Ternos, quam plurimæ familiæ geſtant, & quidem plerique ordinaria diſpoſitione, qua ſolent ternæ figuræ pingi. Sunt ergo tres annuli argentei in ſolo cæruleo *Hornberg* [Sver.] (η) *Freydag* [Weſtphal.] (θ) *S. Beuve* in rubeo *Neypberg* [Rhen.] (ι) *Scheurenſchloß* [Haſſ.] (κ) *Breiten-Landenberg*, & in 1. & 4. area *Hohenlandenberg* [Helvet.] (λμ) in nigro *Suſanne Cerny* & *Cardaillac*. nigri in aureo *Thevales Crean* (Anjou.) & *Dangerville*, in argento *du Bouſchet*. Iterum in ſcuto transversè ex nigro & auro bipertito, illic 2. aurei, hic niger. *Schænaw* [Tirol.] (ν) Itidem tres annulos ſcuto inſcribunt rubeo argenteos, ſed diſpoſitione alia, nempe obliqua fam. *Schivalbach* [Rhen.] (ξ)

§. XXXVI. Quinque annulis inſignita ſunt ſcuta in decuſſim diſpoſitis aureis, nigrum *Seydel* [Carinth.] (ο) argenteum rubeis *Orne* (Lotharing.) aureis rubeum *Loupy* (Britann.) Sex annulos imprimunt ſcuto argenteo rubeos 3. 2. 1. *Pleſſeis* (Angl.) coccineo aureos *Prunelay Gaſeran, Thinonville, Roſſert* (Britann.) & (ſed inducto ſcipione cyaneo) argenteos *Huchou*, rubeos aureo *Iliers* (Belſ.) & (ſed inducto baltheo, ſegminibus argenteis & cyaneis compoſito) *Bure*, nigros argenteo *Gaillarbois Maronville*. Totidem ſcuto bipertito ex nigro & argento inſerit fam. *Auer* [Auſtr.] (π) ternos in nigro argenteos, totidem in argento atros. Septem geſtant argenteos in panna coccinea *Coëtmen*. Novem inſcribunt argenteos rubeo clypeo *La Muſſe Pontus*. Decem coccineos inſerit parmæ argenteæ *Vicupont* (Normann.) Sedecim argenteis ornat ſcutum rubens *Coatmen*.

Annuli innexi. §. XXXVII. Videre licet alicubi annulos aliis innexos, (*enlaßés.*) vel inſcriptos (l'un dans l'autre) illius exemplum dat fam. *Bourgeois Moleron* (Burg.) dum 3. tales aureos cæruleæ parmæ inſcribit. Circumdant alius alium annulus, nempe duo argentei in parma nigra *Albiſſy*. Tres argentei in rubea *Virieu* (Delfin.) ab hujus familiæ nomine annulos tales tres, quorum alius alium circumdat, *Vires* appellant.

§. XXXIIX.

(α) Wap. I. p. 113. idem annulus 7. nigris galli gallinacei pennis ornatus. (β) Wap. I. p. 63. jugum alarum ſymbolis ſcutariis pictarum. (γ) Wap. I. p. 112. annulus argenteus coronatus & pennis galli gallinacei faſtigiatus. (δ) Wap. I. p. 112. culcitræ rubeæ, cujus extrema & noduli ex auro, impoſitus annulus coronatus, & nigris plumis ſtruthionicis exornatus. (ε) Wap. I. p. 205. annulus rubeus tota circumferentia pennis pavoninis candidis exornatus. (ζ) Wap. I. p. 46. galeæ coronatæ impoſitus annulus. (η) Wap. I. p. 118. jugum complicatum alarum, inſcriptis annulis ſcutariis. (θ) Wap. I. p. 190. galea tecta diademate tortili, eique impoſiti inter duas cyaneas plumas ſtruthionicas 3. annuli. (ι) Wap. I. p. 123. coronatæ caſſidi impoſitum jugum complicatum alarum, typum ſcutarium deferentium. (κ) Wap. I. p. 138. idem cum priori apex, ſi coronam demas. (λ) Wap. I. p. 198. impoſitæ culcitræ auretæ rubeis panniculis, ala nigra argenteis foliis conſita. (μ) Wap. I. p. 198. reſponder galea prior, eodem cum apice. (ν) Wap. I. p. 44. duo cycnorum capita cum collis, alterum rubeum, alterum argentatum roſtris nigris. (ξ) Wap. I. p. 124. caſſidi inter aureas duas rubeas, annulis ternis impreſſas, 2. cornua, ſuperiori parte argentea, inferiori nigra. (ο) Wap. I. p. 47. caput moloſſi nigrum. (π) Wap. I. p. 35. ex galea coronata cornua, nigrum, cujus oræ 3. annuli argentati adhærent, & ſuperius totidem ejusdem metalli plumæ inſertæ, & argenteum, cujus annuli & plumæ atro colore tinguntur.

§. XXXIIX. Requirit ordo, ut 9. *orbes* consideremus. Veteribus *tufarum* nomen usitatum fuisse, vid. apud *Lipsium. Rom. l.* 4. *dial.* 5. Apud Hispanos idem nomen figuræ est, metallo vel colore tingatur *rœles*. Apud Gallos plura nomina: Communiora sunt, ut qui metallis constant (addit *le Labour orig. des arm.* n. 145. sex hermionicos, cum 3. tessellis lingulatis ejusdem velleris in medio scuti rubei apparentibus, insigne *Diuan* fam. Britann.) *besans*, qui colore tinguntur, *tourteaux* dicantur (unde illi Uptono talenta, hi tortellæ.) Quæ utramque tincturam sustinent, *tourteaubesants*, *seu besanstourteaux* appellare volunt. Nonnulli superstitiosiores peculiaria nomina singulis coloribus tribuunt: *guses seu bases*, de rubeo, *heurtes seu meurtrisseures*, de cyano, *ogeosses seu balles* de nigro, *pommes*, de prasino, coloribus, *gulpes* seu *playes* de purpura, *plattes* de argento. ap. *Vulson.* sed ipse etiam rejicit. *Ioh. de Bado aureo*, nigras vocat *pilas*, quod nomen à priscis fecialibus omnes habuere præter aureas, argenteas *artocriata* vel *artocopas*, rubeas *senesas*, aureas *talenta*. Distinctionis causa Nobiliss. *Harsdorferus* vellet coloratos orbes, **Kugeln** / aureos **Pillen** / argenteos **Pallen** dici. Nomen *turteau* à libo seu placenta deducitur (vocabatur enim apud veteres in aliquibus Galliæ provinciis panis domesticus major *une tourte*, quò alligat *Le Labour orig. des arm.* n. 146. scripturæ *tortas*) unde rei frumentariæ copiam signari existimant, vel annonæ hostilis interceptæ aut suis adductæ. Nomen *besant* à monetæ genere derivatur; nam, ut *Spelmann.* docet *aspilog.* p. 112. Gallis numi fuere Byzantini dicti ducato æstimati. Nomen vero hoc potuisse illis indi, Byzantinorum Imperatorum signa non referrent, sufficienter ostendit *Menestr. l'art du blas. Iustif. c.* 7. p. 171. & seqq. Latina nomina *Monetus* ista habet, *pratiq. des arm. c.* 26. *besant*, exprimit per *Byzantium numisma seu nummum*. Tourteau *scutarium seu symbolicum libum*, vel *placentula*, *besantoureaux*, *Byzantilibum Symbolum*: *Nummo placenta tessera* legi, aliquando *Vitelli* terminum usurpatur. Potest quoque figura *globi* nomine appellari: solent tamen communiter nomen hoc tum demum gerere, si pinguntur solidi, ut lineolæ umbram referant. Orbes Numi Byzantini.

§. XXXIX. Ista de nominibus: quod vero significationem hieroglyphicam attinet, in genere rotunditas figuræ perfectionis inprimis symbolum est. Speciatim apud priscos, vix dubium est, figuram hanc in Theodosianis gestaminibus orbem & Imperium Romanum denotasse. Quæ significatio in nostris clypeis quæri nequit. Neque vero alia, itidem ex antiquitate petita desunt. Notabat veteribus pila aurea victoriam & triumphum, uti Tarquinius Priscus R. Roman. ap. Macrob. l. 1. c. 16. filium suum 14. annos natum, quod in Sabinorum bello hostem manu percusserat, bulla aurea, prætextaque donavit, insigniens puerum ultra annos fortem præmiis virilitatis & honoris. Quo Christum respexisse Apoc. 2, 17. δώσω τῷ ψῆφον λευκὴν, καὶ ἐπὶ τὴν ψῆφον ὄνομα καινὸν γεγραμμένον, conjicit, ex quo ista, Eruditiss. *Spelmannus* Ita & alias pila alba, calculus albus, faba alba rem approbatam atque laudabilem notat. Ovid. Metamorph. 15. Hieroglyphica.

Mos erat antiquis niveis atrisque capillis,
His damnare reos, illis absolvere culpa.

Persius:

Hunc, Macrine, diem numera meliore lapillo.

Sic apud Græcos in sortiendis honoribus usi fabis, alba signo beneficii, nigra repudii. Si ex antiquitate usum nostrum derivare nolis, aliæ rationes in promtu sunt autoribus. Si Byzantinorum nummorum in aliquo sit appellatio, *Varenn.* credit posse notari jus monetæ cudendæ, quod majores habuerint, vel originem à regii ærarii præfecto, vel ab expeditionis Constantinopolitanæ socio. *Segoing* existimat notari posse eum, qui ab hoste captivus lytro soluto redimi debuerit. *Laboris* hieroglyphicum in hac figura quærunt alii post *Iob. de B. aureo* præfat. **Wapenb.** III. n. 145. Quod singulos colores attinet, purpureas pilas aliqui senatorum, alii acceptorum vulnerum notas volunt: nigras infaustas nonnulli credunt, sed frustra: alii pilas tormentarias intelligunt. Cyaneas de plagis & vicibus interpretantur aliqui: *Spelmannus* militiæ adscriptas intelligit, cum olim in manu & brachiis tyrones ita signare sint soliti, ut noscerentur desertores, *Æg. Gelen. de Colon. Agr. magn.* l. 2. s. 13. p. 160. post allegata verba *Sylv. de Petra sancta* de suo addit: Addo ex Aulo Gellio l. 10. c. 9. orbiculorum vocabulum militare esse, quo constructæ in circulum, vel gyrum acies appellantur: Sic etiam dicimus militum globos. Atque ad exprimendum provinciarum, quasi terreni orbis dominatum frequentissimè occurrunt in antiquitatibus & plani & convexi orbiculi: Pilam, inquit Isidorus, in signo constituisse fertur Augustus, propter nationes cuncto in orbe sibi subjectas, ut eas magis figura orbis ostenderet.

§. XL.

§. XL. Exempla ut exhibeamus, ordo poſtulat. Singulos orbes ſeu pilas geſtant nigri coloris in clypeo argenteo *Reitenaw* [Sver.] (α) nigri (ſed impreſſo leunculo argenteo) in aureo *Salvage*, rubei in aureo *Keller* [Helvet.] (β) in argenteo coccinei *Monluc* in 1. & 3. quadr. in bipertito & argento & nigro colorum ſimiliter alternantium *Klugheim* [Bavar.] (γ) in bipertito ex cocco, & argento iterum alternatum *Kienburg* [Bav. & Carinth. in 1. & 4.] (δ) & transpoſitis coloribus *Göſsl zum Thum* [Auſtr. in 2. & 3.] (ε) Globum argenteum duobus circulis quadripartitum inſerit parmæ nigræ circumdato limbo aureo famil. *Schmieden* [Helvet.] (ζ) Duas pilas in ſcuto bipertito ex minio & argento, in iſto argenteum, in hoc coccineum geſtant, *Hohenreis* [Bav.] (η) Tres numos Byzantinos aureos videre licet in parma cærulea *Brichanteau* (unde M. *de Beauvais Nangis*, juxta alios 6. arg. in cærul.) & in cærulea parte anteriori ſcuti bipertiti (cujus poſterior pars aurea dimidiam aquilam nigram exhibet) *Daliber* [Sileſ.] (θ) in rubea *Marnueil en Brie*, *Sonſier* [Delfin.] & (ſed addito capite hermionico) *Neufville in Normann.* In ſcuti transversè ſecti, & ſuperius argentati, inferiori parte cærulea *Freyberg de Iuſtingen & Oepfingen* (Bav. in 1. & 4.) & *Freyberg de Eiſenberg* [Svev.] (ι) totidem rubeas pilas in ſimili ſectione ſcuti, ſuperius rubei, inferiori argentea *Zeller* [Bavar.] (κ) Totidem argenteos in cæruleo clypeo *Coquelaire*, & (inſerto cordi hujus libro aureo ex conceſſione) *Michon la Pliſſe*, in rubeo *le Carron* & *Fontaines Bacquetot.* Tum itidem in parma cærulea cantherio aureo adſcriptis *Heller* (λ) [Patrit. Francof. & quidem impreſſa 2. numulis apparet cruciculæ tertio manus typus, cum aliquibus literulis. Alluſio nominis ſatis evidens eſt.] Totidem pilas nigras inſerunt parmæ argenteæ *Le Foreſt Vaſſy*, *des Brieux* [Britann.] & *Samay la Goutte* (Cenoman.) rubeas argenteo *L'Englantier*, *Grailly* & *Vaize*, rubeas aureo Boulogne (vid. Hiſtor. inſign. l. 1. c. 93. n. 4.) *d'Amerval.* [Picard.] & (ſed crucialis cyaneis conſito) *Argenton*, cæruleas argenteo (cum 9. maculis hermionicis nigris 3.3.2.1.) *du Geneſt* [Turon.] rubeas hermionico (cum quadrante honorario coccineo impreſſo leunculo argenteo) *Reneville*, cæruleas (ſed in balthei modum diſpoſitas) in argenteo *La Salle* [Picton.] Similiter tres pilas nigras rubeis cruciculis, tanquam limbis circumdatas & ſingulis ſtelliſ aureis exaratas aureo pingunt ſcuto *Mareſchal des Nöis* [Arvern.] Quinos numos Byzantinos argenteos in quincuncem ſeu decuſſim collocatos inſcribit nigræ parmæ *Flehingen* [Svev.] (μ) & (circumdato limbo rubeo) *Sickingen* [Rhen.] (ν) aureos cæruleæ *Caſt-Lucé ſeu du Gvaſt.* 2.2.1. Sex argenteo ſcuto cyaneas inſcribunt pilas *C. de Caſtro*, cæruleo numos aureos *Davila*, *Forges* [Normann.] & (ſed cum capite aureo) *Melun*, rubeo ſex aureos (vetera acta vocant catinos ſeu patinas) *Moncada* ſeu alii octo numerant, ſed imos 2. transversè ſectos, atque cæruleo colore, inferiori infectos parte ſex Byzantinos numos argenteos parma cærulea *Regnier Guerchi* & (ſed cum capite aureo) *Poictiers.* Ejusdem metalli ſex (3.2.1.) nigro *La Vour*, & cæruleo, ſed additis capite aureo & limbo coccineo *Arſy* (Campan.) Itidem 6. aureos areæ rubeæ inſerunt, ſed in limbum diſpoſitos *Breſal* [Britann.] item totidem pilas rubeas argenteæ (alii 3. tantum numerant) *Miraumont*, ſeptem Byzantini numi aurei fulgent in parma coccinea *Trongaidy Coulembier* (Britann.) Novem pilas nigras in aurea parma geſtant *Cloſen* in 1. & 4. [Bavar.] (ξ) Decem aureos Byzantinos numos 3.3.3.1. vides in parma cærulea *Ræux*, totidem nigras pilas in aurea 4.3.2.1. *Tronſac.* Tredecim aureos Byzantinos nummos videmus in parma rubea 3.3.3.3.1. *Sarmiento C. de Santa Martha*, & totidem in cyanea *Davila.*

Qua-

(λ) Wap. II. p. 116. Culcitræ teſſellatæ impoſita pila nigra 3. argenteis & duabus nigris plumis ſtruthionicis faſtigiata. (β) Wap. I. p. 201. (γ) Wap. I. p. 83. globus ſcutarius coronatus & 2. argenteis, media nigra, plumis ſtruthionicis faſtigiatus. (δ) Wap. I. p. 45. & 81. coronatæ galeæ impoſitus orbis hinc argento, iſthinc minio tinctus, & pennis galli gallinacei faſtigiatus. (ε) Wap. I. p. 41. coronatæ galeæ impoſita pila bipertita ſcutaria duabus rubeis & totidem argenteis plumis ſtruthionicis faſtigiata. (ζ) Wap. I. p. 199. rubeæ culcitræ, cum aureis panniculis impoſitus globus ſcutarius. (η) Wap. I. p. 95. pila bipertita minio & argento impoſitas pennas nigras ſuſtinens. (θ) Wap. I. p. 59. tres plumæ ſtruthionicæ media nigra inter auream & coccineam. Laciniæ utrinque aureæ, addito hinc rubeo, iſthinc nigro colore. (ι) Wap. I. p. 30. 113. ex coronata galea prominentis 5. plumæ ſtruthionicæ argento tinctæ. (κ) Wap. I. p. 90. pileus rubeus, ora reducta argentea rubeis globulis impreſſa, coronatus & faſtigiatus ſtruthionicis plumis. (λ) Expanſum jugum alarum typo ſcutario impreſſarum. Lacin. argent. & cærul. (μ) Wap. I. p. 118. Coronatæ caſſidi inſidens lupus oviculam candidam ore geſtans. Familia cum ſequenti eadem creditur. Vid. Hæping. de jur. inſign. c. 9. n. 380. (ν) Wap. I. p. 122. caput cum collo cygni auratum 3. adglutinatos geſtans rubeos globulos flammantes. Lacin. aureæ & nigræ, niſi ſculptor erravit, præter regulam. (ξ) Wap. I. p. 78. reſpondeat galea prior coronata, ſuſtinens duo cornua aurea ſingula globulis ſcutariis novenis exarata.

Quatuordecim rubeas pilas inſcribunt clypeo aureo 4. 4. 3. 2. 1. *Brunsberg* in 2. & 3. [Rhen.] (α) aureos numos totidem cyaneo ſcuto *Bulaw* [Saxon.] (β)

§. XLI. Nonus locus in hoc ordine aſſignetur plinthidibus, Gallis *bilettes* dictis. Refellit equidem *Chiffletium* ob hoc *Ioh. Fernand. epinic. pro lil. p.* 110. & ſchedulas mallet nuncupari, quia hæ craſſæ non ſunt, plinthides verò extantem habent ſpiſſitudinem, quali ſpecie pinguntur tres lateres rubei, quos in aurea parma geſtant famil. *Franckenberg* [Sileſ.] (γ) & 4. item coccinei in argentea *Stoltzen* [Sileſ.] (δ) ſed ſi ex aliis rationibus Fernando odioſus Chiffletius ob hoc vapulat, cum eo vapulare deberent populares & contribules, *Monet. prat. des Armoir.* c. 23. n. 2. qui *laterem, laterculum & plinthidem* æquè vocat, & *M. Gilb. de Varenn. R. d' arm.* P. 3. p. 332. qui & voce *billette* ſignificari *brique*, laterem, & de ſuis, non tantum extraneis, Latinis (*nos Latins*) quod laterculum interpretentur, aſſerit. Dat quidem Fernandus differentiæ rationem ab aliis etiam agnitam: ſed quis neſcit, non juxta naturæ præſcriptum plerasque figuras pingi, inprimis quod hæc attinet, quæ eas tantum afficiunt. Itaque non veremur poſt alios plinthidum uſurpate nomen, veluti apud noſtros etiam ſoliti ſunt termini Ziegelſpän/ (alia conjectura eſt *Le Labour. orig. des arm.* n. 148. cum à truncis ligneis, ſen, ut loqui amat, *pluſtot de la foreſt, que de la tuillerie*, potius ex ſylva, quam lateraria derivari vocem mavult.) Cæterum nobilitatis hieroglyphicum præfatus *Varenn.* in hac figura quærit, quia olim nobiliores tantum uſi ſint latere cocto. Ita ſimili ratione caſtra, vel arces nobilium deſignari aliorum opinio eſt, quia latere cocto illa extructa. Situm quod concernit, vel erectæ ſunt, quod exprimi neceſſe non eſt, vel jacentes, *couchées*. Verùm enim verò cum uſus in inſignibus hujus figuræ rarus non ſit, frequentior tamen eſt, ut aliis principalioribus accedat, quam ut ſola in clypeo conſpiciatur. In his plinthidibus imaginem quærit cuneorum ſeu cohortium bellicarum, *Æg. Gelen. de Colon. Agrip. magn.* l. 2. ſ. 8. p. 150. ubi: *ex cauſa gerendi in clypeo teſſellatas, vel laterculatas acies eodem argumento interpretanda veniunt arma Comitum* Naſſovicorum, *qui in ſcuto diſcretis laterculis ſeminato generoſiſſimum oſtentant, veluti cohortibus armatis obvallatum leonem. Eadem ſignificatione comites Crazii à Scharfenſtein ſparſis in clypeo laterculis transverſam*, Barones ab Hoheneck *perpendicularem*, & *nobiles* OEſti *obliquam inſtitas, vel haſtas interſerunt.*

Plinthides. Scuta iis ſtrata.

§. XLII. Sunt tamen aliqua etiam exempla, cum plinthides ſcutis alia figura vacuis inſcribuntur. Tres geſtant argenteas in Pythagoricam literam diſpoſitas & parmæ rubeæ inſcriptas *Schindel* [Sileſ.] (ε) ſingularis diſpoſitio eſt trium laterum (vocant Stein) argenteorum, quos jacentes parmæ transverſim ſectæ & ſuperius cyaneo, inferius coccineo colore infectæ inſcribunt, nempe in regione ſectionis, ut ſuperioris in cærulea ſcuti parte collocati angulos utrinque contingant duo inferioris partis fam. *Sinzendorff* [Auſtr. nunc comites] (ζ) Quatuor lateres cæruleos inſcribit, & in crucem diſponit in aurea parma *S. Priet* (Arvern.) Decem laterculos argenteos videmus in clypeo rubeo 4. 3. 2. 1. *Talöet Kerſervant* (Britann.) aureos in cæruleo *Conan Rabeſtan*, & *La Vigne Le Honle* (Brit.) rubeos in argenteo 3. 2. 3. 2. *Loſpice* (Picard.) Undecim lateres argentei conſpiciuntur in coccineo ſcuto fam. *Beaumanoir*. Sine numero conſerunt plinthidibus ſcuta, aureis cyaneum *Le Perier*, coccineis aureum *S. Martin.*

Solæ in ſcutis occurrentes.

(α) Wap. I. p. 131. reſpondet galea poſterior, ex qua exſurgit ſolo capite & collo capreolus (ein Rehe-Hals) globulis ſcutariis impreſſus.

(β) Wap. I. p. 167. tecta diademate tortili galea, cærulea duo cornua, globulis ſcutariis picta, poſt hæc vero jugum expanſum alarum argentearum, inter quas conſiſtit avicula annulum roſtro geſtans, ſuſtinet.

(γ) Wap. I. p. 51. vulpes inſiſtit galeæ, gramina candida ore gerens.

(δ) Wap. I. p. 69. ex coronata galea inter 2. argenteas, 2. rubeæ prominentes plumæ ſtruthionicæ.

(ε) Wap. I. p. 50. galeæ coronatæ impoſitum jugum alarum expanſum, interque eas intra ſortum 3. lateres ſcutarii.

(ζ) Wap. I. p. 38. cornua duo ſcutarium typum deferentia inſiſtunt galeæ coronatæ.

Laciniæ hinc argenteæ & cyaneæ, iſthinc argenteæ & coccineæ, vid. etiam Wap. V. p. 3.

SECTIO II.

DE FIGURIS HUMANIS VEL AB HOMINE EJUSQUE CORPORE DESUMTIS.

§. 1. *An humanis Figuris in ſcuto locus?*
2. *Imagines humanæ nudæ.*
3. *Regiæ.*
4. *Eccleſiaſticæ & religioſæ: nec non ſanctorum.*
5. *Militares & equeſtres.*
6. *Virgineæ vel fœmineæ.*
8. *Pueriles.*
8. *Variæ humanæ figuræ.*
9. *Maurorum ſeu Æthiopum.*
10. *Angelorum.*
11. *Divorum gentilium.*
12. *Sirenum, nympharum.*
13. *Capita: Oculi.*
14. *Brachia.*
15. *Manus.*
16. *Crura & pedes.*
17. *Corda. Hieroglyphica ſignificatio.*
18. *Exempla in ſcutis.*
19. *Cadavera: calvaria: oſſa humana.*

§. I.

An humanis figuris in ſcuto locus?

POſtquam illas figuras luſtravimus, quæ certæ rei alioquin extantis imagines non habentur, ſed atris inſtituto tantum ſignificant, nunc tranſimus ad alias, quas pene ſine numero natura & ars ſuppeditant. Inter eas, primæ ſunt, quas natura è ditiſſimo ſuo penu ſubminiſtrat: Quin in his etiam prior locus vivis, inter viva verò homini debeatur, vix ambiget homo. Quid vero dico? imo an locus corpori humano concedendus ſit, diſputatum vides: Certe excludit illud *Philib. Campanile dell' arm. c.* 11. *p.* 15. his rationibus: 1. Extremæ inopiæ eſſe, ſi quis extra ſe nihil invenire poſſit, quo ſemetipſum repræſentaret, atque ita figurans & figuratum convenirent. 2. Abſurdum eſſe hominem aliis aliisque coloribus, vel metallis tingi. 3. Nihil certi ſymbolicè illa figura repræſentari poſſe, cum unum quid, ubi reliqua animalia, ſed ſuo modo omnia & μικρόκοσμος aliquis ſit homo. Ita etiam humana membra exeſſe ſcutis jubet, niſi ſingularis facti militaris memoriam conſervent. Quivis vero, qui attendere volet, rationum imbecillitatem, me nec refellente, reperiet certe jam ap. antiquos icones humanas clypei militares non dedignati ſunt. Eſt etiam, ubi ipſa geſtantis effigies repræſentata conſpiciebatur. Ita Phidias ap. *Cicæronem* ſui ſimilem imaginem incluſit in clypeo, quod & de Haſdrubale Livius 25. memorat. Vid. *Plin.* l. 35. c. 2. 3. Mireris potius, cur rarior humana, quam ferina in ſcutis nobilium ſpecies reperiatur. Certè non pauci hac de re conqueſti ſunt. Vid. *Lud. Viv.* ap. *Hæping. de Iur. inſ.* 9. §. 2. *n.* 104. *ſeq.* ubi apologia. Si ex antiquitate ſuffragium petatur, eſto illud *Plutarchi in Ariſtide*: *Iuſti appellationem nemo regum & tyrannorum ſeu potentum ambivit, ſed expugnatores, fulminatores, victores, nonnullæ aquilæ dici & accipitres voluere à violentia & potentia ſc. quam à virtute laudem potius occupantes.*

Imagines humanæ nudæ.

§. II. Quæ huc ſpectant, vel ſunt imagines hominis integri, vel certorum tantum membrorum. Ad illas referri etiam poſſunt *hermæ*, quæ ferè dimidiatum hominem, vel cum capite pectus repræſentant. Galli vocant *buſt*, quod ab Italico derivat. *Meneſtr. L'art du blaſ. Iuſtif.* c. 13. p. 358. ubi *Buſto* ſignificat partem pectoris cum collo: inde *levar il capo del buſto*, caput à cervice reſcindere. Quod hermæ humanam effigiem à pectore repræſentantes plerumq; ſint exarmatæ brachiis, ex hypotheſi ſua inſignia ex veſtimentis veteris militiæ repetenda eſſe deducit. *Æg. Gel. de Colon. Agr. magn. l.* 2. *p.* 117. *Nam initium habent à trophæis ſeu exuviis hoſtium, prout ex cippis, truncis arcubusve triumphalibus inſuebantur parmæ. Videmus enim Deos terminos & enervatorum hoſtium exuvias à Veteribus in numiſmatibus & alibi exprimi ſola facie galea ac thorace tenus ſine manibus ac cæteras truncas. Niſi etiam malis ſicuti ex militari robore & virtute eſt origo armorum nobilitatis, ita ex luctarum ſpectaculis exercitioque deducere figuras Hermarum, quod in luctis infra cingulum non licebat adverſarium apprehendere. Vt notat in certamine Bruxellenſi, eam legem Burgundicam, libellus inſcriptus iter Domini Leonis.* Cæterum homo repræſentatur nudus vel veſtitus. Nudorum hominum multa ſunt exempla. In ſcuto bipertito ex argento & auro geſtant virum ſylveſtrem non alia, quam quæ carnis ipſius eſt tinctura pictum, qui clavam auream geſtat, *Griſonis* ſeu *Rhæti confæderati* (*ligues Griſons*) Fœmina ſylveſtris nuda volitantibus crinibus pubetenus è rupibus ſuo colore pictis exurgens & dextra par cornuum cervinorum geſtans in area 2. & 3. aure oſtentatur à *Perger zu Clamb.* [Auſtr.] (α) fœmina nuda paſſis crinibus aureis, manu geſtans anchoram ferream pubetenus exurgens è pede ſcuti nigris & argenteis teſſellis ſtrato, in ſuperiori parte nigra *Görtſchacher* [Carinth. in 2. & 3.] (β) §. III.

(α) Wap. I. p. 34. coronatæ galeæ impoſita figura ſcutaria. Lacin. nigr. & aureæ.
(β) Wap. I. p. 45. vid. ſ. 3. m. 2. n. 19.

§. III. Inter vestitas reperiuntur imagines regiæ. Quales hinc inde apparent. Nominis causa gestat in scuto quadripertito 4. hermas regias, in area prima & quarta argentea auro indutos, barba spadicea coronisque clausis ad imperialem fere modum, in 2. & 3. rubeis iterum auro indutos cana barba & coronis apertis redimitos *Kœnigsfeld* [Bav.] (α) Regiæ.

§. IV. His succedant imagines Ecclesiasticorum vel religiosorum. Monachus griseo amictu, crurumtenus repræsentatus, velum candidum super caput expansum gestans manibus, in scuto rubeo *Tschetterwang* [Silef.] (β) nigro amictu manibus ad preces compositis stans in argenteo clypeo *Mönchen zu Ramspaur* [Bav.] (γ) nigro habitu in alterum genu provolutus manibus ante se librum suo colore pictum tenens in argenteo *Fronheimer zu Malching* [Bavar.] (δ) Herma monachalis nigro amictu & caputio in argenteo *Munchau* [Bav.] (ε) item herma monachalis ex corona aurea emergens in scuto rubeo *Aldenberg* [Silef.] (ζ) Huc referas, qui sanctorum imagines clypeis inserunt. Notus est S. Marcus Venetorum, sed non sua verum leonis imagine pictus: Civitati *Trevirensi* datur symbolum in argenteo clypeo B. Petri cæruleo & coccineo amictu induti imago. (η) Fam. *S. George & Blandrata* in parma rubea S. Georgius argentatus, telluri nigræ insistens. Ita S. Georgius cataphractus sinistra vexillum tenens cruce insigne, circa caput fulgore aureo in clypeo rubeo *Iærger* [Austr]. (θ) Ecclesiasticæ: nec non sanctorum.

§. V. Miles, vel alioquin armatus in pluribus scutis conspicitur. Ita in area bipertita ex nigro & auro umbilicotenus repræsentatur vir habitu & pileo ad modum sectionis scutariæ oppositis coloribus tinctus, dextra gladio minax (allusio longius petita c. 9. n. 13.) *Kecken de Maurstetten* [Bav.] (ι) Huc retulerim equites, qui passim conspiciuntur. Tales gestat *Lithuania* (vid. Hist. insign. l. 3. c. 30. n. 6.) Ita & gestat equitem auratum, stricto gladio aureo minacem in parma cærulea *Pluvinet*, argentatum & dextra falconem gestantem in cæruleo *Prunsky* (Polon.) Militares & equestres.

§. VI. Virginis aliis, vel fœminæ placuit imago. Herma muliebris amicta & vitta argenteis in cæruleo scuto *Neiching* (Bav.) Virgo ex rupibus exurgens rubeo amictu, manicis argenteis, corona & crinibus aureis, manu ostentans sertum viride in area cærulea, *Pernstörffer* [Austr.] (κ) alia viridi induta, manicis reductis argenteis, manibus infra caput conjunctis ostentans fasciculum pennarum nigrarum in area *Raumschüssel de Schæneck* [Styr.] (λ) In scuti, cujus pes nigricat, capite argenteo figura virginis rubeo amictu exurgit dextra fasciculum florum rubeorum porrigens, *Blanckenberger* (Patrit. Francof.) in aureo scuto herma fœmineus rubeo amictu, sed pectore & mammis nudis, crinibus sparsis *Pölling* [Bav.] (μ) Virgineæ, vel fœmineæ.

§. VII. Nonnunquam pueri icon exprimitur. Talis est effigies pueri nudi manu pomum præferentis, in superiori parte cærulea scuti transversè secti, cujus inferior coccinea serpentem continet. (Nisi forte Adami effigiem repræsentari credamus.) Insigne *Kiesseweter* [Misn.] (ν) puer rubeo amictu pomum dextra ostentans in argentea area est paronomasticon *Schrot de Kindberg* [Styr. in 2. & 3.] (ξ) Ita famil. *Rumel seu Romul* (Sup. Palat.) ex uberibus lupæ pendentes pusiones Romulum & Remum tribus liliis in totidem scuti angulis stipatos refert. (ο) Pueriles.

§. IIX. Alibi videas humanas imagines, quas nulli certo ordini adscribere possis. *Altmanner de Vilswert* [Bav.] (π) in scuto argenteo referunt è monticulo tricolli aureo exurgentem senem lata barba & rubea veste, atque pileo, utraque manu bipen- Variæ humanæ figuræ.

(α) Wap. I. p. 81. duæ galeæ, utraque coronata, sustinet hermam regium, auro indutum; corona alterius clausa, alterius aperta, at Laciniæ hinc utroque metallo, isthinc argento & cocco tinguntur. (β) Wap. I. p. 60. octo plumæ nigræ galli gallinacei. Lacin. argent. & nigr. (γ) Wap. I. p. 84. ex coronata casside eminent monachus scutarius. (δ) Wap. I. p. 93. ex coronata galea exurgens angelus complicatis orantis instar manibus, amictu indutus argenteo, quo etiam metallo pennæ alarum nigrarum tinguntur, tænia rubea, cujus extrema volitant, utrinque à collo dependente. Lacin. hinc rubeæ, isthinc nigræ, utrinque argento duplicatæ. (ε) Wap. I. p. 86. ex coronatâ casside herma scutarius. (ζ) Wap. I. p. 67. idem herma scutarius pennas pavoninas capiti impositas sustinens. Laciniæ argenteæ & rubeæ. (η) Wap. I. p. 220. (θ) Wap. V. p. 55. ex galea coronata exsurgens leo rubeus coronatus gestans vexillum rubeum cruce argentata signatum. (ι) Wap. I. p. 95. ex galea coronata exurgens figura scutaria. (κ) Wap. I. p. 40. coronatæ galeæ imponitur rupes, ex quibus virgo scutaria emergit. Lacin. cæruleæ & rubeæ. (λ) Wap. I. p. 49. ex coronata galea surgit virgo scutaria. (μ) Wap. I. p. 82. herma scutarius. (ν) Wap. I. p. 157. puer exoriens è corona aurea, argenteo vestitu, alis humeris aptatis coccineis, manibus complicatis. Lacin. contra regulam cæruleæ & rubeæ. (ξ) Wap. I. p. 48. coronatæ galeæ insistens puer scutarius. (ο) Ex galea coronata προτομὴ lupæ scutariæ. (π) Wap. I. p. 95. tecta galea diademate torquili, sustinet προτομὴν monocerotis argenteam.

nem ſuo colore pictam tenentem. Aſt *Altmänner* de *Regeldorff* [Bav.] (α) itidem in ſcuto argenteo ſenis imaginem umbilicotenus repræſentant, ſed inductam cærulea veſte, cujus ora reducta argento candet; Tum monticuli, pilei & bipennium nullum hic veſtigium. Alluſio nominis in hac figura eſt, & forte exemplum diſcerniculi inter diverſas unius gentis lineas, conf. c. 8. n. 36. Viator ſiniſtra manu ſcipione aureo ſe fulciens, quo metallo etiam veſtis, pallium & cujus ſummitati nola appendet, pileus acuminatus tinguntur, eorum vero interiora & reductæ oræ pellibus hermionicis fartæ conſpiciuntur, in ſcuto rubeo *Gensfleiſch de Sorgenloch* (β) [Patrit. Francof.] Pagani imago umbilicotenus depicta, amictu & pileo rubeo, oris tamen, ubi reducentur, collari, & cingulo nigris, cujus etiam coloris eſt arcus, quem mittendæ ſagittæ intendit in parma aurea. Alluditur ad nomen *Hayd zum Dorf* [Auſtr.] (γ) ſic etiam ejusdem paronomaſiæ cauſa paganus umbilicotenus pingitur rubeo amictu, turcica cydari auro & cyano tæniata manu foliola aurea geſtans in ſcuto cæruleo *Haydnbacher* [Carinth.] (δ) Feminam argento indutam & follem manu geſtantem rubeæ parmæ inſcribunt *Blasbelg* [Miſn.] (ε) hermam muliebrem amictu viridi, capitis ornamento argenteo, item coccineæ *Nickenbaur* [Patrit. Francof.] (ζ) virilem promiſſa barba, auro veſtitam, interiori veſte cærulea apparente, in area pariter rubea *Rathſmaul de Elfelt* [Patrit. Francof.] (η) Herma Judæi (nominis gratia) rubeo amictu, & pileo oblongo, in nodum collecto, hujus ora reducta & collari veſtis, in argenteo ſolo *Iuden von Brugkberg.* (θ)

Mauro-rum ſeu Æthio-pum.

§. IX. Maurorum etiam icones non infrequentes ſunt. Illis pene ordinarium eſt, quod capita diademaribus tortilibus revincta ſunt. Poteſt vero hieroglyphicum eſſe victoriæ à barbaris reportatæ, vel etiam in exercitio equeſtri, cum icon alicujus Turci telis & lancea petitur dexteritatis eximiæ. **Der in dem** Quintannennen **gegen einem Türcken das beſte gethan.** **Wap.** p. 3. præfat. n. 19. Ita *le Labour de l'orig. des arm.* n. 57. credit familiæ *Eſpagne Monteſpan*, quæ geſtat in ſcuto aureo caſtellum rubeum, nigra porta clauſum, tribus Maurorum capitibus, quæ diadematibus tortilibus exornantur, replentibus ſcuti caput, inſignia ex victoria aliqua de Mauris obtenta orta eſſe. Maurus coronam auream geſtans & monticulo tricolli ejusdem metalli inſiſtens gladio in dextra minatur, in ſcuto rubeo *Kuffſteiner* [Bav.] (ι) Maurus tres roſas rubeas ſiniſtra geſtans in auro, *Grumpach* [Franc.] (κ) (Puer Æthiops nudus 3. roſas rubeas petiolis viridibus geſtans manu in aureo ſcuto notat *Grumbach.* ap. Cyr. Spangenb. **Adelſp.** P. 2. l. 12. c. 33. p. 315.) & *Wolfskeel* [Franc.] (λ) Caput Æthiopis nigrum faſcia rubea obligatum in area argentea *Henningk* (Patrit. Francof.) Item caput Æthiopis evulſum nigrum in aureo *Mornauer de Liechtenwört* [Tirol. in 1. & 4.] (μ) Caput Æthiopis nigrum (nempe quale natura eſt) cum collo & pectoris parte in ſcuto rubente *Tſcheterwitz* [Sileſ.] (ν) Simile, ſed diademate faſcia argentea religatum *Stöſſel* [Sileſ.] (ξ) Herma Æthiopis coronatus in argenteo (paronomaſia) *Morſchſtein* (ο) Herma Æthiopis umbilicotenus extans, redimitus ſerto roſarum candidarum in ſcuto aureo *Schachner* [Auſtr.] (π) item Æthiopiſſæ pubetenus depictæ, volitantibus crinibus aureis & pileolo orientali ac pennis faſtigiato, in ſcuto bipertito ex argento & nigro, imaginis tinctura oppoſita: *Moroldingen in Hornbach* [Bav. (ϱ) Tria Æthiopiſſarum capita cum colli & pectoris parte (buſt.) ſcuti bipertiti, cujus poſterior area nigricat, aureæ parti inſcrib. fam. *Seydewiz* [Miſn.] (σ) totidem Maurorum capita nigra diadematibus tortilibus argenteis redimita argenteo clypeo *Morcau*, & diadematibus coccineis

(α) **Wap.** I. p. 95. ſenilis figura ſcutaria. (β) Herma viatoris ſcutarii. (γ) **Wap.** I. p. 39. figura ſcutaria. (δ) **Wap.** I. p. 46. ex coronata galea protenduntur duo cornua, quorum prioris inferiora, alterius ſuperiora auro tinguntur, reliqua cyanea ſunt. (ε) **Wap.** I. p. 157. Eadem mulier inter duo cornua, quorum prius ſuperius rubet, inferius candicat: alterum tincturæ ſeriem invertit. (ζ) Herma ſcutarius, 2. pavoninis pennis capiti impoſitis. Lacin. hinc argenteæ & virides, illinc rubeæ & virides. (η) Imago ſcutaria, ſed brachiis adjectis, & manibus indita ſcheda explicata argentea. (θ) **Wap.** I. p. 84. ex coronata galea herma Judæi ſcutarius. (ι) **Wap.** I. p. 33. inter duas alas coccineam & argenteam, argenteam & coccineam conſiſtens Maurus ſcutarius. (κ) **Wap.** I. p. 100. pileolus depreſſus niger ora argentea reducta, appoſitis duabus alis auro & nigro colore diſtinctis. (λ) **Wap.** I. p. 100. idem apex niſi, quod ora reducta pileoli auro tingitur, alæ argento & nigro colore diſtinguuntur. Utræque tamen coccineæ, aureæ & nigræ. (μ) **Wap.** I. p. 42. herma Æthiopis caput diademate tortili aureo, cujus extrema volitant, redimitus ſuper coronata caſſide. (ν) **Wap.** I. p. 52. tres plumæ ſtruthionicæ argentatæ. Laciniæ rubeæ & nigræ. (ξ) **Wap.** I. p. 72. caput Æthiopis ſcutarium: Laciniæ argenteæ & rubeæ. (ο) **Wap.** I. p. 106. herma ſcutarius.

(π) **Wap.** I. p. 35. herma ſcutarius in caſſide coronata.

(ϱ) **Wap.** I. p. 85. ex coronata galea Æthiopiſſa ſcutaria.

(σ) **Wap.** I. p. 175. galeæ tectæ diademate tortili ſimilis herma ſcutarius incumbit.

cineis revincta, *Clauvet*, argenteis diadematibus cincta, unionibus ex auribus descendentibus, aureo, sed limbo coccineo circumdato. Maurus niger cervo rubeo inequitans in scuto aureo, duplici allusione nominis *Reitmohren* [Bav.] (α)

§. X. Cum vero Angeli in humana specie apparere soliti sint, eorum icones huc quoque referendas credo. Talem argento amictum aureis alis & rubea fascia ex collo dependente, atque volitante complicatis, tanquam ad orandum manibus, cruciculla capite imposita consistentem in solo aureo parmæ cæruleæ (nominis causa) inscribit *Engelshofen* [Bav.] (β) *Seraphini* 6. alis præditi iconem auream inscribit parmæ coccineæ famil. *Buccafoco* (Pisan.) Angelorum.

§. XI. Non minus in aliquibus clypeis icones inveniuntur Deorum Dearumve gentilium, vel aliarum personarum, quas inprimis poësis pagana depinxit. Has imagines gentilibus placuisse non miror, unde *Io* & *Argus* in clypeo Turni ap. *Virg.* 7. *Æn.* *Cupido* in Alcibiadis scuto fulsit ap. Athenæ. l. 12. *Mars* Thracum symbolum fuit. Vid. *Hæping. de Iur. insign. c.* 2. §. 10. *n.* 998. & *c.* 9. §. 2. *m.* 2. *n.* 95. & *n.* 378. Miror vero, si Christianis tales figuræ placent, cum abominationi potius nobis esse debeant, adeoque in honorum tabulis non depingi, quæ Deo abominationi sunt. Si Vulsonio crederemus, pro *Baccho* habendus esset vir, qui in *Hopferorum* [August. Patrit.] (γ) clypeo aureo salit, læva pedem prehendens. Sed cur non pro alio sylvestri, ut vocare solent, viro, quorum caput redimiri & pudenda tegi frondeis sertis consuetum est, habeam rejecta Bacchi memoria, nihil vetat. Alludit ad nomen **hüpffen** / gestus iconis. Majori probabilitate pro Ganymede haberi potest nudus puer, quem aquila in clypeo aureo supportat: quod insigne est *Pistoriorum de Nidda* [Patr. Francof.] (δ) Divorum gentilium.

§. XII. Non alium etiam commodiorem locum dare possum *monstrosis* imaginibus, quæ ad humanam tamen accedunt, quales sunt *nympharum*, *sirenum*. Harum usus in galeis, quam scutis frequentior esse videtur, gestant enim talem familiæ *Lusignan*, *Rochfaucault*, *S. Gelais*, *Lansac*, *S. Valier*, *La Lande*, *La Coste*, *Columnii*: qui tamen potius eam in parma gestaverunt, (vid. Hist. insign. l. 1. c. 17. n. 4.) Sirenem gestant suo colore pictam in area rubea *Burdian.* [Franc.] (ε) nigram coronatam duarum caudarum in bipertiti scuti parte, anteriori aurea *Ostermayr* [Austr.] (ζ) Memoriam servari volunt in hoc monstro *Malusinæ*, quam aliqui Reymundi C. Pictavensis uxorem comminiscuntur, alii post *Andr. du Chesn. in hist. genealog. dom. de Chastillon*, eam fuisse credunt Eustachiam Theobaldi Chaboti Dn. de Vouvent filiam, & uxorem Godfr. Lusignani C. Japhæ & Cæsareæ, cui inter alia prætensionem advocatiæ in cœnobium *Maillezay* attulerit. Quidquid vero fabulosa & credula antiquitate multis persuasum fuerit, tam absurdi non erimus, ut cum aliquibus, *Hæping. c.* 9. §. 4. *n.* 668. suspicemur, quod familiæ, quæ nymphas tales gestant, ab illis ortæ credi possint. Anilium horum pudeat meliora edoctos. *Messenio* teste *Trollii* in Svecia rubicundi coloris orcadem seu spectrum montanum capite mutilatum in area cærulea gestarunt: in galea tamen retinentes antiquos, gentile prius scuti symbolon, quibus lupi capiuntur, cum capite monstri cornibus & lingua horridi. Sirenum, nympharum.

§. XIII. Cui toti in scuto locus conceditur, ejusdem partibus & membris etiam negari non potest. Autumat vero *Moreau*, integram figuram humanam membris præcellere symbolum. ap. *Limn. Iur. publ.* 6. 6. 93. Ex partibus humani corporis primam memorabimus, quam natura supremam esse voluit, nempe *caput*. Quod hieroglyphicum, inprimis ubi prolixi volitant capilli, prudentiæ & vigoris animi esse, persuasio est? unde volunt etiam figuram dari prudentibus consiliariis: inprimis pilos designare multitudinem cogitationum, vel consiliorum. **Wap.** 3. præf. §. 9. Assumi etiam potuere hostium occisorum capita. Gestant caput humanum argento pictum capillis horridis in scuto coccineo *Pellevé*, suo pictum colore, sed argenteis fasciis utrinque dependentibus redimitum & collo aureis monilibus ornatum, cum parte vestis viridis *Nickenbaur* (η) [quod etiam vidimus n. 8.] (Patrit. Francof.) virile adverso situ prolixa barba candida (ob nomen) in nigro *Bart zu Kopenhausen* [Bav.] (θ) nigrum, sed situ obliquo (en pourfil) *Puccio* (Florent.) tria infantium capita aurea in cæruleo, interposita duobus superioribus lunæ crescentis imagine argentea *Caën*: 3. virginea, collo & crinibus auratis in coccineo *Pennec Lauvergnac*, 3. carnei coloris, situ obliquo (en pourfil) & diagonali, in argenteo. *Dati* (Florent.) capita humana aurea inscribit nigræ parmæ fam. *de Guldenheufft s. de* Capita: oculi:

(α) **Wap.** I. p. 90. ex coronata galea inter duo cornua cervina Æthiops coronatus manibus cornua tenens. (β) **Wap.** I. p. 97. ex coronata galea angelus scutarius exsurgens. Laciniæ cæruleæ & aureæ. (γ) **Wap.** I. p. 215. Eadem imago in apice salit, quæ in scuto. (δ) Puer scutarius nudus galeæ inter duas alas nigras insistit. (ε) **Wap.** I. p. 106. Siren scutaria. (ζ) **Wap.** I. p. 36. Maurus umbilicotenus è corona extans habitu rubeo, oris reductis candidis dextra fasciculum plumarum nigrum ostentans. (η) Herma scutarius, umbilicotenus pictus, viridi amictu, fasciæ capitis argenteæ, impositis 2. pannis pavoninis Lacin. hinc prasinæ & argenteæ, isthinc prasinæ & rubeæ. (θ) **Wap.** I. p. 83. ex coronata casside herma scutarius nigro amictu, promissa barba candente.

aureo capite [Colon.] (α) tria fuſca aurea à *Kolgen* [Colon.] In capite oculi fulgent: tres vero oculos ſua naturali ſpecie pictos in parma nigra exhibet famil. *Belleveue*, alluſione nominis ad viſum, qui oculis fit.

Brachia. §. XIV. *Brachii* ſpecies non rara in inſignibus: Symbolum vero creditur roboris & diligentiæ. Porro plerumque pingitur, ut manu aliquid geſtet. Ita geſtans brachium nudum lapidem in vola oſtentans in rubea parma *Vberacker* [Bav.] (β) rubeo amictu in argenteo *Grienthal* [Bar. 2. & 3.] (γ) Parmæ inſerunt aureæ brachium ex ſiniſtra parte prodiens (quod Galli *dextrochere* nuncupare ſolent) cæruleum, pugione in cuſpidem ſcuti converſo minax *Degenhart* [Patrit. Francof.] (δ) Brachium & manus annulum rubino inſtructum gerens, argento veſtita, auro ornata in ſcuto cæruleo *Wolfskeel in Wolckeburg* (ε) [Rhen.] ſcuto bipertito ex auro & minio inſeritur brachium ornatum acinace minax ſuo colore *Schlaher von der Nimkau* [Bav.] (ζ) [Conf. de alluſione. c. 9. n. 13.] rubeo brachium armatum manu geſtans tres flores (**Goldblumen**) candidos, cum bulbis ejusdem coloris *Dondorf* [Franc.] (η) Duo brachia in decuſſim trajecta, veſtita argento ora reducta aurea porrigentia ſingulos annulos aureos in parma coccinea teſſellis aureis ſparſa *Landeck* (θ) [Patrit. Francof.] *Hardenvuſt ſeu Duroſtugrin* (Colon.) gerunt duo cancellata brachia & manus ad pugnam complicatas. Vide de illis & hoc ſymbolo Gelen. de Col. Agrip. magn. l. 2. f. 32. p. 192. Tria brachia auro manicata, & quæ flexis cubitis videntur ictum validum interminari in coccineo alveolo juncta geſtamen ſunt *Tremainorum*. Tria brachia rubeis manicis globulis ornatis aureis, manus protendunt ſui coloris in laterculo nigro *Stadler* [Bav.] (ι)

Manus. §. XV. Manuum non unum hieroglyphicum enarrant. Notari dicentes robur, concordiam, fidem, (*dat dextram, atque animum præſenti pignore firmat. Virg.*) innocentiam, pietatem, induſtriam; dextra vero inprimis deſignari liberalitatem, ſiniſtra compreſſa tenacitatem, vel etiam pugnacitatem. Si in pugnum collecta ſit, exprimendum eſt: ſi vola conſpiciatur, termino *appaumé* uti ſolent. Dextras duas invicem junctas nomine fidei *foy* appellari ſolenne eſt. Conſpiciuntur manus ſangvinei coloris in argentea parma (nigrarum merularum circumdato limbo) *Buchart*, nigra in argentea (ſimili merularum limbo adjecto) *Le Planque*, argentea, rubea cruce ſignata in rubea *Gieſer* [Bav.] (κ) Tres rubeæ in aurea *Saſsé Malemains*, totidem aureæ in coccinea *Colibeaux Malemains*, in cærulea *La Champagne*, in nigra *Haratte*, & *S. Laurens*, rubeæ in argenteo, *Harenvillier*, nigræ in argentea *Goulafre*, dextræ tres aureæ in cæruleâ *Perdriel Baubigny*, argenteæ in nigra *Piencourt*, in cyanea *Guengat* (Britann.) tres ſiniſtræ argenteæ in cærulea (ſubjecta inferiori lunæ creſcentis imagine eodem metallo tincta, & impoſito capite ſcutario rubeo tribus molulis echinatis aureis impreſſis) *Rouillé*. Sex manus avulſas & inverſas ſangvineas inſcribunt argenteæ parmæ *Du Meſnil Simon*. Duas dextras ex transverſo ſcuti porrectas & fidei dandæ junctas, tinctura argentea, coccineo ſcuto inſcribunt (appoſito ſuperius ſcutulo cæruleo, lilio aureo impreſſo & limbo ejusdem metalli cincto) *de Vic*. Videtur eadem ſignificatio eſſe 1. & 4. areæ inſign. Dn. *Welzer de Spiegelfeld* [Auſtr.] (λ) *Welzer* de *Eberſtein* [Carinth.] (μ) quæ minio & argento bipertita, in illo brachium armatum, in hoc aliud brachium manica rubea aureis globulis ornata indutum repræſentat, manibus circa ſectionem commiſſis. Pugnus argentatus in cyanea parma fulget pro fam. *Fauſt de Aſchaffenburg* [Patrit. Francof.] (ν)

Crura & pedes. §. XVI. Nec crurum, vel pedum dedignantur figuras ſcuta. Ob nomen fam. *Coſſa* (Neap.) ſcuti argentei, tribus baltheis viridibus exarati capiti rubeo inſcribunt crus cum coxa argente-

(α) Niger viri ab umbilico thorax, cum aureo capite & aureis loco brachiorum lituis. Gelen. (β) Wap. I. p. 94. reſpondet galea extrema, ex cujus corona protenditur brachium ſcutarium. Lacin. argent. & coccineæ. (γ) Wap. I. p. 33. herma rubeo mictu ora reducta argento, mitilla argentea. (δ) Wap. I. p. 211. Apex idem brachium repetit, ora manicæ reductæ aurata. (ε) Wap. I. p. 129. duo brachia ſurſum tenentia annulum ſcutarium. (ζ) Wap. I. p. 99. ex coronata galea duo brachia armata acinaces oſtentantia. (η) Wap. I. p. 104. inter alas expanſas rubeas faſcia argentea inſignes cor ſangvineum. (θ) Duo brachia ſcutaria. (ι) Wap. I. p. 32. ex galea coronata protenduntur duo brachia tres plumas ſtruthionicas, quarum media argento candet, extremæ nigricant, ſuſtinentia. (κ) Wap. I. p. 86. ex coronata caſſide brachia duo protenduntur rubeo amictu volas crucicula rubea inſignitas oſtentantia. (λ) Wap. I. p. 34. ex coronata galea explicatum jugum alarum, quarum altera cocco, altera argento tincta, impreſſis brachiis, quorum manus in medio conjunguntur. (μ) Wap. I. p. 45. idem apex. (ν) Wap. I. p. 211. caſſidi coronatæ inſiſtit aquila cærulea, pennis argento pictis, auream coronam capite geſtans, & alis duos pugnos aureos deferens.

genteum monſtrosè conjungunt tria crura argenteis ocreis, aureis calcaribus in parma rubea *Rabenſteiner* [Franc.] (α) & niſi quod ocreæ hermionicæ pinguntur, *Stuartus C. de Buchnan Conestab. Franc.* Tres nudos pedes viridi faſciæ clypeo coccineo inductæ inſcribunt, nominis alluſione, *Barfüſe* [Marc. Brandenburg.] (β) Conf. ſuper. c. 4. n. 32.

§. XVII. Hæ corporis humani partes viſui expoſitæ ſunt, ex illis verò, quæ interiora conſpectum humanum fugiunt, non alias (ſi excipias, quod *Coglione* familia Bergom. ob nominis alluſionem & quia plures ex hac familia triorchides fuerint, in ſcuto ex argento & rubeo transversè ſecto. 3. paria teſticulorum alternante ad modum ſcuti diviſi colore geſtant, vid. *Ed. Biſſæ N. N. ad Vpton. p.* 56. *Le Labour. orig. des arm.* n. 27. qui ait à Capræo in corda inverſa immutata eſſe) reperio, quam *cordis*. Hujus nobiliſſimi in homine viſceris uſus non admodum rarus eſt. Symbolum agnoſcimus in corde ſinceritatis, quod cordis interiori reſpondeant verba, geſtus, opera: unde pueris bullæ figura cordium ex collo ſuſpendi ſolebant. Animoſitas etiam declarari poteſt eo ſigno, quæ in ipſa clade animum non deſpondet. Quia hæc particula in homine vivit, reliquis omnibus expugnatis. Solebant etiam Ægyptii Nilum, ſuæ regionis altorem hoc hieroglyphico deſignare. Pia oſervatio, & talis eſt, quam omnibus, qui cordis ſui figuram cogitant, & vel in propriis alienisve ſcutis pictam intuentur, in animo eſſe, optarim, *M. Gilb. de Varenn. R. d' arm.* P. 3. p. 316. *Comme un cœur fait en forme de pyramide renversée, ou de petite barque, ne regarde que de la pointe ce bas monde, s' etendant & s' ouvrant, avec que joye du coté de l' empyrée ainſi ceux qui l' employent dedans leurs armoiries, n' ont pas tant à cœur la terre que le ciel. Velut cor in figuram pyramidis inverſæ, vel ſcaphulæ formatum, inferiorem hunc mundum non niſi extremo cuſpide reſpicit, cum alacritate ſe extendens & apertum verſus cœlum: ita illis, qui ſymbolo utuntur in gentilitiis teſſeris, non tam terra, quam cœlum* (ô utinam omnibus eſſet!) *curæ eſt.* Corda. Hieroglyphica ſignificatio.

§. XIIX. Exempla quam plurima occurrunt ſcutorum, quæ præter principalem figuram corculis conſita ſunt, (vid. infr. ſcutum R. Dan. Hiſt. inſign. l. 3. c. 12. n. 2. Ducum Brunſvic. l. 2. c. 9. n. 3. Alii tamen pro corculis, folia roſarum, vel etiam folia nymphææ accipiunt: quod rectius etiam putat *Suffr. Petr.* 3. *de orig. Triſ. c.* 5.) Verum iſta exempla hic non enarramus, cum eorum mentio fiat, ubi primariarum figurarum, quæ in talibus clypeis conſpiciuntur, locus eſt. Supereſt, ut recenſeamus alia, in quibus figura principalis cor eſt. Geſtant ergo cor ſanguineum, quod ex tribus angulis ſcuti pugiones totidem petunt, in argentea parma *Wallen* [March. Brandenb.] (γ) Tria corda inſerunt parmæ ſangvinea argenteæ *Cueuret*, aurea cæruleæ *Le Court* (*Cadomenſes*) & (ſed adjecta ſuperius ſolis imagine, item aurea) *Arnelot*. Exempla in ſcutis.

§. XIX. Antequam abeamus, exempla adducenda ſunt, cum vel cadavera hominum extinctorum, vel partis in ſcutis conſpiciuntur. Integrum cadaver humanum nudum, nigro feretro impoſitum, in parma ſangvinea, haud dubie ob nominis analogiam, geſtat fam. *Leichnan* [Miſn.] (δ) Calvarias reperio tres argento tinctas in parma cyanea pro fam. *Bieſy* (ε) Oſſa humana non magis exulant è clypeis. Geſtavit *Gattinara* (Pedemont.) in cæruleo 2. oſſa humana in decuſſim trajecta, & auro tincta, cum 4. liliis ejusdem metalli. In ſcuto rubeo os argenteum, ſiniſtro ſcuti angulo adſcripta ſtella aurea *Schelmen* (Francof.) Cadavera: calvaria: oſſa humana.

SECTIO

(α) Wap. I. p. 109. ex coronata galea prominet jugum alarum argenteæ & coccineæ.

(β) Wap. I. p. 174. tecta caſſis diademate tortili, ſupra eminet complicatum jugum alarum, cum ſymbolo ſcutario. Lacin. argenteæ & rubeæ.

(γ) Wap. I. p. 178. ex galeæ coronatæ, inter 2. plumas ſtruthionicas argentatam & coccineam pugio, vel gladius cuſpide deorſum verſo, & ſerto ex ejus capulo ſuſpenſo.

(δ) Wap. I. p. 156. galea tegitur diademate tortili, ei vero inter duas alas expanſas nigram & coccineam inſtrumentum foſſorium inſiſtit (Grabſcheid.) (ε) Wap. IV. p. 24. effigies ſolis.

SECTIO III.

DE ANIMALIBUS IRRATIONALIBUS SEU BRUTIS.

§. 1. *Animalia in ſcutis.*
2. *Eorum ſitus.*
3. *Si diverſa in uno ſcuto.*
4. *Pingenda in habitu nobiliori, vel convenientiori.*
5. *Situs erga ſe invicem.*
6. *Mutilatæ figuræ.*
7. *Sectæ.* Περοτομαί.
8. *Figuræ aliquid tenentes.*
9. *Monſtroſæ. Harpyæ.*
10. *In piſces, vel dracones terminatæ.*
11. *Gallorum aliqui termini.*

§. I.

Animalia in ſcutis.

ACcedimus nunc ad figuras brutorum, quorum in clypeis gentilitiis, exempla occurrunt. De illis ante omnia notanda eſt obſervatio *Cluverii* I. *antiq. Germ. c.* 44. animalium effigies olim nonniſi à principibus civitatum, & ducibus exercituum geſtatas, deinde paulatim partes eorum aliquas, demum integra quoque principum indulgentia privatis conceſſas, donec jam res eò devenerit, ut plura ſimul inſerant animalia uni ſcuto. Perhibet Nobiliſſ. *Harsdorfer. colloq. P. 7. coll.* 250. *p.* 87. imagines animalium inprimis olim militibus, aliis vero alias figuras datas eſſe. Verum antequam ſingulas ſpecies luſtremus, quædam quæ his figuris accedunt, generatim prius conſideranda ſunt.

Eorum ſitus.

§. II. Ex his merito ſitus priorum expendendus eſt. Circa hunc (ut non repetamus, quæ in univerſum de figurarum ſitu ſupra diximus) prima Gallorum & Italorum (*Campanile* mihi teſtis eſt) regula, vult, ut omnia animalia dextrum ſcuti latus reſpiciant. Hoc tam religioſe obſervatur, ut ſi ſecus fiat, ſitus converſus diſertè exprimi debeat. *Contourné* vocant. Quod Germanos concernit, ſicuti aliquoties notavi, dextri & ſiniſtri diſcrimen noſtris magni habitum non fuiſſe, ita hanc quoque regulam, vel nunquam receptam, vel iterum oblivioni traditam eſſe oportet. Nam non modo, cum plura in ejusdem ſcuti diverſis quadrantibus animalia pinguntur, elegantiæ neſcio cujus prætextu, ita pingere ſolent, ut alia aliis oculos obvertant, adeoque, quæ in ſcuti dextra parte conſiſtunt, in lævam convertant oculos. Verum etiam autor libri noſtri armorialis, plerumque in Parte I. II. & V. animalia in lævum ſitum convertit, quæ etiam ſingula in clypeis, vel apice inſignium reperiuntur, quibus ſors primum, vel quartum in ſerie locum aſſignaverat, ut ita ſcutum ſecundum & quintum, tanquam proxima reſpiciant. Id certè non parum confuſionis introducit, ſaltem exteris, niſi pictoris περιεργίαν animadvertant, crucem figere poſſet. Unde eum in III. & IV. parte errorem viſus fuerit correxiſſe, miror in quinta, tanquam pœniteret, ad priorem rediiſſe morem. Certè ſi quis inſignia ſua pingi curet, nunquam autor fuerim, ut niſi ſingulari ex ratione in ſiniſtram convertat imaginem animalis. Peculiare eſt, ſi animal pingatur omnino retroſpiciens: cujus exemplum ſubminiſtrat fam. *von der Heide* [Sileſ.] (α) cum leonem rubeum in parma argentea retroſpicientem (*regardant vers ſa queue* **fortſchreitend und zurückſehend**) & *Kötzaw.* [Franc.] (β) ſimili ſitu arietem argentatum, cornibus auratis in coccineo clypeo pingunt. Quæſtionem affinem, an animal in vexillo pictum haſtam reſpicere debeat, & cur? vide in *Epiſt. Vallæ ad Cand. Decembr.* ubi ſarcaſmis in Bartolum ludit.

Si diverſa in uno ſcuto.

§. III. Si diverſæ ſpeciei animalia in uno ſcuto ſint, dexto loco nobilius collocandum: ſi vero ejusdem ſpeciei, metallum colori, vel digniorem viliori præferendum eſſe, aliquorum regula eſt, de qua nihil pronuncio: Huc alia ſpectat, ſi obverſa ſe reſpiciant animalia, id digniori loco ſtare, quod ad dextram reſpicit, niſi quis totum corpus diſpoſitioni vultus præferre velit, ſic & aliqui exigunt, ut cum domeſtica conjunguntur feris, illa à dextris ſint.

Pingenda in habitu nobiliori, vel convenientiori.

§. IV. Animalia in actu eminentiori, nobiliori ſeu naturæ ſuæ convenientiori eſſe collocanda, lex eſt notiſſima *Bartol. de inſ. & arm. n.* 15. *Campanil. dell' armi. c.* 2. *p.* 7. *Hæping. de Iur. inſ. c.* 11. §. 2. *n.* 38. *Meneſtr. abbr. method. p.* 57. Ita hoc enunciat Æg. Gelen. de Colon. Agripp. magn. l. 2. p. 118. 119. *Emblemata heroica ponantur, juxta generoſitatem naturæ, non ignavæ, neque heroicæ ſignificationis virtutisque proportionatæ expertes: hinc leones finguntur erecti, leænæ ne ubera videantur oſtentare, quadrupedantes terræ affinguntur.* Unde leo plerumque erectus (*rampant*) leopardus curſu velox currens, equus ſaliens, ovis paſcens, &c. pinguntur. Præterea rectè monent, eſſe naturam animalium reſpiciendam, ne aves non aquaticæ aquis, piſces arboribus aptentur. Tum pedem dextrum præponi jubet Barthol. de inſign. & arm. n. 19. & poſt alios *Campanile*: quod vero addit: *Cheſtiano nel campo come in aria ſenzo appoggio alcuno, come di terra o d' altra coſa, che l' habbibia à ſoſtenere, il che ſi vede offer-*

(α) Wap. I. pileus, orâ reductâ hermionicâ, rubeus quem chorda ex argento & minio tortilis ambit, & binæ plumæ ſtruthionicæ argenteæ & coccineæ impoſitæ exornant. (β) Wap. I. p. 101. coronatæ galeæ inſiſtit aries ſcutarius.

oſſervato in tutte l' arme de Nobili. Vt conſiſtant in area ſcuti, tanquam in aere citra omne fulcimentum, telluris, vel cujuscunque alterius corporis, cui inniterentur; quod obſervatum apparet in omnibus nobilium inſignibus. In Germania noſtra innumeris exemplis refellitur. Nec tamen diffiteor, vetuſtioribus non valde improbatum fuiſſe, quod *Campanile* requirit, & exteriorum exempla ipſocum faciunt.

§. V. Si duo animalia in eadem area pingantur, obſervandum, quo ſitu ad invicem ſint: eſſe poſſunt vel *adverſa*, ἀντιπροσωπους Græci dicunt, Galli *affronté*, exemplum præbent duo ſerpentes cærulei coronati in parma aurea colliculo tricipiti nigro inſiſtentes, pro fam. *Zærtl* [Bavar.] (α) vel *averſa*, *addoſſez*, **mit dem Rücken zuſammen gekehrt**/ (Exemplo ſerviant Leones averſi argentei in parma rubea *Rechberg*, rubei in aurea *Wadripont*, nigri in argentea, *Villier* in Turonibus &c.) vel alia aliis ſupra poſita, *l'un ſur l'autre*, **über einander.** Hujus exempla innumera ſunt. Situs erga ſe invicem.

§. VI. Accidit etiam animalium figuris, ut pingantur mutilata, & certis careant membris. Geſtat aquilam capite truncatam nigram in area argentea *Geroltowsky* [Sileſ.] (β) ſimilem aquilam capite truncatam & ſanguinem profundentem à familia quadam nobili Gallica in memoriam alicujus homicidii à quodam majorum patrati geſtari perhibet. *Hæping. de jure inſign. c.* 16. *n.* 52. Mutilatæ figuræ.

Hiſce vero merulas annumerare vix convenit, quibus id ſolenne, ut absque pedibus pingantur.

§. VII. Si animal ſectum, vel membrum abſciſſum, aut reſciſſum ſit, Galli *coupé* vocant, **glatt abgeſchnitten**/ ſi ruptum vel diſreptum, *arraché*, **abgeriſſen.** *Ioh. de Bado aureo* illa vocat, *plana* (*teſte de lyon plain*,) hæc *irraſa* (*teſte de lyon raſe.*) Huc etiam ſpectant προτομαὶ, quas Græci eleganter vocant, animalium, cum nempe ea non toto corpore, ſed media tantum exſurgunt. Galli *naiſſant* vocant, vel quæ de leone inprimis uſurpari ſolet, cum parum illius præter caput conſpicitur, *iſſant.* Sectæ. Προτομαὶ.

§. VIII. Accidit etiam, ut certum quid roſtro, ore, ungulis &c. teneant vel geſtent, vel aliquibus veſtimentis induta ſint: quæ omnia exprimere neceſſe eſt. Figuræ aliquid tenentes.

§. IX. Non minus huc ſpectat, quod quædam monſtroſa pinguntur, & chimærica, additis capitibus aut membris alienis, vel ex ſpeciebus diverſis compoſita forma. Forte non inepte morem hunc ex Ægyptiorum hieroglyphicis arceſſemus. Exempla quædam enarrabimus, admixtis etiam monſtris in humana ſpecie, cum eorum in priori ſectione non fecerimus mentionem. Geſtant ergo monſtroſas figuras *Flans* [Thuring.] (γ) in parma argentea aquilam nigram, aureis cruribus, ſed capite lupino reliquo corpori concolori, deferentem etiam ſanguineam ſpeciem lunæ creſcentis pectori impreſſam. *Weiler* [Rhen.] (δ) in cærulea ciconiam bicipitem candidam, (bicipitium prudentiæ circumquaque proſpicientis, ut Jani, ſymbolum putat *Spelmann. p.* 119.) *Weiſen* [Carinth.] (ε) in coccinea leonem cum capite lupino argentatum, *Radeck* [Sileſ.] (ζ) in rubea piſcem candidum cum cornu cervino, *Gulten* [Sileſ.] (η) in cærulea piſcem candidum cum duobus concoloribus cornibus cervinis, *Kockorſch* [Sileſ.] (θ) in aurea niger gallus gallinaceus capite, & pedibus hircinis, *Ziegenhayn* [civit. Haſi.] (ι) in bipertito ex argento & nigro, gallus gallinaceus cum capite hircino, ad modum ſcuti alternantibus coloribus, addita in angulo dextro ſtella aurea, *Treiſſ* [civ. Haſſ.] (κ) in aurea, aquila expanſa nigra cum capite apri, *Paſterwitz* [Sileſ.] (λ) in transversè ſecto coloribus nigro & coccineo monſtrum anteriori parte canina, inferiori leonina ſpecie argento tinctum, *Ramſeider* [Bavar.] (μ) in rubea argenteum Monſtroſæ Harpyjæ.

(α) Wap. I. p. 92. Ex corona aurea prominentia 2. cornua, cyaneum & aureum. (β) Wap. I. p. 73. Ex coronata galea prominens inter duas argentatas pluma ſtruthionica nigra.

(γ) Wap. I. p. 146. Ex galea coronata prodit jugum expanſum alarum binis nigris, & argenteis faſciis exaratarum; ſingulis alis etiam inſcripti conſpiciuntur ſinguli gladii ſanguinei. (δ) Wap. I. p. 131. ciconia galeæ inſiſtit alis ad volandum expanſis. (ε) Wap. I. p. 47. galeæ coronatæ figura ſcutaria inſiſtit. (ζ) Wap. I. p. 58. inter 2. argentatas, pluma ſtruthionica rubea. (η) Wap. I. p. 64. piſcis ſcutarius incumbit caſſidi. (θ) Wap. I. p. 74. monſtrum ſcutarium. (ι & κ) Wap. I. p. 223. (λ) Wap. I. p. 71. ex corona erumpens leo argentatus. (μ) Wap. I. p. 96. idem cornutum caput volucris.

caput galli, vel aquilæ cornutum auro. *Wenger* in 1. & 4. [Bav.] (α) in aurea, leonem nigrum præditum capite virili, vitta ex argento & minio fasciata tecto. *Breckendorff* [Bav.] (β) in aurea caput humanum nigrum, cum collo siniſtra aure asinina argentea, *Canutus Ionæ* Archidap. Sueciæ 1319. figuram superius gryphem, inferius aquilam, *Ianorinsky* [Silef.] (γ) in argentea, cæruleo indutam hermam virilem, auribus ejusdem coloris asininis instructum. (Vulf. interpretatur judicem incorruptum, qui multa audiat.)

Huc *Harpyjæ* (Uptoni commento occisori ad plangendum peccatum dandas,) referimus. Credit autem Vulson in tali domo forte hæredem fœminam caput suum paternæ imposuisse aquilæ, quam conjecturam exempla non videntur confirmare. Figura conspicitur in insign. *Frisiæ* princ. (vid. Hist. insign. L. 3. c. 49. n. 4.) Appareret etiam harpyja seu aquila, cum capite virgineo coronato ex auro, cruribus & corona cæruleis, in scuto rubeo pro fam. *Merlau.* [Hass.] (δ)

In pisces, vel dracones terminatæ.

§. X. Inprimis non paucæ figuræ monstrosæ sunt, quæ in pisces exeunt, aut draconum caudas, illud *marinè* Galli, hoc *dragonné* vocant. Ita in piscem terminatur gryphus niger in argentea parma fam. *Mestich.* [Silef.] (ε) unicornu nigrum (sed ut argento tingatur, quod piscem refert) in scuto ex argento & minio secto *Nimtscher* [Silef.] (ζ) cervus pedibus carens auro tinctus in rubea *Pogorsker* & *Ruditzky* [Silef.] (η) leo aureus in piscem desinens in area rubea *Im Hof.* [Patrit. Norimb.] pluribus decoribus & meritis inducta familia. (θ)

In draconem exit leo rubeus corona, lingua, & falculis argenteis in parma aurea *Bretigny.*

Gallorum aliqui termini.

§. XI. Antequam has generales observationes finimus, operæ pretium est aliquot hic notare terminos Gallis usitatos, qui in animalium figuris usurpari solent; nec uni proprii sunt. Sequemur vero alphabeti ordinem. *Accollé* seu *coulté* de armillis usurpatur. *Accorné* de cornibus taurorum, ovium, arietum, hircorum. *Allumé* vel *animé* de oculis. *Bouclé* de fibula inserta naribus. *Miraillé* de draconibus, papilionibus & pavoninis caudis usurpatur.

(α) Wap. I. p. 84. respondet prior galea coronata, ex qua leo scutarius monstrosus erumpit. (β) Wap. I. p. 97. coronatæ galeæ impositum simile caput. (γ) Wap. I. p. 66. scutarius herma. (δ) Wap. I. p. 135. inter duas alas rubeas leonis coronati aurei προτομὴ. Alibi vidi alæ rubeæ inscriptam scutariam figuram. Hodiernus usus est ipsius figuræ scutariæ cassidi impositæ.

(ε) Wap. I. p. 69. inter 2. argenteas plumas struthionicas nigra. (ζ) Wap. I. p. 58. unicornu scutarium erumpens. (η) Laciniæ rubeæ & argenteæ. *Baillot* in v. *marinè* unicornu superiori parte cocco tingit. (θ) Wap. I. p. 206. figura scutaria.

MEMBRUM I.

DE VOLATILIBVS SEV AVIBVS.

1. *Unde aves in scutis.*
2. *Quæ in illarum figuris observanda.*
3. *Aquila. Usus antiquus.*
4. *Symbola.*
5. *Situs. Inprimis expansus.*
6. 7. 8. 9. 10. 11. *Exempla variarum sinctura-rum.*
12. *Diversis coloribus tincta aquila.*
13. *Tessellatæ.*
14. *Plures in eodem scuto.*
15. *Situs extraordinarius.*
16. *Aquilæ truncatæ, mutilatæ.*
17. *Volaturientes, alas demittentes, solem respicientes, pelicani in modum pictæ.*
18. *Galeatæ.*
19. *Aquilulæ. Alerions.*
20. *Capita aquilina.*
21. *Crura & pedes.*
22. *Phœnix.*
23. *Pelicanus.*
24. *Struthiocamelus.*
25. *Psittacus.*
26. *Gallus gallinaceus. Symbola.*
27. *Exempla. Gallinæ. Capones. Capita gallorum.*
28. *Anser. Anas. Anaticula.*
29. *Cygnus.*
30. *Ardea.*
31. *Ciconia.*
32. *Grus.*
33. *Accipiter,*

33. *Accipiter. Nisus. Falco. Vultur.*
34. *Corvus.*
35. *Cornix.*
36. *Pica.*
37. *Bubo. Noctua. Vespertilio.*
38. *Columba. Turtur.*
39. *Pavo. Gallopavo.*
40. *Perdix. Coturnix. Alauda.*
41. *Hirundo. Upupa. Picus. Graculus. Carduelis. Sturnus.*
42. *Merulæ.*
43. *Exempla.*
44. *Avicula incertæ speciei.*
45. *Insecta. Apes. Muscæ. Papiliones. Vespæ.*
46. *Cicadæ. Grilli. Scarabæi. Aranea.*
47. *Alæ.*
48. *Plumæ struthionicæ.*
49. *Avium capita. Pedes.*
50. *Ova.*

MEMBRUM I.

DE VOLATILIBUS VEL AVIBUS.

§. I.

QUadrupedum an volatilium usus in scutis antiquior fuerit, vid. *Philib. Campanil. dell' arm.* c. 8. p. 13. nostra parum interest, licet ab his nunc ordiri placeat. Ante omnia verò nugæ *Ioh. de Bado aureo* p. 18. prius removendæ sunt, cum credit, qui aves gestent, non ita stabiles esse, atque alios, quibus quadrupedes placuere. Sed non egent illustres familiæ, quibus injuria hoc pronunciato fit, defensione, cum id retulisse, idem sit, quod refutasse. Aliqui eos per aves rectius notari credunt, qui aliunde advenere. De hoc symbolo in istum modum differit. *Æg. Gelen. de Colon. Agrip. magn.* l. 2. s. 36. p. 203. *Puto originem ex vetusta militia procedere; quod Heroes in auguria propenderint. Cic. l.* 1. *de divinatione*, Rem, *inquit*, bellicam majores nostri administrare nisi auspicatò noluerunt. *Augurum sacerdotia, multitudinem & religionem apud scriptores Romanos videat, qui ea arma gerit; mihi res fusior videtur. Et suggessisse initia satis est; addo tamen pro claritudine stirpium arma hujusmodi* Augusta *esse dicenda, si Suetonio credimus* l. 2. c. 7. *asserenti* Augusti *cognomentum dici*, ab avium gestu gustuve. P. P. p. 204. *Etsi aves sublimitatum nobilium animorum & militaria auguria frequenter significent, frequentissimum tamen est inter tæniolas & tæniolis videre aquatiles & natantes aves, ut in* Schlenderhanis, *Comitibus de* Cuyck, *de* Sombref *& aliis, in quibus nobile natandi exercitium signatur.* Ita. Fl. Vegetius *l.* 1. *de re mil. c.* 11. *ait*: Non enim semper pontibus flumina transeuntur, sed & procedens, & insequens natare cogitur frequenter exercitus. Unde aves in scutis.

§. II. Ex generali regula allegatus *Campanile dell' arm.* n. 2. p. 7. deducit, quod aves semper in actu volandi pingendæ sint, cum ille nobilissimus sit, sed in contrarium usus obtinet, ut videlicet avium volantium rara, aliove situ plurima sint exempla. Porro in avibus respicienda sunt præcipue rostrum, lingua, crura, seu pedes & ungues, quæ ordinariè diversam tincturam à reliquo corpore habere debent, quo tamen non semper observatum video, sive nunquam id receptum dicas, sive à pictorum negligentia causam arcessas. Quæ in illarum figuris observanda.

§. III. Prima esto *aquila*, quam lustrabimus, cui imperium in aves vulgo attribuitur. (Conf. celeberr. Freinsch. ad Curt. 3. 3. 16. & nostra hist. insign. 1. 9. 3.) Gentiles inde nunciam fulvam Jovis, & Jovis Altisoni pennatam dixere satellitem, Cic. de LL. Ejus in militaribus signis antiquus usus. Si ad fabulas recurrere lubeat, eam à Jove in bellicum insigne, erectam, & quod in Titanas præfecturo felicem successum ominata fuerit, auream factam esse, fingunt. Quod figmentum non parum authoritatis signo præbere potuit. Inprimis verò id nobilitatum Persarum usu: Nam *aquilam* auream eorum Reges symbolum gestabant à Cyro, ut videre est apud *Xenoph.* Κυροπαιδ. l. 7. à princ. & Ανάβασ. ubi ista: Καὶ τὸ βασίλειον σημεῖον ὁρᾶν ἔφασαν ἀετόν τινα χρυσῆν ἐπὶ πέλτης ἐπὶ ξύλου ἀνατεταμένον. *Regium insigne se videre dicebant, aquilam auream in pelta super hastam extensam, alis scilicet patentibus.* Inde accepere Romani, sed potius argenteam, ut fulgentior & conspectior esset. Verum non erecto corpore formabatur, sed procumbens, & pinnas supernè extendens. Sed non his duobus populis solis ista avis placuit, Clearchus Heracleæ tyrannus, cum se Jovis filium perhiberet, etiam aquilæ imagine aurea usus legitur. Anchisi dant in scuto argenteo cæruleam aquilam, Antiocho talem quæ unguibus draconem ferret, Aristomeni talem quæ passas ad marginem scuti alas haberet, tribuunt *Hæping. de jure inf. c.* 2. §. 10. *n.* 1009. 1012. 1013. Ibidem in n. 1010. Hectoreæ gentis dicitur insigne. Aquila. Usus antiquus.

Symbola. §. IV. Symbola varia huic figuræ assignant, nempe ut sit regni, imperii, magnanimitatis, velocis ingenii, præcellentiæ, victoriæ, imperii ad unum hereditare transmissi, consiliorum celsorum, & contemtus rerum humilium hieroglyphicum; conf. plura apud *Vulf. de la Columb. Scienc. heroiq. c.* 39. *Cyr. Spangenb.* Adelsp. p. 2. l. 1. c. 13. p. 9. ubi adversus *Seb. Francum* aquilæ honorem, quem ille invidiosè exagitavit, tuetur, nec non l. 12. c. 4. p. 335. Potest etiam indicium esse, vel clientelæ, vel gratiæ à Rom. Imperatoribus concessæ.

Situs. In primis expansus. §. V. In aquila observanda & exprimenda sunt præter situm tinctura rostri, linguæ, crurum, unguium, &, si gestet, coronæ. Gallis termini usitati sunt *becqué*, *langué*, *membré*, (monet *Geliot*, si hic terminus usurpetur, non addi debere *armé*, quia crura contineant simul ungues,) *onglé* vel *armé*, nisi hoc quadrupedibus proprium esse velimus, *couronné* diadematis autem nomine venit circulus aureus capiti aquilæ circumdatus. Qui in nostra vernacula usitati sint, ex descriptione hac petatur, è diplomate imperiali desumta: **Mit seinen Waffen / Schwantz und Flügeln ausgebreitet (doppelt oder einfach) mit offenem Schnabel und roth-ausgeschlagener Zung.** Qui hic situs describitur, ordinarius est hujus regiæ avis, & ob hoc intelligendus, si alius non exprimatur. Galli dicunt *Les ailes esployées estendues en haut & la queue aussi escarpillée*, vel uno verbo *esployée*. Hoc termino quidem aquilam bicipitem notari putat *Varenn. R. d'arm. p.* 233. & *Geliot*, v. *Stigle*, atque *le Labour, de l'orig. des arm. n.* 134. sed rectè refutat *Cl. Fr. Menestr. l'art du blas. justif. c.* 13. *p.* 335. Bicipitem alias *au chef parti* aliqui vocant. Hunc vero situm aquilæ esse volunt, cum austro flante versus solis radios alas expandit, ut calore & aura resolvente pori aperiantur, atque ex novitate pennarum juvenescat. Sed aquilæ hoc contingere, vel fieri, ego in me non recipio. *Spelmannus aspilog. p.* 127. triplicem situm facit, ut aquila repræsentetur procidens (*fondant* seu volans deorsum) volans, erecta vel expansa, qualis communiter pingitur.

Exempla variarum tincturarum. §. VI. Exhibebimus jam exempla eorum, qui aquilas scutis inscribunt, eo nempe situ, qui jam designatus est: qui enim alio sunt, deinceps locum invenient. Aquila aurea ornat parmam cæruleam *Shouldham* [Angl.] *Hue* (in Aurelianensi tractu.) *Noyers* & *Ioigny le Viviers*, *Rie. Puchot* [Britann. sed addito cephalo scutario ejusdem metalli.] *Bertrier de Migieu* [Bress.] sed ut aquila 2. ramos olivæ argenteos decussatos teneat.

Coccineam *Goddard* [Angl.] *Vienne* (Burg. familia illustrissima, unde plures lineæ ortæ.) *Rietperg* [Flandr.] *Drayac* [Picard.] *Dauthon* [Picton. corona, rostro & cruribus argenteis.] *Astauvaud* seu *Astovans de Musspart* [Provinc.] *Beaumont Bressuire* (sed cuspidibus lancearum argenteis limbi in modum circumpositis.) *Agolant* [Florent.] *Reaux* [Normann.] Viridem *Breussant*, *Louvancourt de Vauchelles* in 2. & 3. quadr. (sed rostro & cruribus sanguineis: tum aquila pingitur confossa gladio argenteo, capulo rubeo.)

§. VII. Aquilam argenteam ferunt in parma rubea famil. [corona, rostro & cruribus cyaneis.] *Coligny* [unde Duc. Castilionei, & aliæ lineæ.] *Cigala* [Genuens. corona aurea imposita.] *Marqueville* [cruribus & rostro aureis.] *Clermont* [Flandr.] *Francofurtum ad Mœnum* [civ. imperial. corona, rostro, pedibus & circulis alarum trifoliatis aureis, lingua & unguibus cæruleis.]

In cærulea [lingua sanguinea, rostro & cruribus aureis] *Aquila* [Hisp.] *Roussillon*, *le Iur Casetani* (Rom. sed corona, rostro & cruribus sanguineis.) *Armansberg* seu *Arnsberg* [Bav.] (α) *Mosheimb* [Bav. in 2. & 3.] (β)

In nigra *de Maure* [Engolism. rostro & cruribus coccineis.] *Adelhausen* [Bav. sed coronis & cruribus aureis.] (γ)

In viridi *Barchon*, tum *Gentil* [Nivern. corona, cruribus & rostro rubeis, aquila vero pede sinistro gestat gladium undatim sinuatum aureum.]

§. VIII. Nigra aquila expanditur in scuto aureo istis notandis. *Mirandula* [corona, rostrum & crura soli colorem servant: couronné, becqué & membré du champ.] *Rittschæn* [Austr.] (δ) *Burckhaus* [Silef. aquilæ imponitur corona, & pectus

(α) Wap. I. p. 80. coronatæ cassidi inter duo cornua cyanea insistit aquila scutaria. (β) Wap. I. p. 32. coronatæ galeæ insistit aquila.

(γ) Wap. I. p. 80. aquila scutaria coronata insistit coronæ cassidis. (δ) Wap. I. p. 35. coronatæ cassidi insistit aquila nigra.

pectus decuſſata tænia ligatur.) (α) *Viſſegger* [Bav. in bipertiti clypei latere dextro.] (β) *Le Borgne de Montagny*, *Marigny* (roſtro & cruribus coccineis.) *La Roche*, *Queſnoy* [Picard.] du *Bois* (roſtro & cruribus ſanguineis.) *Philemelle*, *Habert*, *Charlet*.

In argento biceps notat *Glynii* [Angl.] *du Gueſchin* (Britann. roſtro & cruribus rubeis inducto baltheo anguſtiori rubeo.)

Sed ſimplex *Lappitz* [Auſtr. in 2. & 3.] (γ) *Paradeyſer* [in 2. & 3. Carinth.] (δ) *Chaſſincourt* (ſed coronata) ſicut & *Pair* [Styr. in 2. & 5. ſeu 2. & 3.] (ε) *Montfeltre* (roſtro & membris aureis.) *Aufreville* (roſtro & cruribus ſanguineis.) *Beaucé* [roſtro & cruribus ſanguineis, diſcerniculi loco inducto baltheo ejusdem coloris.] *La Villeau* [Britann. capite ſcuti rubeo 3. cruces argenteas tenente.]

§. IX. Rubet aquila in ſcuto aureo pro *La Brodiere*, *Praquaux* (roſtro & cruribus praſinis.) *Cuſance*, *Albizy* (Venet. ſed biceps.) *Rochefort* [Flandr. ſed roſtro & cruribus cyaneis.]

In argento *Rogemont* [roſtro & cruribus aureis.] *Bonchevol* (cruribus & roſtro cæruleis.) *Griefbeck* (Tirol. in 2. & 3. & quidem area bipertita, cujus poſteriori pars iterum perpendiculariter ſecatur minio & argento.) (ζ) *Hædesdorff* (Tirol. in 2. & 2. ſed coronata.) (η)

In Hermionico *Bedingfeld* (Angl.)

§. X. Cyaneo tincta eſt colore, aquila, quam geſtant in parma aurea bicipitem. Simplicem *Rouſei* (Angl.) *Arvillars* (ſed corona, membris & unguibus argenteis.) *Grabiſch* (Sileſ. ſed cruribus rubeis & impreſſa pectori luna falcata. (θ)

In argentea *S. André* (Delphin. cruribus ſanguineis) inſcripta pectori lunula candida, *Wiedebach* (Sileſ.) (ι)

§. XI. Viridis color aquilæ eſt, qua inſigniuntur parma aurea, *Rudolphi de Monte Hermerii*, vel *Monthenes* (Angl. roſtro & cruribus rubeis.) *Preudhomme* (ſed biceps, roſtro etiam & cruribus rubeis.)

Hermionico ſcuto inſcribitur aquila coccinea cruribus, & roſtro cæruleis *Blarri*. Extra regulam eſt aquila candida in ſcuto aureo *Trappen zu Biſſein* (Tirol.) (κ) In quadripertito ex cæruleo, & aureo aquila biceps coronata nigra *Wantzl* (Styr.) (λ)

§. XII. Exempla etiam ſunt aquilarum, non unius coloris mediantibus ſectionibus, vel cum ſcuto communibus, vel propriis.

In ſcuto cæruleo aquila hinc rubea, iſthinc argentea, pedibus, roſtro, ſemicirculo pectori impreſſo & corona collo inſerta, aureis notat *Colobrath* (Bavar.) (μ) — Diverſis coloribus tinctæ aquilæ.

In ſcuto quadripertito ex argento & minio aquilam pingit pari modo quadripertitam, coloribus alternantibus *La Roche* (Britann.)

Ita & frequenter in ſcutis, vel ad perpendiculum, vel transversè ſectis, aquilas videre licet dimidias.

Ad perpendiculum. Huc aquila *Monſterbergici* Ducatus. Vid. Hiſt. inſign. l. 3. c. 30. n. 31.

(α) Wap. I. p. 54. vid. ſ. 3. m. 2. n. 2. ubi apex ob priorem ſcuti medietatem.

(β) Wap. I. p. 95. coronatæ galeæ inſiſtens aquila nigra pectori monticulo tricolli, utrinque alæ lunulæ bicorni argentea inſcripta. Laciniæ hinc nigræ, iſthinc cæruleæ utrinque duplicatæ auro.

(γ) Wap. I. p. 38. coronatæ galeæ inſiſtens aquila nigra. (δ) Wap. I. p. 46. coronatæ galeæ inſiſtit aquila nigra.

(ε) Wap. I. p. 48. coronatæ galeæ inſiſtens aquila nigra coronata. (ζ) Wap. I. p. 44. coronatæ galeæ impoſita aquila ſcutaria.

(η) Wap. I. p. 44. herma fœmineus rubro amictu, corona aurea, duabus argenteis & inter eam coccinea plumis ſtruthionicis ſuperimpoſitis.

(θ) Wap. I. p. 65. duo pedes aquilæ nigri, adhærente ſingulis ala cyanea. (ι) Wap. I. p. 57. ex caſſide coronata inter duas argentatas media cyanea pluma ſtruthionica.

(κ) Wap. I. p. 44. coronatæ galeæ inſiſtit aquila candida ad volatum ſe parans.

(λ) Wap. I. p. 48. coronatæ galeæ impoſitæ inter media cærulea duæ aureæ plumæ ſtruthionicæ.

(μ) Wap. I. p. 32. ex coronata galea poſt argenteam rubea ala.

n. 31. *Thonn* [Bav. in 2. & 3.] (α) in priori parte ſcuti argentea dimidiam aquilam, in poſteriori nigra argenteam faſciam geſtat: in priori aurea nigram, in poſteriori nigra auream faſciam *Freymann* auff *Hohen-Randeck* [Bav.] (β) in priori aurea nigram, in poſteriori rubea baltheum argenteum. *Hümmelberg* [Styr.] (γ)

Transverſaria ſectione. Ita in areæ (2. & 3.) ſectæ ſuperiori aurea parte aquilam dimidiam nigram, inferiori rubea annulum argenteum ferunt *OElhafen* [Silef.] (δ)

Teſſellatæ. §. XIII. Teſſellatas aquilas geſtant teſſellis aureis & nigris (impoſita corona argentea) in parma rubea *Com. de Signia* (Campan. Italiæ. Unde aliquot Papæ.)

Plures in eodem ſcuto. §. XIV. Plures in eodem ſcuto nonnunquam aquilas videre licet: Nempe tres aureas (roſtris & cruribus ſanguineis) in parma cærulea *Dondeauville* & *Cazet-Vautort*, rubeas (cruribus cæruleis) in argentea *Brimen* (in Com. Ponthieu) & *Dotteville*, nigras in argenteo *Fonlebon*, aureas in cærulea *Gaveſton C. Cornubiæ* [Angl.] & *Granges* [Delphin.] cæruleas in argentea faſciæ rubeæ additas *Hallenvillier de Baigneux*, rubeas in aurea faſciæ cærúleæ circumpoſitas *Lorrix*, rubeas, roſtris & cruribus cæruleis, in argentea, faſciæ coccineæ adjectas *Chaumont*, cæruleas roſtro & cruribus rubeis in aurea cantherio rubeo adpoſitas, *la Frimoville*, aureas in cæruleo cum cantherio argenteo *Iopin*, aureas bicipites in cærulea *Mige*, aureas in viridi *Veelu*.

Tres etiam nigras auro coronatas, ſed capitibus in ſcuti argentei medium, ubi corona auro fulget, converſas gerit *Eygenberg* [Styr. nunc principali dignitate eminens familia.] (ε)

Quatuor rubeas (bicipites) in aurea *Ruel*, aureas decuſſi ejusdem metaili adſcriptas in rubea *Boutecoille*, argenteas decuſſi aureo in cærulea *la Fleſchiere*, rubeas decuſſi cæruleo in argentea *Runes*, nigras cæruleæ faſciæ adſcriptas in argentea *Hautot Beaumont le Richard* [Normann.] Sex cyaneas in aurea *Prully*.

Situs extraordinarius. §. XV. Præter hunc, qui ordinarius eſt aquilæ erectum & expanſum ſitum, nonnunquam alius ei contingit. Eſt ubi aquila ad faſciæ modum juxta latitudinem ſcuti diſponitur (*en faſce.*) Talis eſt nigra in parma aurea *Eptingen* [Helvet.] (ζ) argentea in coccinea *Rœderer de Thierſperg* [Alſat.] (η) & *Rœder* [Svev.] (θ)

Nonnunquam aliquo ſit caput in dextrum, vel lævum angulum ſcuti convertit. (en bande, en burre.) Hujus exemplum dat aquila hoc ſitu nigra alarum & pectoris ſemicirculis argenteis in argentea area fam. *Poppel de Lobiowitz* & *Haſſenſtein* [Bav.] (ι) in parma aurea fam. *Motſchelnitz* [Silef.] (κ)

Aquilæ truncatæ, mutilatæ. §. XVI. Nonnunquam mutilata cernitur avis, licet regia. Capite truncata eſt, aquila nigra in argenteo clypeo *Geroltowsky* [Silef.] (λ) & loco capitis aureis flammulis erumpentibus *Renner* [Patrit. Francof.] (μ)

Crura & pedes, atque cauda cum abſciſſa ſunt, *demembré, eſtropié & diffamé*, vocare ſolent. Talis eſt nigra in clypeo argenteo notandæ familiæ *Reichaw* [Silef.] (ν) nigra coronata in aureo *Sauraw* (ξ) [Bav. in 2. & 3.] nigra in aurea *Henningk* (ο) [Patrit. Francofurt. in 1. & 4.]

Nigra

(α) Wap. I. p. 93. coronatæ caſſidi impoſita ala cum typo ſcutario. (β) Wap. I. p. 95. nigra aquila expanſa coronatæ caſſidi inſiſtens. (γ) Wap. I. p. 49. duæ galeæ coronatæ, priori imponitur pileus orientalis bipertitus ex auro & cocco, huic impreſſo baltheo argenteo, coronatus & argenteis tribus ſtruthionicis plumis faſtigiatus. Altera alam ſuſtinet rubeam exaratam baltheo argenteo.

(δ) Wap. I. p. 63. galea diademate tortili tecta ſuſtinet exorientem aquilam ſcutariam roſtro ferentem annulum argenteum. Laciniæ nigræ & aureæ.

(ε) Wap. I. p. 30. 48. 3. p. 5. coronatæ galeæ impoſita aquila coronata. (ζ) Wap. I. p. 197. (η) Wap. I. p. 193. argentatum aquilæ caput roſtro deaurato. (θ) Wap. I. p. 120. caput aquilæ nigrum tinctum roſtro aureum annulum deferens. (ι) Wap. I. p. 32. pileolo rubeo impoſita ſtruthionica pluma argentea.

(κ) Wap. I. p. 71. aquila ſcutaria pari modo inclinata. (λ) Wap. I. p. 73. (μ) Aquila ſcutaria ſimilis.

(ν) Wap. I. p. 68. cornua duo, prius argentatum, poſterius nigrum. (ξ) Wap. I. p. 30. coronatæ galeæ impoſitæ tres ſtruthionicæ plumæ, aureis corculis confitæ.

(ο) Galea tecta diademate tortili ſuſtinet aquilam ad volatum extendentem alas. Laciniæ hinc aureæ & nigræ, iſthinc argenteæ & nigræ.

Nigra piscem rostro gestans aurea tænia collum revincta, in aureo *Schaden* [Patrit. Ulmens. & Francofurt.] (α) Ejusmodi aquilam truncatam dimidiam nigram exhibet area 2. & 3. aurea, capiti circulo addito *Haller* [in 2. & 3. Bav.] (β) In alio exemplo fam. *Stangen zu Cunitz* [Saxon.] (γ) præter pedes & caudam aquilæ nigræ etiam alæ desunt, nec nisi duplex caput, & corpus argenteo clypeo 3. tæniis transversis exarato inscribuntur.

Pasmé, hoc est, deficientem vocitant, pictam tanquam senio oculos perdidisset, & rostrum ita excrevisset, ut fame moriendi necessitas incumberet. Talem coccineam in hermionico scuto gestat *Saqueville*.

Deplumé seu deplumata vocatur, quæ plumis omnino caret, ut nudum corpus supersit.

§. XVII. Si pingatur aquila erectis ad volatum alis, solennis terminus Gallis est, *s'essorant* seu *prenant l'essort*. Talem argenteam rubeo scuto inserit familia *Raming* [Bavar.] (δ) (in explicatione vocatur **der Scherbvogel**/) similem (in explicatione simpliciter nominatur, **der Vogel**/) nigram in aureo *Fæncking* [Bav.] (ε) item nigram in aureo, monticulo tricolli viridi insistentem *Croneck* [Carinth.] (ζ) auream rubeo cum cephalo ejusdem metalli *Souvert* [Burgund.] Volaturientes, alas dimittentes, solem respicientes, pelicani in modum pictæ.

Alias alis deorsum versis repræsentatur, hoc Galli vocant *abaissé* seu *le vol abaissé*. Talem rubeam in solo aureo gestat in Flandria fam. *Langle B. de Pecques*. Aliquando repræsentatur solem respiciens. Talis est pro familia du *Tronchay* aurea solem eodem metallo tinctum intuens in scuto cæruleo. Ita in dextro angulo scuti pictum aureum solem respiciunt in medio aquila, & ex lateribus tribus aquilini pulli tres ejusdem metalli pro fam. *le Iay*.

Est ubi pingitur in pelicani modum (*pelicané*) rostro pectus mordens. Talis est nigra in parma aurea famil. *Bambel* [Austr.] (η) Talis etiam in apice fam. *Prizelwitz* [Silef.] (θ) apparet exurgens argentea.

§. XVIII. Aquila galeata aurea (casside ni fallor argentata,) expanditur in clypeo cyaneo pro famil. *Stæhlin de Stortksburg* [Svev.] (ι) Galeatæ.

§. XIX. Affinis figura est *aquilularum*, quas *alerions* vocant, & sine rostro atque pedibus pingunt: ut solæ alæ expansæ integræ relinquantur. *M. Vulf. de la Colomb.* eas in Gallorum armis frequentiores esse credit, quod Imperiales copiæ victæ ita denotentur; quia aquilulæ nec rostro, nec unguibus se defendere queant. Verum gentilem ei opponimus celeberrimum & patrii decoris non incuriosum *Andr. du Chesne hist. geneal. de Montmar. c.* 3. *p.* 12. qui hanc aquilularum pingendarum speciem recentioris inventionis esse, & à seculo demum, vel paulo amplius hoc nomen isto sensu usurpari cepisse, tum *aiglettes* prius dictas, atque non semel demissis alis, rostro vero atque pedibus expressis pictas perhibet. Et veteribus Gallis *alerion* aquilulam significabat, quod ex *Guioto de Provins* idem auctor probat. *Le Labour de l'orig. des arm. n.* 135. ipsam vocem *alerion* à Germanico nomine **Adler** derivat. Exempla bene multa harum aquilularum sunt, sed pene omnia, quod aliis adjiciuntur figuris. Vid. infra *Montmorency* in Histor. insign. l. 1. c. 65. n. 4. Aquilulæ, Alerions.

§. XX. Nonnunquam solum caput aquilæ scuto inseritur. Ita caput aquilinum avulsum nigrum, extante lingua sanguinea in clypeo argenteo notat fam. *Preussen* (κ) [Patrit. Francof.] ita & caput aquilinum cum collo avulsum nigrum in scuto aureo *Pickler* [Silef.] (λ) aureum in nigro *Alnbach* [Bavar.] (μ) argenteum in rubeo *Malenthein* [Carinth.] (ν) forte huc etiam Capita aquilina.

(α) Wap. I. p. 209. aquila scutaria. (β) Wap. I. p. 98. è coronata galea aquila scutaria exsurgens. Vid. s. 1. m. c. n. 80. (γ) Wap. I. p. 166. vir exsurgens rubeo amictu, manibus perticam auream tenens. (δ) Wap. I. p. 88. pileo rubeo, cujus ora reducta argento fulget, insistit aquila scutaria. (ε) Wap. I. p. 94. galeæ duæ, prior coronata sustinet avem scutariam: altera tegitur culcitra nigra, auratis globulis, **Quast oder Knöpff**/ cui insidet felis albus. Laciniæ aureæ & nigræ. (ζ) Wap. I. p. 45. galea tegitur diademate tortili, super quo inter duo aurea cornua aquila scutaria consistit. (η) Wap. I. p. 41. galeæ coronatæ insistens aquila scutaria. (θ) Wap. I. p. 56. (ι) Wap. I. p. 118. ex coronata galea prominens caput ciconiæ candidæ (nigrum colorem inferiori parte sculptor adsignavit) rostro sanguineo: Laciniæ perhibentur argenteæ & cyaneæ. (κ) Jugum alarum argentearum, & in illis singula capita aquilina obversa invicem. (λ) Wap. I. p. 65. aquilinum caput, sed cum alis suis. (μ) Wap. I. p. 83. pileolus in aquilini capitis formam, auratus, ora reducta nigra. (ν) Wap. I. p. 45. aquilinum caput ex coronata casside.

etiam ſpectat *Opersdorff* [Sileſ.] (α) in quorum ſcuto rubeo caput volucris (aquilam credo) coronatum aureo-argenteum.

Tria capita aquilina avulſa nigra coronata auro in parma aurea *Rotkirch* [Sileſ. olim dicti de ruffa Eccleſia ſeu ruffa domo.] (β)

Crura & pedes.

§. XXI. Aquilæ cum crure pedem nonnulli in gentilitiis parmis exhibent: Hæc figura cruris argento, ſed cohærentis pedis auro tincta (niſi quod ſciſſionis vulnus ſanguineum apparet) in clypeo cyaneo pingitur, ut unguibus rubeum lapidem teneat, notandæ fam. *Vfſteiner* ſeu *Vfſtenner* [Patrit. Francof.] (γ) Nigrum crus aquilæ (niſi forte gryphi ſit) pede & unguibus auratis in rubeo ſcuto eſt δεῖγμα *Tader* [Sileſ.] (δ) rubeum in argenteo *Starzhauſen* [Bav.] (ε) aureum apparente carne, qua reſciſſum eſt, cruenta in nigro *Thanhauſen* [Bav.] (ζ) Nigrum, pede aureo & ſectione cruenta apparente, quod geſtat vir rubea veſte poſt montem tricollem aureum in parma argentea exſurgens, *Grientaller* [Auſtr.] (η)

Phœnix.

§. XXII. An phœnix unquam vixerit, inter hiſtoriæ naturalis ſcriptores controverſum eſt, in clypeis verò ejus imaginem reperiri dubio vacat. Symbolum in ea quærunt longæ vitæ, memoriæ inſignis, peritiæ, amoris in parentes, inprimis vero immortalitatis: unde Gallis ſimpliciter vocatur *immortalité*: cum nempe, quod ordinarium eſt, repræſentatur ipſe ſe comburens. Talis in ſcuto transverſè ſecto ex cæruleo & argento pingitur coloribus ad ſectionem ſcuti alternatis, cum pyra ſua incenſa rubea deſignandæ famil. *Nicol. Varenn. R. d'arm.* P. 3. p. 446. huc refert arma famil. *le Ragois Bretonvilliers*, & phœnicem vocat argentatam avem in parma cyanea, quæ dextro pede lauri ramum aureum geſtat: impoſito capite ſcutario argenteo, onerato 2. falcibus coccineis. Sed *Paillot* voce *faucilles*, præterquam quod tres falces numerat, aquilam vocat; quod probabilius, cum ſine pyra appareat.

Pelicanus.

§. XXIII. *Pelicani* imago hieroglyphicum pietatis eſt, & amoris, quo ſuperiores complectuntur curæ ſuæ concreditos. Unde Joannes 2. R. Luſit. armis ſuis hoc emblema adjecit. Sed excluſo hoc ſtoliditatis, vel militis inſidias ſtruentis ſymbolum in ea ave quærit *Hœping. de jur. inſign. c. 9. n. 292.* Hæc vero in animo geſtantibus fuiſſe vix mihi perſuadebitur. Pingitur ordinariè pectus vulnerans, & pullos reficiens ſanguine. Geſtant ergo talem pelicanum aureum in area cærulea *Honrodt* 2. & 3. [Brunſvic.] (θ) in rubea *Carnei* [Angl.] argenteum in cærulea *Pilaren* [Sileſ.] (ι) argenteum in parma ſecta diagonaliter è dextro angulo & nigro & auro *Haeter* [Auſtr.] (κ) rubeum in argentea (addito in capite ſcutario cæruleo lilio aureo.) *Le Camus*, argenteum nido & pullis aureis in nigra *Lyndei*, [Angl.] tres argenteos pectoribus ſanguineis in cærulea *Pelham* [Angl.] totidem cyaneos circa faſciam nigram in argentea *Pitlesdini* [Angl.]

Struthiocamelus.

§. XXIIII. *Struthio* ſeu *Struthiocamelus* alibi apparet. Struthio in minio *Raffenſtein* in 2. & 3. [Auſtr.] (λ) ex eodem metallo in cæruleo inſiſtens tricolli monticulo viridi *Notten* [Tirol.] (μ)

Aliquando pingitur ad inſtar aquilæ expanſis alis argentea in nigro *Strauſſen* in 2. & 3. [Auſtr.] (ν)

Struthionum

(α) Wap. I. p. 65. ex coronata galea volucris caput coronatum. (β) Wap. I. p. 52. ex caſſide coronata prominens caput aquilinum ſcutarium. Hanc familiam eandem cum Robkirchia Colonienſi credit *Gelen. de Colon. Agr. magn. l. 2. ſect. 17. p. 168.* vid. ſupra c. 3. §. 45. credit autem hæc etiam volucrum capita cæſi prædatoris gloriam ſignificare. (γ) Wap. I. p. 211. aquila exurgens argentea, roſtro & corona aureis, alis cyano tinctis. (δ) Wap. I. p. 67. ex coronata galea cauda pavonina impreſſa figura ſcutaria. Laciniæ hinc atræ, iſthinc rubeæ, utrinque addito auro. (ε) Wap. I. p. 84. cornua duo, argenteum & rubeum, quorum ſingulis ſenæ plumæ ſtruthionicæ, ternæ oræ exteriori annectuntur, & totidem orificio inſeruntur, argenteo coccineæ, rubeo argentea. (ζ) Wap. I. p. 86. ex coronata caſſide crus aquilinum ſurſum porrectum. (η) Wap. I. p. 37. ex coronata galea porrectum brachium rubro indutum crus aquili oſtentans.

(θ) Wap. I. p. 184. reſpondent ex altero latere laciniæ cyaneæ & aureæ. (ι) Wap. I. p. 26. idem pelicanus. (κ) Wap. I. p. 45. avis ſcutaria. (λ) Wap. V. p. 42. (μ) Wap. V. p. 60. ex galea diademate tortili tecta, cujus extrema volitant, tres plumæ ſtruthionicæ inter duas cæruleas media argentata. (ν) Wap. V. p. 42. galeæ coronatæ inſiſtens avis ſcutaria.

Struthionum (ita Geliot) 3. capita nigra ornata collaribus & annulis aureis in parma argentea geſtat *Treskau* [Miſn.] (α)

§. XXV. *Pſittaci* eloquentiam deſignant. Geſtat pſittacum argenteum, dextro pede elevato in parma coccinea *la Valette Cornuſſon* ſeu *Pariſot*, viridem pedibus & annulo colli rubeis in areæ transversè ſectæ, cujus inferior nigra lilium argenteum refert, parte ſuperiori argentea *Paumgartner* [Auſtr. & Patrit. Norimb. in 1. & 4.] (β) Duos praſinos obverſos, & his impoſitas 2. cruces Antonii ſeu literas T. rubeas, in clypeo argenteo trifoliis ſparſo, *Longjumeau*, tres virides collaribus puniceis inſignitos circa faſciam rubeam in ſcuto argenteo *Thwengi* [Angl.] Tres pſittacos aureos coronatos in ſcuto cæruleo gerit famil. von *Aducht* ſeu *de Aquæductu* [Colon.] (γ) (Gelen. quia aureus fulgor à pſittaci coloribus ſit diverſus incertam volucris ſpeciem facit, ſed tamen pſittacos haberi memorat, ipſam vero gentem ex Rom. derivat, quod forte ex Frontæorum proſapia autor fuerit, qui aquæductibus præpoſiti.) Pſittacus.

Apud Goldaſt. Tr. **Reichsſatz**. p. 82. legitur Wenceslaus balneatoribus inſigne dediſſe pſittacum praſinum cyaneæ faſciæ nodoſæ in parma aurea inſcriptum. **In einem guldenen Schild eine blaufärbige knotenweiß gebundene Binde / darinnen in der Mitten ein grüner Papagey ſtehet.**

§. XXVI. *Galli gallinacei* imago apud priſcos vigiliæ (Cyr. **Spangenb. Adelſp.** p. 2. l. 12. c. 46. p. 336.) & pugnacis animoſitatis, quia tantum ob gloriam dimicant, hieroglyphicum habita eſt. Unde Phidias Palladis ſtatuæ impoſuit, & Cares, ob hoc ἀλεκτρυόνες dicti, ſuper galeam collocarunt. Vid. *Hæping. de jur. inſign.* c. 9. §. 4. n. 527. Gallus aureus etiam Cyro aſſignari ſolet apud eund. c. 2. §. 10. n. 1014. & Idomeneo R. Cretæ ex poſteritate Minois, cum Paſiphaë ſole orta crederetur. c. 3. n. 36. Galli etiam & Dani eo ſymbolo gaviſi ſunt. **Wapenb.** I. præfat. §. 18. *Ioh. de Bado aur.* p. 21. credit denotari fortem debellatorem, ſed ſi criſta carent perditæ bello galeæ, aut ſpadonis. Gallus gallinaceus. Symbola.

Porro deſcribitur in gallo criſta, roſtrum & pedes, Gallus ita exprimit *creſté*, *becqué* ſeu *barbelé*, dein *mambré*. Noſter **mit rothem Kamm und Läpplein.**

§. XXVII. Geſtant gallum gallinaceum, argenteum aureis roſtro, criſta & pedibus, in parma rubea *l' Hoſpital Vitry*, aureum in cærulea *Caminade*, & (ſed addito capite ſcutario aureo 3. echinatis molulis exarato) *Expilly de la Poype*, argenteum criſta rubea, in cærulea *Hane* [Patrit. Francofurt.] (δ) argenteum inſiſtentem ſagittæ ſuo colore pictæ in rubea *Nefen* [Sileſ.] (ε) nigrum criſta, barba & pedibus rubeis inſiſtentem monticulo tricolli viridi in nigra *Steinlinger* [Bavar.] (ζ) nigrum rubeis criſta & barba aurea *Stæckel de Hertenberg* [Tirol.] (η) argenteum rubeis criſta & barba, inſiſtentem monticulo tricoli viridi in nigra (nominis gratia) *Hahndl* [Styr.] (θ) tres ſanguineos in argentea *Cockain*, in aurea *Rouxel Meſdavid* [Normann.] aureos, coccineis criſta, barba, roſtro & cruribus in cærulea *Chaponnay*, nigros criſta & barba ſanguinea in cantherio argenteo parmæ rubeæ inducto. *Schwanau* (ι) [Patrit. Francofurt.] Exempla. Gallinæ. Capones. Capita gallorum.

Præter gallos etiam gallinas non dedignantur clypei, quamvis illas, phaſianos, aliasque imbelles aves credat hoc loco indignas *Campanile dell' arm.* c. 11. p. 15. Imo nec caponibus negatur locus, tres enim argenteos ob nominis rationem in clypeo gerunt *Capenhurſtii*.

(α) Wap. I. p. 175. galeæ diademate tortili tectæ imminet ſimile ſcutariis caput ſtruthionis pennis aliquot pavoninis faſtigiatum.

(β) Wap. I. p. 40. 205. in coronata galea pſittacus ſcutarius inſiſtit lilio. Laciniæ nigræ & argenteæ.

(γ) Avis ſcutaria inter alas expanſas. (δ) Inter duas alas expanſas cæruleas gallus ſcutarius.

(ε) Wap. I. p. 72. coronatæ galeæ inſiſtit gallus ſcutarius inter duo cornua, quorum prioris ſuperiorem partem & alterius inferiorem minium tingit, reliquas argentum. (ζ) Wap. I. p. 97. gallus ſcutarius.

(η) Wap. I. p. 43. coronatæ galeæ inſiſtit gallus ſcutarius. (θ) Wap. I. p. 48. cum monticulo gallus coronatam galeam premit.

(ι) Caput galli nigrum, criſta & barba rubea inter alas argenteam & rubeam. Laciniæ argenteæ & rubeæ.

Caput galli nigrum criſta & barba ſanguinea in parma aurea *Albersdorff* [Sileſ.] (α) Tria capita gallorum nigra in argentea parma cruciculis concoloribus conſitâ geſtat fam. *Aderam* [March. Brandenb.] (β) item nigra criſtis rubeis in argentea *Tauer* [Sileſ.] (γ)

Anſeres. Anas. Anaticula.

§. XXVIII. In *anſere* non unum obſervant hieroglyphicum, vigilantiæ, cuſtodiæ, ſilentii, accuſatoris inanis, ſua tantum curantis, ſedulò meditantis mortem: Apud *Hæping.* ſed non ſemel dixi, quod quæ in deteriorem partem ſumuntur ſymbola, vix credi poſſint, in animo eorum fuiſſe, qui aſſumſerunt, vel dederunt. Exempla anſerum iſta ſunt. Argenteus auro roſtro & pedibus in rubeo notat fam. *Ganſs de Vzberg* [Rhen.] (δ) Argenteus coronatus auro & alteram coronam collo geſtans, in parma rubea, cujus pes rubeis & argenteis faſciolis exaratur, *Lappitz* [Auſtr.] (ε)

Pedes anſerinos 3. aureos in parma cyanea geſtat *Buade Paloau.* Anſeribus affines *anates* & anaticulæ, alis compoſitis, inſtar merularum pingi ſolent, niſi quod etiam roſtrum & pedes habent. Anas ex argento in parma rubea *Enzesdorff* [Auſtr. 1. & 4.] (ζ)

In ſcuti transversè ſecti ſuperiori parte argentea anaticula (**Daucher**) innatans inferioris partis undis cæruleis *Daucher* [Francon.] (η) Tres anates argenteas geſtant in parma rubea *Bordeaux*, in cærulea *Bailleul de Poyane* (in 2. & 3. quadr.) & (inter media, en abyſme, lunula, ejusdem metalli) *Deſchamps*: aureas in cyanea *Malon de Bercy.* Æg. Gelen de Col. Agr. magn. l. 2. ſ. 11. p. 156. familiis *Einatten & Willach*, tribuit in argenteo clypeo ſanguineum aggerem (ſeu baltheum diagonalem (& ſex ſanguineas anates, quaſi aquæ nitidæ innatantes. (Eas p. 157. pedibus & roſtro exarmat.) Forte quod ex majoribus aliquis facinus egregium in aggere patraverit. Familias ipſas putat Romanas Bilacam Anatinam, inque eam ita ludit:

Wilacha Romulidam priſco gens ſanguine creta
A binis lacubus Bilaca dicta fuit.
Conſpirant veteres ceræ cum nomine, binas
Stirpis enim in clypeo dividit agger aquas,
Innatat hiſce trias fulicarum, hinc precor, omen
Sit ſtirpi felix auſpicio Triadis.

Cum his p. 157. confert Barones Garzwi de *Sintzich*, (θ) qui Gymnichiana & Einnatenſia conjungunt ſymbola in ſcuto quadripertito, in 1. & 4. rubea crucem Gymnichianam argenteam (alias in argento rubea eſt, ſed vult tincturam permutatam, ne totum ſcutum ſine diſtinctione argento conſtaret) in 2. & 3. apodes aves Anatinorum. Addit fam. *Sygel de Gurtz* (ι) geſtare in aureo campo 3. rubeas anates: Cum his etiam Alſaticas gentes *Andloviam & Berckheimiam* confert, & ex eadem origine ortas credit Romanas. Anatis autem non niſi in apice Berchhemiorum veſtigium eſt.

Cygnus.

§. XXIX. In ſcutis æque ac apicibus non infrequens eſt imago *cygni.* Quod ad ſignificationes attinet, nec huic avi deeſt ſequior interpretatio, cum apud *Vulſon.* hypocricam notare lego. Honorificæ autem iſtæ ſunt, dum *Vpton*, *& Ioh. de Bado aureo* ad corpus reſpicientes pulchritudinem denotare exiſtimant, & hic ex rege armorum ſe percepiſſe ait, quod ob longi colli venuſtatem hanc figuram dederit. Iidem cantori avem aſſignant. Communiter ſymbolum in eo quæritur candoris, concordiæ, ſocietatis firmiſſimæ, felicis navigatoris, animoſitatis, imperterriti ad mortem pectoris, ſenectutis glorioſæ, amoris artium (unde in omen traxit Socrates apud Pauſan. in Artic. quod nocte priori, quam Plato in ejus diſciplinam ſe dedit, cygnum in ſinum involaſſe per ſomnium viderat,) inprimis muſicæ (cujus ſtudioſus

(α) Wap. I. p. 62. caput galli ſcutarium. (β) Wap. I. p. 178. galea tecta diademate tortili, ex quo emergit caput galli nigrum. (γ) Wap. I. p. 68. cornua duo, atrum & argenteum.

(δ) Inter jugum alarum rubearum complicatum proſpiciens anſer ſcutarius. (ε) Wap. I. p. 38. anſer ſcutarius coronam alteram capite, alteram collo inſertam geſtans. (ζ) Wap. I. p. 38. anas ex argento. (η) Wap. V. p. 91. (θ) Triplicem his dat apicem Gelenius: alios enim cum Einnatiis avem rubeam geſtaſſe & cum Gymnichis nigrum paluſtrem ſurculum, aut infixam panniculam, alios Einatorum cornua, cum ave, alios junctim inter cornua avem & ſurculum. (ι) Anas cum nigro ſurculo.

dioſus Cycnus Rex Ligurum fuiſſe fertur) & poëſeos. Non ineleganter de ea re Alciatus canit:

Gentiles clypeos ſunt qui in Jovis alite geſtant,
Sunt quibus aut ſerpens, aut leo ſigna ferunt.
Dira ſed hæc votum fugiant animalia ceras,
Doctaque ſuſtineat ſtemmata pulcher olor.
Hic phœbo ſacer & noſtræ regionis alumnus
Rex olim, veteres ſervat adhuc titulos.

Gelen. de Col. Agr. magn. l. 2. ſ. 37. p. 205. *Emblema ſunt quietis, laceſſiti vero pugnaciſſimi & martias aves proſternunt.*

Porro pingitur plerumque roſtro hiante, collo ſinuoſo flexu ſurſum porrecto, alis nonnunquam late explicatis & ad plauſum quaſi compoſitis, alias demiſſis & complicatis. Cæterum geſtant olores nigrum in auro *Cloſen* [Bav. in 2. & 3.] (α) argenteum aureæ coronæ incubantem in nigro *Schœnbühel* [Bav.] (β) argenteum in rubeo *Giech* [Franc.] (γ) iterum argenteum roſtro & pedibus aureis in rubeo *Schwanberg* [Bav.] (δ) argento tinctum roſtro ſanguineo, pedibus nigris in parma cærulea *Foiſſy Villemereux*, roſtro & pedibus nigris in rubea *Cygny*, cruribus auratis in praſina *Tholon* [Delphin.] additis in capite ſcuti cærulei 3. ſtellis aureis *Garces*.

Tres argenteos geſtat in clypeo cyaneo *Chaligaut* de *Croſne*, & (inſerta collo aurea corona) *Nepveu*, tres argenteos in puniceo Cygnei ſeu vom *Schwanen* [Colon.] (ε) Cygni anteriora (cigne naiſſant) videlicet caput, collum cum pectoris parte ex argento in rubea parma *Schwend* [Bav.] (ζ) cum ventris parte & alis argento tincta in cærulea *Sæchſenhauſen* [Bav. in 1. 4.] (η) & *Baymundt* [Bav. in 1. & 4.] (θ) Duos naſcentes cygnos candidos ſeu capita cum collo & pectoris parte, roſtris ſanguineis cæruleæ inſcribit parmæ *Niebelſchitz* [Sileſ.] (ι)

§. XXX. In *ardea* (Gallis & Anglis *heron*) ſymbola petere ſolent ab alto volatu, præſagio futurorum, pietate: Geſtant avem talem argento pictam in clypeo cæruleo *Chevalier* & (nominis ratione) *Reyger de Hauſtein* [Bav. in 1. & 4.] (κ) in nigro *Heron* [Angl.] circa cantherium hermionicum 3. argenteas roſtris & cruribus aureis in nigro *Heron de Lincolne* [Angl.] Ardea.

Tria capita ardeæ ante argento, retro nigro colore picta in area aurea *Mendel de Steinfels* [Bav. in 2. & 4.] (λ) Ardeam ſtellarem (*butor*) auro pingit & cæruleæ parmæ inſcribit *Bevereau*. Tryngas (Waſſerhun) comparet nativo colore in ſcuto argenteo piſcem geſtans in undis gramini viridi inſiſtens, & notat *Eicke* [Sileſ.] (μ)

§. XXXI. *Ciconiam* hieroglyphicum pietatis eſſe, vulgatum eſt, addunt alii futurorum præſagium. Geſtant ciconiam argenteam, capitis ſummitate rubente, roſtro & pedibus aureis in praſina area, von *Speier* [Patrit. Francof.] (ν) ſuo colore naturali pictam, roſtro & cruribus ſanguineis in aureo clypeo *Storck* [Patrit. Francofurt.] (ξ) & in argenteo *Starcke* [Angl.] ſuo colore picta in cæru- Ciconia.

(α) Wap. I. p. 78. pileolo lato nigro, cujus ora reducta farcitur pellibus hermionicis, impoſitus alius pileolus orientalis, ex auro & cocco bipertitus, in quorum illo viſuntur orbes nigri, imponitur corona & ultra hanc inter duas aureas plumas ſtruthionicas nigra media. (β) Wap. I. p. 86. coronæ caſſidis incubans cygnus.

(γ) Wap. I. p. 104. coronatæ galeæ inſiſtens cygnus expanſis alis. (δ) Wap. I. p. 31. coronatæ galeæ inſiſtit cygnus ſcutarius.

(ε) Exſurgens cygnus expanſis alis. (ζ) Wap. I. p. 80. cygnus naſcens. (η) Wap. I. p. 88. coronatæ caſſidi incubans cygnus ſcutarius. Laciniæ hinc argenteæ & cæruleæ, iſthinc (ob areolam alteram vid. ſ. 1. m. 1. n. 19.) aureæ & rubeæ. (θ) Wap. I. p. 99. ex coronata galea exſurgens cygnus.

(ι) Wap. I. p. 61. inter cygnos ſcutarios, columnula rubea faſtigiata plumis ſtruthionicis argentea & cyaneis. (κ) Wap. I. p. 97. cornua duo, cæruleum & argenteum. (λ) Wap. I. p. 96. galea regitur diademate tortili: & ſuſtinet ardeam exorientem, cujus cygnus & alæ argento & nigro pinguntur colore. Laciniæ argenteæ & nigræ.

(μ) Wap. I. p. 66. Avis ſcutaria gramini viridi inſiſtens. Laciniæ argenteæ & atræ. (ν) Ciconia exoriens argentea, roſtro deaurato, vertice capitis rubente, alis expanſis viridibus. (ξ) Ciconia ſcutaria expanſis alis inſiſtit coronatæ galeæ. Laciniæ ſunt rubeæ & nigræ. Niſi pictor fefellit.

leo *Dobrzinsky* [Silef.] (α) in aureo monticulo colli viridi insistentem *Arnold* [Bavar.] (β)

Duæ ciconiæ argenteæ collis insertas coronatas aureas gestante in clypeo rubeo *Sigenheim* [Bav.] (γ)

Videtur pietatis ἀντιπελαργούσης hieroglyphicon esse ciconia argentea volans aliam sustinens in æthere scuti cæruleo pro fam. *Freysteiner* [Sup. Palat.] (δ)

Grus. §. XXXII. *Grus* sapientem exercitus ducem notare potest. Si vero pede lapidem tenens pingitur, ab emblemate Galli *vigilance* vocant. Talis grus argenteus in nigro alveolo notat *Maternstein* [Francon.] (ε)

Grus argenteus in parma coccinea notat fam. *Grueres*, *Kranichsberg* [Bavar.] (ζ)

Accipiter. Nisus. Falco. Vultur. §. XXXIII. *Accipitres*, *nisos & falcones* cognatas avium rapacium species hic conjungo, quia an in scutis satis diligenter distinctæ sint, vehementer dubito. Symbolis serviunt eorum perspicacia, alacritas, celeritas, cupiditas. Notari etiam volunt illa imagine excellentiam, prudentiam, victoriam, & miserorum defensionem, quod solus accipiter assistat noctuæ ab aliis avibus impetitæ. *Ioh. de Bado aureo* suo more aliud hieroglyphicum quærit, nempe hominis gracilis, animo quam corpore valentioris. Porro uti avis hæc aucupio adhibita magnatibus in pretio est, ita jam ab antiquo nomine & imagine ejus delectati sunt. Antiochi cognomen *Hierax* notum est. Apud *Chalcocond.* l. 9. Chamuzes belli Imperator ἱεραχοφίλαξ nuncupatur. Sed antiquior hisce Darius apud Pier. l. 21. c. 18. solebat, cum totius orbis victorias sibi proponeret, pallam gestare auro distinctam, quam aurei accipitres 3. velut rostris inter se concurrerent, adornabant, literis νικητικώτατος inter alas & singulorum caudas dispositis. Pars horum ex Curt. 3. 3. 18. desumta est. Postea inclinante Imperio Rom. Sagittarii venatores in occidente nomini consulentes accipitrem ferragineum in lurea parma repræsentarunt.

Cæterum sæpius pingi solet, ut tintinnabula pedibus affixa sint, quod *grilleté*, & oculi caputio tecti, quod *chaperonné* vocant. Gestant ergo accipitres, vel nisos (esperviers) singulos, cæruleum impositum perticæ rubeæ, tintinnabulis & pedibus aureis in parma argentata *l'Espervier*, aureum alis expansis & tintinnabulis ejusdem metalli in cærulea *Tonnelier de Conty*, *& Brethovil.*

Tres argenteos, tintinnabulis & pedibus aureis in cæruleo clypeo *Goibert*, aureos, ut idem metallum tingat caputium, pedes & titinnabula, in cæruleo *Mangot.*

Tres falcones argenteos in arvo rubeo gestat familia *Burstow* [Angl.] Huc & vultures referamus: vutur nigri coloris in nominis gratiam parmulam auream ornat *Geyer de Osterberg* [Austr. 1. 4.] (η)

Corvus. §. XXXIV. *Corvus* symbolum habetut aliquibus vastationis & solitudinis, aliquibus maledicentiæ & dissensionis; si Uptoni somnio credas mariti suspecti. Gentilibus vero Phœbo sacra & fatidica avis reputata est. Unde in meliorem partem interpretatio. Gelen. de Col. Agr. magn. l. 2. f. 38. p. 205. ita: *Est hæc avis Apollini sacra, unde gemmis signatoriis Ethnicorum frequentissimè incisa occurrit*: *Atque Abr. Gorlæus in sua dactyliotheca exhibet annulum, in quo ubertatis & munificentiæ symbolis insidentes tres repræsentantur corvi*: In Corvinæ familiæ galeis avis conservata,

(α) Wap. I. p. 73. Ex galea coronata protensa ala nigra. Laciniæ cæruleæ & argenteæ. Aliqui galeæ etiam ciconiam imponunt.

(β) Wap. I. p. 98. inter cornua duo, nigrum & aureum, ciconia insistit coronatæ cassidi. Laciniæ aureæ & nigræ.

(γ) Wap. I. p. 79. ex coronata galea ciconiarum duarum capita, cum coronis insertis collo.

(δ) Wap. V. p. 83. ex galea coronata duæ alæ tergis obversæ argento & cæruleo sectæ alternante tinctura.

(ε) Wap. V. p. 93. (ζ) Wap. I. p. 80. grus coronatæ galeæ insistens. (η) Wap. I. p. 34. cassidi coronatæ imponitur mitra principalis rubea ora reducta hermionica, quam in coronæ regiæ modum circuli aurei superius coëuntes ornant. Imponitur his vultur ex scuto repetitus, uni insistens pedi.

conservata, Gell. 9, 11. ob memoriam singularis cum gallo certaminis. Unde nonnullæ familiæ, hoc insigni usæ, originem ad priscos illos referre amant. Usus corvi in vexillo *Ælfredi* R. Angl. quod *Reofan* seu corvum appellabant ex *Asser. Menevens. de Ælfr. reb. gest. à Spelm. aspilog. p.* 24. ille explicatur: *Dicunt, quod tres sorores Hungarì & Habbi filiæ Viz Lodobrochi illud vexillum tenuerunt, & totum paraverunt illud uno meridiano tempore. Dicunt etiam, quod in omni bello, ubi præcederet idem signum, si victoriam adepturi essent, appareret in medio signi, quasi corvus vivens volitans. Sin vero vincendi in futuro fuissent, penderet directe nihil movens. Et hoc sæpe probatum est.* Verum uti Spelmannus nullius fidem in hoc adstringere vult, ita ipsum hoc insigne magicum indignum fuit, quod inter Christianos usurparetur, superstitioni gentili merito relinquendum.

Gestant corvum nigrum in scuto aureo *Corbet* [Angl.] & (sed insistentem monticulo tricolli nigro) *Segker* (in 2. & 3.) [Austr.] (α) & similem avem (sed annulum rostro gestantem) *Ræblinger* [Rhen.] (β) & pariter nigrum rostro annulum aureum gestantem in scuti transversè secti, cujus inferiora rubent, superiori parte argentea *Schiffer* [Austr.] (γ) itidem corvum nigrum ad volatum extendentem alas in argenteo *Stertz* [Silef.] (δ) nigrum in aureo insistentem monti lapideo tricolli (duplici paronomasia) *Rabenstein* [Franc.] (ε) in argenteo *Corvini* Romani, *Gedoin la Daubiay* & (sed coronatum) *Pappenheim* [Thuring.] (ζ) & (ita coronatum, atque alas ad volatum extendentem) *Gæler de Rabensperg* [Rhen.] (η)

3. Corvi in scuto argenteo *Walrabii* seu Corvini (Colon.) (θ) Caput corvinum avulsum nigrum in area aurea *Schütz* [Thuring.] (ι) *Freyburg* (civit. Brisgojæ. Unde cum ibi moneta cuderetur hoc signo, nomen monetæ, quæ à valore reliquæ Imperialis monetæ recedit, oritur, **Rappenmüntz. Rappenpfenning.** Vid. ex Semlero Theod. Hæping. de jur. insign. c. 10. §. 1. n. 109.

Tria capita cervina avulsa nigra coronata in clypeo argenteo signum sunt dynastiæ *Hohenack* (vid. histor. insign. l. 2. c. 72. n. 11. in insign. *Rappolsteinii*) & sine coronis *Machaut*.

§. XXXV. *Cornicem* in assignandis deterioribus significatis facilis *Ioh. de Ba-* Cornix.
do aureo dat homini garrulatori, subdolo, incolis nocivo, & se exaltare lubenter volenti, ut verba ejus habent. Priscis etiam paganis non optimum ab ea omen: Virg. Eccl. 1.

Sæpe finistra cava prædixit ab ilice cornix.

Cornix nigra in scuto aureo, ob nomen *Khroë* [Silef.] (κ) item nativo colore picta monticulo tricolli viridi insistens in aureo (ob nomen *Kromayr* [Silef.] (λ) similis, sed ad volatum expansis alis insistens lapidi argenteo in scuto cæruleo (conf. c. 4. n. 30.) *Poser* [Silef.] (μ)

(α) Wap. I. p. 34. ex galea coronata prominens jugum alarum complicatum, quarum altera aurata, altera atra.

(β) Wap. I. p. 129. coronatæ galeæ impositi duo fasciculi conferti plumis nigris. (γ) Wap. I. p. 36. coronatæ galeæ mediante pila secta superius argentea, inferius coccinea insistit corvus scutarius.

(δ) Wap. I. p. 74. inter duo cornua, nigrum & argenteum, duo vexilla rubea, è perticis aureis decussatis suspensa.

(ε) Wap. I. p. 105. cum monte corvus scutarius. (ζ) Wap. I. p. 149. coronatæ galeæ corvus scutarius insistens: & post eum argenteo bacillo (nisi de pileo acuto cogitare quis vellet) impositæ nigræ struthionicæ plumæ. Ob hunc corvum Varenn. R. d'arm. p. 4. p. 549. scire desiderat, utrum à Corvinis forte descendat familia.

(η) Wap. I. p. 129. ex casside coronata prominens caput corvi coronatum, additis ornamenti loco nigris cuspidibus, singulis pavoninis pennis impositis. (θ) Corvus expansis alis emergit.

(ι) Wap. I. p. 149. corvus exoriens niger expansis alis concoloribus. (κ) Wap. I. p. 74. coronatæ galeæ insidens cornix expansis alis ad volatum se parans.

(λ) Wap. I. p. 63. coronatæ cassidi imponitur ante cornua duo nigra, luna falcata argentea, huic inter cornua insistit cornix scutaria.

(μ) Wap. I. p. 72. Cornix scutaria. Laciniæ nigræ & cæruleæ.

Duas cornices trunco arboris evulso utrinque, tanquam ascenderent adpositas, nigras in argentea area (ob nomen) gestat *Vollkrah* [Austr. in 1. & 4.] (α) Gestant 3. cornices nigras, rostris & cruribus auro tinctis in argentea parma *Cornillau.*

Pica. §. XXXVI. Pica succedat cornici. Hanc avem suo colore pictam tricipiti colliculo prasino insistentem, in rubea parma, subjectis 2. bacillis hamatis aureis in decussim trajectis & post picam collocatis repræsentat familia *Atzelndorff* [Misn.] (β)

Bubo. Noctua. Vespertilio. §. XXXVII. Bubones & noctuas (*hibou, oyseau duc*) conjungemus, denuo cognatas species. Quæ ei omina finxerint gentilis superstitio, ex illis claret; Hieroni prima bella ineunti in clypeo aquila, noctua in hasta consedit: quod ostentum (inquit Justin. l. 23.) & in consilio cautum & manu promtum regemque futurum significabat. Iterum Alciatus:

Noctua Cecropiis insignia præstat Athenis,
Inter aves sani noctua consiliis.
Armiferæ merito obsequiis sacrata Minervæ,
Garrula quo cornix cesserat ante loco.

Nunc etiam studii, prudentiæ, pauciloquii, atque victoriæ symbolum esse volunt. Verum mole suo etiam interpretationes sequiores adferunt. *Vpton de milit. offic.* l. 4. p. 176. cum suo *Ioh. de Bado aureo* cum desidem, ad actus bellicosos vecordem, & rapto viventem designari volunt. Priscis Suecis noctuam tribuit tesseram **Wapenb.** p. 1. præfat. §. 18. & eandem assignare solent Chamo Tartarico nigram in parma aurea, in memoriam Changis Chambi hac ave servati. Ut est apud Haiton. Armen. c. 6.

Insignitur hac ave argento tincta coronata & aureo stipiti insistente, addita in sinistro angulo stella aurea scutum cæruleum fam. de *Gunterrodt* [Rhenan. & Francofurt. Patrit.] (γ)

Item rubea pedibus aureis in parma argentea, aureo tenui limbo circumdata *Herwart de Hohenburg* [Bavar.] (δ) & solo limbo omisso *Herwart* [Patrit. Aug.] (ε)

Aliam volucrem noctis amantem dabimus comitem Vespertilionem, quam virtutis duplicibus Uptonus aptandam opinatur.

Columba. Turtur. §. XXXVIII. *Columbæ* rectissimè adsignatur hieroglyphicum candoris, simplicitatis, integritatis, innocentiæ, patientiæ, humanitatis, fœcunditatis, conjugalis societatis. Unde etiam ecclesiæ ejusque ministerii habetur symbolum. Conf. *M. Chemn. Harm. Evang.* 7. 1. *l.* 2. *c.* 17. *p.* 178. Certè & columbæ Noæ arca missæ, Gen. 8, 8. 10. & in cujus specie Spiritus Sanctus apparere dignatus est, Matth. 3, 16. Luc. 3, 12. Joh. 1, 32. id merentur, ut imago columbina in dignitate sit. Inprimis cum ad ejus simplicitatem Servator ultra nos ablegat, Matth. 10, 16. Unde nihil movemur commento *Vptoni de milit. offic. l.* 4. *p.* 178. qui proditori inter alios hanc tesseram dare vult: Item veteranis, qui dimissa militia fecialium ordini adscribuntur, atque hinc inde muneris ratione itinera, instar columbarum avolantes & revenientes, conficiant, columbas, dimissis gentilitiis signis, attribuit. *Iohan. de Bado aureo*, hominem ex eo signo agnoscere vult simplicem, & qui plus in sociorum, quam propria fortitudine fiduciæ reponat.

(α) Wap. I. p. 38. coronatæ cassidi impositus truncus niger cum cornicibus. (β) Wap. I. p. 156. ex galea coronata prominet par alarum, quarum altera nigro colore, altera argento infecta est. Laciniæ easdem tincturas obtinent.

(γ) Wap. I. p. 129. coronatæ galeæ insistens eadem avis cum stella laterali. Posset quidem videri ex Wapenb. I. p. 211. Francofurtensis Gunterrodiorum linea apice ab altera stirpe distingui. Cum galea non pingatur cum corona: & stella in apice omittatur: sed is chalcographi error quotidiano nobilissimæ familiæ usu refellitur. Aliud discrimen esset, si sculptoris diligentiæ fideremus, quod Rhenanis lacinias aureas & cyaneas, nostris aurearum loco argenteas tribuit. Id vero si sit, cum ratione horum rectius conveniret insignibus, quam illorum. Video tamen bis non minus ex potiore metallo esse phaleras.

(δ) Wap. I. p. 81. avis scutaria rostro & pedibus auratis. (ε) Wap. I. p. 207. culcitræ rubeæ, argenteis panniculis, insistens noctua.

reponat. Meliora symbola in animo habentes exempla quædam columbarum scutariarum exhibebimus. Gestant columbas: unicam in scuto rubeo argenteam *Gecbeeken* [Bav.] (α) item argenteum rostro ramum olivæ gestantem & insistentem tricolli monticulo prasino in superiori parte nigra scuti secti, cujus inferior pars argentea duobus baltheis sinistris rubeis exaratur *Zwigl* [Austr.] (β) Tres argenteas, rostris & cruribus rubeis in cæruleo *Mitmeier* [Silef.] (γ) argenteas in scuto cæruleo *Colom*, totidem, sed 2. superiores obversas, & aurea stella scuti medio impressa *le Breton*.

Sex columbæ rubeæ inscribuntur parmæ argenteæ à fam. *Clinchamps la Buisardiere* [Cænoman.]

Addimus *turtures*, in quibus non ineptum observatur symbolum mariti uxorem plangentis. Gestat 3. turtures argenteæ tincturæ, in clypeo coccineo cruciculis brachiatis & spiculatis argenteis consito *Bellangues de Tourneville*.

§. XXXIX. Si in sequiorem sensum pavoninis imaginem trahere vellemus, in proclivi esse factus, & apud alios militis trucis emblema. Sed honorifica utique significatio in eorum animis fuit, qui ea delectati in clypeos recepere. *Andr. du Chesn. hist. geneal. de la mais. de Montmorency l.* 1. *c.* 3. *p.* 29. pavonem symbolum dicit potentiæ, sublimitatis & majestatis, quia olim pavo non nisi Diis, Regibus & Principibus attributus sit. Forte, quod infinitis oculis suis prospicere debeant (quam rationem etiam *Varenn. R. d'arm. p.* 4. p. 552. adfert.) Pagani Jovem deos cæteros congregantem repræsentare solent pavoninis pennis texta. Inprimis Junoni sacra fuit avis, & ob hoc à Samiis in ejus templo sustentata, & protectioni Deæ hujus notandæ insculpta moneta. Alii in pavone symbolum agnoscere celebritatis & famæ glorioſæ, vel viri generosi, quem præmia virtuti concessa amplius excitent. Unde apud fabulatores in insulis fortunatis dabatur heroibus corona victoriæ ex alis pavonum. Imperator Honorius galeæ verticem pavone ornavit, & pavonino ornatu cassidem auro, atque gemmis radiantem solebat decorare. Paulus Pontif. Pipino gladium cum benedictione mittens, pallium pavonibus consitum addidit. De hoc symbolo *Gelen. de Col. Agr. magn.* l. 2. f. 35. p. 200. *Pavo avis Iunoni sacra, hinc diviniorem originem jactantes ejus gerunt signum inter Vbios.* Iterum cum *Wiedanorum* Comitum scutum dixisse aureum rubeis tæniis obliquè lemniscatum pavonem ostentare: & apud Batavos alios *Wiedanos* in argenteo scuto gestare pavonem; addit: *ut de Romana origine suspicari audeas, observa latini vocabuli vitæ vestigium in cognomine gentis & ditionis, nam pavo veteribus etiam Christianis vitæ fuit hieroglyphicum teste, Ambr. Bosio ex monumentis Romæ subterraneæ; persuasum vulgo enim est pavonis carnes putrefactionis expertes esse, & gentiles consecrationem expressuri signabant numismata pavone evolante cum pusione, ita apud Oct. Stradam vides p.* 58. *numismata* Plotinæ *uxoris Trajani, p.* 105. Paulinæ *uxoris Maximini, p.* 129. Marianæ *uxoris Valeriani. Sunt aliæ ad militarem rem interpretationes pavonis &c.* Pavo. Gallopavo.

Porro pingi solet pavo cauda & pennis divaniatis (rouant) vel complicatis. Prior situs frequentior est. Exempla sunt:

Album pavonem, sed cauda latente in cyanea parte, posteriori scuti bipertiti exhibet fam. *Defen* [Misn.] (δ) Gallopavonem his addimus seu Indicum gallum. Cujus exempla.

§. XL. *Perdicis* quoque reperimus exempla: Ita reperitur perdix suo colore pictus insistens colliculo tricipiti viridi in argentea parma *Rephun de Fersheim* [Rhen.] (ε) Perdix. Coturnix. Alauda.

In parma prasina fam. *S. Delix de Heurtourt*, repræsentatur perdix aurea, quam falco argenteus opprimit.

Duos

(α) Wap. I. p. 86. inter duo cornua rubea, quorum orificiis singulæ stellæ nigræ inseruntur, columba ad volatum alas extendens argentea insistit coronatæ cassidi. (β) Wap. V. p. 43. coronatæ galeæ impositus monticulus tricollis viridis insistente ei columba scutaria alis ad volatum expansis.

(γ) Wap. I. p. 75. columba ad volatum alas parans. (δ) Wap. I. p. 162. (ε) Wap. I. p. 129. eadem avis inter duo cornua, quorum prius superius cocco, inferius argento tingitur: alterata contrario situ colorum est.

Duos perdices obverſos aureos, & in cuſpide ſtellam ejusdem metalli circa cantherium argenteum parmæ cyaneæ inductam pingit *Badrun*, tres aureos circa cantherium ex diphtera hermionica in ſcuto viridi *Bartridge* [Angl. in agro Exonienſi] tria perdicum avulſa capita auro tincta, circa ejusdem metalli capreolum in ſcuto cæruleo *Macherot* (Burg.) Quatuor perdices ſui coloris decuſſi nigro, in parma argentea picto comites addit *Raguier*.

In ſcuto diagonali ſectione diſtincto in cæruleum & aureum latus, avis nigra vertice rubens (**Birckhan**) inſiſtens monticulo tricolli aureo, ungue ſiniſtri pedis tenens clavam (**Streithammer**) ſui coloris. *Pirckheimer* (Auſtr.) (α)

Coturnix, etiam in ſcuto videtur. Coturnix nativi coloris in ſcuto bipertito ex argento & cæruleo; ob nomen *Wachtel* (Sileſ.) (β) Tres nigras coturnices adjicit capreolo coccineo in clypeo argenteo ob nominis alluſionem *Caillar ville*.

Nec *alauda* à clypeis exulat. Hanc avem nativo colore pictam cantherio argenteo parmæ rubeæ inſcripto nominis cauſa inſerit fam. *Lerchenfelder* [Bav. in 1. & 4.] (γ)

Hirundo. Upupa. Picus. Graculus. Carduelis. Sturnus.

§. XLI. In *hirundine* quærunt ſymbolum celeritatis, perſeverantiæ, æquæ diſtributionis, peregrinationis. Geſtant *Arundelii B. de Wardour* nominis ratione 6. argenteas hirundines in clypeo nigro, (conf. c. 9. §. 13.)

Vpupa militiæ conſtituitur ſymbolum, ut & eminentiæ, quia fabulæ volunt, hanc avem reliquis ante aquilam præfuiſſe, & ob hoc criſtam coronæ inſtar geſtare. Reperitur hæc avis in ſcuto cæruleo inſiſtens trunco arboris, vel pedamento aureo, notandæ famil. *Poppendoff* [Styr.] (δ) Apparet etiam in ſcuto fam. *Widhopf* [Auſtr.] (ε)

Gelen. de Col. Agr. magn. l. 2. ſ. 36. p. 204. de fam. Patritia Ubiorum *de Vpupa* ſeu **von der** *Huppe*, memorat *paſſim in baſilicis ſpectari arma, ſcilicet eognominem avem tumulis 4. inſiſtentem. Licet autem upupa curioſa volucris ſit, nec armorum figuris, præſertim volatilium, jugi terræ congruat, canitiem tamen vetuſtæ originis militiæque indicium poteſt redolere illud ſignum: quia upupæ proprietas eſt morari in ſordibus: Vnde illius ſimo inſidentis cognomen & ſignum conceſſa à principe, notant devictam obſcœnam dominatricem, ſubactumve hoſtem, velut upupam criſtæ & pennarum jubare fulgentem, ſed vitæ fœtore & avaritiæ turpem: à victis enim hoſtibus & nomina & arma mutuabantur veteres.*

Picum Picentum paronomaſticum inſigne lego apud Hæping. de jur. inſign. c. 5. n. 40.

Graculos in aliquot nobilium *Cornubienſium* inſignibus obſervavit *Vptonus* de milit. offic. l. 4. p. 194. 195.

Carduelis (**Stiglitz**) ſui coloris, inſiſtens ramulo, qui in rubeum terminatur florem, in argentea parte ſuperiori ſcuti transversè ſecti notat fam. *Hülſen* [Tirol.] (ζ)

Sturnus niger monticulo tricolli ejusdem coloris impoſitus in parma argentea *Stahringer de Kalching* [Bav.] (η)

Merulæ. §. XLII. *Merulæ* id ab aliis volucrum figuris peculiare habent, quod ſemper ſine roſtro & pedibus, atque alis compoſitis pinguntur (vocat tamen tres aviculas nigras, quarum duæ capiti ſe invicem reſpicientes, tertia cuſpidi inſcribetur, inter illas per ſcuti aurei medium transmeante faſcia rubea, quod δεῖγμα eſt fam. *Krafter* [Auguſtan.] (θ) merulas *Geliot* voce *affronté*, licet pedes & roſtrum appareant.) *Ioh. de Bado aureo* p. 21. putat ſignificare hominem, qui ſua fortitudine nobilis effectus ſit, vel qui non habeat ſubſtantiam magnam in bonis, & vivere videatur

(α) Wap. I. p. 40. coronatæ galeæ impoſitus monticulus cum ave ſcutaria. Laciniæ cæruleæ & aureæ. (β) Wap. I. p. 64. jugum alarum, quarum illa argentea, hæc cærulea. (γ) Wap. I. p. 95. galeæ coronatæ imponitur jugum alarum complicatum cum typo ſcutario.

(δ) Wap. I. p. 49. in coronata caſſide inſiſtit trunco aureo avis ſcutaria. (ε) Wap. V. p. 47. (ζ) Wap. I. p. 43. ex coronata galea exurgit mulier cæruleo amictu, corona aurea redimita, dextra ſtrictum enſem tenens.

(η) Wap. I. p. 90. coronatæ galeæ incumbit inter cornua argenteum & nigrum ſturnus & monticulus ſcuti. (θ) Wap. I. p. 214. ex crate eminens truncus rami nodoſus, impoſita merula.

videatur de perquisitis & perquirendis. *Vptonus de milit. offic.* l. 4. p. 198. portari merulas credit, pro eo, quod merulæ quamvis aves nobiles reputentur, tamen de seipsis modicum sciunt: quæ tamen per hominum industriam ad magnas laudes multoties perveniunt, & in pulcherrimis cataſtis in regum cameris collocantur. *Varenn. R. d'arm. p.* 241. putat esse symbolum victorum, exarmatorum & triumphatorum hostium. *Vulson.* in specie credit notam esse victoriarum contra Imperiales obtentarum. Quicquid de hisce sit, neque enim istis hieroglyphicorum conjecturis multum tribuo: observo apud Germanos usum earum vix reperiri, nisi quod infer. Rhenani circuli nobilitatem attinet, quæ à vicinis Belgis id mutuo sumsisse præsumitur. In Neapolitano regno invenio fam. *Sanfelice*, quæ Massilia eo venit, parma uti transversè ex argento & minio secta, sex ejusdem merulis impressis, quas oppositi areolæ colores tingunt. *Campanile dell' arm. p.* 197. Idem deinceps p. 216. familiam aliam in regno Neapolitano nominis *d'Alemagna*, ipso hoc originis Germanicæ testimonio, adducit, quæ in solo coccineo 2. fascias aureas deferat, & juxta illas 8. merulas argenteas, ternas binas atque iterum ternas. Has si ex Germania attulere, in hac olim usitatas fuisse sequeretur. *Spelmann.* in aspilog. p. 133. apud Anglos aliis avibus frequentiores in scutis reperiri ait. Vocat vero *cypselos & apodes*. Vocari vero *apodes* quia cum habeant pedes, non utantur. Unde notari equites, peregrinationes longas, laborem.

In scuto aureo merula nigra (Amsel) monticulo tricolli concolori insistens (nominis causa) *Amsheim* [Bav.] (α)

§. XLIII. Pleraque exempla merularum sunt, quod aliis figuris adjiciuntur, unde etiam in discerniculis c. 8. earum fiet mentio. Sunt tamen etiam aliqua exempla cum merulæ solæ in scuto comparent. Gestant ergo 3. nigras in argenteo clypeo *Passart*, *Bercy*, *Kairuel de Blerè* [Turon.] *Pincé*, *Brie* [Britann.] cyaneos in aureo *Neufbourg*, *Penmack*, aureas in cæruleo *la Roche Maillet*, nigras in aureo *Vaux le Vicomte*, *Rebe* & (addito limbo dentato rubeo) *Morvilliers*; Octo coccineas in limbum dispositas in argenteo *Sommereux*, & *Gondechal Bachinville* [Picard.] in aureo *Chemilly* [Audin.] *d'Argies* seu *Dargies*, nigras pari modo locatas in argenteo *de l'Astre*, in aureo *Molay* [Ceneman.] Novem nigras in argenteo (3. 3. 2. 1.) *Morainvillier*. Decem (4. 4. 2.) argenteas in rubeo *Dree*. Exempla.

§. XLIV. Ita enumeravimus varias avium species. Sunt vero aliqua exempla cum minutarum avium figuræ scutis inseruntur, sine certo nomine, vel speciei expressione. Ita *Lavedan* gestat 3. aviculas nigras in parma argentea, *la Grange le Roy* 3. argenteas inter media (en abisme) tumula ejusdem metalli in cærulea. Aviculæ incertæ speciei.

§. XLV. Avium tractationi *insecta* aliqua appendicis loco addemus. Nam & hæc à clypeis non exulant. *Apibus* in his merito princeps debetur locus, in quibus regis, populi obedientis, sapientiæ, orationis, musarum, concordiæ, castitatis symbola observant. *Barbarini* 3. apes aureas in cyaneo scuto gestarunt, quas multi Poëtæ suis carminibus coluere. Quatuor aureas cruci ejusdem metalli in scuto nigro comites dant *Crosyei* [Angl.] senas furvas circa baltheum ejusdem coloris in laterculo argenteo describunt (nominis analogiâ, Anglis enim *Bees* apem significat) *Beestoni*. Apes. Muscæ. Papiliones. Vespæ.

His *muscas* adjicimus. Hoc insectum olim à Lacone scuto inscriptum *Plutarch. in apopht. Lacon.* memoravit. In eo etiam animositatis, fortitudinis & cupidi gloriæ hominis symbolum quærunt. Videmus tres muscas majores (*tuons*) nigras additas cantherio ejusdem coloris in parma argentea fam. *Thuaneæ* seu *de Thou*.

Papiliones volantes pinguntur, & maculis versicoloribus consperſi (Galli vocant *miraillé*, *marqueté ou ombré*.) Talem argenteum, sed nigris maculis sparsum in parma rubea gestat *Rancrolles* [Picard.] Tres aureos in cæruleo clypeo gestat *Barria la Galissoniere*.

Vespam (ob nominis indicium) dextro pede anteriori tenet leo aureus linguam exserens sanguineam in scuto nigro pro fam. *Preem* (β) [Patrit. Francof.]

(α) Wap. I. p. 85. inter duo cornua, quorum alterum inferius nigro colore infectum, superius auratum apparet, alterum contraria tinctura afficitur, merula scutaria coronæ cassidis insistit. (β) Leo scutarius erumpens & vespam premens.

Cicadæ. Grilli. Scarabæi. Araneæ.

§. XLVI. *Cicadæ* etiam in aliquibus ſcutis reperiuntur. De illis ſolitus eſt terminus *ombrée* ſeu *ornée*. Geſtant 3. cicadas virides (quarum ſuperiores duæ adverſæ collocantur) nigro cantherio argenteæ parmæ inducto adjectas *Gelée*; totidem, ſed, qui ſinguli eas pedibus opprimant jam devoraturi, additis 3. corvis nigris in clypeo argenteo *Pariſe*.

Grillos reperio tres aureos cantherio ejusdem metalli in parma cyanea adſcriptos *Gaſtelier* [Pariſ.] & unum nigrum baltheo argenteo parmæ rubeæ inducto inſcriptum *les Crilles* [Arelat. & Genuenſ.]

Scarabæus virilis animi ſymbolum: olim Ægyptiis in tanto honore, ut inde integras coronas contexerent, & in amuletis frequentiſſimè uſurparent (vid. Athan. Kirch. OEdip. Ægypt. t. II. claſſ. XI. c. 4. & t. III. ſyn. 19. c. 1.) porro ſcarabæus niger conſpicitur in quadrante 2. & 3. inſign. *Teufel* [Tirol.] (α) Cornua ſcarabæi aliquando ſola pinguntur. In ſcuto, cujus triens cuſpide in ſummitatem ducto diſtincta à reliquo nigra leonem aureum continet, argenteis & rubeis faſciis exarata duo cornua ſcarabæi ſui coloris ſingula ſingulis lateribus inſcripta notant (nominis cauſa) *Schrætl* [Auſtr.] (β)

Araneam in cujusdam Lombardi ſcuto ſe obſervaſſe memorat *Vptonus*. Araneæ caput & pedes duos anteriores nigro colore tincta in areæ transversè ſectæ, cujus inferiora atra ſunt, ſuperiori parte aurea inſerit linea una ex *Rehlingia* familia [Patrit. Auguſt.] (γ)

Alæ.

§. XLVII. Ita volatilia vidimus. Nonnunquam earum partes, vel membra videre licet: capita abſciſſa vel avulſa, pedes &c. ſed horum exempla adjecimus ſingulis ſpeciebus (obſervat *Gelen.* de Colon. Agr. magn. l. 2. ſ. 36. p. 201. *anteriores avium partes & capita cum gutture & roſtro, præſertim gallorum gallinaceorum, falconum, pſittacorum & hujusmodi volucrum, cepiſſe ad rem ſcutariam referri ab Heroibus, ad repræſentandum trophæum cæſi raptoris vel exactoris: ſic enim etiam in numiſmatibus & ſignatoriis gemmis, malignæ aduncis roſtris aves & harpyjæ galeatæ ea volucrum figura ferme exprimuntur: Ita teſtatur Suetonius l. 9. Antonio primo Vitellii interfectori, fatale fuiſſe cognomen* Becco, *id eſt, roſtrum gallinaceum &c.* Huc tantum referamus *alas*, qnarum frequens in ſcutis occurrit mentio. Sunt vero alæ famæ & gloriæ ſymbola, nec non celeritatis, & animi ad ſuperna tendentis. Cyr. **Spangenb. Adelſp.** p. 2. l. 12. c. 46. p. 336. Inde obſervante Spelmanno victoriæ ſimulacrum alatum, ut apud Eleos juxta Pauſaniam exſtitit. Ita in Bructerorum Cornutorumque juniorum clypeis in occidente apparet ſpecies juvenis alati, illis albi, iſtis (ut victoriam perpetuo viventem indicaret) viridis. Inde numi, quos Druſus in tribunatu excudebat, aliferi, dicuntur victoriati. Apud Ægyptios etiam alæ vulturis veſtibulis domorum adfixæ indicium nobilitatis & veruſtæ familiæ fuere. De hac teſſera in hunc modum Gelen. de Col. Agr. magn. l. 2. ſ. 35. p. 200. *Ala verbum militare eſt, ſic dicimus alas equitum &c. Eſt etiam ſymbolum alacritatis & ex caſtris inter gentilitias notas transfertur.* Iterum: *Cauſa concedendi nobilitatis alæ ſcutariæ, bellica celeritas, vel virtutis ſublimitas dici poteſt. Quibusdam origo divinior perſuaſit, ut in armis & ſupra galeam alas gererent: quod ſtirpem gentilitiam repeterent à galerito talaligero deaſtro Mercurio.*

Ala aurea in nigra parma *Kay* [Sileſ.] (δ) nigra (impreſſa lunula aurea) in argentea *Pelorzimer* [Sileſ.] (ε) nigra in bipertita parte anteriori argentea (poſteriori rubea cornu cervinum argentum deferente) *Saliſch* [Sileſ.] (ζ) nigra inſcripta unco bis hamato rubeo, & extremitati addita pila ejusdem coloris in argenteo *Braidenpach*

(α) **Wap.** I. p. 42. reſpondet in apice baltheus ſiniſter alæ impreſſus & ſcarabeum hunc deferens; & laciniæ altero latere aureæ & nigræ. (β) **Wap.** I. p. 41. ex coronata galea inter alas duas, argenteo-rubeam, & aureo-nigram leo proſiliens aureus. (γ) **Wap.** I. p. 207. nullus peculiaris hujus areæ cauſa, ſed tantum communis Rechlingiorum apex. Laciniæ vero altero ex latere aureæ & nigræ.

(δ) **Wap.** I. p. 69. jugum complicatum alarum, quarum anterior auro, poſterior nigro colore tingitur. (ε) **Wap.** I. p. 76. ala ſcutaria. (ζ) **Wap.** I. p. 68. duæ parmæ ovales argenteæ, limbis rubeis, & poſt eas ſuſpenſis à perticis aureis 9. vexillis rubeis, ſingulis roſis argenteis impreſſis. Laciniæ hinc nigræ iſthinc rubeæ, utrinque argento adjecto.

Braidenpach [Bavar.] (α) Tessellis miniatis & argenteis distincta in parma cyanea ***Pentzig*** [Silef.] (β) nigra, lateri ejus sinistro adjecto cornu cervino sui coloris in argentea ***Nasengrieff*** [Silef.] (γ)

Si duæ alæ conjungantur, *jugum alarum* à Gallis *vol* appellatur. Si singulæ *demivols*. Alas duas nigras laterculo aureo inscribit ***Hohenwart*** (Austr. 1. & 4.) (δ) & ***Lemberg*** [Silef.] (ε) argenteas (sed fascia nigra percurrente) rubeo ***Hundt de Lauterbach*** [Bav. in 1. & 4.] (ζ) sectas, ut prioris pars, superior cocco, inferior argento, posterior opposito ordine tingatur, cæruleo ***Munster*** [Franc.] (η) rubeam & nigram in aureo ***Wenckheim*** [Franc.] (θ)

Duo alarum juga minio tincta in aureo scuto exhibet familia ***Poix*** (*Picton.*) Duas alas nigras in scuto aureo ***Adelsdorf*** [Silef.] (ι) & interposita stella aurea in clypeo coccineo exhibet familia ***Iorniz*** [Silef.] (κ) An alia linea ejusdem stirpis an alia familia sit, quæ idem nomen gestant, & in scuti bipertiti anteriori parte aurea nigram alam, posteriori nigra auream refert, alius inquirat. (λ) Tres alæ nigræ in scuto aureo 2. 1. ***Dibitsch*** [Silef.] (μ) situ inverso in scuto argenteo ***Lütwiz*** [Silef.] (ν) cæruleæ in argenteo situ solito ***Trappen zu Bissein*** [Tirol. in scutulo medio.] (ξ)

Si extrema alarum deorsum vergant, Galli vocant *vol abaissé*. Singularis imago est ala rubea, quam in argentea parma repræsentat familia ***Ernberg*** [Franc.] (ο) nam hinc in caput aquilinum, isthinc in trifolium terminatur, tum lunæ species argentea inscribitur ipsi alæ.

§. XLVIII. Plumarum struthionicarum & aliarum in apice multorum insignium usus est: neque tamen ob hoc omnino excluditur scutis. En! exempla. Plumæ struthionicæ.

§. XLIX. Hinc inde avium, quarum species non exprimitur etiam repræsentantur *capita*. Caput avis cum collo nigrum, rubeo rostro & capitis summitate (**ein Blättlein auff dem Kopff**) ex corona aurea exsurgens in scuto aureo (an ita?) ***Schœnstetten*** [Bavar.] (α) nigrum lingua exserta sanguinea in aureo ***Tamdorff*** [Bavar.] (β) iterum in aurea nigrum argentea trajectum sagittæ, (alii figuræ & areæ tincturam invertunt) ***Lenteysen*** [Bavar.] (γ) iterum nigrum (sed cum ala adnexa) in aureo ***Ratzen*** [Bavar.] (δ) *Pedes* avium videre etiam licet. Aureum in parma cærulea ***Rotulinsky*** [Silef.] (ε) in transversa secta area ex auro & nigro, iisdem coloribus alternatim tinctum ***Enenckel*** [Bav. in medio scuti] (ζ) ita etiam ex argento & nigro alternante tinctura vulnere sectionis cruento ***Truchsess de Henneberg*** [Franc.] (η) nigrum vulnere cruento resectum in auro ***Grienthal*** [Bavar. in 1. & 4.] (θ) Avium capita, pedes.

Tales duos auro pictos & decussatim locatos in scuto rubeo exhibet ***Grünau*** [Silef.] (ι)

(α) Wap. I. p. 80. inter duo cornua argento & nigro distincta fœmina pubetenus extans, rubeo amictu, corona & cruribus aureis, manibus cornua præhendens. (β) Wap. I. p. 54. jugum alarum scutariarum, quarum una post alterum latet. (γ) Wap. I. p. 58. octo vexilla rubea. Laciniæ argenteæ & coccineæ. (δ) Wap. I. p. 35. coronatæ galeæ inter duas alas nigras super monte tricolli impositæ specula candida, ex altero laterculo. Vid. l. 6. m. 4. §. 7. (ε) Wap. I. p. 62. ante jugum expansum nigrarum alarum, duæ clavæ (faustkolben) ferrei coloris. (ζ) Wap. I. p. 90. herma juvenilis rubeo amictu, loco brachiorum alæ duæ scutariæ. (η) Wap. I. p. 101. jugum expansum alarum scutariarum. (θ) Wap. I. p. 101. duæ alæ scutariæ. (ι) Wap. I p. 56. jugum alarum nigrarum. (κ) Wap. I. p. 52. ex coronata galea inter alas scutaria stella. Laciniæ auro & cocco tinctæ. Unde apparet stellam habendam pro figura primaria, ut falsitas vitetur. (λ) Wap. I. p. 59. galea coronata ala prior aurata, altera nigra. (μ) Wap. I. p. 53. vulpes sui coloris confidens, & gallum gallinaceum atrum ore gestans. (ν) Wap. I. p. 56. inter duas nigras media pluma struthionica argentea, & ante eas duæ rotæ molares argenteæ. (ξ) Wap. I. p. 44. cornua duo cæruleo fascia argentea distincta, funiculis duobus rubeis colligata. (ο) Wap. I. p. 103. inter 2. tibialia seu ocreas, auro tincta, cauda pavonina.

(α) Wap. I. p. 79. figura scutaria. (β) Wap. I. p. 84. scutaria figura. (γ) Wap. I. p. 84. scutaria figura. (δ) Wap. I. p. 88. aves duæ dimidiæ cum singulis alis obversæ. (ε) Wap. I. p. 75. caput avis cum collo ex auro. (ζ) Wap. I. p. 33. ex coronata galea jugum complicatum alarum cum scutario typo. (η) Wap. I. p. 120. herma virilis nigro habitu rostro acuto rubeo, cum brachiorum loco enatæ visuntur duæ alæ scutarium typum repræsentantes. (θ) Wap. I. p. 33. ex coronata galea protensus pes. (ι) Wap. I. p. 58. jugum alarum diagonali sectione superius auro, inferius minio tinctarum.

Pes volucris cæruleus adhærens alæ nigræ in aureo *Sigrot* [Sileſ.] (α) aureus nigræ in rubeo *Holznowsker* [Sileſ.] (β) & *Wildenſtein* [Styr.] (γ)

Ova. §. L. Ova avium fœtus ſunt, unde cum illis eidem capiti inſerenda. Decem ova 4.4.2. argentata in rubeo ſcuto inſignia deferunt *Iaworsker* [Sileſ.] (δ)

(α) Wap. I. p. 71. figura ſcutaria coronatæ galeæ inſiſtens. Laciniæ nigræ & aureæ. (β) Wap. I. p. 76. inter auream & coccineam pluma ſtruthionica nigra. Laciniæ præter regulam argenteæ & miniatæ. (γ) Wap. I. p. 48. figura ſcutaria. (δ) Wap. I. p. 75. lilia tria argentea caulibus & foliis viridibus.

MEMBRUM II.

DE GRESSILIBVS SEV QVADRVPEDIBVS.

§. 1. *Leo.*
2. *Symbola.*
3. *Lingua, falcula, cauda, corona.*
4. *Situs varius, diſcrimen â Leopardo.*
5. *Ordinarius ſitus, rapax, rampont.*
6.7.8.9.10.11.12.13.14.15.16. *Exempla variæ tinctura.*
17. *Pellium.*
18. *Plures leones in uno ſcuto.*
19. *Leo defectuoſus. Monſtroſus. Diſſectus. Mornè,* πρστομαί.
20. *Diverſorum colorum.*
21. *Alia accidentia.*
22. *Capita leonum.*
23. *Pes leoninus.*
24. *Leopardus. Symbolum.*
25. *Exempla ſingulorum.*
26. *Plurium in eodem ſcuto.*
27. *Capita leopardina.*
28. *Pardus. Tygris.*
29. *Gryphus.*
30. *Exempla.*
31. *Pedes gryphorum.*
32. *Gryphus vel fera alis deſtituta.*
33. *Unicornu.*
34. *Exempla.*
35. *Elephas.*
36. *Urſus.*
37. *Exempla. Urſini pedes.*
38. *Lupus.*
39. *Situs. Exemplã.*
40. *Capita lupina. Lynx.*
41. *Vulpes.*
42. *Aper.*
43. *Exempla. Sus. Caput aprugnum.*
44. *Hyſtrix. Erinaceus.*
45. *Cervus.*
46. *Exempla.*
47. *Capita cervina. Cornua.*
48. *Hinnuli, capreoli. Dama. Alce.*
49. *Lepus & cuniculus.*
50. *Sciurus.*
51. *Muſtela.*
52. *Taxus. Caſtor.*
53. *Simia. Cercopithecus.*
54. *Equus.*
55. *Situs.*
56. *Exempla.*
57. *Equorum caput.*
58. *Pegaſus.*
59. *Aſinus. Mulus.*
60. *Camelus.*
61. *Boves. Tauri. Vaccæ.*
62. *Exempla.*
63. *Caput bovinum. Cornua.*
64. *Aries, ovis, agnus.*
65. *Agnus paſchalis. Caput arietinum. Cornua.*
66. *Capra. Hircus. Capricornus. Dama.*
67. *Canis.*
68. *Exempla leporariorum.*
69. *Moloſſorum.*
70. *Capita canina.*
71. *Felis.*

MEMBRUM II.

DE GRESSILIBVS SEV QVADRVPEDIBVS.

§. I.

Leo. SI nihil aliud eſſet, cum tamen cum ferarum regem communiter conſtituant, etiam ſola hæc ratio ſuadere poterat, ut *leonem* primum inter quadrupedes videamus, quod nullius alterius figura frequentior occurrat, unde proverbium: *n'as tu point d'armes; prens le lyon.* Inprimis referunt de Belgicis Proceribus, plerosque cum expeditionem orientalem ingrederentur, hoc ſibi ſumſiſſe δεῖγμα, ſed aliter aliisque coloribus pictum. (Conf. infra hiſt. inſign. l. 1. c. 38. in ſcuto Reg. Hiſp.) A Samſone nonnulli beſtiæ hujus uſum derivant, quidam etiam Davidi & ſucceſſoribus adſcribunt: aliis à Trojanis, quibus id gentilitium fuerit, deducunt,

cunt, *Hæping. de jur. inſign. c.* 2. §. 10. *n.* 993. conf. *Limn. jur. publ.* 6. 6. 24. Idem Hæping. l. alleg. n. 999. & 1002. Vandalis & Suecis id gentile ſignum attribuit: Saxonibus vero leonem & draconem cum aquila ſupravolante : ſic & ſunt, qui Hermanno Regi German. id inſigne attribuunt. Ex hiſtoria poëtica Achilli leones duo rubei in clypeo argenteo, aurei duo, vel juxta aliquos tres ſe invicem reſpicientes in nigro Hectori, Agamemnoni quoque leo cum ἐπιγραφῇ; ἔστω μὲν φόβος ἐπὶ βροτῶν. *Hæping. de jur. inſign. c.* 2. §. 10. *n.* 1009. 1010. 1014. *c.* 3. §. 8. 14. Claudian. de bello Getico:

Invicti clypeoque animoſi teſte leones.

§. II. Symbola in leone varia obſervare licet, (conf. Cyr. **Spangenb. Adelſp.** p. 2. l. 12. c. 46. p. 334.) magnanimitatis heroicæ, bellici roboris, clementiæ in ſubditos, obſequii in parentes, gratitudinis, prudentiæ. An vero neceſſario principatus ſit ſignum, vide rectè inficiantem *Blondell. Plen. aſſert. Geneal. Franc.* t. 2. p. 353. In Simandrii Ægyptiorum Regis ſepulchro ſignum leonis conſpectum, ut ex eo animum & robur & vigilantiam Regis diſceres. Et alias quoque ſolebant Ægyprii ſacerdotes capite leonino deſignare vigilantiam & cuſtodiam, unde in heroum templorumque foribus ex antiqua conſuetudine ponuntur. Unde Alciatus: Symbola.

Eſt leo, ſed cuſtos oculis, qui dormit apertis,
Templorum idcirco ponitur ante fores.

Id vero *Varenn. R. d' arm.* credit factum in terrorem eorum, qui absque reverentia debita introirent:

In clypeis quotquot geſtant ex ære leones
Indicium magnæ dexteritatis habent. Gelen.

Pro leonibus Magnus noſter Lutherus mallet panes in Cat. Maj. in 4. petit. *Quare cujusque boni & vigilantis principis inſignia, multo juſtius pane inſigniuntur, quam leonis imagine aut ſertis rutæ, aut in ipſa moneta imaginis loco panes in ſculpto aptius cuderentur, admonendi gratia, cum eos tum ipſorum quoque ſubditos, eſſe videlicet Principes, quorum officio tutelam ac pacem haberemus, neque ſine illis aut panem edere, aut eundem nos ſervare poſſe.*

§. III. In leonis figura obſervanda ſunt præter ſitum, de quo mox, lingua, falculæ, quas & *branceas*, noſtri **Prancken** vocant, cauda, corona. *Lingua* plerumque & *falculæ* diverſo à corpore colore tinguntur, de illa terminus *lampaſſé* ſeu *langué*, de hac *armé* uſitatus eſt. Circa caudam (*quæ plerumque pingitur erecta. Plin. l.* 8. *c.* 16. *Immota placidus, clemens blandiendisque ſimilis, quod rarum eſt; crebrior enim iracundia ejus. In principio terra verberatur, incremento terga ſeu quodam incitamento flagellantur.*) obſervatur, ſimplex ſit an biſulca ſeu bifurcata (ita enim potius loquendum eſſe, quam ut duas caudas dicamus, Bartolum ob id reprehendens, monet Joh. de Bado aureo.) Galli vocant *double queue* ſeu *fourchue*, **zwier geſchwäntzt.** Tum nonnunquam cauda biſulca nodis quaſi conſtricta eſt, & in decuſſim trajicitur *nouée* & *paſsée en ſautoir*. Cauda aliquando per poſteriores & anteriores pedes trajicitur, qualem geſtant in ſcuto ex cocco & auro bipertito, iisdem coloribus, ſed ſitu oppoſito pictum, atque corona inſignem fam. *Schæzel de Merxhauſen* [Haſſ.] (α) cum vero cauda abſciſſa eſt, *diffamé* ſeu *infame*, vel *vilené* vocant: qui terminus etiam uſurpatur ſi virile membrum peculiari colore tingatur à reliquo corpore: ſi vero eo plane careat, vocatur *ſans vilainie*. Qualem fabulatores dant Tomyridi Reginæ Scytharum apud *Ren. Franc. eſſay de merveill.* c. 42. Cum pili leonis alio colore inumbrantur, Galli vocant *moufflé*. *Meneſtr. l' art. du blaſ. juſtif.* 13. *p.* 336. Terminos noſtris uſitatos ex hac deſcriptione è diplomate Cæſareo excerpta colligas. **Ein Löw mit offenem Rachen / roth ausgeſchlagener Zung / für ſich geworffenen Prancken / und über ſich gewundenem doppelten Schwantz.** Porro ſæpius leones pinguntur, quod pedibus, vel falculis aliquid teneant: quod ne recentioris ævi credas, perſuadebit, quod Pompejo M. leonem enſiferum ſolent aſſignare, apud *Hæping. de jur. inſign. c.* 2. §. 10. *n.* 1013. Talis eſt aureus inſiſtens monticulo tricolli viridi in cæruleo ſcuto dextro pede enſem, ſiniſtro parmam ferream (**Rundel**) acuminatam geſtans, *Berchtold* [Auſtr.] (β) Lingua, falculæ, cauda, corona.

(α) Wap. I. p. 134. Plumæ 5. ſtruthionicæ nigræ. (β) Wap. I. p. 41. Leo ſcutarius, enſem & clypeum ferens, ex coronata galea erumpens.

Situs varius. Discrimen à leopardo.

§. IV. Quod situm concernit, non illud tantum observandum est, leonem aliquando erectum pali ad modum (*en pal*) vel obliquum, in alterum scuti angulum protenso capite, (*en bande vel en barre*) vel transversum instar fasciæ (*en fasce*) collocari. Sed inprimis huc spectant illæ differentiæ, quod nonnunquam pingitur consistens seu *stationarius*, *posé*. Qualis est viridis in aureo clypeo fam. *Chasteigners* seu *Castaneæ*: aliquando *considens* seu *assis*, quod inprimis in galea frequens est; alibi *couchant* seu cubans, dormiens *dormant & couchant*. Nonnunquam pingitur gradiens & retro respiciens, *regardant vers sa queue* **fortschreitend und zurückschend.** Exemplum est in fam. *Heide*. Similem gestat leonem coccineum, cauda bisulca præditum, clypeo baltheis 6. diagonalibus aureis & nigris exarato, inductum *Bonterard*. De termino *saillant*, **springender Löw**/ non plane convenit. *Vptonus de milit. offic. l.* 4. *p.* 254. ita vocat, *si leonis pes dexter ascendat ad dextrum angulum scuti, & sinister ex eadem parte corporis dextra descendit in pedem scuti. Spelmann. aspilog. p.* 118. *Cum inclinatior leo, sinistrum pedem ad dextrum scuti cornu attollit.* Huc etiam spectat, quod pingitur vultu vel pleno & obverso (*de front*) vel reclinato & prospiciente (*en pourfil.*) In eo vero communiter (nequicquam repugnante *Vptono de milit. offic. l.* 4. *p.* 147. & si rex animalium faciem suam ostendere perhibeatur injuriam leoni illatam, adducta l. ursus. ff. de A.R.D. de qua JCti viderint interpretante;) constituunt discrimen inter *leopardum & leonem.* Quod nempe hic alterum duntaxat, ille utrumque oculum monstret. Tum quod leonis cauda dorsum versus flectatur, leopardi in contrarium. In his vero pictores nostros fuisse discriminis studiosos, non ausim asseverare. Certe non semel, qui in scuto unicum tantum ostenderat, galeæ insidens leo utrumque oculum monstrat. Nisi id ad exceptionem referre velis. Cum vero leo quidem, quod oculos attinet, agnoscitur, sed pingitur gradiens aut currens, *passant*, **lauffend**/ vocare solent *leonem pardinum* seu *leopardé*, quia leopardo hunc situm ordinarium volunt, ut sit gradarius. Talem gestabant Thraces sub altero M. militum in oriente aureum in cæruleo clypeo, elato sinistro pede & cauda erecta, Principis hostem feriturí argumentum apud *Panciroll.* Gestant etiam tales sanguineum in superiori transversè sectæ parmæ area argentea (inferiori cærulea undosum baltheum argenteum deferente) **von** *Marpurg.* [Patrit. Francof.] (α) argenteum in rubea (inferiori aurea fasciam undulatam cæruleam continente) **von** *Sachsen* [Patrit. Francofurt.] (β) rubeum in argentea (inferiori miniata, impressa aurea cuspide, & 3. soleis equinis ad sectionem areæ alternantibus coloribus) *Hartmuth* **von** *Buckenbach* [Patrit. Francofurt.] (γ) rubeum in aurea (inferiori cærulea argento palo impresso *Lersner* [Patrit. Francofurt.] (δ)

Ordinarius situs, rapax, rompant.

§. V. Ordinarius situs leonis, & qui si alius non exprimatur ἐξοχικῶς intelligitur, est, cum duobus posterioribus pedibus insistens, erectior anteriores divaricatos extollit. Gelen. de Col. Agr. magn. l. 2. f. 39. p. 208. *Qui se toto corpore surrigit, insilitque quodammodo pugnaturus, propria leonum figuratione & militibus congruentissima.* Gallis usitatus est terminus *rampant* (quem de aliis animalibus, quam quæ unguibus armentur, usurpari vetant aliqui.) Aliqui erectum, rapacem (apud Horat. legitur *rapidosque leones*) vel rabiosum vocant. *Spelmann.* exsultantem, quasi ad prædam. Ab illis, qui mænia adscenderent dictam vocem perhibet *le Labour. de l'orig. des arm. n.* 32.

Est tamen aliquando situs alius. Ita erectus considet leo aureus pedibus anterioribus gestans caput lupinum suo colore pictum in scuto cæruleo *Klobitz* [Styr.] (ε)

§. VI. Exem-

(α) Ex casside coronata anteriora prominent leones rubei. Laciniæ argenteæ & miniatæ. (β) Leo erumpens præter linguam sanguineam argento tinctus, coronatus auro & aliquot pennis galli nigris fastigiatus. Laciniæ rubeæ & argenteæ. (γ) Ultra caput leonis adversum rubeum, brachium argento tinctum soleam equinam miniatam tenens. Laciniæ argenteæ & rubeæ.

(δ) Wap. I. p. 211. inter 2. cornua superius & inferius cæruleo colore, medio auro tincta, & 8. plumis struthionicis argenteis ornata leo (in Wapenbuch) leopardus exoriens aureus. Laciniæ hinc aureæ & rubeæ, isthinc cæruleæ & argenteæ. (ε) Wap. I. p. 49. coronatæ galeæ insidet leo caput lupinum portans.

§. VI. Exempla leonum in ſcutis pene innumera ſunt. Exſultat leo aureus in ſcuto coccineo iſtis notandis ſtirpibus. Exempla variæ tincturæ.

Albinei Com. Arondeleæ, *Sabrans* [Provinc.] *Ponti*, *Gaſeran*, *du Puy*, *le Homet*, *Bonne de l'Esdiguieres* (adjecto ſcutario capite cæruleo 3. roſis argenteis exarato) *Darant* (leo tenet enſem argenteum, capulo aureo.)

Impoſita corona aurea *Pontallier* (falculis & lingua ſanguineis) cærulea *Aſpremont* [Picton.]

Area ſtrata plinthidibus aureis *Chaſteauvilain* echinatis molulis aureis *Mercy*.

§. VII. Leo aureus in cæruleo ſcuto apparet *Kuttler* [Tirol. in 1. & 4.] (α) *Waldſtein* ſeu *Wallenſtein* [Bav. in 2. & 3.] (β)

Bellenave, *le Bloy*, *Nogentel*, *Roddes* [Picard.] *Graſſé* [Biturig.] *Champlite*, Garges, *Marcy*, [Lotharing.] *Hardy*, *Wolff de Guttenberg* in 2. & 3. [Haſſ.] (γ) *Sorbier* [Turon.] *Piedeſer* [lingua & falculis ſanguineis] *le Picart* (falculis & lingua rubeis) *Eichheuſer* [Sileſ. in bipertiti ſcuti, cujus anteriora vid. ſ. 4. m. 1. n. 3. parte poſteriori: ſimilis, ſed coronatus ex ſcuto tranversè ſecto ex cæruleo & argento incumbens notat *Heſſen* item Sileſios: cogitetur ob hoc an familia ſit eadem?] (δ) *Taubenheim* [Sileſ.] in ſcuti bipertiti, cujus poſteriora binis palis argenteis & rubeis exarantur parte anteriori *Suilly* (ε) (ſtrata area ſtellis aureis. Perperam *Varenn.* clypeum argento tingit: Idem molulas echinatas vocat, quas non aliorum fide ſtellas.) *Beaumont le Vicomte* (ſtrato laterculo liliis aureis) *Gaudin Martigné* (Britann. area ſtrata liliis aureis) *Cullant* (area ſtrata ſtellis ejusdem metalli) *Soily* (Biturig. area ſtrata molulis echinatis aureis. Sic & *Hottot* in pago caleteni. ſeu coux) *Brion* (Avern. area conſperſa trifoliis aureis) *Montgommery* (limbo adjecto aureo) *Bonatorſi la Harpiniere* (leonis falculis indita bipenne argentea) *Tufery de Trapenard* (adjectis 3. roſis argenteis) & totidem ſtellis aureis, *Bourgeois de Creſpy* [Burgund.] *Puggh* (Carinth.) (ζ) leonis falculis tribus papaveris capitibus argenteis.

Impoſita corona aurea *Saux de Tavanes*, *Raſſenghien*, *Fuerth* (ſed leo inſiſtit aquis) (in 2. & 3. vel ut deſcriptio habet 1. & 4. (Auſtr.) (η)

Area ſtrata plinthidibus aureis *Burgundia* comit. (quidam plinthides argento tinctas vellent) *Brenne*, *Nevers* Com. *Conflans* (Campan.) *le Perche*.

§. VIII. Viridis area leonem aureum continet *Roberſat*, *Ourville*, *Valenciennes* (area ſtrata plinthidibus ejusdem metalli.)

§. IX. Nigram parmam ornat aureus leo *Goux de Rupt*, *Pierre Buffiere*, *Brem ſeu Prem* (Patrit. Francofurt.) leo veſpam argenteam tenet.) Lingua vero leonis ſanguinea rubet (θ) *Schætzel in Hermannsberg* [Bav.] (ι) *Schmidtau* (Auſtr. in 2. & 3.) (κ) *Puchler* (Tirol. in 1. & 4.) (λ) Area plinthidibus aureis ſtrata *S. Julien*.

§. X. Argen-

(α) Wap. I. p. 43. ex coronata galea expanditur jugum alarum, quarum prior auro & cæruleo, altera nigro & auro tingitur. Vid. ſ. 3. m. 1. n. 73. (β) Wap. I. p. 31. unicus apex de quo n. 14.

(γ) Wap. I. p. 140. his quadrantibus peculiaris non reſpondet galea, ſed ex uno latere. Laciniæ tincturas has imitantur. (δ) Wap. I. p. 63. ex coronata galea exſurgens leo adverſa fronte inter jugum alarum cærulearum, quæ ſingulis columnis aureis inſigniuntur. *Heſſen* apicem habent ex coronata caſſide exſurgentem leonem, qui utrinque falculis tenet vexilla ſingula ex cæruleo & argento transversè ſecta & inſcriptas columnas aureas deferentia. (ε) Wap. I. p. 68. coronatæ caſſidi inſiſtens leo ſcutarius. (ζ) Wap. I. p. 47. ex coronata caſſide leonis papaveris capita geſtantis πεοτομὴ. (η) Wap. I. p. 37. inter duas alas alteram auream, cærulea, alteram argenteam rubea, faſciis impreſſas, leo ſcutarius erumpens ex coronata caſſide. Vid. c. 5. ſ. 1. m. 1. n. 15. (θ) Wap. I. p. 211. leo ſcutarius erumpens. (ι) Wap. I. p. 90. ex coronata galea leo ſcutarius erumpens inter duo cornua furva. (κ) Wap. I. p. 37. inter alas duas, quarum prioris ſuperiora cæruleo colore, inferiora auro, poſterioris illa argento, hæc minio tinguntur, ex coronata galea leo aureus erumpens. Laciniæ hinc aureæ & nigræ, iſthinc argenteæ & rubeæ. Conf. alteram aream ob alam ſ. 1. m. 1. n. 17. (λ) Wap. I. p. 42. galeæ coronatæ inſiſtit leo ſcutarius. Laciniæ hinc atræ & aureæ, iſthinc argenteæ & coccineæ. Vid. ſ. 4. m. 4. n. 13.

§. X. Argenteus leo inſcribitur ſcuto nigro *Sonnewald* [Baron. unde in Wildenfelſio, & ex ſucceſſione Solmenſi ſcuto conf. hiſt. inſign. lib. 2. cap. 89. num. 7. 8.] (α) *Meulant*, cum corona viridi *Lor* (in campan. lingua & falculis itidem praſinis) coccinea *Interiana* [Genuenſ. lingua & falculis ſanguineis] ſtrata area plinthidibus ejusdem coloris *du Carpont*.

§. XI. In cyaneo clypeo conſpicitur argenteus leo. *Weiß de Wettelhofen* [Colon.] *de Monte alto* ſeu *Monthaut*, *du Iuch*, [Britann.] *du Breuil Chalonges*, *Fieffes*, *du Chemin*, *Coëſme* (falculis & lingua ſanguineis.) Corona impoſita aurea *Chambes Montſereau* (area ſtrata liliis argenteis.)

Area ſtrata plinthidibus argenteis (lingua leoni ſanguinea) *Cilles de Fours*, *Rufier* [Britann.]

§. XII. Rubea parma refert leonem argenteum *Mowbray* Com. *de Norfolck* [Angl. lingua & falculis cyaneis] *Pieterſen*, *la Grandiere*, *Vitré*, *Montfort l'Amaury* (bifurcata cauda) *S. Herant* [Arvern. ſtrata parma molulis echinatis ejusdem metalli] *Weißdorff* [Sileſ. leo ventrem cæruleis tæniolis obvolvitur.] (β) Coronatus corona aurea *Frœſchel de Martzel* [Bav.] (γ) cærulea *Vavaſſeur* (falculis etiam cæruleis) aurea *Chaſtelus* (lingua & falculis eodem metallo tinctis) *Cliſſon* (falculis & lingua auratis) *Burckhaus* [Sileſ. in parte ſcuti bipertiti anteriori, & quidem leonis collum collari aureo vincitur.] (δ)

Area ſtrata plinthidibus argenteis. *Kernegant* [Britann.] *Tillieres*, cruciculis ejusdem metalli. *Dantoing* [Hannon.]

§. XIII. In viridi area leo apparet argenteus *la Rochebretteau*, *Montigny en Oſtervant*, (lingua & falculis rubentibus) *Sarcel* (Cænoman.) *du Verdet* (leo tenet cor ſanguineum.)

Viridi colore tingitur leo, qui in aureo ſcuto extat notandis fam. *Bertran*, *Briquebecq* [Normann. ſed corona & falculis coccineis. In argentea area leo viridis conſpicitur *Verneilles* [Picard.]

§. XIV. Cæruleus leo exornat ſcutum aureum *Streitberg* (Franc. in 2. 3.) (ε) *Roucy* [Comit.] *Grammont* [Aquitan.] *Leſtanus* ſeu *de Parade* [Arelat.] *Lucé*, *Granſy* [Campan.] *Dudley* [Angl. cauda bifurcata] *le Puy Monbrun* (falculis & lingua nigris) *Aqua viva* (lingua ſanguinea) coronatus, *Waldſtein* ſeu *Wallenſtein* (Bav. in 1. & 4.) (ζ)

Coronatus minio *Granſay* ſeu *Grancey* (Burg.) *Serpents de Gondras* (lingua etiam & falculis cocco tinctis) coronatus. *Villſegger* (Bavar. in bipertiti latere ſiniſtro, vid. ſ. 3. m. 1. n. 8.) (η)

In area ſtrata plinthidibus cæruleis *Angle*. Argentea parma cæruleum defert leonem pro *Bar. de Falckenburg*, *Payrſtorf* (Bavar.) (θ) ſed in ſcuti transversè ſecti, cujus pes idem cyaneus, ſuperiori parte.) *Leænam* cæruleam geſtat in ſcuto argenteo *Lubrin*.

§. XV. Rubeus leo occurrit in ſcuto argenteo *du Freſne*, *Walincourt*, *Ternes*, *Eſtrac*, *Auſſeville*, *Loſe* (lingua & falculis nigris) *Prandis* (Tirol. in 1. & 4. nec

(α) Wap. I. p. 31. ex coronata galea leo ſcutarius exurgens.

(β) Wap. I. p. 61. pileolus orientalis rubeus, in aureum nodum exiens, ora reducta argentea.

(γ) Wap. I. p. 81. herma virilis rubeo amictu, duobus aprinis dentibus candidis ex ore prodeuntibus, galeæ coronatæ imponitur.

(δ) Wap. I. p. 54. ex coronata caſſide prorumpens leo ſcutarius. Laciniæ hinc argenteæ & coccineæ, iſthinc ob alteram ſcuti medietatem aureæ & nigræ. Vid. ſ. 3. m. 1. n. 8.

(ε) Wap. I. p. 103. ex coronata galea vir armatus & gladio minax, caſſidem exornantibus plumis ſtruthionicis aureis & cæruleis.

(ζ) Wap. I. p. 31. ex coronata galea alæ expanſæ cærulea & aurea. (η) Wap. I. pag. 95.

(θ) Wap. I. p. 93. culcitræ rubeæ, aureis pannieulis ornatæ, impoſitum ſpeculum ſuo colore pictum, margine cæruleis ac miniatis teſſellis conſtante circumdatum, coronatum auro, & plumis ſtruthionicis nigris faſtigiatum.

nec non in 2. & 3. bipertiti, cujus alterum latus cærulcum est, area priori] (α) *Rotenburg* [Silef.] (β) sed coronatus & in scuti bipertiti parte posteriori (vid. c. 5. f. 1. m. 1. n. 74.) in scuti ex angulo sinistro secti (cujus inferior pars argento & minio virgata conspicitur) parte priori *Riemben* [Silef.] (γ) gestant craterem aureum (**ein gülden Schauren**) *Spaur* [Bav. Tirol. in 1. & 4.] (δ) coronatus auro *Goyon Matignon* (falculis etiam & lingua auro tinctis) minio *Fauquemont* f. *Falckenberg* (cauda bisulca) nigro *Finarcon* (lingua & falculis atris.) Area strata plinthidibus concoloribus *Beaufort*, in aureo, ita *du Pont l'Abbé*, *Manqueville*, *Galande*, *Andresel*, *Maleret*, *Bricquebecy*, *Brucourt*, *Cename* [Picard.] *Calletol* (collari injecto argenteo) *du Lyon la Cave*, Coronatus rubeo *Forcalquier* (falculis & lingua sanguineis) similiter [nisi quod inducitur baltheus cæruleus impressus 3. liliis aureis] *Caradet* (Massil. unde olim Principes Achajæ & Melfitani) auro *Albert de Luynes* & de *Chaulnes*, strata area plinthidibus cæruleis *Walincour*.

§. XVI. Nigro colore tingitur leo scuti argentei *Payot*, *Mesgrigny*, *Colomber* (Picard. cauda bisulca) *Foucaut*, *Fiennes*, *Bethaucourt*, *Cerieres*, *Fresnes* [Artef.] *Künheim* [Silef.] (ε) *Alles* (collari injecto aureo, lingua sanguinea) *Chezelles* [comitibus additis 3. molulis echinatis ejusdem coloris] *Le Breton* (sed leone in leopardi modum picto & humero impressa molula echinata aurea) *Stapleton*, *Zoten de Borneck* (sed in bipertitæ areæ, cujus posterior pars rubea, priori parte, Tirol.) (ζ) corona imposita aurea *Plessis de chivray*, *Postel* (falculis & lingua eodem metallo infectis) *Busson* [Britann. lingua & falc. auratis] *Bournonville* [ling. & falc. itidem auratis] Aurei: *Barr* [dominium, quod in potestate Argentoratensis Reip. est.] (η) *Kölderer zu Höhe* [Bav.] in 2. & 3. (θ) *Strasfelder* [Styr. in 2. & 3.] (ι) *Troussebois*, *Bruyeres* [cauda bifurcata] *Serpent*, *Montieu* [area strata plinthidibus ejusdem coloris] Cum corona rubea *Baudricourt* [Campan.] *Grasse* [Provinc. falculis & lingua etiam miniatis.] Contra regulam est niger leo in area rubea *Schleuderspers* [Tirol. in 2. & 3.] (κ)

§. XVII. Nec omnino pelles exulant hoc loco, quin in scuto illis tecto leones dignentur videri, vel ipsi talibus induantur. Hermionico clypeo inscribit leonem coccineum *Brissay*, *Bausac*. Hermionicus leo [corona, lingua & falculis aureis] in scuto nigro videtur *Montespedon*, in rubeo *Montagu*, *Chabanes* (corona, ling. & falc. aureis.) Vario vellere indutus leo (ling. & falculis nigris) inscribitur clypeo rubeo *Monloir*. In transversè secto scuto ex auro & cyano leo rubeus notat familiam à *Nuich*. f. *Aniciam de Henberg* [Colon.] In scuti transversè secti superiori parte rubea, leonis anteriora cærulea, inferiora rubent. *Adelsbach* [Silef.] (λ) Item in superiori parte rubea argenteus, in inferiori argentea rubeus, coronam etiam capite gestans leo. *Waldkirchen* [Bav.] (μ) scutum ex angulo dextro diagonali linea distinguitur, in cujus superiori parte nigra leonis anteriora auro tinguntur, inferior pars aurea reliqua leonis nigra refert. *Tentzl* [Austr.] (ν) Ex angulo sinistro sectum cæruleum & aureum leonem alternatim tinctum exhibet *Paumgartner* [Austr. & Norimb. Patr.] (ξ)

§. XVIII. Plures nonnunquam leones uni scuto inscribuntur. Duo leones vel collocantur adversi (*affrontéz ou jouants de la patte*) aurei in cyaneo *Manbuisson de Ribaute*, itidem aurei linguis & unguibus rubeis in scuto cæruleo *Leas de la bastie*. Plures leones in uno scuto.

(α) Wap. I. p. 42. Galeæ duæ, ex priori erumpens leo scutarius, collo ornatus auro & pennis nigris. Altera tegitur argenteo pileolo, cujus ora reducta cocco: Huic imponitur alius pileus orientalis rubeus coronatus auro & pennis nigris fastigiatus, juxta hunc pileum duo pedes ursini rubei.

(β) Wap. I. p. 54. vid. S. I. m. 1. n. 74. (γ) Wap. I. p. 72. pennæ galli gallinacei rubeæ & argenteæ inter duas clavas (Pusickan.) ferrei coloris super coronata casside. (δ) Wap. I. p. 24. 42. ex coronata galea prorumpens leo scutarius. (ε) Wap. I. p. 65. ex coronata galea prorumpens leo scutarius. (ζ) Wap. I. p. 42. ex galea coronata leo prorumpens. (η) Wap. I. p. 30. ex coronata galea prorumpens leo. (θ) Wap. I. p. 87. galea tecta pileo rubeo, ora reducta hermionica, cum jugo expanso alarum, quarum altera auro fulget, altera atra est. (ι) Wap. I. p. 48. ex coronata galea erumpens leo. (κ) Wap. I. p. 42. ex coronata galea προτομὴ leonis. Lac. nigræ & coccineæ. (λ) Wap. I. p. 52. molaris lapis argenteus, pennis galli gallinacei nigris ornatus.

(μ) Wap. I. p. 86. herma virilis rubeo amictu & pileo acuminato, ora reducta argentea. (ν) Wap. I. p. 35. ex galea coronata inter duo cornua secta & alternatim coloribus scuti tincta leo aureus.

(ξ) Wap. I. p. 40. 205. ex coronata galea inter duo cornua, quorum prioris pars superior cærulea, inferior aurea, alterius ex adverso, utriusque verò ora exterior ornatur 4. plumis struthionicis.

Nigri in argenteo *Villier* (Turon.) vel obverſi tergis (*addoſſez*) rubei in aureo *Wadripont*, aliquando etiam caudis impliciti, tales ſunt aurei in cæruleo ſcuto *Gillon de Gratiſſons*. Vel decuſſatim trajecti (*en ſautoir*) hoc ſitu inſcribit 2. leones aureos ſcuto coccineo *Foſſez*. Vel ut alter alteri incumbat (*l'un ſur l'autre.*) Hi vero neceſſario pinguntur gradientes & ita leones pardini. Geſtant tales 2. coccineos, argento coronatos in parma aurea *Bigorre*. Argenteos in nigra *von der Landſcron* [Patrit. Francofurt.] (α) Tres leones geſtant virides in argenteo ſcuto (coronis & falculis aureis, lingua ſanguinea) *Launoy*, nigros in aureo *Scheiderich* (β) [Colon.] argenteo (coronis, falculis & linguis aureis) *Halvyn*, ut & *la Barre la Tuffiere*, atque *la Broſſe*, aureos in rubeo *Perigord*, in cæruleo aureos *De Gyr ſeu Vulturei* Colonienſes (γ) argenteos in rubeo *Gveroult* (*de Montmurtin*, & (ſed coronatos auro) *Raſſe de Ganre* (Flandr.) & *Gerre*, Picard. argenteos in cæruleo *Chaſteaumorant*. Quatuor leones reperio rubeos in ſolo argenteo, coronis, linguis & falculis auro tinctis, & ſtella cærulea cordi ſcuti impreſſa, denotandæ famil. *Beauvau*. Sex (3. 2. 1.) leones aureos (ſanguineis linguis & falculis) inſcribit parmæ cyaneæ fam. *d'Eureux C. de Saresbery* (Angl.) ut vero appareat non minus hic quam alibi liberales eſſe feciales, reperiemus ſcuta leunculis ſine numero conſperſa, nempe argenteis coccineum pro famil. *Boiſſieu* (Delfin.)

Leo defectuoſus. Monſtroſus, diſſectus, morné, πρετομή.

§. XIX. Aliquando leo defectuoſus pingitur, quo iſta referimus, cum capite truncatus apparet (*de fait ſeu decapité*) vel caput avulſum eſt (*eteſté*) viciſſim bicipitem leonem alicubi videre eſt, ita in *Curtiorum* [Baronett. Angl.] (δ) ſcuto argenteo leo biceps viridis linguis & falculis coccineis conſpicitur, limbo circumdato cæruleo, in quem tria dimidiata lilia aurea ex angulis argenteæ areæ protenduntur. Tum eidem parmæ argenteæ in dextro ſuperiori angulo quadra eodem metallo tincta, ſed ab area reliqua ſeparata refert Baronetti dignitati notandæ manum cruentam. Nonnunquam omnia membra videntur diſſecta **zergliedert** / *deshaché ſeu demembré*, ſi lingua & falculis deſtituantur, *morné* vocare ſolent. Vid. *Vulſ. de Colomb. Scienc. heroiq. c. 9. p.* 71. ſed *le Labeur. orig. des arm. n.* 130. 131. negat illis deſtitui, ſed falculas & ore claſo linguam occultari: ut quod nocere non poſſent. Exemplo ſerviunt talis leo niger in clypeo aureo pro fam. *Leon* (Britann.) & corona aurea ornatus in parma transversè quinis tæniis argenteis & rubeis exarata pro *Mornay la Ferté Nabert*: itidem niger, collo armilla aurea inſerta, in clypeo tæniis rubeis & argenteis diſtincta pro *Eſtouteville*, argenteus in nigra *Haus*, in rubea plinthidibus ejusdem metalli conſperſa *La Villeneuve* (Pariſ.) Aliquando non niſi ſuperior pars leonis diſſecti apparet, quæ apud Ægyptios robur, poſterior vero infirmitatem notabat. Talem vero leonem vel ejus πρετομὴν duplici nomine indigetant Galli *naiſſant* vel *Iſſant*. De diſcrimine horum terminorum non omnino inter ipſosmet convenire videtur. Plane rejicit, & commentis adſcribit, quicquid differentiæ aſſignetur *Le Labour de l' orig. des arm. n.* 133. Ex omnibus optime mihi placuit ſententia *M. Gilb. de Varenn. R. d'arm.* P. 2. p. 268. quod naſcentem ſemper collocat in ſcuti medium, vel areolam ſcutum peculiare repræſentantem, *egredientem ſ. iſſant* ſemper in caput ſcutarium, dabimus utriusque exempla. Naſcentibus illos adſcribemus ſanguineum, in parma cærulea (aureis liliis ſparſa) *Morevil* (Arteſ.) argenteum in cærulea liliis aureis ſparſa (falculis & lingua coccineis) *Beaumont* (Andin.) cæruleum coronatum in aureo *Obermeyer*, (ε) argenteum in coccinea *Merſan*, nigrum coronatum, cujus caput gladius transverberat, in aurea *Senfft de Bilſach* [Bavar.] (ζ) rubeum (ſed qui lucium cæruleum ore geſtat) in argentea *Dürſchnabell* [Sileſ.] (η) nigrum in aurea *Pachel* [Bav.] (θ) aureum in ſcuti transversè ſecti, cujus inferiora praſina ſunt, ſuperiori parte coccinea *Mengershauſen* [Patrit. Francof.] (ι) nigrum coronatum in ſuperiori parte argen-

(α) Aurei bubali cervix & caput ad nares fibulatum nigro circulo. (β) Pileus latus niger argentea circumdatus; ſuſtinens caudam pavoninam & ante hanc cervum argenteum. (γ) Cæruleus cum aureis cornibus emergens ex galea hircus. (δ) Galeæ inſiſtit aquila explicata nigra coronata auro. (ε) Wap. I. p. 89. ex coronata galea proſiliens leo ſcutarius coronatus. (ζ) Wap. I. p. 89. caſſidi coronatæ impoſita πρετομὴ ſcutaria. (η) Wap. I. p. 59. plumæ ſtruthionicæ coccinea, argentea, cyanea. Laciniæ hinc rubeæ & argenteæ, iſthinc cæruleæ & arg.

(θ) Wap. I. p. 81. rubeæ culcitræ, cujus panniculi aurei, impoſitum cribrum aureum, coronatum & pennis pavoninis faſtigiatum.

(ι) Wap. I. p. 211. Leo exurgens aureus. Lacin. aureæ & coccineæ.

argentea, inferiori tessellato argenteis & nigris quadris *Trugenhofen* [Bav.] (α) rubeum in superiori parte argentea, pede scuti argenteo *Häckelberg* [Austr.] (β) rubeum auro coronatum in superiori area, pede scuti nigro *Schallenberg* [Austr.] (γ) iterum aureum caudæ parte extante in nigra, pede scuti ternis baltheis sinistris aureis & nigris exarato *Pallndin* [Carinth.] (δ) nigrum aurea corona, lingua sanguinea, in aureo solo, pede scuti cæruleo 3. stellas argenteas continente *Eylenburg* [Bav.] (ε) coronatum aureum (sed cauda etiam addita) in nigro *Schürnding* [Bav.] (ζ) nigrum exurgentem è monte tricolli argenteo gestantem falculis truncum argenteum in aureo *Freyberg* [Carinth.] (η) aureum in cæruleo (extante etiam cauda) *Görtschacher* [Carinth.] (θ) Duos dimidios obversos argenteos in rubeo *Artzt* [Tirol.] (ι) Egredientium [*Issant*] leonum ista exempla sunt. In capite aureo, parmæ cæruleæ imposito coccineus *Bermont*, in cæruleo aureæ imposito, argenteus *Lins*, in aureo nigræ argento clathratæ imminente, rubeus, falculis & lingua cyaneis *Champagne la Suse*, in aureo rubeæ 3. palis velleris varii exaratæ impositus rubeus *Montcornet*.

§. XX. Nonnunquam integer solis colorum distinctionibus sectiones videtur sustinere. Ita dantur leones secti linea transversa, *coupés*. Talis est in parma aurea, superiori parte corporis cyano, inferiori minio tincta *Reignac*. (sed jam vidimus n. 17. exempla per errorem eo relata) Quidam leones pluribus fasciis transversis inductis bicolores sunt: Talis est leo *Hassiæ* & *Thuringiæ* tæniis coccineis & argenteis in parma cærulea exaratus (vid. infr. Hist. inf. proleg. c. 1. s. 1. n. 2. & L. 3. c. 23. n. 11.) *Basoges* similem gestat ap. *Varen. R. d' arm.* P. 2. p. 274. Diversorum colorum.

§. XXI. Nonnunquam leonis caput linteo obvolvitur, quod *chaperonné* appellant, vel saltem caputio occulunt. Tale caputium cæruleum leoni rubeo in parma aurea injicit famil. *Reinach* (ϰ). Rationem *Frid. Brombachius* ap. *Gabr. Bucelin. Geneal. German. Notit. T.* 1. P. 3. p. 24. refert: *Eberhardum* s. *Engelbertum* Reinachium, quod coronam imperii affectaret, ab Ottone I. modesta sane castigatione punitum, jussum esse leoni suo rubeo caputium injicere cæruleum, cum antea per omnia idem, cum Habspurg insigne gessissent; sed figmentum ipse Bucelinus explodit. Armillam nonnunquam gestat, ubi niger ille in clypeo argenteo, cujus lingua rubet, collare auro fulget, *Alles*, & concolor in aureo, collari argenteo, *Calletot*, atque areæ quinis argenteis & rubeis tæniis exaratæ, cujus lingua, falculæ & armilla thelioris metalli sunt, fam. *Touteville*. Leonem, quem fam. *Benavides* parmæ aureæ palo rubeo exaratæ, imponit coccineum, aurea corona & fascia argentea circa corpus pluribus vicibus obvoluta ornat. Clathros leoni obducunt (*enfermé d' un treillis*) nempe argenteos leoni aureo in suterculo rubeo *Layming Erbschencker* [Bav.] (λ) Alia accidentia.

§. XXII. Certa leonis membra etiam sæpius in scutis visuntur; inprimis caput & pedes. Caput leonis apud veteres Agamemnonis signum fuisse perhibetur. Gestant verò caput leonis cum colli parte avulsum rubeum in scuto argenteo *Aver de Winckel* [Bav.] (μ) Leonis (hoc enim apex docet) caput coronatum aureum annulum argenteum ore ferens in nigro *Hallersdorf* [Austr. m. 2. & 3.] (ν) Tria capita leonum ferunt avulsa rubea in parma argentea *Schrencken de Nozing* [Bavar. in 2. & 3.] (ξ) & *Le Groin*, aurea in coccinea *Chalençon*, & *Lussenay* [Nivern.] atque *du Mas* aurea, linguis sanguineis, in prasina *Barthelemy d' omville*, nigra in aurea *Montagne*, nigra, coronata & linguata cocco, in argentea *Guischard de Payré*. Capita Leonum.

(α) Wap. I. p. 83. Ex coronata galea prosiliens leo scutarius coronatus. (β) Wap. I. p. 37. ex coronata galea prosiliens leo. (γ) Wap. I. p. 37. ex coronata galea prorumpens leo scutarius coronatus. Lacin. aureæ & coccineæ. (δ) Wap. I. p. 46. Ex coronata galea exurgens leo scutarius.

(ε) Wap. I. p. 31. Ex coronata galea inter alas auream & nigram erumpens leo coronatus scutarius. Lacin. aureæ & atræ. (ζ) Wap. I. p. 89. ex coronata galea prosiliens leo scutarius coronatus. (η) Wap. I. p. 45. ex coronata galea leo scutarius. (θ) Wap. I. p. 45. duæ coronatæ galeæ: puer inter alas transversim sectas, auream & cæruleam, ac cæruleam & auream sustinet stellam nigram: altera inter cornua nigrum, & nigro colore, atque argento distinctum leonem scutarium. Conf. s. 2. n. 2. & s. 5. m. 1. n. 2. (ι) Wap. I. p. 44. ex galea coronata prorumpens leo scutarius coronatus & duabus rubeis, media tertia argentea plumis struthionicis fastigiatus. (ϰ) Wap. I. p. 124. ex coronata galea prorumpens leo, si pictori fides, aureus, rubeis collo cuspidibus, quibus pennæ pavoninæ imponuntur adfixis. (λ) Wap. I. p. 78. in 2. & 3. coronatæ cassidi inposita tabula sexangula, angulis singulis apposita pluma struthionica alternatim argentata & coccinea. (μ) Wap. I. p. 80. ex coronata casside nascens leo. (ν) Wap. I. p. 41. ex coronata galea prorumpens leo aureus coronatus dextri pedis unguibus annulum argenteum ostentans. (ξ) Wap. I. p. 87. ex coronata galea rubeus prorumpens leo.

Pes leoninus.

§. XXIII. Pes leoninus explicatis falculis, vel hiſce aliquid tenens etiam non raro conſpicitur. Talem geſtat auratum in parma coccinea *Faucon* (familia ex Hetruria in Franciam translata) argenteum ex ſiniſtro ſcuti miniati angulo prodeuntem & auream clavem geſtantem *Humbracht* [Patrit. Francof.] (α)

Leopardus. Symbolum.

§. XXIV. Quæ vulgariter differentiæ inter *Leopardum* & *Leonem* conſtituatur §. 4. vidimus. Aliam differentiam conſtituit *Vptonus de milit. offic. L. 4. p.* 147. quod *Leopardus ubicunque depingitur, naturaliter habet maculas nigras, uno cum groſſo capite & eſt animal planum, non hiſpidum: Leo vero habet unum colorem continuum cum pectore hiſpido & certis cubis in cauda.* Ita etiam ſcribit *Ioh. de Bado aureo* (ſi tamen alius ab Uptono credi debet) p. 12. 13. ubi vero hæc deſcriptio à leopardo non aliena eſt, ut eſt apud Geſner. **Thierb.** p. I. p. 253. Ita panthetæ vel pardi nomine malent feciales hanc feram appellare; cum leopardus apud illos, uſu vulgari, ſolo ſitu, quod antea dictum, differat. Ordinariè pingi gradientem vel currentem, allegato loco monuimus. Id verò *Campanile dell'arm.* c. 2. p. 7. ex generali regula deducit, quod quodvis animal in nobiliſſimo actu ſuo pingi debeat; curſus autem in leopardo cumprimis commendetur. Si erectus repræſentatur, nempe *rampant*, vocatur *lionné* ſ. pardus leoninus. Inter antiquos leopardum aureum in clypeo nigro aſſignant Theſeo ap. Hæping. de Jur. inſ. c. 2. §. 10. n. 1109. Symbolum vero in eo quærunt conſilii, generoſitatis vel Anglis (quibus regium ſcutum ornat) illati damni. Poſt *Ioh. de B. aureo* p. 13. *Nic. Vptonus de milit. offic.* L. 4. p. 148. credit leopardum in armis ſignificare in armis portantem, vel ſaltem primum aſſumentem adulterio eſſe genitum. Æque ineptum eſt, quod ſubjungit, adſcribam tamen, ut ſeculi illius nugas, ſed συμπάσχων, agnoſcas, ita dicit: *Multum pertinenter poteſt dici, quod iſti magni abbates & abbatiſſæ debent in ſuis armis portare leopardos, mulos, burdones, vel titiros, pro eo, quod ipſi habent & portant inſtrumenta epiſcoporum, ut mitram & crucem, ut muli, leopardi & tales beſtiæ portant inſtrumenta generativa, equorum & leonum, non tamen eis utuntur naturaliter, neque habent ipſum actum vel generationis exercitium. Sic dicti abbates & abbatiſſæ habent mitras & baculos, non tamen ipſum actum habent, vel exercitium conferendi & miniſtrandi certa ſacramenta & negotia epiſcopis pertinentia.* De hoc ſymbolo Gelen. de Col. Agrip. magn. L. 2. ſ. 40. p. 208. *Leones gradientes pardinos appellant feciales, & quia utroque oculo hominem aſpiciunt, alii volunt leænas eſſe: Mihi verò videtur ea leonum figuratione triumphus ſignificari, ſeu juga leonum currum triumphalem trahentium. Atque fortaſſe Ethnici Romani, prout ſtirpem ad dextros ſuos facile referebant, volebant eo ſigno divinorum generis ortum ſignificare: quoniam deorum matri leones currum trahentes affinguntur, ut in quibusdam gemmis ſignatoriis Iuno inter duos leones gradientes exhibetur. Aliqui etiam triumphatores leonibus vecti ſunt.* Tum de Leopardis idem ſ. 43. p. 213. *dicitur ſcutarius leopardus in armis conſilii militaris hieroglyphicum eſſe, nam cum inter leonem & pardum inimicitiæ ſint, hic virium robore & ſcapulis minor, celeritate & aſtutia præſtat, cuniculum enim utrinque patentiorem in medio anguſtum agit, quem vix ipſe penetrare poſſit, tum leonem laceſſens ardente prælio accenſaque ira fugam arripiens; cuniculo ſe immergit, alteraque parte evadens leonem antri ventre interceptum à tergo obruit & interimit, nam dolus an virtus Pardi quis in hoſte requirat.*

Exempla ſingulorum.

§. XXV. Utuntur leopardis iſti: ſingulis primum; nigro in parma aurea *Brehan*, ſanguineo in aurea *Nevet* [Britann.] argenteo in cyanea *Kerſendi* [Britann.] atque (ſed area ſparſa liliis ejusdem metalli) *Holland C. de Huntingdon* [Angl.] aureo in cyanea *du Fou*, ut & (ſed ſitu leonis & corona aurea compoſita) *Firleus*, atque *Beaucaire Peguillon*, aureo in nigra areæ transversè ſectæ, cujus inferior pars rubea duos fluvios argenteos faſciarum inſtar locatos, ſuperiori parte *Mornauer de Liechtenwördt* [Tirol. in 2. & 3.] (β) Ita & in clypei transversè ſecti, ſuperiori area argentea pingit Leopardum coronatum rubeum (inferiori cærulea undoſum baltheum argenteum continente) *de Mardorff* [Patrit. Francof.] (γ) §. XXVI.

(α) Wap. I. p. 210. Leonis, ſanguineam linguam oſtentantis, προτομὴ, pedibus clavem auream tenens. Lacin. argenteæ & rubeæ.

(β) Wap. I. p. 42. coronata galea leopardus proſilit aureus. (γ) Wap. I. p. 210. Ubi tamen coronæ mentio non fit. Apicem conſtituit ex coronata galea inter jugum alarum argentatarum, leopardus exoriens rubeus coronatus utrinque lilium rubeum (vel cæruleum) geſtans Laciniæ argenteæ & rubeæ.

§. XXVI. Duos leopardos pingunt aureos in scuto coccineo *La Guerche* & *Lisle Bouchard*. coccineos in aureo *Marsay*, *Quincarnon*, *Blanchefort*, prasinos [falculis & lingua sanguineis.] in argenteo *Prulay*, argenteos in cyanea *Chasteaubrun*, aureos in nigro *Dinteville Fouquerolles* & *Iaucourt*, aureos falculis & lingua rubentibus in cæruleo *Roumilly la Chesnelaye*, argenteos in rubeo *Sorel*. Tres aureos, coronis, falculis & linguis cocco tinctis in clypeo cæruleo *Caumont* [unde Duces Forcæi.] aureos, alterius metalli unguibus in coccineo *Maubech*. Plurium in eodem scuto.

§. XXVII. Capita leopardina, seu leonina adversa dicere malis [Symboli rationem explicat Gelen. de Colon. Agr. magn. l. 2. s. 41. p. 211. *Quoniam præcipua leonis vis in oculis & terror in rugis frontis consistit: aptissimum militaris ferociæ & incutiendi metus emblema est. Est vultus torvus & ferocior militaris animi indicium, unde nonnulli Cæsares ad ferociam vultum componebant &c.*] Ista in clypeis notavi; singula; aureum lingua sanguinea in parma cærulea *des Lions d'Espaux*, aureum, inserto naribus ejusdem metalli annulo [*baillonnée d'un anneau seu bouclée.*] in coccinea *Baillon de Forges*. Terna argentea in area viridi *Buchholz* [Bar. in 1. 4.] (α) aurea coronata exertis linguis torvè intuentia in nigra *Gryn* [Colon.] (β) aurea [addito in corde scuti orbe seu Byzantino numo aureo] in solo cæruleo *Fichart* [Patrit. Francof.] (γ) aurea linguis sanguineis in cæruleo *des dormants*, cyanea, coronata & linguata rubeo colore, in argenteo *Beré* [Normann.] In area transversè secta, cujus superiora cærulea, inferiora aurea totidem alternantibus coloribus picta *Fernberger zu Eyenberg* [in 1. & 4. primi & quarti quandrantis vid. s. 1. m. 1. n. 66. [Austr.] (δ) Capita leopardina.

§. XXVIII. Pardus seu panthera maculis sparsa, ab aliquibus hieroglyphicum vanitatis & perfidiæ fingitur; unde: ajunt Joanni Veromanduo ob feloniam ademtis propriis armis datum esse scutum rubeum, panthera argentea insigne apud Joh. de Bado aureo p. 13. signum est conditionis servilis præteritæ vel omissæ. Verum non semel diximus, sequiores illas interpretationes otiosorum videri somnia. Unde nihil mali de familiis ominabimur, quæ animal hoc gerunt; quales sunt *Ahaim* [Bav.] (ε) gestans in parma argentea pardum rubeum maculis albis sparsum & [nisi me oculi fallunt.] *Elsenbeck* [Bav.] (ζ) in aurea nigrum. Addimus feritate cognatam *Tygrida*, maculis oblongis insignitam. Talem autem in scuto rubeo Achilli adsignant ap. *Hæping. de Iur. inf. c.* 2. §. 10. *n.* 1009. Argenteam rubeo laterculo inserit *Kolnitz* [Bar. in 2. & 3.] (η) Pardus, tygris.

§. XXIX. Cum ad pardos nos leo duxerit, *ad gryphes* etiam ducit: horum enim corporis pars posterior leonis figuræ est. Unde non tam animalis extantis figura, quam hieroglyphicum ob conjunctionem leonis & aquilæ, sapientiæ vel etiam celeritatis cum fortitudine juncta creditur. Auribus etiam prominentibus attentionem ad consilium denotari existimant. vid. Alcas. ad Apocal. L. 3. c. 4. p. 341. Alii etiam symbolum roboris, velocitatis & vigilantiæ quærunt in hac figura. Promtitudinis item ad audiendum, quæ in magistratu requiritur. Cyr. Spangenb. Adelsp. P. 2. L. 12. c. 46. p. 336. Gryphus.

§. XXX. Exempla Gryphorum plurima infra occurrent in Histor. insign. L. 1. c. 13. in insign. Brandenburgicis. Alia hic addemus. Gestans nigrum in clypeo argenteo *Brulon la Musse*, *Schefeld*, [Silef.] sed unguibus aureis minacem (θ) *Schweighard* [Bav.] sed aureis alis & corona (ι) nigrum in aureo *Greiffen* [Silef.] (κ) *Albrechtsheim* [Bav.] (λ) aureum in rubeo *du Tour*, *Fridesheim* [Austr.] in 2. & 3. (μ) & [sed coronatum in bipertiti priori latere] Eck. Exempla.

(α) Wap. I. p. 31. Cygnus candidus de Laciniis, vid. c. 6. n. 25. (β) Galeam magno hiatu leoninus manducus ore premere & absorbere videtur, & supra manduci verticem ex aurea corona emergit atra plumaria panicula. (γ) Wap. I. p. 211. Galeæ coronatæ imminens globus aureus inter expansas alas cæruleas singulis stellis aureis impressas. (δ) Wap. I. p. 36. coronatæ cassidi inter cornua duo, quorum prius auro & ciano secatur, posterius argenteis, & miniatis segmentis pingitur cauda pavonina. (ε) Wap. I. p. 77. duo cornua rubea, ternis singula candidis struthionicis plumis ornata. (ζ) Wap. I. p. 97. ex coronata casside prodiens eadem fera.

(η) Wap. I. p. 32. tygris scutaria insidet cassidi coronatæ.

(θ) Wap. I. p. 66. inter duas nigras erecta pluma struthionica argentea.

(ι) Wap. I. p. 92. ex coronata galea prorumpens gryphus scutarius.

(κ) Wap. I. p. 67. ex coronata galea exurgens gryphus scutarius.

(λ) Wap. I. p. 81. ex coronata casside gryphus prorumpens.

(μ) Wap. I. p. 37. ex coronata galea erumpens gryphus.

[Carinth.] (α) aureum in nigro coronatum *Cremmer de Künigshofen* [Auſtr.] (β) rubeum in aureo *River* [Angl.] & (ſed in bipertiti ſcuti parte anteriori, poſteriorem enim auream faſcia nigra ornat) unguibus ferrum geſtantem *Büttner* [Sileſ.] (γ) argenteum in rubeo *Odorsky* [Sileſ.] (δ) aureum coronatum in nigro *Douiat*, ſine corona *Fridwirth zum Fridhof* [Auſtr.] (ε) *Rauchberg* [Styr. in 2. & 3.] (ζ) In cæruleo aureum *Greiffenberg* [Auſtr. 2. & 3.] (η) (inſiſtentem nigri tricipiti argenteæ) *Kiner de Scharpfenſtein* [Sileſ.] (θ) coronatum, lingua ſanguinea, oculo argenteo, dextris falculis elevatis nudum acinacem auro inſtructum, ſiniſtris depreſſis tres roſas rubeas, viridi ramulo foliato ſuſtentatas tenentem, in pede ſcuti corona aurea ſuſtentatum *Eſterhaſi* [Ungar.] argenteum coronatum & plumis ſtruthionicis ornatum in ſcuto ex angulo ſiniſtro ſecto, cujus ſuperiora aurea, ulteriora rubea *Hutter de Huttershofen* [Auſtr. in 2. & 3.] (ι) In ſcuto transversè ex minio & argento ſecto, gryphus pingitur iisdem, ſed inverſo ſitu coloribus *Bompart.* [Delfin.] Gryphus naſcens niger in aurea ſcuti transversè ſecti, & inferius cyaneo colore tincti ſuperiori parte, inſigne eſt fam. *Rauſcher* [Francof. Patrit.] (κ) *Arverniæ* com. vetera inſignia dicunt repræſentaſſe gryphum ſuperiori corporis parte rubeum, inferiori viridem in parma aurea. Tres gryphos cæruleos, coccineis corona, linguis & unguibus, in parma aurea *L'Aubeſpin.* Gryphus naſcens argenteus in ſcuti ſecti, cujus inferiora rubent, ſuperiori parte nigra *Laſſerwitz* [Sileſ.] (λ)

Pedes gryphorum.

§. XXXI. Pedes gryphorum aliquot obſervavi in ſcutis. Tres nigros, ſanguineis unguibus, in argenteo *Gräffar*, argenteos in praſino *Buade* [Vaſcon.] Huc etiam ſpectat apex *Greiffenclauiorum* ipſo nomine indice in Hiſt. inſign. L. 3. c. 21. Gryphi caput cum collo avulſum nigrum in aurea parma *Hantzſchke* [Sileſ.] (μ)

Gryphus vel fera alis deſtituta.

§. XXXII. Gryphibus video etiam annumerari feram, alis tamen deſtitutam, ex cujus oculis, cruribus & ore flammæ promicant: in inſignibus *Styriæ* [vocatur Steir ſ. Stier] ea fera argentea ornat clypeum viridem, pro familia *Stahrenberg* aurea rubeum, *Steirer de Berneck* nigra argenteum, *Hohenberg* in Auſtria argentea nigrum, Spangenb. Adelſp. P. 2. L. 12. c. 35. p. 323. *Goldſtein* (ν) [Patrit. Francof.] ſed ut flammæ rubeæ, non niſi ex ore promicent. Huc retulerim quæ ſine flammis hujusmodi rubea in aureo ſcuto comparet notandæ famil. *Vnruhe* [Sileſ.] (ξ) & quæ nigra auro coronata in media parma argentea *Dn. de Oeth* [Auſtr.] (ο) Caput & collum hujusmodi feræ ignivomæ in ſcuto bipertito ex cocco & auro vilitur tinctura alternante notandæ familiæ *Teuffel de Pirckenſee* [Bav.] (π) Reſpicitur ad nomen, cum hoc fere modo cacodæmon pingi ſoleat.

§. XXXIII. In natura extet unicornu ſeu monoceros, uti pingitur, nec ne, hujus loci non eſt disquiſitio. Conf. *Thuan.* L. 64. p. 322. ſaltem in ſcutis non infrequens eſt feræ hujus figura: & quidem naturali ſuo ſitu ſaliens repræſentatur: Si verò conſideat, gradiatur, vel alio ſitu ſit: id exprimendum eſt. Præterea tinctura jubæ, barbæ, ungularum & cornu notari ſolet. Quod hieroglyphicum concernit, aliqui illis δεῖγμα adſignant, qui fœminarum pudicitiam defendiſſent ap. Hæping. de Jur. inſ. c. 5. n. 11. idem c. 9.

(α) Wap. I. p. 46. inter duo cornua argenteum & rubeum, quibus quà aperiuntur ternæ ſtruthionicæ plumæ argenteæ & coccineæ imponuntur, gryphus ex coronata galea exurgit. Lacin. hinc nigræ & aureæ, iſthinc argenteæ & coccineæ. Conf. ſ. 1. m. 2. n. 20. (β) Wap. I. p. 40. ex galea coronata gryphus exſurgens aureus coronatus. Lacin. hinc nigræ & aureæ, iſthinc ob aream 2. & 3. vid. ſ. 1. m. 1. n. 93. argenteæ & rubeæ. (γ) Wap. I. p. 63. Inter duas alas rubeas ejusdem coloris gryphus è coronata caſſide exoriens utrinque ferrum oſtentans. (δ) Wap. I. p. 74. anſer argenteus. (ε) Wap. I. p. 41. gryphus ſcutarius ex coronata galea proſiliens. (ζ) Wap. I. p. 48. coronatæ galeæ impoſitus gryphus ſcutarius. (η) Wap. I. p. 40. reſpondet hinc & areæ, de qua ſ. 6. m. 3. n. 7. galea prior coronata, in qua inter duo cornua argenteum & nigrum gryphus exſurgens. (θ) Wap. I. inter duo cornua, quorum prius cocco & auro, alterum auro & cæruleo colore tingitur, exurgit è galea coronata gryphus lapidem acutum argenteum gerens & oſtentans. (ι) Wap. I. p. 38. ex coronata galea gryphus argenteus, roſtro calcar geſtans aureum, coronatus & ornatus plumis tribus ſtruthionicis, quorum extremæ duæ aureæ, media coccineæ. (κ) Galeæ diademate tortili ex cyano & auro contectæ inter 2. cornua aureum & cæruleum exurgens gryphus ſcutarius. Laciniæ hinc aureæ & nigræ, illinc aureæ & cæruleæ. (λ) Wap. I. p. 59. erumpens gryphus ſcutarius. Lacin. argent. & nigræ. (μ) Wap. I. p. 92. pluma ſtruthionica nigra. (ν) Fera ſcutaria exurgens, flammas aureas evomens. (ξ) Wap. I. p. 55. coronatæ galeæ inſiſtit molaris lapis argenteus plumis ſtruthionicis aurea, argentea, rubea faſtigiatus: quem tanquam tenentium conſpiciuntur pedum alius feræ extrema rubea. (ο) Wap. I. p. 34. ex coronata galea prorumpens fera ſcutaria nigra, colli ornamentis (der Kamm) aureo, & pennis pavoninis inſtructo. (π) Wap. I. p. 96. ex coronata galea imago ſcutaria bicolor.

c. 9. n. 220. omnium virtutum, quæ militem decent, imaginem facit. Aliis signum est animositatis, amoris in virtutem, vitiorum fugæ. Wap. P. 3. præfar. n. 14.

§. XXXIV. Conspicitur monoceros in clypeo cyaneo argenteus *Vallon* (Divionens.) & (sed ut incedens pingatur.) *Montbize Benard.* saliens fasciolis obliquis coccineis & argenteis distinctus in cæruleo *Schirauw* [Silef.] (α) argenteus in nigro *Nusdorff* [Bav.] (β) argenteus in rubeo *Kneysel* [Austr.] (γ) niger in argenteo *Heyrling.* [Tirol. in 1. & 4.] (δ) rubeus coronatus in argenteo *Ebersdorff* [Tirol. in 1. & 4.] (ε) argenteus aurea corona & cornu in rubeo *Gallen de Gallenstein* [Styr.] (ζ) argenteus in cæruleo *Wallenfels* [Franc.] (η) Tres nigri in cæruleo *Le Cirier de Neufchelles.* Monoceros exoriens, seu anteriora ejus, argento tincta in scuto rubeo *Krotendorff* [Bavar.] (θ) cæruleo *Regeldorf* [Bavar.] (ι) niger (sanguineus guttis rubeis è sectione destillantibus) in argento *Bergkhofen* [Bav.] (κ) aureus in nigro *Berwang* [Bav.] (λ) Monoceros exoriens repræsentatur in clypei transversè secti, cujus inferior pars aurata est, superiori parte nigra aureus *Ioham de Mundolzheim* [Alsat. & Patrit. Francof.] (μ) Cum collo caput unicornu argenteum inscribit parmæ cæruleæ, imposito cephalo aureo tribus alis nigris impresso *Chevalier*, simile argenteum coronatum auro, & ex cornu extremo dependente annulo aureo, cui sapphirus insertus est rubenti *Schondorf* [1. Bav.] (ν) Tria capita monocerotis argentea inserit areæ cæruleæ *Mainardeau.* Exempla.

§. XXXV. *Elephas* quadrupedes alias vincens magnitudine plurium virtutum, quarum imago in eo reperitur, symbolum esse potest, prudentiæ, clementiæ regiæ, pietatis, fortitudinis. Conf. Cyr. Spangenb. Adelsp. P. 2. l. 12. c. 46. p. 335. b. Exemplum in scuto *Helfensteiniorum* comitum, ubi elephas argenteus in area coccinea lineæ aureæ insistit. Vid. Hist. insign. l. 1. c. 35. n. 4. de proboscide ejus, ut aliquibus videtur, cum verius sit cornuum species, conf. c. 6. n. 40. An dentes ejus credemus, quos tres nigros in rubeo scuto repræsentant *Auer de Tobel* [Bav.] (ξ) Elephas.

§. XXXVI. In urso præter situm, quo vel gradiens [*passant*] vel erectus [*Dressé en pied* seu *sur pied*] vel pedibus ad prædam divaricatis (rampant) pingitur, oculorum, linguæ, & si adsit, armillæ tinctura observari solet, *allumé*, *langué*, *accollé*. Id vero perpetuum est, quod unico tantum oculo, atque ita nunquam adverso capite repræsentatur. In antiquitate Protesilao duos ursos nigros erectos se invicem respicientes in clypeo aureo assignare solent ap. Hæping. Jur. inf. c. 2. §. 10. n. 1009. apud eundem n. 1014. ursa antiquorum Gothorum insigne est. Symbola vero varia quærunt; *Ioh. de Bado aureo* dat ursum forti bellatori, qui prudens non sit, alii terrestribus dedito. Alii homini initio dissoluto, dein modesto, cum ursæ fœtus lambiendo præficiatur. Alii viro forti, & solerti: aut etiam iracundo. Ursæ capite, quod invalidissimum est, Pierius civitatem ab imbecillo rectam principe denotare vult. Gelen. de Col. Agr. magn. l. 2. f. 44. p. 213. *Tesserani ursi ad explicandas militares excellentias variæ sunt interpretationes. Primo enim cum Heroum filii dicantur noxæ, ursus quasi orsus à limatione fœtus dictus solicitam liberorum educationem significat. Secundo ab urgendo volunt dictum, & sic interpretantur viri militaris esse, non lubrico impetu res moliri, sed peragere & fortiter cæptis insistere. Tertio volunt ursum esse characterem solertiæ humanæ, quod licet membris & toto sit obesus corpore, aptus tamen, flexibilis & dexter sit ad omnem usum, demum quod ursus firmus sit pedibus, & rectus incedat, sicut militem constantia & justitia decent.* Conf. Cyr. Spangenb. Adelsp. p. 2. l. 12. c. 46. p. 335. Ursus.

§. XXXVII. Quod exempla concernit, celebris inprimis est ursus niger in baltheo aureo parmæ rubeæ inducto gradiens, quo ob nomen & captum, cum extruendæ urbi ligna cæderentur, fera denotatur *Bernæ* (civ. & Canto Helvetiæ) ab hoc enim monetæ nomen, Exempla.

(α) Wap. I. p. 69. προτομὴ scutarii unicornu. (β) Wap. I. p. 77. ex coronata casside exurgens monoceros. (γ) Wap. I. p. 39. ex coronata galea prosiliens monoceros. (δ) Wap. I. p. 43. ex coronata galea inter alas, nigram argenteo baltheo, & auream cuspidibus scutariis insignitas, exurgens monoceros. Conf. rationem alterius alæ S. 1. m. 2. n. 33. (ε) Wap. I. p. 44. Monoceros scutarius ex coronata galea prorumpens. (ζ) Wap. I. p. 48. ex coronata galea monoceros scutarius erumpens. (η) Wap. I. p. 104. coronatæ galeæ insidet unicornu. (θ) Wap. I. p. 80. è coronata galea exurgens monoceros. (ι) Wap. I. p. 86. monoceros prorumpens argenteus. (κ) Wap. I. p. 80. è galea corona prorumpens fera scuti. (λ) Wap. I. p. 83. exurgens monoceros ex auro. (μ) Wap. I. p. 196. ex corona galeæ imposita prominens προτομὴ monocerotis. (ν) Wap. I. p. 97. ex casside coronata monoceros scutarius prorumpens, additis coronæ pavoninis pennis. (ξ) Wap. I. p. 80. ex coronata cassidis prominentia duo cornua, rubeum & nigrum: quæ etiam tinctura laciniarum.

nomen, ut unciales Bernenſes ab hoc urſo **Bärenthaler** dicantur: & **Batzen** ſ. baciones, vel bazii ab urſo minori **Betz** ſeu **Betzle**. Quod nomen per non exiguam partem Germaniæ obtinet. Vid. Hæping. de Jur. inſign. c. 10. §. 1. p. 109. & quod colores aliquoties variati ſint. c. 6. n. 1190. ex Stumpfio. Alia addamus exempla. Geſtant ergo urſum nigrum erectum (lingua ſanguinea) in clypeo argenteo *Appenzell* (ex Cantonibus Helvet.) (α) Itidem nigrum cum argenteo colli vinculo in aureo *Birckelin* [quaſi Beerlin. Colon.] (β) iterum nigrum erectum in aureo *Spiller* (Auſtr. in 1. & 3.) (γ) ſimilem [ſed addita armilla] *S. Gallen* ſ. *Galli fanum* [civit.] (δ) ſimilem (ſed pedibus anterioribus ignem rubeum portantem) *L'Anchiſe*, item nigrum ſecurem (**eine Hacke**/ ut nomen reſpondeat) geſtante in aureo *Häckelöder* [Bav.] (ε) nigrum in ſectione ſcuti diagonali, cujus inferior pars rubet, ſuperior vel ulterior argento candet, gradientem *Kärgl* [Bav.] (ζ) erectum rubeum inaurato ad collum loco annulato revinctum in argenteo *de Horn* [Colon.] (η) erectum trunco arboris aſſiſtentem omnia ex nativo colore in viridi *Beriſche* [Bohem. & ex eo Miſn.] (θ) rubeum divaricatis pedibus raptui intentum in ſcuto aureo *Albe* [Provinc.] ſimilem aureum in nigro *Orly* [Delfin.] in aureo urſum nigrum alligatum aurea catena columnæ ejusdem metalli, ſuperincumbente his aquila expanſa nigra, *Ceſarini* [Roman.] in argentea area urſus nativo colore piſcem ore geſtans ex undis emergens geſtatur à *Strutzen* [Auſtr.] (ι) in aurea aſcendens nativo colore priori pede premens annulum aureum turcoide ornatum, *Balck* [Sileſ.] (κ) in aurea, quæ area parmæ bipertitæ prior eſt, (nam altera argentea lilium cæruleum complectitur) aſcendens ſuper flumine deorſum fluente, colore naturali *Wildperger*. [Auſtr.] (λ) Duo averſi aurei in cæruleo ſcuto *Vrſeoli* [Venet.] Huc capita urſina referamus, qualia avulſa 3. nigra obligata capiſtris (*emmuſelées* ſ. *emmufflées*) & catenulis ex auro, in parma argentea *Monſtrevil Bonnin* [Picton.] Similia tria adjicit faſciæ cæruleæ in ſcuto aureo *Plaſtrier*, caput urſinum cum collo nigra ex aurea corona emergens in ſcuto argenteo *Libmänner de Truſch* [Carinth.] (μ) item nigrum lingua cruenta in argenteo *Egolfſtein* [Franc.] (ν) Nec non pedes urſinos reſectos vel avulſos (pattes d'ours, **Bärentatzen oder Bärentappen.**) Geſtat talem ſuo colore pictum in parmæ bipertitæ (cujus alterum latus cæruleum eſt) priori parte argentea. *Lütticz* [Sileſ.] (ξ) tales duos nigros, ſectione cruenta apparente, decuſſatim locatos in parma argentea *Pfeil* [Sileſ.] (ο) & *von der Harte* [Sileſ.] (π) itidem duos reſectos vulnere cruento nigros decuſſatos in aureo *Prockendorff* [Bav.] (ρ) & *Franckenreiter* [Bav. hac ſola differentia, quod decuſſati: hi quidem etiam ſunt, ſed extrema erga ſe iterum converſa] (σ) duos ſupernum converſos argenteos in rubea area, & tres nigros in argentea transverſim deſcriptos uni ſcuto quadripertitim inſerunt *Vinther de Platſch* [Tirol.] (τ) duos evulſos, argenteum & nigrum, in ſcuto bipertito nigro & argenteo *Fierer* [Auſtr.] (υ) duos ex imo ſcuti margine ſurſum porrectos, & ſingulos binis flammis rubeis aſcendentibus inſignitos in ſcuto bipertito ex argento & nigro, tinctura oppoſita, inficit *Ottenperg* [Bav.] (φ)

§. XXXVIII.

(α) Wap. I. p. 222. (β) Urſus ſcutarius erumpens. (γ) Wap. I. p. 35. ex galea coronata urſus exoriens pedibus tenens alveolum luſorium ex minio & argento teſſellis: ob alterum laterculum. vid. c. 5. ſ. 1. m. 2. n. 11. 13. (δ) Wap. I. p. 222. (ε) Wap. I. p. 86. ex coronata caſſide urſus ſcutarius exurgens. (ζ) Wap. I. p. 81. coronatæ caſſidi inter cornua argenteum & rubeum inſidens urſus. (η) Urſus ſcutarius erumpens. (θ) Herma cataphracti, thorace ferrea, lorica viridi, pileo tectus, ex quo dependet pluma ſtruthionica cærulea; laciniæ praſinæ & cæruleæ. (ι) Wap. I. p. 36. inter ternas utrinque ſtruthionicas plumas, hinc aureas duas & unam nigram, iſthinc oppoſita tinctura, ex coronata caſſide exurgit urſus piſcem ore gerens. (κ) Wap. I. p. 71. inter nigrum & rubeum pluma ſtruthionica aurea. (λ) Wap. I. p. 41. ex coronata galea urſus niger prorumpit. Lacin. hinc aureæ & nigræ: iſthinc argent. & cærul. (μ) Wap. I. p. 47. ex coronata galea caput urſinum. (ν) Wap. I. p. 100. ſcutaria figura. (ξ) Wap. I. p. 70. duos pedes urſini ſuo colore tincti. (ο) Wap. I. p. 50. Poſt argenteam alia latens nigra ala. (π) Wap. I. p. 68. duo pedes urſini. (ρ) Wap. I. p. 97. caſſidi coronatæ impoſiti duo pedes urſini. (σ) Wap. I. p. 97. coronatæ galeæ impoſiti duo pedes ſcutarii. (τ) Wap. I. p. 42. duæ galeæ coronatæ, ex quarum altera duo pedes urſini argentei, ex altera nigri protenduntur. Laciniæ hinc argenteæ & rubeæ, iſthinc atræ & aureæ. (υ) Wap. I. p. 35. inter alas duas transverſè ſectas ex nigro & impreſſis duabus aureis, & minio, impreſſa una argentea, ſtellis duo pedes urſini argent. & nigr. Laciniæ hinc rubeæ & nigræ, iſthinc nigræ & argenteæ. (φ) Wap. I. p. 88. ex coronata galea duo pedes urſini rubeis binis flammis impreſſis.

§. XXXIIX. *Lupus* sequatur, Martium animal, & ob hoc apud gentiles Marti sacrum, atque Romæ inter signa militaria. Creditur symbolum indefessi & vigilantissimi belli Ducis. Nec non, qui hostem solerter aggredi noverit. Cyr. Spangenb. Adelsp. p. 2. l. 12. c. 46. p. 337. b. Potest tamen etiam à venatione luporum figura originem trahere. Amplius solertiæ, & velut olim ap. Græcos ob visum acutum soli sacer fuit, vigilantiæ nota esse potest. *Hæping. de Iur. insign. c. 9. n. 202. seq.* Apud Ægyptios in hieroglyphicis designabat raptorem, voracem atque famis impatientem: si caudam sub ventrem reduceret, eum qui à potentiori oppressus, se in tuta receperit, glabra extrema cauda, in hostes elapsum, sed qui parva admodum jactura evasisset: tum notabat etiam peregrinum, ut taurus indigenam. Aliis hostem irreconciliabilem. Nonnunquam lupa (si in deteriorem partem detorquens, impudicitiæ nota) pingitur, uberibus sexus indice. Hæc aurea in cæruleo apud *Hæping. Senensium* signum est, de Jur. inf. c. 17. §. 15. n. 489. inde donum Reipublicæ accepit, & sui scuti quartæ areæ inseruit Blasius *Monlucius*. *Luynius* Connestab. Franciæ, in 2. quadrante cæruleo gestabat 2. lupas adversas. Lupus.

§. XXXIX. Ordinarius situs ejus est, ad prædam intenti, vel auferentis (*ravissant*) Gestat lupum cæruleum coronatum auro in parma media argentea *dom. Welzer de Spiegelfeld* [Austr.] (α) cæruleum in argento *Blanckenfels* [Bav] (β) & *Wichsenstein* [Franc.] (γ) argenteum in rubeo (paronomasia) *Wolf* [Franc.] (δ) aureum in clypeo rubeo *Loubers Verdalle*, cæruleum lingua & unguibus sanguineis in aureo *Agoult* de *Sault*, argenteum in nigro *Babuno la Demiville* (Britann.) aureum in cæruleo *Monluc* in 1. quadr. naturali colore pictum, considentem in aureo *Wolff* [Patrit. Francofurt.] (ε) pariter nigrum in scuti aurei bipertiti, cujus posteriorem partem duæ fasciæ aliæ exornant, anteriori parte *Sundhausen* (ζ) [Patrit. Francof.] itidem naturali colore pictum, atque ore anserem candidum gestantem, & argentea fascia media sui parte revinctum, adjecta in scuti rubei ungulo dextro rosa candida *Nobeck* [Silef.] (η) aureum (sed gradientem) in cæruleo *Le Loup Bellenave*, rubeum in aureo, sed cerasis cum petiolis coccineis sparso (noyaux de cerises & queues) *Noailles*, naturali colore pictum, sagittam itidem suo colore tinctam, gefiedert / nisi quod pinnæ rubent, confringentem, in parma transversè secta, quæ superius cærulea, inferius aurea est, (sed toti fera incumbit) *Furſten* [Silef.] (θ) Graditur lupus argenteus in rubeo *Fisdhorn* [Franc.] (ι) In transversè secti scuti superiori parte cærulea laciniola trium segmentorum argentea, inferiori argentea lupus nativi coloris *Wolf dict. de Metternich* (κ) [Westphal.] De hoc symbolo ita philosophatur Gelen. de Colon. Agr. magn. l. 2. f. 24. p. 130. *quasi secaretur terrarum orbis Horizontis circulo, ut pinnata fascia scutoque significent se ex altero Horizonte rediisse claros murali corona, vel facinore occupati, aut tutati pontis.* Duos rubeos lupos gradientes (oculis evulsis) in scuto aureo gestat familia *Osoria* (Hispan.) nigros oviculas candidas dorsis gestantes in aureo *Avellaneda* (Hispan.) Lupus biceps nativo colore in pedis scutarii bipertiti latere sinistro argenteo *Pezzen* [Austr.] (λ) Situs, exempla.

§. XL. Aliquando capita sola pinguntur. Caput lupi, cum collo argenteum in cæruleo *Ertbach* [Bav.] (μ) Capita lupina avulsa sanguinea inscribunt parmæ argenteæ *La Gobelaye Visdeloup*, argentea rubeæ *S. Amadour*, nigra in aurea *Louvancour de Vauchelles*. Lynx sui coloris in scuto cæruleo *Luxen* [Silef.] (ν) in rubeo, sed limbo aureo circumdato *Triebeneck* [Styr.] (ξ) Dimidia fera nativi coloris, in superiori parte Capita lupina, Lynx.

(α) Wap. I. p. 34. coronatæ galeæ insidens lupus coronatus scutarius. (β) Wap. I. p. 96. fœminea imago umbilicorenus apparens cæruleo amictu, caput redimiculo candido, & corona aurea ornata, brachia, quæ circumvolvunt singuli serpentes suo colore picti, manibus amputatis sursum tendens. (γ) Wap. I. p. 103. idem cum priori apex. Unde dispiciatur, eademnè diversis nominibus sit familia? (δ) Wap. I. p. 106. galea tegitur pileolo lato rubeo, ora reducta argentea, super eo προτομὴ lupi scutarii. (ε) Προτομὴ lupi scutarii. Laciniæ nigræ & aureæ. (ζ) Προτομὴ lupi nigri retrospicientis & agnum argenteum ore ferentis. (η) Wap. I. p. 56. rosa candida auro gemmata & foliata. Lacin. rubeæ & argenteæ. (θ) Wap. I. p. 63. ex coronata galea exurgens lupus sagittam confringens. (ι) Wap. I. p. 106. jugum complicatum alarum rubearum. (κ) Wap. I. p. 190. ex galea diademate torrili tecta exsurgens προτομὴ lupi scutarii. Laciniæ argenteæ & cæruleæ. (λ) Wap. I. p. 41. lupus biceps ex aurea corona prorumpens. Laciniæ hinc (ob alias areolas) aureæ & atræ, isthinc argenteæ & rubeæ.

(μ) Wap. I. p. 95. figura scutaria.

(ν) Wap. I. p. 60. pileus cæruleus ora reducta argentea impositis 6. pennis ardeæ candidis. Lacin. cæruleæ & argent.

(ξ) Wap. I. p. 49. ex coronata galea exoriens lynx. Lacin. aureæ & rubeæ.

ſcuti cyanea, cujus inferior pars aurea in cuſpide triangulari cærulea ſtellam exprimit auream *Althamer* [Auſtr.] (α)

Vulpes. §. XLI. *Vulpes* aſtutiſſima aſtutiæ ſymbolum eſt. Inprimis hoc hieroglyphicum quærit *Vulſon de la Columb.* in vulpe aurea, in nigro caputio argenteum anſerculum collo geſtante, quam in parma coccinea defert famil. *Schaden von Liepold ſeu Leipoltz* [Haſſ.] (β) cæterum pingitur ordinarie erectus & pedibus divaricatis (*rampant*) nonnunquam gallinam, vel aliam avem raptam ore geſtans (*Raviſſant.*) Talis eſt ſuo colore picta avem candidam rapiens, in ſolo aureo *Brantſtein* [Miſn.] (γ) itidem ſui coloris anſerem argenteum rapiens in cæruleo *Dresker* [Sileſ.] (δ) Vulpes ſuo colore rincta in aureo ſolo *Fuchſen* [Sileſ.] (ε) & in argenteo *Mager de Fuchsſtatt* [Carinth.] (ζ) nigra in aureo *Schænkirchen* [Bar. in 2. 3.] (η) rubea in aureo *Fuchs* [Franc.] (θ) Tres vulpes geſtat cæruleas in clypeo argenteo *La Goupeliere*, aureas in cæruleo *La Renardiere.*

Aper. §. XLII. *Aper* (ſanglier) & in univerſum *porcus* ſymbolum habetur animoſitatis periculorum contemtricis, militis bene armati, finis belli agriculturæ, pernicitatis, præſagii futurorum, luxuriæ, invidiæ (juxta *Ioh. de Bado aureo*) fidei (quia cum in pacem & fœdera jurabatur, ſuem mactari & conſcindi moris erat) vaſtitatis. Porro fuit inter militaria Rem. ſigna quintum. *Feſtus*: *quia confecto bello, inter quos pax fieret, cæſa porca fœdus firmari ſolebat.* Forte eſt quia ſus (troja latinis vel ſcropha) Æneæ attribuitur, & in univerſam (neſcio an nominis analogia.) Trojanis. Unde Pomponius Sabinus narrat, Antenorem poſuiſſe ſuem in aureo vexillo. Conf. *Hæping. de Iur. inſ.* l. 1. n. 32. c. 17. §. 15. n. 498. Sæculis ſequentibus Jonii juniores ſub Mag. peditum in occidente geſtabant aprum rufum erectum corpore, ſed in clunibus reſidentem, concolori limbos, in cærulea parma ap. *Panciroll. Principis purpureo colore nitentis bellica ferocitas per aprum indicatur ſedensque hoſtibus minatur, quaſi eos jam quieſcens ſit ſuperaturus.* In fabuloſam antiquitatem qui aſcendunt, apros duos aureos in rubeo clypeo Ajaci Telamonio affingunt ap. *Hæping. de Iur. inſign.* c. 2. §. 10. n. 1009. Nec minus c. 3. §. 36. Polynici aper datur. c. 2. §. 10. n. 998. Marcomannorum emblema eſt. De cætero ex diſciplina fecialium obſervatio eſt dentium (*deffenſes*) atque oculorum tinctura, roſtrum (*Muſeau ſeu boutoir*) membrum pudendum (la Vilainie) ſi à reliquo differant corpore. Ratione ſitus ſemper pingitur gradilis.

Exempla. Sus. Caput aprugnum. §. XLIII. Exempla iſta ſunt. Utuntur apro argenteo ſaliente in rubea parma *Schweinichen* [Sileſ.] (ι) nigro ſaliente, cujus dentes albicant, lingua rubet, in argentea *zum Weddel* (Francof.) ejusdem ſitus nigro, vulnere in latere cruento apparente, in argentea *Schweinbock* [Bavar.] (κ) rubeo in argentea *Trewarthean*, atro in aurea *Gilpiain* & *le Porc*, atque cane rubeo cum morſu detinente (Colerè par un limier) *Buatier* (Lugdun.) nigro dentibus candidis in argenteo ſolo, adjecto cephalo cæruleo, figuram lunæ creſcentis argenteam inter duos flores pentaphyllos complexo *Abelly.* Apri anteriora nigra in argenteo (ob nomen) *Eberſpach* [Bav.] (λ) item nigra in argentea ſectione apparente cruenta *Secnus de Freidenberg* [Carinth. in 2. & 3.] (μ) in ſcuto transversè ſecto, cujus ſuperiora argento, inferiora nigro colore tinguntur, alternantibus coloribus picta Gænger [Auſtr. in 2. & 3.] (ν) Suem repræſentat in ſcuto aureo nigram, telluri viridi inſiſtentem *Porcelos* (Hiſpan.) ſex nefrendes nigros in aureo *Hotot.* Huc caput apri (*hure*) frequentem in ſcutis figuram, reducimus: hanc Meleager à Caly-

(α) Wap. I. p. 39. ex coronata galea inter alas expanſas, quarum ſuperiora auro, inferiora cæruleo colore inficiuntur lyncis προτομὴ. (β) Wap. I. p. 143. προτομὴ vulpis ſcutariæ. Lacin. argenteæ & nigræ. Quod cum regulis vix convenit. (γ) Wap. I. p. 159. ex coronata galea prominens vulpes ſcutaria. Lacinias video notatas aureas & nigras. Sibmacher vocat lupum. (δ) Wap. I. p. 58. vulpes ſcutaria in galea ſalit. (ε) Wap. I. p. 62. vulpes ſcutaria inſidens pileo lato rubeo, cujus ora pellibus muris pontici farta. Lacin. aureæ & rubeæ. (ζ) Wap. I. p. 46. Galeæ duæ: de altera agetur c. 6. n. 17. cum ſingulare quid habeat: priori coronatæ inſidens vulpecula. Laciniæ utrinque argenteæ & coccineæ. (η) Wap. I. p. 33. ex coronata galea herma muliebris aureo habitu fimbriis circa collum nigris, caput item pileo & ſtruthionicis plumis nigris tectus. (θ) Wap. I. p. 100. pileolo depreſſo rubeo, cujus ora reducitur auro, conſidens vulpecula rubea. (ι) Wap. I. p. 52. ex coronata caſſidi προτομὴ apri ſcutarii. An ſuem vel porcam dicamus ex nomine? (κ) Wap. I. p. 96. ex coronata galea aper ſcutarius erumpens. (λ) Wap. I. p. 92. προτομὴ apri. (μ) Wap. I. p. 45. ex coronata galea proſiliens aper ſcutarius. (ν) Wap. I. p. 35. ex galea coronata inter alas auream & nigram προτομὴ apri ſcutarii bicolor. Laciniæ atræ, addito hinc auro, iſthinc argento. Area 1. & 2. extat c. 5. ſ. 6. m. 1. n. 14.

à Calydoniis in fortitudinis signum ob aprum Ætolum recepit. Cæterum pingitur ordinariè arraché seu avulsum, rarò abscissum. Gestat caput nigrum dentibus candidis lingua & sectione cruentis, sursum conversum in parma aurea *Pülnhofen* [Bav.] (α) iterum nigrum dentibus candidis, lingua cruenta in aureo *Hasenburg* [Bav.] (β) suo colore tinctum in parma ex auro & minio bipertita *Livenburger* seu *Lunenburger* [Patrit. Francof.] (γ) nigrum in aurea, addito subtus brachio rubeo, quod manu rictum apri tentat *Milchelsdorf* [Silef.] (δ) eodem plane modo, nisi quod aurum aream in argentum mutatur, *Danewitz* [Silef.] (ε) [cogitetur, an familia sit eadem, & hæc metalli variatio diversas tantum lineas notet?] Tria nigra in argenteo scuto *Pontcorlé*, *Godefre*, *Prevost du Teil*, nigra in aureo *Lübthaler* [Silef.] (ζ) *Donon* & [sed oculis & dentibus argento tinctis] *Baillou*, caput cum collo nigrum, dentibus candidis, vulnere cruento in aureo *Gruber de Peterskirck* [Bav.] (η)

§. XLIV. *Hystrix* seu erinaceus marinus [porusp ic.] notare posset virum, qui hostibus formidabilis, suis præsidio est. Spicula sunt humili pax hæc, sed bella superbo. Tres aureæ tincturæ gestat *Le Coigneux* in scuto cæruleo, *Erinaceos* [herissons.] tres nigros inscribunt argenteæ parmæ ob nomen *Heriçon*, aureos in cæruleo *Henricii* [Angl.] Hyſtrix. Erinaceus.

§. XLV. Cervus ex nobilioribus habetur feris, & eorum venatio plerumque magnatum exercitio reservatur: unde nonnunquam ejus imago in clypeis cæsi in venatione nobili alicujus cervi memoriam servare potest. Alioqui varias symbolicas quærunt significationes, mansuetudinis, & vivacitatis [quia sine felle sit, & ob hoc longævus] peritiæ militaris, mutui auxilii, acris auditus, desiderii, potentiæ, honoris, agilitatis, requiei laboribus interpositæ, amicitiæ, perfectionis, timoris, fugacitatis, providentiæ. Cyr. Spangenb. **Adelsp.** P. 2. L. 12. c. 46. p. 336. Uptonus putat primum assumentum fuisse cantorem, vel harmoniæ amantem, sapientem, tempora prospicientem, & qui nisi paratus nolit aggredi hostem. Ita & *Ioh. de Bado aur.* p. 14. attribuit illis, qui in prima ætate pauperes, de anno in annum falcultatibus creverint, vel qui in actibus bellicosis prudens fuerit & subtilis. Termini de cervis usitati illi sunt; sommé, usurpatur de cornibus: *dagues* seu *cornichons*, vocantur ramuli, [*cheville dé . . . cornichons.* **Ein Hirschgeweih von so und so viel Enden**] si ramulorum numerus 13. excedit vocatur *sans nombre*, eo usque vero exprimendus est. *Massacre* vocatur caput cervinum cum cornibus adversum [quod in aliis *rencontre* solet dici, termino à quibusdam hîc etiam usitato.] *Rame* s. *ramure* parti cranii adhærens par cornuum. Situs ratione pingitur *gradiens*, *currens*, *cubans*, passant, courant, couché.

§. XLVI. Exempla in scutis cervorum sunt, rubei [cornibus aureis] in argenteo *Lotharingia* [si tamen traditio fide digna haberi posset] suo colore picti in aureo *Biberstein* in 1. [Silef.] (θ) nigri cornibus rubeis in argenteo *Brauchitsch* [Silef.] (ι) Salientis rubei in argenteo *Bocken* [Silef.] (κ) & *Hirschberg* [Franc.] (λ) gradientis in tricipiti colliculo argenteo aurei [cornibus argentatis.] in nigro *Brockendorf* [Silef.] (μ) salientis nigri in auro *Rimbaber* [Silef.] (ν) salientis aurei in cæruleo *Regau* [Bav.] (ξ) eodem situ, sed nativi coloris in transversè secto ex argento & minio *Mechwald* [Silef.] (ο) vel in cæruleo *Schlux* [Austr.] (π) aurei pedibus posterioribus monticulo tricolli aureo insistens, & salientis, corona etiam redimita, in nigro *Redinger* [Silef.] (ϱ) aurei in cæruleo *Sequiran* [Provinc.] & [cornuum Exempla.

 ramu-

(α) **Wap.** I. p. 77. coronatæ galeæ impositum caput apri sursum conversum. (β) **Wap.** I. p. 32. coronatæ galeæ impositum caput apri. (γ) inter duas alas, quarum altera auro, altera minio tincta est. (δ) **Wap.** I. p. 61. anser candidus. Lacin. aureæ & nigræ. (ε) **Wap.** I. p. 61. Cygnus candidus. (ζ) **Wap.** I. p. 57. caput apri insistit galeæ. (η) **Wap.** I. p. 85. ex coronata galea caput aprugnum scutarium.

(θ) **Wap.** I. p. 56. Laciniæ aureæ & coccineæ. Rubeus igitur color naturali colori cervi proxime accedere creditur. (ι) **Wap.** I. p. 56. Luna nigra cornibus galeæ insistens.

(κ) **Wap.** I. p. 62. cervus scutarius exsurgens. (λ) **Wap.** I. p. 101. ex coronatá galea duo cornua cervina argento & cocco distincta. (μ) **Wap.** I. p. 67. galea tegitur diademate tortili, cujus extrema vento ludum faciunt, desuper exsurgit è triplici monticulo προτομὴ scutarii cervi.

(ν) **Wap.** I. p. 68. cervus exoriens. (ξ) **Wap.** I. p. 85. ex coronata galea inter duo cornua cærulea prorumpens cervus aureus. (ο) **Wap.** I. p. 68. cervus exoriens. (π) **Wap.** I. p. 35. ex coronata galea, duæ alæ, quarum prior transversaria sectione aurea & cyanea, altera cyanea & aurea exoriens cervus scutarius. (ϱ) **Wap.** I. p. 63. ex coronata casside ante alam nigram exsurgens cervus coronatus aureus.

ramulis 13. naturali colore pictis, & addito cephalo scutario argenteo) *Bertrand.* rubei in argenteo *Chohan de Kocanday* (Brit.) argenteis in rubeo *Clermont en Bassigny*, argentei incumbentis telluri prasinæ, & sustinentis 4. spicas aureas in cæruleo *Cervini*, suo colore picti & salientis, sagitta aurea, cujus spiculum ferreum, cornua trajectus, in scuto transversè secto, superius cyaneo, inferius argenteo *Franckerum* [Silef.] (α) suo colore picti in parma diagonali sectione hinc cærulea, isthinc aurea *Holzer* [Austr. in 2. d. 3.] (β) Duos cervos aureos gestat in parma cyanea *Cervatos* (Hisp.)

Capita cervina, cornua.

§. XLVII. Capita cervina adversa cum cornibus visuntur, aureum in parma cyanea *Cadier* (Borbon.) aureum in rubeo *Kerharo* (Britann.) Tria rubea in argenteo Le Gras. Alicubi capita hæc non pinguntur, quod ordinarium est, adversa, sed laterali obtutu (*en pourfil.*) Ita in scuto aureo gestant caput cervinum rubeum *Krafthofen.* [Bav.] (γ) Caput cervinum cum collo nativi coloris exurgens ex corona aurea in scuto rubeo *Grimben* [Silef.] (δ) Paria cornuum cervinorum cum adnata parte cranii (ramc seu ramure, aliq. *Massacre*) reperiuntur ista. Miniata dactylis octo instructa in parma argentea *Hirtzlin* seu *Cervulini* [Colon.] (ε) argenteum interposita stella aurea in rubea parma *Aurifaber* [Silef.] (ζ) rubeum in argenteo *Castner de Schnadebach* [Bav.] (η) argentea in nigro Byzantinis argenteis seminato *Dassel.* Est ubi cornua cervina, vel singula, vel aliquot, sed dejuncta apparent. Cornu cervinum suo colore in areola aurea situ diag. sinistro *Biberstein* in 2. [Silef.] (θ) in rubea situ diagonali *dom. de Hornberg* [Austr. in 1. & 4.] (ι) aureum in cærulea, quam nigra fascia percurrit *Rzepitzker* [Silef.] (κ) nigrum incurvum in aurea *Behem* de *Adelhausen* [Bav.] (λ) rubeum ornat anteriorem partem argenteam scuti, cujus posteriorem rubeam cornu (quale in galeis solet repræsentari, & ab aliquibus proboscis elephanti, uti etiam Paillot explicat voce *proboscide*, creditur) bubalum argenteum insignit *Tschammer* [Silef.] (μ) iterum cornu cervinum & alterius generis aliud bubalum repandum argento pictas, illud tamen sinistro, hoc dextro situ in scuto rubeo *Lücke* [Silef.] (ν) pariter cervinum & bubalum argentea in nigro *Wentzky* [Silef.] (ξ) Aureum obliquo situ versus sinistrum angulum, quod in decussim trajicit rubea sagitta, ornat parmam cæruleam *Tabor* [Silef.] (ο) Duo cornua cervina nigra in auro *Poysel zu Hackenberg* [Bav.] (π) inferius conjuncta nativi coloris in cæruleo *Otterwolf* [Silef.] (ρ) vel in scuto bipertito ex nigro & argento inversa tinctura cornuum *Salldorf.* [Bav.] (σ) Tria cornua cervina nigra in argenteo *Platecorne*, tria cornua, quorum tertium duobus divaricatis, ut conjungantur, imponitur nigra in argento *Schlichting* [Silef.] (τ)

Hinnuli, Capreoli, Damæ, Alce,

§. XLIIX. Huc referemus etiam *hinnulos*, vel si pro cerva agnoscere velis, placet. Quod animal ex tricipiti colliculo nigro in parma rubea auro tinctum dimidia corporis parte exsurgit *Hinsperg* [Patrit. Francof.] (υ) Capreolus (*biche seu cheureil.*) huc etiam spectat. Capreolus (nam Sibmach. descriptio vocat **Reheböcklein**) niger in auro *Greyff* [Austr. in 2. & 3.] (φ) Capreolus suo colore pictus currens & transversè locato cornu cervino impositus, in baltheo cæruleo, quem in aurea parma stipant utrinque lilium cælestinum, *Eberhard. dict. Schwind* [Francof.] (χ) in Augusto diplomate nobilitatis

(α) Wap. I. p. 55. προτομὴ cervi scutarii. (β) Wap. I. p. 41. vid. s. 1. m. 1. n. 73. (γ) Wap. I. p. 82. ex coronata casside duo cornua cervina rubea. (δ) Wap. I. p. 69. cervi caput scutarium. Laciniæ argenteæ & coccineæ. (ε) Coronatæ galeæ cornua cervina imposita. (ζ) Wap. I. p. 63. coronatæ galeæ inter duo cornua cervina argentea stella aurea insistit. (η) Wap. I. p. 99. duo cornua cervina rubea. (θ) Wap. I. p. 56. (ι) Wap. I. p. 34. ex coronata galea prorumpens cervus suo colore, inter cornua erectus plumis struthionicis argenteis. Lacin. argent. & coccineæ. (κ) Wap. I. p. 75. ala cærulea, fascia nigra, cui inscripta stella aurea, insignis. Laciniæ aureæ duplicatæ hinc cæruleo, isthinc nigro colore. (λ) Wap. I. p. 93. quadrato pileolo rhombis cæruleis & argenteis distincto imposita cauda pavonina. (μ) Wap. I. p. 50. utrumque cornu scutarium. (ν) Wap. I. p. 62. pileus orientalis argento pictus, cujus ora rubet, in globulum aureum desinens, cui impositæ pennæ. (ξ) Wap. I. p. 73. duo cornua scutaria cervinum & bubalum. (ο) Wap. I. p. 50. ala nigra. (π) Wap. I. p. 84. coronatæ galeæ imposita duo cornua cervina. (ρ) Wap. I. p. 68. sed enim argentatæ plumæ struthionicis duplici serie altera super alteram dispositæ. Lacin. aureæ & cæruleæ. (σ) Wap. I. p. 87. ex corona galeæ duo cornua, argenteum & nigrum. (τ) Wap. I. p. 64. inter duas nigras erecta struthionica pluma argentata. (υ) Wap. I. p. 210. Eadem προτομὴ cum colliculis. (φ) Wap. I. p. 39. ex coronata galea exsurgens capreolus. (χ) Ex coronata galea adversa προτομὴ leonis coronati aurei (**gegenwerts über sich im vorder Theil mit gekrönten gelben Löwen**) utrinque falculis cervinum cornu apprehensum protendens (**mit ausspritzender Prancken in ieder des vorbeschriebenen sechszinckete Hirschgestehn haltend.**)

litatis collatæ ita verba sonant: **Ein gelb-oder goldfarber Schild / dadurch gehet von unten / hinden biß vorder Oberneck der Schrege nach ein breiter blauer oder lasurfarber Balcken / die für sich aufwerts zum Lauff-geschicktes Rehe in seiner natürlichen Farb / durch welches ein gelb-oder goldfarbes Hirschgestehm mit sechs Zincken gehet / in unter-und obern Seiten-Winckeln ein blau-oder lasur-farbe doppelte Lilien mit ihrem Bund.**) Caput capreoli argenteum, cornibus auro (aliqui addunt cyanum) pictis, ornat parmam nigram fam. *Lescot, de Lily* (Bria.) crus & pes capreoli **Rehschenckel** / confractum rubeum in scuto aureo *Hintzenhausen* [Bav.] (α) Tres capreoli pedes rubeos, ungulis aureis, in parma argentea sunt insigne *Beaumont* (Britann.) Nec non huc referimus damam vulgarem seu cervum platyceron, **Dam-Hirsch** seu **Dämmlein** / *daim*, hujus feræ tria capita aurea parmæ nigræ inscribit *la Rochedaim*, totam argento tinctam cyaneæ *Portner zu Teuren* [Bav.] (β) sui coloris baltheo sinistro nigro parmæ aureæ inducto *Zoppl zum Haus* [Austr. in 1. & 4.] (γ) tres gradientes & nigro tinctas aureæ *Trudaine*. Conf. *Dehm. dicti Rothfelser* (Misn.) super. c. 4. n. 30. *Alce* huc quoque referatur, quæ in insignibus *Courlandiæ* Ducum comparet. Caput alcis cum parte colli resectum nigrum, cornibus rubeis gestat in scuto argenteo *Abschaz* [Silef.] (δ)

§. XLIX. Lepores quidem & caniculos ob timiditatem excluſos vellet nobilium scutis *Campanile dell' armi*. c. 11. p. 15. sed qui dedignarentur nobiles animantem, quæ totius *Hispaniæ* symbolum est apud Chifflet. Anastas. Childer. c. 7. p. 98. Hieroglyphicum etiam in eo agnoscunt circumspectionis. Pingitur lepus vel currens, vel cubans. Leporem argenteum divaricatis pedibus dispositum (vel courant en bande) inscribit clypeo rubeo *Beynac*, currentem nativi coloris cæruleo (paronomasia) *Hasen* [Silef.] (ε) aureum in cæruleo nob nomen *Hasenburg* [Bar. in 1. & 4.] (ζ) Aliquando lepus erecto corpore posterioribus pedibus insidet. Talem gestat suo colore pictum in media parmula *Hastinger* [Austr.] (η) Tres cuniculos argenteos consistentes in scuto rubeo, ejusdem metalli fimbria striata circumducta gestant *Coneslii* [Angl.] Quatuor argenteos in rubeo *Aydie de Riberac*. Leporis πρότομη in rubeo laterculo. *Oth.* [Austr.] in 2. 3.] (θ) Lepus, vel cuniculus.

§. L. *Sciurus* (*escurieu*, **Eichhorn**) pingitur vel divaricatis pedibus, vel erectus (sur pied.) Fuere hæc olim insignia famil. *Westensee*, qua extincta cum Nicolaus c. Holsatiæ rogaretur, ut unicus superstes nothus legitimaretur, respondisse fertur: **Barmhertziger GOtt / es muß das Eichhörnlein nicht wieder auf den Baum steigen; die Wapen dieses Verstorbenen sind nun sehr schwach gewesen / lasset sie nicht wieder lebendig werden.** *Danckwerth* (Chronic. Holsat. l. 1. c. 3. p. 21. Gestant sciurum divaricatis pedibus rubeum in parma argentea *Fauquet*, currentem nigrum in argentea *Elnching* [Bavar.] (ι) Consistentem & comedentem rubeum in argentea parma superiori scuti transversè secti [inferiori prasina complectente crucem duobus bacillis utrinque hamatis constantem seu crucem hamatam auream] *Ruckersfelder* [Patrit. Francof.] (κ) itidem consistentem in monticulo tricolli argenteo & mandentem rubeum in areola aurea *Keutschach* [Carinth. in 2. & 3.] (λ) Duos sciuros gradientes, quorum alter in sinistram convertitur, rubeos in scuto argenteo *du Chesne*, tres sciuri consistentes & comedentes rubei in parma argentea notant *Aschwede* [Westph.] (μ) Sciurus.

§. LI. Nec *mustelæ* indignæ habentur scutis. Aliqui famil. *Rochechouart*, nigram inscribunt mustelam (*belette*) primæ fasciæ nebulosæ argenteæ. Mustelam fœnariam (*fouine*) cæruleam inserunt aureo baltheo in parma rubea *Le Fay, m. de Penaut* (Delfin.) Huc & martes (**der Marder**) nativi coloris in scuto aureo *Mugkenthal* [Bav.] (ν) Mustela.

(α) Wap. I. p. 90. inter duas alas aureas figura scutaria. (β) Wap. I. p. 85. ex coronata galea cervus scutarius exurgens. (γ) Wap. I. p. 39. ex coronata galea platyceros exurgens. (δ) Wap. I. p. 51. (ε) Wap. I. p. 68. 5. struthionicæ plumæ, quarum media argentea, proximæ cyaneæ, extremæ aureæ. Laciniæ cæruleæ & aureæ. (ζ) Wap. I. p. 32. vid. n. 43. (η) Wap. V. p. 50. galeæ coronatæ insidens lepus inter duas alas, quarum illa nigro & auro, hæc argento & cocco diagonaliter secantur. (θ) Wap. I. p. 34. ex coronata casside prosiliens lepus. (ι) Wap. V. p. 86. ex coronata casside prodeuntia duo cornua argentata, in quorum exteriori ora ascendunt sciuri duo. (κ) Inter alas viridem & argenteam sciurus scutarius. Lacin. virides & argenteæ.

(λ) Wap. I. p. 46. insidet aleæ coronatæ sciurus.

(μ) Wap. I. p. 189. super galea diademate tortili tecta inter cornua miniatum & aureum sciurus scutarius.

(ν) Wap. I. p. 81. inter alas aureas pennis nigris martes nativi coloris è coronata galea prosiliens.

Imò nec mures dedignantur ſymbolum in genitores pietatis: cujus hinc inde exempla quærere licet.

Taxus; caſtor.

§. LII. Taxus ſ. Melis (*blereau* ſ. *Teſſon*) non tantum in inſignibus viſitur familiæ Turtiæ ſ. Taſſiæ. vid. Hiſt. inſign. L. 3. c. 37. ſed etiam alibi. Currens argenteus in area rubea (1. & 4.) notat ***Dachsberg*** [Bav.] (β) conſiſtens argenteus in ſcuti transversè ſecti, cujus ſuperior pars aurea dimidiam aquilam imperialem auream cum circulis capitibus adſcriptis refert, inferiore parte cærulea *Taxis* [Auſtr.] (γ) In parmæ ex angulo dextro diagonaliter ſectæ, cujus poſterior pars teſſellis nigris & aureis 4. ordinum repletur, priori parte rubea taxus naturali ſpecie currens ***Daxn*** ſ. ***von Dax*** dict. *Polsniz*, [Sileſ.] (δ) in **Wapenb.** P. 2. p. 50. ſolum pingitur rubeum, in quo taxus viſitur, ſed aliter edoctus ſum ex Sileſia. *Caſtor* ſ. *Biber* inter amphibia, cum piſcibus & cancris veſcatur, δεῖγμα ὁμώνυμον eſt familiæ *Viſcher* ſ. *Fiſcher* [Styr.] (ε) cum enim ea ſcutum geſtet diagonali linea dextra ſectum, anteriori nigra tribus aquis argenteis deorſum fluentibus inſignitâ, in poſteriori parte aurea hoc animal conſpicitur. Iterum caſtor ſuo colore pictus in aureo paronomaſiam, continet fam. *Bibra* [Franc.] (ζ) ut & *Beverforde* [Weſtphal.] (η) ſymbolum illud facit Cyr. Spangenb. **Adelſp.** P. II. L. 12. c. 26. p. 335. b. conſtantiæ in urgendis conatibus.

Simia; Cercopithecus.

§. LIII. Simia non minus aliquas ornat parmas. Exempla ſunt . . . Cercopithecus, animal ſimiæ συγγενὲς, ex argento gradiens medium ventrem circumligatus in minio notat fam. *Sargel* [Carinth.] (θ) Cercopithecos 3. nigros in 2. & 3. quadrante aureo attribuit ex Cruſio Hæping. de *Iur. inſ.* c. 2. §. 10. n. 1048. *Hildebrando* R. *Longobardorum*: & ex Olao M. in genere Alanis, *Burgundis*, *Suevis*. Cercopithecus ſuo colore pictus aureo annulo ventrem ligatus in area transversè ſecta, cujus ſuperiora auro, inferiora atro colore tinguntur δεῖγμα eſt paronomaſticon fam. *Kazelohr* [Tirol. in 1. & 4.] (ι)

Equus.

§. LIV. Inter cicures & domeſticas animantes ſuo merito *Equus* primum obtinet locum, varias huic animali invenio attributas, velocitatis, vivacitatis, immoderati impetus, ſuperbiæ, authoritatis, docilitatis, libertatis, alacritatis, ſignificationes. Inprimis verò ſymbolum eſt fortis ad bella viri & animi imperterriti. Hæc ἀφοβία divino ore de equo prædicatur. Hiob. 39, 22. 24. ſeq. Roma ob id equum inter militaria ſigna retulit, & gentili ſuperſtitione Neptuno & Marti conſecravit. Bello armantur equi, bella hæc armenta minantur. *Albus* inprimis equus victoriæ, vel pacis victricis hieroglyphicum eſt. Conf Apoc. 6, 2. 19, 11. Apud Romanos ob eam rationem triumphantibus in uſu fuit, vide celeberr. *Freinheim. ad Flor.* 1. 5, 6. *NN.* & inde voce equus. Atque ad *Curt.* 3. 3, 11. *NN.* olim etiam currus Jovi ſacer albentibus equis trahebatur, citato loco Curtii, & ante Carium in Xerxis expeditione notante *Herod. in Polymn.* ſ. L. 7. p. m. 455.

§. LV. Situm quod concernit, nunquam pingitur adverſus, vel ut oculi duo appareant. *Varenn. R. d'arm.* p. 297. **Wapenb.** P. 3. præfat. n. 17. Repræſentatur aliquando conſiſtens, ſella & freno inſtructus (*posé, ſellé* & *bridé*, quod frenatæ ferociæ argumentum volunt) nonnunquam etiam equitem ferens, ſed de his ſuperius inter humanas figuras egimus, cum ſella & freno caret, vocatur *gay* ſ. liber, libertatis inprimis ſymbolo: ſi exiliat poſterioribus pedibus inſiſtens appellatur *forcené* vel *effaré* vel *effragé*, item *cabré*: ferocientem diceres. Alias gradiens etiam pingitur [*paſſant.*] vel paſcens hieroglyphicum requiei poſt laborem. Quo *Segoing.* tr. de l'antiq. des arm. c. 4. p. 37. refert monetam Nervæ cum inſcriptione: *Vehiculationi Ital. remiſſa.*

Exempla.

§. LVI. Exempla iſta cape. Equus ſaliens argentatus (ventrem faſcia nigra ligatur) in ſcuto rubeo *Zebulka* [Sileſ.] (κ) ejusdem metalli in rubeo [ſed freno appicto] ***Fraunberg*** [Bav.] (λ) ejusdem metalli ſaliens, pedibus poſterioribus monticulo tricolli

(β) **Wap.** I. p. 93. Tecta galea pileo cardinalitio rubeo ſuſtinet exorientem taxum. (γ) **Wap.** I. p. 39. c. 6. n. 56. ex coronata galea cauda pavonina, cui impreſſum cornu venatorium nigrum. Lacin. aureæ & cæruleæ. (δ) taxus ſcutarius currens ante truncum erectum reſciſſum, veſtigiis ramorum detruncatorum extantibus, cujus ſecti anterior pars nigra, poſterior aurea. In **Wapenb.** 2. p. 50. ſunt duo faſcieuli plumarum ſtruthionicarum, quarum anteriores nigricant, ſiniſtræ auro fulgent, loco trunci pinguntur. Lacin. ex auro & nigro. (ε) **Wap.** I. p. 48. herma virilis amictu ex nigro & aureo bipertito, pileo tectus acuminato nigro, cujus ora reducta auro fulget. (ζ) **Wap.** I. p. 100. ex coronata galea expanſum alarum jugum cum typo ſcutario. (η) **Wap.** I. p. 189. ex coronata galea ala nigra & aurea. (θ) **Wap.** 5. p. 62. ex coronata caſſide alæ cum ſcutario typo. (ι) **Wap.** I. p. 42. galea tecta diademate tortili, eique inter cornua quorum ſuperior pars auro tingitur, inferior nigra eſt, inſidet cercopithecus ſcutarius. (κ) **Wap.** I. p. 73. ex coronata caſſide equus proſiliens. (λ) **Wap.** I. p. 79. equus exoriens frenatus, bacillo collum ejus penetrante aureo, cujus extremis alii bacilli ſurſum pinguntur, coronati & pennis pavoninis faſtigiati.

colli argenteo insistens in cæruleo *Gleysbach* [Styr. in 1. & 4.] (α) Rubeus currens inter duos baltheos cæruleos in aureo *Wolzogen* [Austr.] (β) Pullos equinos tres nigros circa fasciam ejusdem coloris in solo argenteo repræsentant *Colti* [nam *Colts* Anglis dicuntur pulli equini.] Exorientem s. nascentem equum rubeum in parma argentea gestant *Thebaldi* [Roman.] candidum ex corona aurea prosilientem in rubente *Marquart* [Silef.] (γ) argenteum auro frenatum in rubeo *Malewitz* [Austr.] (δ)

§. LVII. Equinum caput Carthaginensibus dare solent, ob tale in loco condendæ urbis effossum ap. Virgil. 1. Æneid. Cæterum in scutis non infrequens est, sed plerumque cum colli parte. Ita gestant caput equi jubatum argenteum, frenoque puniceo instructum in cyaneo scuti alveolo *Chevalli*, nigrum rubeo freno in aureo *Hägnenberg* [Bav. in 2. & 3.] (ε) rubeum nigro freno in argenteo *Petschach* [Austr. in 1. & 4.] (ζ) & *Zobel* [Franc.] (η) sine freno rubeum in argenteo *Enenckel* [Bar. in 1. & 4.] (θ) Tria capita equina argentea & annata in scuto prasino *Horsey* [Angl.] Equinam caudam ajunt *Bulgarorum* adhuc infidelium fuisse signum Hæping. de Jur. insign. c. 17. §. 15. n. 448. Equorum caput.

§. LVIII. Huc referendus est fabulosus *Pegasus*, quo symbolo Corinthios lego usos ap. *Hæping. de Iur. insign.* c. 2. §. 10. n. 998. Talis datus Georgio *Sabino* vir eruditissimo à Carolo V. Augusto; in diplomate ap. *Petr. Bert.* L. 3. rer. German. c. 2. p. . . . ita exprimitur: *Clypeus cæruleus & in eo pegasus candidus, ex nubibus volans, alis in altum porrectis.* (ι) In scuto argenteo pegasus rubeus, sub cujus anterioribus pedibus stella aurea *Freudiger* [ex Misn. in Silef.] (κ) iterum argenteus saliens super tricolli monte prasino in rubea quadra *Bauer* [super. Palat. in 1. & 4.] (λ) Pegasus.

§. LIX. Descendamus ab equo ad asinum, nam huic etiam sua apud feciales dignitas est. Quæ in deteriorem partem dari possunt interpretationes, non adduco, & sæpius monui, me illas parvi facere. In meliorem partem hominis sapientis, laborioši, frugalis, mansueti, injuriarum oblivioši symbolum esse potest. Conf. *Hæping. de Iur. insign.* c. 6. n. 1390. seq. & c. 9. n. 153. Cyr. Spangenb. Adelsp. P. 2. L. 12. p. 46. p. 335. addit pietatis studium ex Esa. 1. *Novit asinus præsepe domini*, nec non portandi oneris patientiam. Non possum mihi temperare, quin adscribam in hunc sensum epigramma elegantissimum P. Melissi in Riedeseliorum δείγματα, quod ita habet: Asinus, Mulus.

Nomina ab eventu sunt indita sæpe, & ab ipsis
Nobilium retinet signa petita genus.
Vos asini caput, in rigido cui carduus ore est,
Gestatis, durum devorat omne labos.
Actiacum propter littus fausti ominis ergo
Augusto hoc animal palmea signa dedit.
Eutychus & Nicon (hæc bestia, agaso sed alter)
Obvia cum magno crura tulere duci.
Quid quod Hyperborei mactabant talia Phæbo
Corpora? nam Sophiæ symbolon extat onos.
Verè hieroglyphicum est. Asini ô ridetis inertes,
Quod præstat gnavos gens Ridesella Viros?

Aliquando Patavini hoc emblemate usi sunt, nec non, Neapolitani asino clitella onerato. *Hæping. de Iur. insign.* c. 17. §. 15. n. 478. 480. Asinus griseus in scuto argenteo *Rietheim* [Bav.] (μ) Tres asini gradiles & nigelli, quos intercedit fascia ejusdem coloris in parmula argentata sunt insignia æquivoca *Askeweorum* [Angl.] totidem argentei circa fasciam auream in pullo scuti alveolo, iterum ob nomen *Ascoughorum*.

Caput

(α) Wap. I. p. 48. inter duo cornua cærulea equus emergit argenteus. (β) Wap. I. p. 38. coronatæ cassidi incumbens cornu venatorum rubeum, auro armillatum, auro & cæruleo ligatum. Lacin. hinc cæruleæ, isthinc rubeæ utrinque auro duplicatæ. (γ) Wap. I. p. 52. ex coronata galea inter cornua alterum nigro colore & auro, alterum minio & argento tincta προτομὴ equina. (δ) Wap. I. p. 39. ex coronata galea equi προτομὴ. (ε) Wap. I. p. 84. Equi caput frenatum. (ζ) Wap. I. p. 38. ex coronata casside caput equi frenatum. (η) Wap. I. p. 100. caput equi frenatum. (θ) Wap. I. p. 33. respondet galea media coronata sustinens Sirena duas caudas brachiis amplectentem serto viridi & argentea pluma struthionica fastigiatam. (ι) Pegasus scutarius. (κ) Supra galeam tectam diademate tortili stella aurea inter duo cornua, cujus anterioris inferiora, posterioris superiora argento candent, reliqua rubent. (λ) Wap. V. p. 83. (μ) Wap. I. p. 30. ex coronata galea erumpit asinus aureus. Lacin. nigræ & aureæ.

Caput asini furvum avulsum in scuto argenteo notat *Hocknellios*, sui coloris seu grisei in rubeo *Prizelwiz* [Silef.] (α) simile nigrum caput comedens carduos virides in aureo *Riedesel de Eisenbach* [Hass. & Francofurt. Patrit.] (β) idem caput, sed in latus inclinatum in aureo *Riedesel de Bellersheim* [Hass.] (γ) & in argenteo *Riedesel in Verß* [Hass.] (δ) Tria capita asinina circa institam puniceam in argentei metalli alveolo, δεῖγμα est *Ascuorum* (Angl.) Huc *mulum* referemus, sed rari usus in hac disciplina. Nominis allusione mulum gradientem argenteum in pannula ostro perfusa intra fimbriam ejusdem metalli *Moilii*.

Camelus. §. LX. *Camelus* symbolum est fortitudinis, tolerantiæ, docilitatis, castitatis. Aliqui pigris attribuunt, Uptonus homini gibboso. Camelus ex auro in nigro notat *Serau* in *Buechberg* in 1. & 4. [Austr.] (ε) Datus camelus civitati *Pilsnensi* ob fortitudinem, qua se 1433. adv. Hussitas obsidentes defenderant. Gestant etiam in scuto aureo camelum rubeum *Schmolzn* [Silef.] (ζ) Tria capita cameli aurea, apparatu argenteo, in parma cyanea *Grimaut* (Delfin.)

Boves. Tauri. Vaccæ. §. LXI. Nunc *boves*, *tauros* & *vaccas*, ut videamus, ordo postulat. Apud antiquos Ægyptios taurus, leo vel draco, teste *Diod. Sicul.* l. 2. principatus insigne fuere, nec minus apud eosdem apis seu bos symbolum populi. *Hæping. de Iur. inf. c.* 2. §. 10. n. 998. Aliis è veteribus taurus indigenæ hieroglyphicum fuit, alias bos roboris, servitutis, utilitatis, castimoniæ, temperantiæ, modestiæ, justitiæ, tolerantiæ, laboris assidui (Unde in antiquis ædificiis capita bovina visuntur, Pierio interprete, indicia præmiorum longo labori debitorum) fortitudinis cum prudentia junctæ; taurus etiam ferociæ emblema habetur; Vituli autem lætitiæ signum habentur, ut & fœderis, quia eos in fœdere mactari solenne fuit. Cæterum Romæ prima moneta bovis figuram retulit impressam. Tauro usi sunt etiam Cimbri. *Theod. Hæping. de jur. inf. c.* 2. §. 10. *n.* 969. Ratione picturæ situs ordinarius bovis est, ut pingatur gradiens, (passant) aliquando vero cubans, vel etiam saliens (*furieux, seu en furie.*) Porro cum nonnunquam, collo inditæ visantur armillæ & tintinnabula, Gallis termini usitati sunt *accollé* & *clariné*. *Vaccam* quod concernit, hoc à bove in pictura discrimine notatur, quod pili inter cornua nulli pingantur.

Exempla. §. LXII. Exempla ista cape: Bovem repræsentant in scuto hermionico rubeum cornibus aureis *Benil* (Angl.) aureo-rubeum (margine scuti prasino aureis flammis exornata) *Borgia*, similem (capite scuti rubeo 3. patibula aurea deferente) *Boffin d'uriage* (Delfin.) ut & (addito tamen cæruleo tintinnabulo & cephalo coccineo 3. stellis aureis ornato) *Madron*, nec non (cornibus atque ungulis cæruleis, & imposito capite rubeo 3. annulis aureis exarato) *Chapelle*, aureum (cauda inter crura trajecta, & dein erecta, atque bifurcata, in rubeo *Le Beuf* (Britann.) in aureo nigrum *Barut* [Silef.] (η) currentem nigrum in argenteo *Baymundt* [Bav. in medio scutulo] (θ) Talem rubeum in argenteo *Parr* [Styr. in 1. & 4.] (ι) *Bubalus seu Vrus* aureus, annulo per nares trajecto, posterioribus pedibus monticulo tricolli viridi insistens & saliens in area rubea [ob nomen] *Auersberg* [Bav.] (κ) Bos erectus & pedes divaricans niger conspicitur in parma argentea, simili margine striato circumdata, quod δεῖγμα est fam. *Baccelli*. Bos niger cubans in area aurea *Kisel zu Kaltenbrunn* [Bar. in 2. & 3.] (λ) Taurus auratus [cornibus ejusdem metalli] incedit in scuto coccineo, & caudam per crura trajicit, atque in dorsum reflectit pro famil. *Toreau Molitart* (Dunens.) Bovis προτομὴ rubea in scuto argenteo *Rogewiz* [Silef.] (μ) iterum rubea cornibus aureis & ejusdem metalli annulo per nares trajecto in rubeo *Reiber zu Reinegg* [Carinth. 1. & 4.] (ν) Tres nigri cornibus aureis in argentea *Ashley* (Angl.) Vaccam rubeam (cornibus & ungulis argenteis) gestant in argenteo scuto *Lanet Champost*. Duas vaccas rubeas in aureo *Beauville*, de vaccis Bearn. vid.

(α) Wap. I. p. 56. pelicani candidi pectus mordentis προτομὴ. Lacin. rubeæ & argen. (β) Wap. I. p. 134. jugum alarum nigr. quarum quævis in scutulo nigro impresso caput asininum nigrum repræsentat. (γ) Wap. I. p. 135. caput cum collo asininum carduos comedens. (δ) Ibid. similis apex: sed laciniæ argenteæ & nigræ. (ε) Wap. V. p. 42. ex coronata galea prodeuntia duo cornua, cujus anterioris superior pars auro fulget, inferior nigricat, posterioris colores inversi sunt: exhiante apertura prodeunt ternæ plumæ struthionicæ prasinæ. (ζ) Wap. I. p. 72. ex coronata galea duo nascentes obversi cygni argentei. (η) Wap. I. p. 67. bos scutarius. (θ) Wap. I. p. 99. ex coronata galea bos scutarius adversa fronte erumpens. (ι) Wap. I. p. 48. ex coronata galea inter duas alas baltheis cæruleis & aureis exaratas bos erumpens. Conf. f. 1. m, 1. n. 55. (κ) Wap. I. p. 33. ex coronata galea prosiliens bubalus. (λ) Wap. I. p. 30. respondet galea tertia coronata, ex qua eminet jugum alarum, quæ superius auro, inferius nigro colore tinguntur. (μ) Wap. I. p. 60. προτομὴ scutaria. (ν) Wap. I. p. 46. ex coronata galea prosiliens bos scutarius.

vid. Hist. insign. L. 1. c. 24. n. 49. Duo vituli obversi cæruleus & aureus, insistentes telluri viridi, in scuto bipertito ex oppositis coloribus, impositio capite scutario itidem bipertito ex cæruleo & rubeo, inscriptis sex liliis aureis *Vitellichi* [Roman.] Tres vitulos atros in scuto argenteo gestant nominis causa *Metcalvii*, totidem nigros, quos inter tænia ducitur muricata in argenteo *Calveley*, totidem puniceas in argenteo *Calfii*, aureos totidem in fascia muricata intra valvulum argenteum *Calverley*, ternos aureos in baltheo nigro super solo argenteo *Velei*.

§. LXIII. Caput bovinum adversum (*rencontre de bœuf*) non infrequens est δεῖγμα scutarium: significationem verò esse volunt fortitudinis cum prudentia junctæ. Conf. *Limn. Iur. publ.* 6. 6. 56. Ridiculus verò *Vptonus* est, qui de *milit. offic.* L. 4. p. 154. ait, se alicui in prælio Vernolienfi per genitalia lanceâ trajecto insignia dedisse in solo argenteo 3. capita bovina nigra, atque ita caput bovinum, vel bovem notam facit spadonis, vel bello genitalia læsi, ut ineptus sit generationi: Cæterum differentiam bubalini (*buffles*) & bovilli capitis illam assignant *Vulson de la Colomb.* quod bubalinum æque ac taurinum villos inter cornua habeat, sed caput & os angustiora. Capita bonina gestant nigrum in aurea parma *Losen* [Silef.] (α) & (sed obliquo situ) *Sandicell.* [Bav.] (β) ejusdem coloris annulo per nares trajecto aureo adversum in argentea *Berstein* [Bav.] (γ) *Geliot* rubrum pingit) cornibus & per nares trajecto annulo aureis, in argentea *Manckschitz* [Silef.] (δ) in clypei bipertiti posteriori parte argentea rubro colore, posteriori rubea argento tinctum, annulo per nares trajecto *Zettritz* [Silef.] (ε) itidem in clypei bipertiti (cujus prior pars transversim secatur, capite aureo aquilam exurgentem nigram deferente, inferiore cuspidibus nigris & aureis, his ascendentibus, illis descendentibus distincta) parte posteriori rubea nigrum cornibus, & qui nares transit annulo aureis *Helle dict. Pfeffer* (ζ) [Patrit. Francof.] aureum cornibus nigris, lingua sanguinea in clypeo item rubeo *Markowsker* cogn. *Otto* [Silef.] (η) argenteum annulo per nares aureo trajecto in parma rubea *Kolazkowsker* [Silef.] (θ) Tria nigra in parma argentea *Tingri*, nigra in aurea *Eckel* [Patrit. Francof.] (ι) argentea cornibus aureis, in cærulea S. *Belin* [Campan.] rubea, cæruleis coronis impositis, in aurea *Les Bonvieres*. Caput cum collo bovis nigra, cornibus & sectione sanguineis, in scuto argenteo *Hoheneck.* [Aust.] (κ) Huc item referatur quod fam. Patrit. Francof. *Kühorn* (λ) repræsentavit in scuto cæruleo cornu vaccinum argenteum apertura & media ligatura rubente, & circa hoc 3. stellas aureas. De cornibus bovinis repandis, quæ nonnulli proboscides elephantorum interpretantur, conf. c. 6. n. 40. Caput bovinum. Cornua.

§. LXIV. Ad *Arietem* transimus, cum quo *oves* [quas tamen insignibus nobilium excludit *Campanile dell' arm.* c. 11. p. 15.] & *agni* jungendi sunt. Est aries symbolum animositatis, viri in pugnas proni, eminentiæ, utpote cum primum sit inter Zodiaci signa, & soli sacrum habitum animal. Aliam significationem comminiscitur *Vptonus de milit. off.* L. 4. p. 149. Nempe quod primus assumens fuerit vir capitosus, vel alias arietis conditiones sequens. *Ovis* verò vel *agnus* innocentiæ, candoris, patientiæ, mansuetudinis & pietatis hieroglyphicum est. Addit fam. *Seguier* cantherio aureo, quem ex eodem metallo comitantur duæ stellæ, in scuti cærulei cuspide agnum argenteum. Solet pingi ovis ut plurimum gradiens (passant) talem candidam clypeo rubeo inserunt ex nomine, nam aries alioquin apparet ex cornuum figura, *Schafen* [Silef.] (μ) nonnunquam pascens (paissant) aries non raro saliens (*saillant* seu *sautant*) Ovis etiam Aries. Ovis. Agnus.

(α) Wap. I. p. 69. inter bacillos duos rubeis & argenteis tæniis obvolutos & pennis ornatos pavoninis sertum è rosis rubeis & candidis, inque ejus medio apparens nigrum caput scutarium.

(β) Wap. I. p. 78. vid. c. 6. n. 40.

(γ) Wap. I. p. 32. caput bubalum scutarium.

(δ) Wap. I. p. 59. cornua argenteum & nigrum.

(ε) Wap. I. p. 60. coronatæ galeæ decussatim impositi mucrones ferrei, manubriis rubeis, clavis aureis.

(ζ) Ex galea coronata inter duo vexilla nigro colore & auro distincta emergens aquila nigra coronata auro, linguam sanguineam protendens.

(η) Wap. I. p. 76. Caput bovinum scutarium. (θ) Wap. I. p. 76. Inter duas rubeas argentea pluma struthionica erecta. (ι) Jugum alarum expansarum, impressis singulis capitibus bovinis, (κ) Wap. I. p. 37. ex coronata galea bovis caput & collum. (λ) Wap. I. p. 211. herma virilis dextro latere cærulea, hinc argentea veste indutus pileo iisdem coloribus variegato, manu utraque singula cornua scutaria præstans. (μ) Wap. I. p. 64. ex coronata casside erumpens aries argenteus cornibus auratis.

rubea coronata in aureo laterculo pingitur insistens colli tricipiti viridis & exsiliens. *Ebersdorf* [Tirol.] (α) Gestant arietem stantem argenteum cornibus aureis in coccineo *Voiten de Rieneck* [Franc.] (β) similiter argenteum (sed converso capite retrospicientem) in rubeo scuto *Borwiz* [Silef.] (γ) salientem rubeum in argento *Hausner de Treuso* [Bav.] (δ) argenteum in prasino scuto, adjectis superius 4. inferius 3. rosis rubeis *Rüder* [Misn.] (ε) gradientem argenteum cornibus aureis in rubeo *Tottenheim* [Franc.] (ζ) salientem atgenteum cornibus nigris in rubeo *Gregersdorf* [Silef.] (η) salientem nigrum in aureo *Schepsen* [Silef.] (θ) & *Durner zum Thurn* [Bav.] (ι) salientem argenteum in monticulo tricolli ejusdem metalli in rubeo *Reigher de Hausstein* [Bav. in 2. & 3.] (κ) nigrum salientem (argenteo collari) in aureo *Les Bauds* [Arelat.] argenteum in cyaneo, adjectis in capite scuti 3. pentaphyllis aureis *Montholon*. Duos arietes gradientes aureos in cærulea parma *Themines*. Tres nigros in argentea *Sydenham* [Angl.] argenteos in coccinea *d'Overrigny*, aureos in cærulea *Grange de Montigny*.

Agnus paschalis. Caput arietinum. Cornua.

§. LXV. *Agnus paschalis* vocari solet, qui crucem gestat, cum dependente vexillo; alia crucicula insigni. Talem gestant argenteum in scuto cæruleo *Paschal*, similem, sed colliculo viridi insistentem, & aureo circulo caput ornatum, cum vexillo rubeo cruce aurea (an argenteo & cruce rubea) impresso in rubeo *Brixiensis* episc. (λ) item argenteum, sed retrospicientem in cyaneo, cruce vexilli argentei rubea *Lemblein* [Suev.] (μ) pariter retrospicientem in rubeo, capiti scuti cæruleo inscriptis 3. liliis aureis *Rotomagus* s. *Rouen* metrop. Normann. argenteum in rubeo, limbo Francico liliato, civitas inferior *Carcassonensis*, superior vero talem agrum in orbiculo rubeo pictum inscribit castro argenteo in parma cærulea. Caput arietinum adversum nigrum aureis cornibus & corona in scuto rubente insigne *Haugwitz* [Misn.] (ν) & (quæ eadem familia esse dicitur, nomen autem sumtum ab aliquo, cui in cruento adversus Tartaros prælio ad Lignicium dux acclamaverit: **Hanß reche den Berg.**) *Rechenberg* [Silef.] (ξ) [Differentia tamen intercedit, quod hoc caput obliquè, non adversim locatur, & cornibus quidem auro tinctis corona caret. Sed nescio, an etiam Haugwiziis semper gestetur adversum, nam in galea obliquum situm non dedignantur] iterum nigrum lingua protensa sanguinea capiti imposito tudite (quali victores utuntur aurato) in parma argentea *Boerlin* (ο) [Patrit. Francof.] Capita arietina 3. recta fronte locata in solo cyaneo gestat fam. *Ramme* [Angl.] Cornua, Cornu arietinum nigrum in argento *Adolzheim* [Franc.] (π) duo cornua arietina obversa rubea in solo argenteo *Dortzer* [Bav.] (ρ) & *Thorer de Eyrasburg* [Bav. in 1. & 4.] (σ) nigra in argento *Widerspach* [Bav.] (τ)

Capra. Hircus. Capricornus. Damæ.

§. LXVI. *Caprarum* (obedientiæ hoc creditur emblema) & *hircorum* (petulantiæ, vel lasciviæ notam aliqui in hac figura quærunt, de quo quid sentiendum, ex sæpe dictis evidens est: minus aberrant, qui regionem rupibus asperam illo animali designari persuasi sunt. Cyr. Spangenb. **Adelsp.** P. 2. L. 12. c. 46. p. 335. in hirco notat, quod gregem ducat: in capra audiendi acumen.) Exempla nunc adducamus. Gestant capram divaricatis pedibus locatam nigram in aurea parma, limbo 7. pennis distincto cincta, *Cabrera* [Hispan.] Duas capras adversas triplici monticulo rubeo insistentes in cyaneo solo *Reiffenstein* [Patrit. Francof.] (υ) Hircum salientem & tessellis argenteis

(α) **Wap.** I. p. 44. coronatæ galeæ insistit ovis scutaria. (β) **Wap.** I. p. 103. pileolo lato rubeo, cujus ora reducitur argento insistens aries scutarius. (γ) **Wap.** I. p. 70. cornua duo, rubeum & argentatum, quorum utrinque percurrit fascia oppositæ tinctura. (δ) **Wap.** I. p. 79. ex coronata galea exsugens aries. (ε) **Wap.** I. p. 153. pileolus argenteus, ora reducta aurea sustinens cum suis petiolis 3. rosas rubeas. Accusat falsitatis insignia *Geliot* v. *accompagné*. Sed quia color rosis naturalis est, defendi potest. Vid. c. 4. §. 80. (ζ) **Wap.** II. p. 79. pileolo rubeo, cujus ora reducta argento fulget insistens aries scutarius. (η) **Wap.** I. p. 54. ex coronata galea inter duas rubeas media argentea pluma struthionica. (θ) **Wap.** I. p. 59. septem plumæ nigræ galli gallinacei. (ι) **Wap.** I. p. 98. galeæ coronatæ insistit arbor viridis rosis 4. rubeis impressis. (κ) **Wap.** I. p. 97. pileolus latus rubeus, aurea ora reducta, & impositum jugum alarum argentearum expansum. (λ) **Wap.** I. p. 11. (μ) **Wap.** I. p. 116. culcitræ cæruleæ insistens agnus scutarius. (ν) **Wap.** I. p. 153. ex casside coronata prominens cum collo caput arietinum coronatum ex plumis struthionicis argenteis coccineis & nigris exornatum. (ξ) **Wap.** I. p. 52. ex casside coronata prosiliens aries niger cornibus auratis. Lacin. nigræ & coccineæ. Conf. c. 4. n. 30. (ο) circulus victorius (**Faßreiff.**) eoque concluſi duo tudites, aurei, manubriis argenteis. (π) **Wap.** I. p. 102. inter duo cornua arietina inferius nigra, superius argentea herma muliebris superius argento, inferius nigro colore tinctus coronatus. (ρ) **Wap.** I. p. 94. nascens cygnus candidus exteriori colli parte ornamento (**Kamm**) rubeo, cujus singuli cuspides pennis nigris ornantur adhærente. (σ) **Wap.** I. p. 79. nascens cygnus candidus, exteriori colli parte, cujus singuli cuspides pennis pavoninis ornantur, adhærente. (τ) **Wap.** I. p. 82. aries argenteus nigris cornibus è coronata casside prorumpens. (υ) Tria figura scutaria, Laciniæ hinc cæruleæ, illinc rubeæ. Utrinque addito argento.

genteis & coccineis pictum, cornibus auro tinctis, in parma cærulea gestant *Backisch* [Silef.] (α) nigrum in argentea *Dregling zu Wagrein* [Tirol. in 1. & 4.] (β) & *Gremlich zu Iüngingen* [Tirol. in 2. & 3.] (γ) candidum cornibus atris in aurea *Zuckmantel* [Carinth.] (δ) consistentem argenteum in areola rubea *Biberstein* in 4. [Silef.] (ε) in parte posteriori scuti bipertiti (anteriorem vid. s. 1. m. 1. n. 74.) nigra argenteum insistentem rupem argenteæ & scandenteræ: *Franckenstein* [Silef.] (ζ) gradientem argentatum in cærulea *Brockot* [Silef.] (η) salientem nigrum in argento *Türrigel de Rigelstein* [Bav.] (θ) griseum in scuto transversè secto ex minio & auro 1. & 4.) *Donat* [Silef.] (ι) iterum gryseum auratis cornibus in rubeo *Rosthligk* [Silef.] (κ) rubeum aurea fascia ventrem ligatum in argenteo *Sigershofen* [Bav.] (λ) Προτομὴν hirci in scuto diagonali linea secto, aureo & cyaneo, simili colorum sectione præditam, usurpat fam. *Stetten* [Patrit. Augusst. & Francof.] (μ) προτομὴν talem argenteam in scuti transversè secti, cujus inferiora rubent, superiori parte aurea *Rabenau* [Silef.] (ν) rubeam in argentea, cujus inferiora cærulea, *Berge* [Silef.] (ξ) nigram in argentea *Reicharter de Pechthal* [Bav.] (ο) argenteam nigris cornibus in rubea *Croneck.* [Carinth. in 2. & 3.] (π) argenteam aureis cornibus in nigro *Mossheim* [Bar. in 1. & 4.] (ϱ) nigram in aureo *Gotsmaner* [Franc.] (σ) Hirci caput cum collo nigrum in clypeo aureo *Aiver* [Silef.] (τ) argenteum nigris cornibus in rubeo *Gebsattel* [Franc.] (υ) ejusdem metalli, sed aureis cornibus in cæruleo *Geyer* [Franc.] (φ) Tria capita talia hircorum gestat *Kölnpöck* [Austr.] (χ) in scuto secto, duo invicem obversa aurea in superiori nigra area, nigrum in interiori aurea. Huc & *capricornum* referamus, feram licet animantem. Id emblema post post *Augustum* Imperatorem *Cosmus Medices* M. dux Heturiæ sibi sumsit peculiare. Thuen. L. 57. p. m. 1294. Gestat talem argenteum in rubea parma (1. & 4.) *Traunер* [Bav.] (ϟ) Addo *damas.* **Gembsen.** Nigra dama in argenteo scuto *Fueger de Friedberg* [Tirol. 2. & 3.] (ω) suo colore picta rupes ascendens in aurea parmæ bipertitæ priori parte, posteriori nigra leonem globulum argenteum falculis tenentem referente, *Geizkoffler* [Tirol.] (αα) nigra in aureo *Lydl* [Tirol. in 1. & 4.] (ββ) Duo cornua damæ in area bipertita, in argentea nigrum, in nigra argenteum *Raunach* [Carinth. in 1. & 4.] (γγ)

§. LXVII. *Canis* non ignobile in scutis δεῖγμα habetur. Apud *Iul. Pollucem* antiqui heroës canes affectantes habebant, & idem author dicit, cani Herculis purpuram deberi. Ægyptii (inquit Horus Apollo) vatem signare volentes canem pingunt: & idcirco fortassis Lycophron vates Apollinis Mopsum & Amphilochum canes appellavit. *Ed. Bissæ. NN. ad Vpton.* p. 60. Præterea Ægyptii hoc hieroglyphico hominem bellicosum notabant. Nam & in antiquitate à bellis non alienum fuit hoc animal. Legimus enim apud Colophonios & Caspios primæ aciei numerum canum adv. hostem præmissum esse: *Tale tibi auxilium Colophon, tibi tale parasti Caspia gens.* Quin & Osyridi canem Ægyptus assignabant (Hæping. de Jur. inf. c. 2. §. 10. n. 1014.) Aliæ etiam significationes canis sunt, inprimis fidelitatis (vid. multa ap. Limn. Jur. publ. 6, 6. 86. seqq.) Conf. Cyr. Spangenb. **Adelsp.** P. 2. L. 12. c. 46. p. 336.) præterea generositatis, obsequii, gratitudinis (unde qui gratorum nomine sub mag. pedit. in occidente dicebantur; duos dimidios canes erectos pedibusque colludentes in cæruleo clypeo gestabant) sed & Canis.

(α) **Wap.** I. p. 51. ex coronata galea surgens προτομὴ hirci scutarii. (β) **Wap.** I. p. 42. προτομὴ hirci scutarii. (γ) **Wap.** I. p. 42. vid. c. 3. n. 65. (δ) **Wap.** I. p. 45. ex coronata galea προτομὴ hirci. (ε) **Wap.** I. p. 56. (ζ) **Wap.** I. p. 64. ex coronata exiliens hircus argenteus inter alas hanc auream duobus baltheis sinistris exaratam, istam ex nigro & auro bipertitam. (η) **Wap.** I. p. 70. lunæ falcatæ cornua sursum vertenti argenteæ impositus character numeri octonarii, seu quicquid id est. (θ) **Wap.** I. p. 79. hircus exoriens. (ι) **Wap.** I. p. 70. hircus exsurgens. Lacin. coccin. & aur. (κ) **Wap.** I. p. 74. ex coronata casside prorumpens hircus scutarius. (λ) **Wap.** I. p. 87. ex coronata galea hircus scutarius exsurgens. (μ) **Wap.** I. p. 208. galea diademate tortili tecta, & ex ea inter alas duas auream & cæruleam nascens hircus auro & cyano distinctus. In libro armoriali hircus repræsentatur alatus. (ν) **Wap.** I. p. 59. corvus niger aliquid albi gestans rostro. Laciniæ nigræ & aureæ. (ξ) **Wap.** I. p. 65. cauda pavonina. (ο) **Wap.** I. p. 96. ex coronata galea hircus prorumpens. (π) **Wap.** I. p. 45. hircus scutarius. (ϱ) **Wap.** I. p. 32. ex coronata galea προτομὴ hirci. (σ) **Wap.** I. p. 102. προτομὴ scutarii hirci. (τ) **Wap.** I. p. 57. caput hirci. (υ) **Wap.** I. p. 102. προτομὴ hirci scutarii. (φ) **Wap.** I. p. 103. caput hircinum. (χ) **Wap** I. p. 36. ex coronata galea inter cornua nigrum & aureum prosiliens hircus niger. (ϟ) **Wap.** I. p. 79. ex coronata galea erumpens capricornus. (ω) **Wap.** I. p. 42. ex coronata galea erumpens dama. (αα) **Wap.** I. p. 43. ex coronata galea inter alas duas aureas, quas aurea fascia globulos singulos deferens insignit, exoriens dama. (ββ) **Wap** I. p. 43. ex coronata galea expansæ alæ, prior aureis & nigris dextris, altera argenteis & rubeis sinistris baltheis exaratæ. Conf. s. 1. m. 1. n. 73.

(γγ) **Wap.** I. p. 36. coronatæ galeæ imposita duo cornua scutaria, nigrum & argenteum.

petulantiæ (Hinc qui *petulantes juniores* dicebantur sub mag. mil. per Illyricum canem luteum in rubea parma præferebant, in cujus medio orbis erat coloris lutei, canis supernè pedibus, quoad fieri potuit, exporrectis ex Pierio. Pacis etiam turbatorem, si sequiora velis, notare potuit canis. Talis enim Francis & Suevis canem portare scapulis cogebatur *Gunther. Ligurin.* l. 5. de more vetusto impositum scapulis ad contigui comitatus cogatur per rura canem confinia ferre.

Exempla leporariorum.

§. LXIIX. Non vero omnes canes unius figuræ sunt: Præcipua differentia inter *leporarios* (levrier **Windspiel.** *Levrette*, fæmella ipsa pictura agnoscitur) qui ordinarie pinguntur currentes, & *molossos* vel canes sagaces (braques s. **Bracken**) qui vel currentes, vel stantes, vel erecti pinguntur, auribus dependentibus insignes. Cæterum frequentes collaria collis inserta inspicere licet. Referunt leporarium currentem in scuto secto, superius aureo, inferius cæruleo alternantibus coloribus pictum (addito collari rubeo) *Horizer* [Austr.] (α) argenteum cum collari aureo in cæruleo *Kräze* [Bav.] (β) & rubeo *Iphoses* [Tirol.] (γ) argenteum collari & annulo aureis, in parma cærulea *Nicolai*, gradientem argenteum, armillo Francicis liliis sparso, in rubea *Lavarenne*, & aureum in cærulea additis 3. stellis ejusdem metalli *Quarcavy* [Cadurc.] nigrum divaricatis pedibus erectum millo aureo in argentea *Canillac.* [Arvern.] simili situ argenteum, sed millo coccineo in cyanea *Marcouscy*, & millo aureo argenteum in rubea *Pöttinger de Persing* [Bav. in 2. & 3.] (δ) & (milli rubei oris, atque annulo, bordé & bouclé aureis) *le Tevre de de Lambiere* & (addita fasciola trifida argentea discerniculi loco) *le Fevre de Lespinay*: & rubeum collari argenteo in aurea *Baylens de Poyanne*, atque cæruleum millo rubeo in argentea. *Sancques*: tum simili situ, insistentem monticulo tricolli cæruleo (millo aureo) in parma secta, superius rubea, inferius argentea, coloribus alternantibus pictum *Engl* [Austr.] (ε) Canem fœminam [*levretté.*] nigram inscribunt scuto argenteo *Combaut d'Arciere*, tres tales nigras, argenteis armillis, item argento *Bernage.* Binos leporarios aureos & adversos in scuto Veneti coloris gestant *Doggetti*, [Angl.] argenteos, millis rubeis, cum annulis aureis, in cæruleo *Circy* (Divron.) Tres leporarii currentes aurei cum armillis in rubeo scuto insigne fuerunt, de quo certarunt duello Hugo *Harding* Anglus & Wilh. de *Seintlowe* Scotus. Illi verò victori tex adjudicavit scutum ap. *Bissæ NN. ad Vpton.* p. 34. Item tres gestant leporarios procurrentes nigros in clypeo argenteo *Brisci*, totidem ejusdem coloris cum millo aureo adjectis cruciculis mucronatis incerto numero in parma argentea *Smithi.* Duos leporarios dimidios argenteos se invicem mordentes, quorum alter ex medio capite descendit, alter ex pede scuti rubei ascendit, pro insigni gestat fam. *Murheimer* [Bav.] (ζ) & simili pro famil. *Anfang* [Austr.] (η)

Molossorum.

§. LXIX. Canes molossos s. indagatores (*braques*) in aliis insignibus observamus. Talem ob nominis allusionem pingit in scuto rubeo argenteum jacentem (aliis considentem) *Brachet* [Aurelian.] nigrum cum millo rubeo in aureo *Offenbach* [Patrit. Francof.] (θ) argenteum cum aureo in cæruleo *Hundt* [Silef.] (ι) divaricatis pedibus erectum argenteum, millo aureo, in scuto bipertito ex auro & cæruleo *Grundschreiber* [Silef.] (κ) currentem nigrum millo rubeo in transversè secti, cujus pes niger est, capite aureo. *Tobelheim* [Bav.] (λ) Canis ejusmodi niger, lorica ferrea indutus in scutulo medio aureo super muro nigro ascendit designandæ fam. *Vnverzagt* [Bav.] (μ) Duo canes argentei gradientes pinguntur in clypeo cæruleo *Burggraff* [Patrit. Francof.] (ν) Canem Huberti vocant nigrum parmæ argenteæ inscriptum δεῖγμα familiæ *Hubert de Landreville.*

Capita canina.

§. LXX. Capita canina alicubi videas. Caput molossi argenteum (millo cuspidibus annato.) in parma rubea *Wembding* [Bavar.] (ξ) simile, nisi quod millus caret spicu-

(α) **Wap.** I. p. 35. ex casside coronata προτομὴ canis cærulei. (β) **Wap.** I. p. 81. In galea exsiliens canis scutarius. (γ) **Wap.** I. p. 44. ex coronata galea jugum complicatum alarum nigrarum baltheo argenteo insigniun. (δ) **Wap.** I. p. 87. ex galea coronata προτομὴ canis scutarii coronata & rubeis duabus una argentea, pluma struthionica exornata. (ε) **Wap.** I. p. 35. ex galea coronata inter duo cornua secta & alternantibus coloribus, cocco & argento tincta, canis scutarii προτομὴ argentea. (ζ) **Wap.** I. p. 92. ex coronata galea canis scutarii προτομὴ exsurgens. (η) **Wap.** V. p. 36. (θ) Caput caninum, lingua & armilla auro tinctis. (ι) **Wap.** I. p. 50. flores caryophylli 9. rubei cum suis petiolis. (κ) **Wap.** I. p. 72. canis scutarius prorumpens. (λ) **Wap.** I. p. 92. canis scutarius ex coronata galea erumpens. (μ) **Wap.** I. p. 33. ex galea coronata erumpit canis niger loricam indutus. (ν) Molossus nascens argentatus, lingua sanguinea, veste cærulea indutus.

(ξ) **Wap.** I. p. 78. Caput cum collo scutarium.

ſpiculis, *Zollner de Hallberg* [Franc.] (α) 3. Argentea leporariorum, collaribus & coronis aureis in rubeo *Sordet*: Προτομὴ molossi nigri in argenteo *Iphofer* [Tirol. 1. & 4.] (β)

§. LXXI. Porcorum mentionem feci cum §. 43. de feris diximus. Nunc quadrupedum agmen claudat *felis*. Symbolum hanc animantem constituunt libertatis, calliditatis, vigilantiæ, perspicaciæ. Arabes, ejus statuam auream Radatæ servantes, cultu felem persecuti sunt: credebant enim cum luna magnam habere affinitatem. **Wapenb.** P. 3. præfat. n. 21. Nec minus coluere animal Ægyptii, unde cum miles Romanus aliquod occidisset, Ægyptii domum, quo se hic abdiderat obsedêre: Vi abstracturi ipsum, nisi Ptolomæus seditionem studuisset sedare. *Varenn. Roy d'arm.* P. 2. p. 303. Felem attribui legi Alanis, Burgundionibus & Suevis ap. Hæping. de jur. inf. c. 2. §. 10. n. 999. cæterum pingi semper debet fronte recta, ut uterque oculus conspiciatur: aliquando horridus *herissonné* reptæsentatur: nonnunquam ut pedibus posterioribus insistat, quod vocant *effaré* seu *effrayé*. Exempla sunt; catus ferociens argenteus in parma nigra notabat olim fam. *du Plessy au chat*. Duo gradientes cingentes in cærulea *La Chetardie* (Lemovic.)

MEMBRUM III.

DE NATATILIBVS.

1. *Pisces. Hieroglyphicum.*
2. *Pisces incertæ speciei.*
3. *Delfinus.*
4. *Figura & situs.*
5. *Exempla.*
6. *Balæna. Sturio.*
7. *Salmo. Lucius.*
8. *Mulli barbati.*
9. *Truttæ. Carpiones. Tineæ. Capitones.*
10. *Halec. Asellus. Piscis volans.*
11. *Cancri.*
12. *Piscium partes.*
13. *Spinæ piscium.*

MEMBRUM III.

DE NATATILIBVS.

§. I.

QUi apud Ægyptios odii hieroglyphicum erat *piscis*, aliis innocentiæ, amoris in patriam, itinerum vel præliorum maritimorum, sanitatis, vigilantiæ, taciturnitatis, etsi pingatur adverso flumine natans, viri fatis adversis obluctanti, symbolum habetur. Conf. Cyr. Spangenb. **Adelsp.** P. 2. L. 11. c. 46. p. 336. Gelen. de Col. Agr. magn. L. 2. s. 34. p. 197. 198. occasione piscium Salmensium symbolum quærit *resuscitationis*, tum etiam *victoriæ, quemadmodum Octavio Augusto Cæsari piscis ad pedes accedens vaticinio fuit, Siciliam in ejus fore potestate, teste Dione Nicæo in vita Aug. c. 8.* Solent verò repræsentari pisces vel erecti, vel transversi seu natantes (nonnunquam flumine expresso) vel repandi. Pisces Hieroglyphicum.

§. II. Qui in scutis occurrunt pisces, vel certæ speciei sunt, vel nulla certa expressa, communi nomine piscium indigetantur. Ita pingitur piscis argenteus (circumpositis 4. ejusdem metalli annulis 3. 1.) In parma nigra *Raoul*, nativo colore pictus capite deorsum verso in scuti bipertiti laterculo priori argenteo (posterior pars scuti nova, transversatiâ sectione superius rubeo cum προτομὴ leonis suo colore tincti, inferius cæruleo cum luna falcata & ei innitente stella aureis *Kapler* [Silef.] (γ) Piscis curvatus suo colore in parma rubea *Thann* [Franc.] (δ) Duo pisces argentei visuntur in nigra area pro famil. *Winden* [Patrit. Francof.] (ε) duo argentei in parma bipertita cærulea, & rubea *Weinsbrunn* [Bav.] (ζ) Duo argentei deorsum versis capitibus in rubea cruciculis argenteis sparsa *Hohenfels* de *Reypoltzkirch* [Bar. in scutuli medii bipertiti prima area.] (η) Tres pisces rubei situ transverso in scuto argenteo notat *Seidliz* [Bar. & nob. Silef.] (θ) [& suo colore picti in cæruleo *Dreschwiz* [Bav.] (ι) totidem suo nativo colore picti capitibus in medio scuti rubei contigui, caudis in angulos conversis *Dornheim* [Silef.] (κ) alii tres aurei capitibus conjunctis, tanquam suspensi, comi- Pisces incertæ speciei.

(α) **Wap.** I. p. 101. Herma virilis rubeo amictu & mitella. (β) **Wap.** I. p. 44. ex coronata galea molossi προτομὴ. (γ) **Wap.** I. p. 71. galea tecta diademata tortili, & ex ea prorumpens cervus scutarius piscem ore ferens. (δ) **Wap.** I. p. 102. columna rubea impositas duas argenteas & mediam rubeam plumas struthionicas sustinens, & ante hanc piscis scutarius coronatæ cassidi imponuntur. (ε) Inter duas alas expansas nigras ex piscis argentei aperto rictu prodiens homo nudus. (ζ) **Wap.** I. p. 83. ex coronata galea inter alas duas, quarum inferior pars argentea, superior in altera rubea, in altera cyanea, leonis aurei cum collo caput. Lacin. argenteæ duplicatæ hinc cæruleo, isthinc rubeo colore. (η) **Wap.** I p. 30. duo pisces scutarii. (θ) **Wap.** I. p. 31. & 56. inter duo cornua miniatum & argenteum, duo vexilla decussatim locata opposita tinctura. Baronum galea coronata est. (ι) **Wap.** I. p. 92. coronata galea sustinet pileolum turbinatum argenteum nigris maculis (crediderim hermionicum) auro coronatum & nigris pennis fastigiatum. (κ) **Wap.** I. p. 65. alæ duæ argentea & rubea.

comite utrinque lilio argenteo ornant ſcutum cæruleum *Lotzky & Maſanizowsky* [Sileſ.] (α) Tres piſces naturalis coloris in angulos ſcuti cærulei diſpoſiti, in medio coëuntes, ut unum habere caput appareant, notat fam. *Kreckwitz* [Sileſ.] (β) Tres piſces transversè locatos (en faſcé) argenteos inſcribunt parmæ nigræ *Malicorne.*

Delfinus. §. III. *Delfino* inter piſces ille honor, qui inter feras leoni, inter aves aquilæ, conceditur: Ejus in ſcutis jam olim uſus fuit. In Herculis clypeo apud Heſiodum delfini argentei piſces æneos perſequebantur. Ulyſſi eundem piſcem *Plutarch. de ſolert. animal.* & ex *Steſichoro*, atque *Euphorione Ioannes Tzetzes* adſignant. Symbolis variis inſervit Delphinus, celeritatis (cum volucre ocyor perhibeatur. Unde in Veſpaſiani numis Delfinus anchoram complexus lente feſtinandum notabat) humanitatis, ſalutis atque incolumitatis (nautarum enim ſaluti conſulere dicitur, pericula prævertens) amoris in muſicen.

Figura & ſitus. §. IV. Deſcribitur in delfini vivi imagine tinctura, branchiarum, caudæ, oculorum, pinnarum (Termini uſitati *barbé, peautré, alumé, lorré.*) Si vero omnia ejusdem ſint tincturæ, vel potius cum oculi clauſi ſunt & dentes deſunt, vocatur *paſmé* vel mortuus. Addunt hoc alii diſcrimen, quod vivus fauces habeat clauſas, mortuus ſeu expirans hiantes. Porro plerumque curvatus repræſentatur, unde Pacuv. *curvicervicum pecus.* Curvatura autem non nativa, ſed ex ſalienti ejus luſu concepta, dum fluctibus ſe erigit, ſubitoque præcipitat, nautas ingruentis jam tempeſtatis commonefaciens. *Spelmann.* Numi quoque curvum exhibent. Unde aliqui gibboſi imaginem eſſe volunt. *Vptonus de mil. offic.* l. 4. p. 207. mentionem facit *Delfini Nilotici, dauphin de Nile*, quem ait dorſum habere pinnis ſerratum, ut crocodili ventrem ſecet. Ab aliis vero id obſervatum non video.

Exempla. §. V. Cur pauciores delphinos in ſcutis obſervare liceat, *Varenn.* reverèntiæ in Delphinos Franciæ attribuit. Neque tamen adeo rara figura eſt. Geſtant enim non tantum ſine numero ſparſos argenteos in ſcuto cæruleo impoſito ejusdem metalli leone *Bigny d'Eſnay* (ſed Varenn. piſces illos *capitones* vocat) verum etiam ſingulos Delphinos. Nempe cæruleum, branchiis rubeis, in parma aurea *Delfini Viennenſes*, nunc Delfini Franciæ, concolorem, ſed mortuum, atque ita hiante ore in aurea (alibi repetitur aureus in cyaneo) *Delfini Arverniæ*, aureum in rubeo (hinc Uptonus Niloticum Delphinum vocat) *Com. Forenſes, de Foreſt*, aureum procumbentem (couché) in nigro, *Iameſii*, aureum in cæruleo *Fitz Iameſii*, aureum in ſcuti argentei rubeo cephalo *Fiſcher.* Tres Delfinos argenteos baltheo nigro inſerunt in parma argentea *Raltii*, ſimiles ſcuto coccineo impreſſos juxta cantherium hermionicum Bleverhaſſeti.

Balæna. §. VI. De balæna terminum *Fierté* uſurpant, qui dentibus & rictui exprimendis ſerviunt. Sturionis videor agnoſcere anteriora, quæ argento tincta, *aperto* rictu, ſed dentibus & corona aureis, in ſcuto rubeo deſignant famil. *Appenheimer* [Patrit. Francof.] (γ)

Salmo. §. VII. *Salmones* quoque in ſcutis viſuntur. Exempla ſunt in familia *Salmenſi.* In hiſtor. inſign. l. 1. c. 84. & *Rhingravia.* l. 1. c. 76. *Lucii* ſymbolum habentur rapacitatis: Geſtat Lucium curvatum colore naturali in ſcuto rubeo *Colner* [Sileſ.] (δ) rictum frutici viridi colliculo tricipiti ejusdem coloris affixum duplici alluſione *Staudenbecht* [Francon.] (ε) 3. argenteos in coccineo cruciculis cruciatis ejusdem metalli ſparſo familia *Luciorum*; totidem lucios ſuo colore pictos in ſcuto cyaneo *Sommerfeld* [Sileſ.] (ζ)

Mulli barbati. §. IIX. *Barbatorum mullorum* (bars) qui ex more obverſi (addoſſez pingi ſolent, exempla iſta ſunt. Duo rubei in ſcuto hermionico *Gaucourt*, aurei in cæruleo, *Mortbehard.* Aurei in rubeo *Montfaucon.* Figuræ fere conveniunt duo piſces, quos fam. *Rouville* (Norm.) aureos ſcuto cæruleo, plinthidibus aureis ſparſa inſcribit, ſed non barbos verum *gobiones* (gougeons) eſſe probat *M. Gilb. de Varenn.* ex antiquo hujus familiæ nomine *Gougeux*: cum quo conſentit Geliot.

Truttæ: Carpiones. Tineæ. Capitones. §. IX. *Truttas* etiam reperias in ſcutis: de quarum maculis terminus *picotée* in uſu eſt. Geſtat fam. *d'Orcival* truttam argenteam diagonali ſitu comitantibus 5. ſtellis aureis ſupernè binis, inferius ternis. Aliqui *Pfiretenſes* piſces truttas eſſe volunt, ſed barbos rectius dixeris (Conf. Hiſt. inſign. l. 1. c. 9. p. 63.) Carpionum quoque exempla ſunt; carpio nativi coloris transversè locatus in ſcuto cæru-

(α) Wap. I. p. 75. plumæ ſtruthionicæ aurea, argentea, cærulea. Laciniæ argent. & cærul. (β) Wap. I. p. 66. Inter duas pennas galli gallinacei cyaneas media argentea. (γ) Figura ſcutaria, niſi quod incumbit coronæ faſciculus pennarum galli gallinacei, niſi forte ſit faſciculus graminis marini. Color niger eſt. (δ) Wap. I. p. 61. Lucius ſcutarius. Laciniæ rubeæ & argenteæ. (ε) Wap. V. p. 91. tota figura ſcutaria. (ζ) Wap. I. p. 60. Lucius caput ſub galea abſcondens.

cærulæo *Glaubiz* [Silef.] (α) ille rubea tænia medius ligatur diſcerniculo unius lineæ, *Glaubiz de Brug* [Silef.] (β) *Tineas* (tanches ſeu tanques) 3. erectas, rubeas inſcribit ſcuto aureo fam. *Tanques*. Scutum virgatum minio & argento, in mediis tribus argenteis aureis refert totidem piſciculos incurvos [Barmen] ſui coloris *Erſtenberger* [Auſtr.] (γ) Capitones (*Chabors*) nobilitat familia illuſtris *Chabotiorum*. Vid. Hiſt. inſ. l. 1. c. 79. n. 24. *Muſtelæ fluviatiles* (Ruppen) duæ, quarum altera caput in areæ rubeæ latus dextrum altera ſiniſtra tendit, ſuo colore pictæ notant nomine indice *Ruepp*. [Bav.] (δ)

§. X. *Halec* ſeu *harengus* locum quoque ſuum habet: 3. argenteos (2. 1.) geſtat familia *Champgirault de Germonville* in ſolo nigro. Scuti aurei, quod percurrit baltheus cæruleus 3. liliis argenteis impreſſus, caput rubeum continet halecem argenteum *Heringen* (ε) [Patrit. Francof.] *Aſellus* argenteus auro coronatus in rubea parma *Islandiam* notat in Danico ſcuto. Vid. Hiſt. inſign. l. 3. c. 12. n. 13. *Piſcis volans* conſpicitur in clypeo rubeo argenteus alis aureis pro fam. *Böltzig* [Brunſvic.] (ζ) item argenteus in rubeo pro *Senitz* [Silef.] (η) Halec. Aſellus. Piſcis volans.

§. XI. *Cancros* huc etiam referimus, quos ſi ineptiæ ejus locum invenirent, protervi hominis & in tibiis guttoſi hieroglyphicum conſtitui vellet *Ioh. de Bado aureo*. Inſcribunt cancrum rubeum parmæ argenteæ *Mehlem* [Patrit. Francof.] (θ) Tres (2. 1.) cancros geſtant rubeos in aureo ſcuto *Thiars*, in argenteo *Flogni*. Cancri.

§. XII. Nonnunquam partes piſcium reperiuntur in clypeis. Piſcis dimidius cæruleus in parma argentea *Dham* [Silef.] (ι) *Villeblanche du Pin* geſtat in parma cyanea tria argentea capita piſcium (alii dimidios ſalmones vocant) circa faſciam concolorem. Piſcium partes.

§. XIII. Nonnunquam carne ablata ſolæ ſpinæ, vel oſſicula pinguntur (*areſtes*, ein Fiſchgräth.) Tales duo piſcis ſolis ſpinis conſtantes argento tinguntur & in decuſſim trajiciuntur in parma rubea pro fam. *Gradel de Boden* [Bavar.] (κ) piſcis oſſicula argentea parmulæ mediæ bipertitæ latus ſiniſtrum rubeum ornant in fam. *Krolnitz* [Bar.] (λ) Spinæ piſcium.

MEMBRVM IV.

DE REPTILIBUS.

1. *Dracones.*
2. *Quibus apud Græcos uſurpati.*
3. *Hieroglyphica.*
4. *Exempla.*
5. *Serpentum ſignificatio ſymbolica.*
6. *Serpens tortuoſus ſeu boa Mediolanenſe δεῖγμα.*
7. *Exempla colubrorum.*
8. *Amphisbæna.*
9. *Buſones. Rana.*
10. *Teſtudines. Limaces. Lacerta. Salamandra.*
11. *Scorpio. Formica.*

MEMBRUM IV.

DE REPTILIBVS.

§. 1.

CUm draconum mentionem facimus, præcipuum fere eſt, quod Romanis illi inter ſigna militaria fuerint. *Spelmann. aſpilog.* p. 17. elegantem adducit *Amміani* de Conſtantino locum: *Eumque poſt antegreſſos multiplices alios, purpureis ſubtegminibus texti circumdedere draconis, & haſtarum aureis gemmatisque ſummitatibus illigati, hiatu vaſto perflabiles, & ideo velut ira perciti ſibilantes caudarumque volumina relinquentes in ventum.* Unde de figura, qua fuerint, ſatis conſtabit. Conf. *Hæping. de jur. inſ.* c. 17. n. 194. ſeq. Si de origine quæras, *Iſidorus* notat: poſteaquam Apollo draconem Pythium confecerit, primum geſtaſſe draconis ſimulacrum, dein Græcos, & poſtmodum Romanos talia ſimulacra ad bellum detuliſſe. Addendum vero erat, hos à Dacis victis potius ſibi ſumſiſſe. Dracones

§. II. Ex Græcis draconē dat Alcmæoni *Pindarus Pyth.* 8. δράκοντα ποικίλον. Ubi ſcholiaſtes rationē dat, quia animal in auguſtiis uſū habeat (erat enim) Amphiaraus vates) & quia in terræ Quibus apud Græcos uſurpati

(α) Wap. I. p. 67. carpio galeæ impoſitus ante tres ſtruthionicas plumas, quarum media argento fulget inter cyaneas. (β) Wap. I. p. 67. tres plumæ ſtruthionicæ, media argentata inter rubeam & cæruleam, ante has ſcutarius piſcis. (γ) Wap. I. p. 39. coronatæ galeæ impoſita Siren ſui coloris, auro coronata. (δ) Wap. I. p. 33. ex coronata galea ala foliolis inter pennas ornata piſces ſcutarios impreſſos oſtentans. (ε) Jugum alarum expanſarum aurearum, baltheum ſcutarium referentium. (ζ) Wap. I. p. 181. pileus acuminatus rubeus, ora reducta argentea, nodo, in quem colligitur, aureo. (η) Wap. I. p. 69. 5. plumæ ſtruthionicæ nigræ. (θ) Wap. I. p. 211. Alarum explicatarum (Sibmacher eas complicat) & ſingulis cancris inſignitarum jugum. (ι) Wap. I. p. 53. cornua bubala, quorum prioris ſuperiora, alterius inferiora argento tinguntur, reliqua cæruleo colore. (κ) Wap. I. p. 98. caſtor galeæ inſidet. (λ) Wap. I. p. 32. ex coronata galea prominent 3. plumæ ſtruthionicæ coccineæ, impreſſis oſſiculis piſcis.

terræ etiam cavernas descendit (sed & ipse subter terram descenderat.) Filius autem paternæ artis insigne gestare voluit (ὁ δὲ παῖς σημεῖον τῆς τοῦ πατρὸς ἔσωξε τέχνης) vel quia à Melampode, cujus aures duos dracones perlinxisse,& ob hoc ipse animalium brutorum voces intellexisse creditũ fuit, oriundus erat. Amphiarao ipsi dat hanc figuram *Pausanias*, Statius Capaneo hydræ. Nec minus apud *Hesiod.* in ἀσπ. ἡρακλ. (Si tamen ille auctor est poëmatis.) Herculis clypeus imagine fulsit draconis. Ita etiam juxta sortes editas interfector Lysandri, dracones cavere jussi, Neochorus civis Haliartius in scuto, vel ap. Plutarch. in capulo ensis draconem habuit. Gestarunt etiam dracones aliæ gentes. Draconem volantem tribuit Gothis *Hæping. de jur. inf.* c. 3. §. 10. 999. Dein etiam assignatur Vandalis & Slavis. Burgundionibus dat anguem multis spiris sinuosum Sidonius. Conf. de Uter Pendragone *Hæping. de Iur. inf. c.* 17. §. 15. *n.* 505.

Hieroglyphica.

§. III. Inter insignia principatus apud Ægyptios cum tauro & leone etiam draco erat, teste *Diod. Siculo.* l. 2. Alia varia hieroglyphica in hac bestia quærunt, an inveniunt, vigilantiæ, prudentiæ, religionis, patientiæ, temperantiæ, justitiæ, fortitudinis, diligentiæ. *Ioh. de Bado aureo* p. 16. insignem potatorem denotari existimat. *Spelmannus*, cædis & funestorum indicium facit. Allegat locum ex chron. MS. de bello, ubi dicitur: *Rex Henricus III. Leivense prælium ingreditur, præcedente dracone rubeo, qui mortem generalem adversariorum portendebat.* Nec vero satis infaustum signum draco videri posset, nisi etiam Antichristo daretur. *Ita Ribera ad Apocal.* 13. 3. *n.* 13. *p.* 337. *Mihi conjecturis locus est, non apparet improbabile, Antichristum insigne draconis, qualis hic* (*Apocal.* 13.) *depictus est, gestaturum, aut in clypeo aut in signis militaribus* (*quemadmodum Romani aquilas gestabant, & per singulas cohortes dracones, quos qui portabant, draconarii dicebantur, ut est ap. Veget.* 2. *de Re milit. c.* 13.) *quasi Deum intelligi velit in illo signo, à quo ipse missus sit, & potestatem acceperit, p. p. n.* 34. *p.* 350. Characterem, de quo Apoc. 13. 16. arbitratur esse illum, quo in sigillo utetur Antichristus ad morem regum, Esth. 3. Dan. 6. ac dicit characterem draconis non sibi improbabilem videri, nisi diceretur character nominis, unde postea in monogramma ☧ concludit. Refutat illud de dracone commentum Riberæ *Blas. Viegas comm. Apoc.* 13. p. 686. Et quis sanus nugas illas probet, aut credat Antichristum astutissimum avernalis hostis consveto symbolo ultro fassurum se Deo adversari. Miror vero quod *Hæping.* c. 9. n. 265. Riberianum commentum, cum refert, sine nota transmiserit.

Exempla.

§. IV. Exhibebo nunc aliqua draconum scutariorum exempla. Gestant draconem aureum in rubea *Vernuis*, rubeum in auro *Villebrune* [Bress.] aureum in cæruleo (addito cephaleo ejusdem metalli aquila nigra impresso) *Borghese*, aureum nascentem in rubeo *Boncompagno*, prasinum coronatum ex antro seu caverna emergentem in imo scuti argenteo *Cueva* (Hisp. unde duces de *Albuquerque*. Conf. Hist. insign. l. 2. c. 17. n. 3.) aureum in nigro insistentem monticulo tricolli argenteo *Neydeck* [Austr.] (α) Tres dracones nigros in argenteo *Le Granger de la Piequemenie.* Draconis anteriora in scuto sinuata linea bipertita ex auro & cocco, iisdem coloribus alternatim infecta *Gössel zum Thurn* [Austr. in 1. & 4.] (β)

Serpentum significatio symbolica.

§. V. *Serpentem* etiam inter symbola usus varius est. Prudentiam, perspicaciam, sanitatem, Jurisprudentiam, insidias, communiter potari volunt. Potest vero etiam imperii symbolum esse; cum varia apud gentiles principatus omina à serpentibus ducta sint: nec non salutis publicæ prudentia promotæ. Huc respiciunt numi Cæsarum cum inscriptione: *Pax Augusti, Felicitas Augusti.* Si caudam mordeat serpens, hominem notabit, qui cujusque rei eventum meditetur, juxta alios annum & siderum motum, vel etiam æternitatem. Occurrunt tales in circulum collecti angues 3. argentei in parma cærulea pro *Lauzon*, argenteus aureo decussi in rubeo clypeo, superiori parte datus comes pro *Chifflet.* Caduceus mercurii, serpentes deferens, pacis conciliatores indicabit. Gestat nominis causa talem aureum in area cærulea *Mercurio* (Sicul.) Inter antiquos Nestor serpentem aureum gestasse fertur ap. Hæping. de Jur. insign. c. 2. §. 10. n. 1009. Apud *Manethonem* Osco regi Tyrrhenorum itidem serpens datur.

Serpens tortuosus seu boa Mediolanense δεῖγμα.

§. VI. Qui tortuosus pingitur serpens seu boa, *giure* seu *guyure* (vipera, unde & fasce, bande &c. *viurée*, tortuosa) vid. s. 1. n. 35. appellari solet; vel & *bische*, le Labour. orig. des arm. n. 151. qui hanc figuram Italis propriam, ut *crancelin* Germanis, constituit, allegans scutum fam. *Bisce* Rom. in quo rubeo circa columnam argenteam

(α) Wap. I. p. 40. coronatæ galeæ insistit draco scutarius. (β) Wap. I. p. 41. draco è coronata galea erumpens.

team volvitur ſerpens hujus generis.) Celebris inprimis eſt boa *Mediolanenſem* principatum ſeu *Milano* notans, cærulea in ſcuto argenteo, quæ ita repræſentatur, ut ſepties flexus infantem ad umbilicum usque prominentem, ſangvineo colore tinctum devoret. Rationes varias allegant: quod Otho Vicec. Mediolan. ſerpentem, qui filium ejus ex cunis raptum devoraturus erat, confecerit, vel in Bullionei expeditione vicerit Volucem gigantem, & inter ſpolia ejus armorum retulerit galeæ apicem, qui exhibuerit hunc anguem infantis devoratorem, ſeu quod gigas terrere hac imagine voluerit hoſtem ſ. quod ſe ab Alexandro derivare, quem concubitu Jovis Hammonis, ſpecie draconis venientis, cum Olympiade natum fabulantur. (Et ob hoc illo ſymbolo uſũ. *Hæping. de Iur. inſ.* 45. *n.* 24.) Alii (ut Petrarcha) volunt, Azonem vicecomitem aſſumſiſſe hanc figuram, quod vipera, quam in galea latentem imprudens capiti impoſuerit, nihil nocuiſſet. Alii alia commenta addunt. Vid. *Varenn. Roy d' arm.* P. 2. p. 307. *Limn. Iur. publ.* 6. 6. 21. *Hæping. de Iur. inſign.* c. 6. n. 1218. & c. 8. §. 1. m. 6. p. 140. ſeq. *le Labour. de l' orig. des arm. n.* 68. qui fabulam refellit, cum Otho in hiſtoria expeditionum orientalium legatur, nec aliud capitis olim tegumentum fuerit Turcis, & Saraſinis, quam nunc eſt belli pacisque tempore: hoc etiam addens, perperam figuram accipi, tanquam devoraret ſerpens infantem, qui potius ex ore ejus prodeat, ut habent verba *Alciati*:

Exiliens infans ſinuoſi è faucibus angvis
Eſt gentilitiis nobile ſtemma tuis.

Iterum:

Ore exit, tradunt ſic quosdam enitier angves.

§. VII. Serpentem, viperarum & colubrorum illa ſunt exempla. Goſtant colubrum argenteum tortuoſum in parma cyanea *Colbert*, nigrum coronatum in aurea cærulea, quæ laterculi bipertiti prior eſt, altera medietate transversè ſecta ex minio & argento, *Paradeyſer* [Carinth.] (α) Duos ſerpentes cæruleos ſcuto argenteo 2. faſciis coccineis exarato, inductos, *du Refuge*, duos item in ſcuti transversè ſecti (conf. ſ. 3. m. 1. n. 41.) pede bipertito, in aureo cæruleum in cæruleo aureum. *Hülſen* [Tirol.] (β) Exempla.

§. IIX. *Amphisbænæ* ſunt ſerpentes gemino capite, vel quorum caudæ alio capite terminantur alati, Galli vocant *Amphiſteres*. Geſtant duas Amphisbænas aureas intermedio baltheo anguſtiori argenteo (juxta *Vulſon* & *Geliot* purpura tingitur, Varenn. auro inficit, *ſed Le Labour. in tomb. de Paris*, argenti uſum non uno loco obſervavit) in parma cærulea *Baillet* (in ſcuto duc. de Tresmes. conf. hiſt. inſ. 1. 37. 4.) unam auream in ſcuto cyaneo *du Bourg*. His annumerari debeat draco rubeus in ſcuto argenteo fam. *Breidenſtein* dict. *Breidenbach* [Rhen.] (γ) alii viderint: caudæ enim additũ caput ſerpentinũ nõ video. Amphiſbæna.

§. IX. *Bufones*, quod aliqui Franciæ prioribus regibus dare ſoliti ſint, monebitur Hiſt. inſign. l. 1. c. 24. n. 2. Tres etiam bufones (botraces vocat) nigros in ſolo argenteo dat Uptonus domino de *Botraux* (Angl.) Rana, ducta à ranis Seriphiis ratione, taciturnitatis ſymbolo ſervit: Eam in annulo geſſit Mæcenas. Plin. 37. 1. Rana aurea in nigra area 2. & 3. (nominis cauſa) *Fröſchel de Martzel* [Bav.] (δ) Tres ranas virides in fluvio aureo vel baltheo undato aureo, qui ſcutum nigrum perlabitur, geſtat fam. *Froſch* (ε) [Patrit. Franc.] Bufones. Ranæ.

§. X. *Teſtudinem* Peloponneſiis ſymbolum dant ap. Hæping. de jur. inſ. c. 2. §. 10. n. 998. Teſtudinem nigram (**Schildkrot**) aureæ parmæ inſcribit *Eſtinger* [Sileſ.] (ζ) auream rubeæ *Iacoben de Ebelſpach* [Franc.] (η) *Cochleæ* teſtaceam domum (**Schneckenhauß**) argenteam in rubea parma nomini notando geſtat *Schneckheuſer* [Sileſ.] (θ) Limaces (*Limaçons*) 3. argenteos inſcribit cæruleo ſcuto, & lilium aureum deſuper pingit *Lumagne* (Varenn. παρωνομασίαν obſervat.) *Lacertis* etiam in ſcutis locus eſt. Nam geſtant lacertas 3. argenteas in ſcuto cæruleo, impoſito capite coccineo 3. ſtellis aureis inſigni *Le Tellier*, tres praſinas in argenteo *Cottereau*. *Salamandram* auream flammas concolores evomentem, in parma cærulea, cui argenteum caput 3. trifoliis viridibus inſigne incumbit, geſtat *Aubin*, argenteam autem in igne rubeo ex pede ſcuti nigri exeunte repræſentatam *Salemandri* (Senen.) Teſtudines. Limaces. Lacertæ. Salamandræ.

§. XI. Scorpio animalculum venenatum apparet in ſcutis. *Formica* hieroglyphicum eſt prudentiæ, diligentiæ, laboris, opulentiæ, roboris, gloriæ inanis. Scorpio. Formica.

(α) Wap. I. p. 46. ex galea coronata alarum complicatum jugum impreſſum ſcutario typo. (β) Wap. I. p. 43. (γ) Wap. I. p. 30. προτομὴ draconis ſcutarii. (δ) Wap. I. p. 61. ex coronata galea jugum complicatum alarum nigrarum cum rana ſcutaria. (ε) Wap. I. p. 210. herma virilis cum emblemate ſcutario, redimitus ſerto ex roſis rubeis, alibi vidi argenteas pingi. (ζ) Wap. I. p. 51. galea coronata, ex qua inter jugum alarum repit ſcutaria teſtudo. (η) Wap. V. p. 88. ex coronata galea exurgens aquila nigra alis paſſis, caput redimita corona imperiali. (θ) Wap. I. p. 72. coronatæ caſſidi impoſita figura ſcutaria.

SECTIO I.

DE VEGETABILIBVS.

MEMBRVM I.

DE ARBORIBUS ET FRUTICIBUS.

1. *Palma.*
2. *Abies. Pinus. Cypreſſus.*
3. *Quercus. Trunci & folia quercina. Fagus.*
4. *Olea. Nux.*
5. *Chamæceraſus. Crequier.*
6. *Pirus. Tilia.*
7. *Vitis. Palmites.*
8. *Licarus. Ficus. Rubus. Piperis frutex.*
9. *Arbores incertæ.*
10. *Sylva.*
11. *Trunci arborum.*
12. *Folia.*

MEMBRUM I.

DE ARBORIBVS ET FRVTICIBVS.

§. I.

Palma. ITa animalia vidimus, nunc ad ea tranſimus, quæ viva ſenſu tamen deſtituuntur. In his vero primus eſto locus arborum & fruticum. Enumerabimus vero aliquas arborum ſpecies, quas expreſſas reperimus. Prima eſto *palma*, ab antiqua victoriæ nota: Viſitur ea in ſcutis. Huc & *ramos palmarum* referamus. Utuntur ramis duobus vel 3. viridibus in parma cærulea cantherio aureo, quem ex auro ſuperius 2. roſæ, inferius malum punicum, comitantur *Paulmier*.

Abies. Pinus. Cypreſſus. §. II. *Abies* ob altitudinem majeſtatis habetur hieroglyphicum. Geſtat abietem (Sapin.) auream in cyaneo ſolo *Sapin*. Pinus mortis hieroglyphicum cenſetur. Geſtat viridem in ſcuto argenteo 2. liliis rubeis ſtipatam *Budes* (Britann.) argenteam tricolli monticulo viridi inſiſtentem in clypeo rubeo *Fichtel* (α) Cypreſſus luctus ſymbolum creditur, inprimis de domini morte conceptæ. Exempla ſunt

Quercus, Trunci & folia quercina, Fagus. §. III. *Quercus* roboris vel rei ad communitatem ſpectantis, aut imperii multo annorum decurſu firmati, ſignificationem habere ſolet. Terminus de ea uſitatus eſt *englanté*. Geſtant quercum (ſeu robur, ſi nominis analogiam reſpicias) auream in ſolo cæruleo *Roborei ſeu de Rouvere* (unde duc. Urbini conf. Hiſt. inſign. l. 1. 98. n. 4.) in area priori ſcuti (de altera vide ſ. 3. m. 2. n. 7.) transversè ſecti, cujus ſuperior pars nigricat, inferior auro ſplendet, his coloribus alternatim pictam nominis cauſa *Eichhauſer* [Sil.] (β) ſimilem, ſed glandibus onuſtam in parma cærulea, cephalo addito argenteo 3. ſtellis rubeis inſigni *du Cheſne*, viridem in argentea, aureis glandibus fœcundam, quadrante addito coccineo, 2. haſtis argenteis adverſis ornato, *le Pleſſis Niſon & Miſſirien* (Britann.) Truncus quercinus in faſciam locatus aureus, ex quo tres prodeunt ramuli cum foliis & glandibus ex eodem metallo in parma nigra *Rückingen* (γ) [Patrit. Francof.] Ramus quercinus 3. foliis viridibus & 4. glandibus aureis inſtructus in parma cyanea. *Kupper Wolf.* [Sileſ.] (δ) ex aureo tricipiti monte in nigra ſurgentes duo ramuli quercini implexi aurei ſingulis foliis & glandibus inſignes (nominis cauſa) *Aucher* de *Herngiesdorf* [Bav.] (ε) Sertum viride è foliis quercinis in aurea parma. *Schæneiche* [Sileſ.] (ζ) *Fagum* etiam reperire eſt in ſcutis. Talem ſcuto transversè ſecto inſcribunt auro in parte nigra, nigro colore in aurea tinctam, radicibus extantibus. *Bucher* [Sileſ.] (η)

Olea. Nux. §. IV. *Olea* ſymbolum pacis & obedientiæ eſt. Exempla ſunt. *Nux* patientiæ hieroglyphicum eſt. Geſtant nucem arborem viridem in argentea parma *Fauchinot du Noyer* (Bonon. unde Papa Innoc. IX.)

Chamæceraſus. Crequier. §. V. Non infrequens eſt *chamæceraſus*, quam *crequier ſ. ceriſier nain* appellare ſolent. Nomen *crequier* ex Belgico *Kricken* deſcendere largitur *Meneſtr. l'art du blaſ. juſtif.* c. 13. p. 359. De ipſa arbore iſta *Varenn. R. d. arm.* p. 179. notat: *C'eſt un arbriſſeau ſur le bord d'une petite riviere, qui arrouſe les prairies de Crequi en Picardie, ainſi que me l'ont appris ceux de la maiſon meſme: Arbuſcula eſt ad ripam rivi, qui prata Crequiana in Picardia lambit, uti ex illis habeo, qui ipſi hujus familiæ fuere.* Pingi vero ſolet præter medium ternis utrinque ramis: obſervat vero Varenn. ſe etiam vidiſſe quinque ramorum chamæceraſum in ſcuto Germanica. Primaria familia, quæ hoc ſigno nominis utitur, eſt de *Crequy* (unde Duces Crequii & Eſdiquierii. Conf. Hiſt. inſign. l. 2. c. 16. n. 2.) geſtans chamæceraſum coccineam in parma aurea.

(α) Wap. V. p. 89. inter duo cornua ex minio & argento transversè ſecta & alternatim picta exurgens vir iterum cocco & argento bipertitim veſtibus dextra pinum geſtans. (β) Wap. I. p. 63. (γ) Truncus ſcutarius inter 2. alas expanſas nigras. (δ) Wap. I. p. 21. jugum alarum complicatum nigrum. Lacin. cæruleæ & argenteæ. (ε) Wap. I. p. 97. inter duo cornua nigra ramuli quercini. (ζ) Wap. I. p. 50. coronatæ galeæ impoſitum ſertum ſcutarium. (η) Wap. I. p. 64. galeæ coronatæ inſiſtit inter duas alas nigras fagus aurea.

rea. Addit le Labour. orig. des arm. n. 155. *Housdain* (Arteſ.) quæ fam. geſtat viridem in aurea. Quod pauciores rami & folia, quam natura fert, ibidem licentia heraldica excuſat. Ceraſum auream ſolo aureo innixam in parmæ cæruleæ, (quæ cantherium argenteum & ſupra hunc duas molulas echinatas aureas continet] pede pingit *Cerisieres*. Parmæ cæruleæ cum cantherio aureo inductus palus medius rubeus continet ceraſum praſinæ telluri tricipiti implantatam *Kirſchbaum* [Auſtr.] (α)

§. VI. *Pirus* hieroglyphicum creditur conſtantiæ: *malus* amoris. Exempla ſunt... *Tilia* viridis in ſcuto argenteo inſigne *Lindaviæ* urbis.... Eam ex Munſtero le Labour. orig. des arm. n. 155. pingit tantum 5. ramis & foliis inſignem, & ita cum chamæceraſo confert, ſed aliter noſter autor libri armor. (β) qui arborem juxta ſpecum repræſentat. Ramuſculus tiliæ implexus miniatus utrinque quaternis foliis inſtructus in ſcuto argenteo [**Ein roth zuſammen geſchlungen Linden-Zweig mit 8. Blättern.**] deſignat familiam *Seckendorf*, quam poſt alia decora Illuſtris *Vitus Ludovicus* literis, virtute, rerum agendarum experientia & in domum Saxonicam ac publica univerſim commoda meritis clariſſimus nunc etiam illuſtrat [Franc.] (γ) Pirus. Tilia.

§. VII. Vitis ſymbolum eſt lætitiæ. Vitis cum uvis nativo colore picta in aurea bipertiti ſcuti anteriori parte, altera argentea 3. roſas rubeas repræſentante notat fam. *Maſchko* [Auſtr.] (δ) Duos palmites vitis cum pampinis & ſingulis uvis virides in ſolo rubeo geſtat *Nebelzal* [Patrit. Francof.] (ε) Si vitis ambiat aliam figuram, utuntur termino *accollé*. Ita *Bignon* geſtat in parma cærulea crucem à margine dejunctam argenteam, quam ambit vitis viridis. Vitis. Palmites.

§. VIII. *Laurus* habetur ſymbolum victoriæ, triumphi & conſervationis. Geſtat laurum viridem in argenteo clypeo, additis merulis *Laurens* [Provinc.] *Ficus* inſigne eſt tranquillæ vitæ. Exempla ſunt.... *Rubus* aliquando apparet. In ſcuto coccineo tria folia rubi cum ramuſculis [**Brombeerblätter ſampt den Aeſtlein**] ex argento (ζ) notant *Bromm* Patrit. Francof. Familia ex Weſtphalia Francofurtum circa initia ſeculi decimi quinti venit in Joanne Brommio marito Cathar. Juckhuſin de Schwonau. Ejus pronepos Joannes Scabinus, qui obiit 1536. ex filiis Joanne Scabino & Jeremia duas reliquit lineas, quarum utraque in nepotibus, illa 1610. in Joanne Oyero Scabino, hæc in Joh. Hectore Scabino 7. Octobr. 1680. defecit. Ab ea domus Limpurgia, **zu alten Limpurg**/ ſocietati patritiæ conceſſa eſt.] ſuo colore picta frutex piperis inſiſtens monticulo tricolli viridi in argento (nominis alluſione) *Pfeffert de Biberbach* [Styr. in 2. & 4.] (η) Laurus. Ficus. Rubus. Piperis frutex.

§. IX. Obſervat *Varenn. R. d' arm.* P. 2. p. 138. *Nos ayeulx & beurs ſecretaires n'ayans pas eu le ſoin de nous marquer les noms des arbores, qu'ils ont mis dans les armoiries nous obligent à preſent, de ne nous ſervir, que du mot general en blaſonnant, au lieu, que pour bien faire, il faudroit ſpecifier de quelle ſorte eſt l'arbre.* Hoc eſt: *Majores noſtri eorumque ſecretarii cum neglexerint notare nomina arborum, quas ſcutis inſcripſere, in cauſa ſunt, ut cogamur generali nomine uti, cum tamen deceret ſpeciatim exprimere, cujus generis arbor ſit.* Ferunt auream in clypeo rubeo *Blettrans de Pierreloux* [Matiſcon.] & [adjunctis utrinque ejusdem metalli ſtella.] *Lavernade*. Viridem in parma aurea, radicibus itidem viridibus, [arbori imponitur orbis niger, & ſcuto toti caput cæruleum, 3. rhombis argenteis impreſſum.] *Lomenie de Brienne*. Arbores incertæ.

§. X. Nonnunquam tota ſylva in clypeo comparet, quod ſi ita fiat, ut folia unius coloris, alterius vero trunci & majores rami ſint, Gallis uſitatus eſt terminus *fuſté*: ſed & uni arbori vocem illam applicare licet: ita *S. Pons de Thomieres* geſtat in clypeo argenteo ulmum viridem, trunco & ramis nigris Sylva.

(α) Wap. V. p. 59. eadem ceraſus inter duo cornua, quorum prioris ſuperior, alterius inferior pars cærulea eſt, reliqua aurata.

(β) Wap. I. p...

(γ) Wap. I. p. 101. pileus acuminatus coccineus argento reductus ſenisque pennis faſtigiatus.

(δ) Wap. I. p. 41. Coronatæ galeæ inter plumas ſtruthionicas auream & argenteam tres roſæ.

(ε) Figura ſcutaria repetitur. Laciniæ nigræ & virides.

(ζ) Wap. I. p. 210. ſuper galea coronata jugum alarum cum ſcutario typo. Laciniæ ſimiles.

(η) Wap. I. p. 49. arbuſcula ſcutaria coronatæ galeæ impoſita.

gris (fusté de sable) Sylvæ exempla observo: *Wolfhagen* [civ.] (α) gestat in scuto aureo inter arbores ambulantem lupum. *Waldcappel* [civ.] (β) sacellum argento tinctum juxta sylvam in parma rubea. In parma cærulea ex sylva viridi, corporis sui parte anteriori prorumpens leo aureus *von Busch* [Silef.] (γ)

Trunci arborum.

§. XI. Alibi *trunci arborum* vel ramorum visuntur nodosi, & vel præcisi sunt, vel evulsi radicibus extantibus. Gestant truncum arboris evulsum extante radice argenteum diagonali sinistro situ in scuto nigro *Ronau* [Silef.] (δ) rubeum præcisum diagonali situ sinistro in argenteo *Hertel* [Sil.] (ε) dextro vero, *Dziewanti* [Sil.] (ζ) simili rubeum in aureo *Tasse* [Sil.] (η) nigrum situ diagonali locatum in scuto transversè secto, ex minio & argento *Vnwerd* [Sil.] (θ) rubeum situ diagonali sinistro in argenteo *Hocke* [Sil.] (ι) eodem situ nigrum, duobus ejusdem coloris foliis vestitum, in scuto ex angulo sinistro secto, hinc miniato, isthinc argentato *Sebotendorf.* [Sil.] (κ) argenteum situ diagonali dextro, sagitta coccinea trajectum, in cæruleo *Eckersdorf.* [Sil.] (λ) nigrum diagonali situ, inter duas rosas rubeas in aureo solo *Ieckel* [Pat. Franc.] (μ) Duos truncos evulsos in decussim trajectos nigros in argentea parma *Stumpf de Tettingen* [Rhen. & Franc. Patrit.] (ν) Itidem nigros, sed utrinque refectos, simili situ in aurea parma *Bircken* [Sil.] (ξ) Tres truncos nigros singulis colliculis viridibus insistentes in argenteo clypeo *Ecke* [Patrit. Franc.] (ο) iterum tres nigros truncos in argenteo adscriptos cantherio rubeo, in quo tres aureæ stellæ fulgent *Scheidt* (π) [Patrit. Francof.] Tres item truncos arboris aureos (2. 1.) capiti adscripta molula echinata ejusdem metalli in cæruleo clypeo *Baugy de Ledeville.* Vicissim alibi asserculi fragmentum (Span) visitur. Gestat autem tale diagonali situ lignei coloris (Holtzfarb) in nigro *Span* [Austr.] (ρ)

Folia.

§. XII. *Foliis arborum* tutelæ & veritatis hieroglyphicum tribuere solent. Wapenb. P. 3. præfat. n. 36. Folium viride in scuti argento. *Dobschütz* [Sil.] (σ) & *Mauschwitz* [Sil.] (τ) Tria folia cordium figura, petiolis conjuncta viridia in area 2. & 3. argentea gestant *dom. de Neuhaus* [Austr.] (υ) similia aurea in rubea *Lengenfeld* [Bav.] (φ) nigra in argentea *Schutzsper dict. Milchling* [Franc.] (χ) Tria folia oblonga in litteram pythagoricam ita disposita, ut confluentibus quibus increverunt petiolis, inserantur orbiculo vel annulo aureo, parmæ argenteæ inscribit familia *Wolmundstein*, cujus successio & ob hoc illud δεῖγμα ad *Reckios* delapsa. Folia rubeo colore tingit Sibmach. Wap. I. p. 30. sed atro Gel. de Colon. Agr. magn. l. 2. s. 14. p. 162. ubi memorat, eandem gentem ex Gallicana in Saxonicam ripam translatam in 3. distinctam esse lineas, quarum priora à fluminis Volmii seu volmidi rupe dicta *Wolmundstein*, altera Romanæ originis etymon retinens Romanopyrgia vel *Rombergia* appellatur, tertia ab assignato arduæ novali malignoque luto dicta videtur *Malinckrotia*. Omnibus vero commune est δεῖγμα. Ita & *Rhonberg* (ψ) ap. Sibmach. Wap. I. p. 132. folia illa tria cocco tingit. *Mallinckrot* (ω) Westphal. Wap. I. p. orbem vel annulum minio folia nigro colore tingit. Differentiæ colorum discerniculum esse potest. Rationes foliorum scutis insertorum illam ibidem affert autor: *Ipsius foliolis digmatis origo etiam in Romanis antiquitatibus fundatur, cum præter vetustissima alia indicia vetustas clare reperiatur in notitiæ utriusque imperii libro ante 1200. annos scripto, & per Sigism. Gelenium edito ante annos centum, in hoc enim codice inter aurea insignia viri illustris comitis largitionum privatarum oblonga exprimuntur folia, cum itaque arma sint hieroglyphica characteresque heroum, hæc trifoliata ad pietatem interpretando (nam & spirituales virtutes exprime-*

(α) Wap. I. p. 224. (β) Wap. I. p. 223. (γ) Wap. I. p. 58. inter rubeam & cæruleam media aurata pluma struthionica. Lacin. aureæ & cyaneæ. (δ) Wap. I. p. 68. ex perticis aureis suspensæ duæ petræ ferreæ. (ε) Wap. I. p. 64. falces duæ missoriæ ferreæ, adversæ, manubriis rubeis & argenteis, quarum exteriores ora ornantur quaternis struthionicis plumis atris. (ζ) Wap. I. p. 70. complicatum jugum alarum, quarum prior argento tincta truncum scutarium repræsentat. (η) Wap. I. p. 74. ala aurea cum symbolo scuti. (θ) Wap. I. p. 53. tres panniculæ typhæ palustris sui coloris. Laciniæ argenteæ & coccineæ. (ι) Ex coronata casside inter falces messorias introrsus versas, coloris terrei, sed manubriis rubeis fasciculus pennarum galli gallinacei nigrarum. (κ) Wap. I. p. 70. rosæ duæ argentea & coccinea, auro gemmatæ, illa in petiolo rubeo, hæc argenteo. Lacin. nigræ, argenteæ & rubræ. (λ) Wap. I. p. 95. ala cærulea symbolis scutariis insignis. (μ)... (ν) Wap. I. p. 143. inter alas argentatas truncus scutarius. (ξ) Wap. I. p. 65. ante jugum alarum aurearum expansum duo trunci scutarii. (ο) Jugum expansum alarum, singulos cum truncis monticulos referentium. (π) Jugum alarum expansarum, typum scutarium repetentium. (ρ) Wap. V. p. 39. ex coronata galea ala cum typo scutario. Laciniæ aureæ & nigræ. (σ) Wap. I. p. 71. ala scuti symbolo insign. Lac. præter regulam cæruleæ & argenteæ. (τ) Wap. I. p. 72. inter duas nigras alas folium scutarium. Lacin. præter regulam nigræ & argenteæ. (υ) Wap. I. p. 34. Pileolus turbinatus niger, superius auro ligatus & plumis struthionicis fastigiatus, ora reducta argentea tribus foliis virentibus impressis. Lacin. arg. & nigræ. (φ) Wap. I. p. 83. complicatum jugum alarum cum tessera scuti. (χ) Wap. I. p. 106. jugum alarum expansum inscripta tessela scuti. (ψ) Wap. I. p. 132. ex coronata galea prominent duo cornua argentea, aureis tæniis circumvoluta, & inter ea folia scutaria. Lacin. ex argento & cocco. (ω) - - -

primebat prisca nobilitas in symbolis suis) explico, significare, mundanæ quovis foliolo plumave levioris triplicis gloriæ æstimationem æternitatis orbitæ & circulo innexam. Licet autem ex Volmundsteiniorum scutario schemate valeam elicere argumenta magis congruentia rei militari, prælubuit tamen in eam piam sententiam legere Heraldicos characteres: quia ex Wolmundsteiniis non pauci Ecclesiastici emerserunt, quodque caput est clari opinione sanctitatis.

MEMBRVM II.

DE HERBIS ET SUBFRUTICIBUS.

1. *Rosa.*
2. *Lilium.*
3. *Vrtica. Carduus.*
4. *Ruta. Trifolium.*
5. *Apium. Petroselinum.*
6. *Nymphæa.*
7. *Brassica. Rapum.*
8. *Allium.*
9. *Spica.*
10. *Merges.*
11. *Stramen.*

MEMBRUM II.

DE HERBIS ET SVBFRVTICIBVS.

§. I.

SI quis rosam priori membro insertam mallet, non pugnabo: sed nec hic planè alieno loco comparet. Loquimur autem de tota frutice, non solo flore. Gestat talem argento pictam quinque rosis & sex foliis unius metalli ornatam in parma rubea *Hamerstein* [Sil.] (α) argento pariter pictam 3. rosis auro gemmatis & foliis viridibus innitentem monticulo tricolli argenteo in rubea *Rosenbusch zu Notzing* [Bav.] (β) viridem rubeis floribus insignem (addito capite scutario cæruleo 3. stellis aureis impresso) in argentea *Rodes* (Paris.) similem 5. rosis rubeis, auro gemmatis exornatam in aurea *Raisse* [Patrit. Francof.] (γ) Rosa.

§. II. Lilium etiam nonnunquam pingitur, tota cum bulbo, caule, & floribus planta. Tria lilia (alii rosas usurpant) cum caulibus argentea tribus colliculis montis ejusdem metalli insistentia in scuto nigro *Göttling* [Bav.] (δ) Novem lilia candida caulibus viridibus ex urceo, lignei coloris, succrescentia in scuto cæruleo *Tlück* [Sil.] (ε) Huc retulerim duo lilia, sed cum radicibus loco bulborum (si malis dicere truncos duos superius liliatos) argento tincta & decussatim locata in scuto rubeo *Warckotsch* [Silef.] (ζ) Lilium.

§. III. Urtica, non uni familiæ placuit. De illa & aliis quoque plantis, ratione linearum, quæ in foliis visuntur, usitatus est terminus *nervé* (*vid. Menestr. L'art du blas. justif. c.* 13 *p.* 336.) Exempla urticarum præbent non tantum *Holsatiæ*; vid. infr. Hist. insign. l. 3. c. 12. n. 9. sed & plures familiæ. In Hispania *Fajardo, Bivero, Gallego, Monteroſa, Vatico, Segnorino & Lugo* gestant in parma aurea 3. caules ἀπταφύλλους viridis urticæ singulis colliculis insistentes, qui 6. undis argenteis & cæruleis pedem scuti occupantibus incumbunt. *Varenn. R. d'arm.* P. 2. p. 185. hanc rationem allegat, quod communis harum familiarum Pater Cames Rodericus de Romaës virgine regiæ stirpis ex Anglia rapta habitationem sumserit ad D. Mariæ de Urtica. *Carduos*, symbolum tutelæ, urticis subjungamus. Gestant carduos tres cæruleos, foliis viridibus in parma argentea *Baillet*, & *Cardon*, aureos in rubea *Cardona*. Quatuor folia cardui uno caule insistentia monticulo tricolli, omnia ex auro, in area 1. & 4. nigra *Wazmansdorf* [Bav.] (η) Urtica. Carduus.

§. IV. Ruta nota habetur hominis integri, & qui versutiis, atque serpentinis moribus sit inimicus. Ob hoc quia ruta inimica veneno. Rutaceum habetur sertum, quod Saxonicis fasciis inducitur. Vid. Hist. insign. proleg. c. 1. s. 1. n. 5. confundit Spelmannus cum ruta trifolium, cujus vero frequens usus est in clypeis. Gestat trifolium nigrum monticulo tricolli ejusdem coloris insistens in parma argentea. *Neidhard* [Austr.] (θ) nigrum in aurea *Zehenter de Zehentgrub*. [Austr.] (ι & κ) viride in diagonaliter secta ex argento & minio *Engelin* [Austr.] (λ) Ruta. Trifolium.

Tria trifolia aurea in rubeo *Prie*, aurea in cæruleo *Hallé du Thuy*, & *Blays* viridia in argenteo *Grandrie* (Nivern.) *Bonnier* (Britann.) *Revol*, viridia enascentia è mon-

(α) Wap. I. p. 61. tria lilia quarum tertium reliquis incumbit argentata. (β) Wap. I. p. 93. coronatæ galeæ rosæ scutariæ impositæ. (γ) Herma virginea, passis comis, auro induta, aureoque pileo, cujus ora reducta cocco tingitur, & qui aliquot pennas galli gallinacei sustinet tecta. Lacin. aureæ & coccineæ. (δ) Wap. I. p. 92. coronatæ galeæ imposita tria lilia scutaria. (ε) Wap. I. p. 76. struthionicæ plumæ inter rubeam & auream cyanea. (ζ) Wap. I. p. 56. ante jugum alarum rubearum figura scutaria argentea. (η) Wap. I. p. 82. pileus orientalis, emblemate scuti impressus, fastigiatus corona & pennis nigris. (θ) Wap. I. p. 37. ex coronata galea complicatum jugum alarum cum symbolo scutario. (ι & κ) Wap. I. p. 41. vid. s. 5. m. 1. n. 7. Wap. V. p. 42. ex galea coronata expansum jugum alarum, quarum prior nigra stellam auream, δεῖγμα laterculi 2. & 3. posterior aurea trifolium nigrum continet. (λ) Wap. V. p. 53. ex galea coronata eminens trifolium.

monticulo tricolli aureo in cæruleo *Muelich* [Austr.] (α) Novem trifolia aurea in nigro *Eusac.* Trifolia duo cum radicibus argentea colligata in rubeo *Fueger de Friedberg* [Tirol. 1. & 4.] (β)

Apium. Petroselinum.

§. V. Apium in Græcia inserviit coronis. Exempla . . . Gestant 3. petroselini viridia folia, interposito leone nigro in aurea parma *Clapisson.*

Nymphæa.

§. VI. Nymphæa folia hinc inde observantur (Seeblätter) Tria folia atra obliquo situ, vel diagonali in parma aurea gestabant olim veteres *Sturii* (Svec.) aliter disposita (2. 1.) *Ribbing.* Tria item folia argentea petiolo in medio scuti rubei coëuntia gestamen sunt *Lemminger* [Bav.] (γ)

Brassica. Rapum.

§. VII. *Brassicæ* exempla sunt.... *Rapaccioli*, gestabat in rubeo scuto rapum argent. foliis viridibus. Cardinalis adjiciebat primo & quarto loco Barbarina insignia; quia ab Urbano promotus erat. *Bibritsch* [Silef.] (δ) tria rapa argentata foliis viridibus in scuto rubente *Keutschach* [Carinth. 1. & 4.] (ε) rapum argentatum foliis viridibus in nigra.

Allium.

§. IIX. *Allium* pariter locum habet. Gestant 3. allii bulbos cum caule argenteos in decussim & palum dispositos in area nigra *Knobloch* [Patrit. Francof.] (ζ) Frutex viridis cum radicibus & foliis 7. in scuto candido *Franckengrüner* [Francof.] (η)

Spicæ.

§. IX. *Spicæ* fertilitatis symbolum sunt. Spicas tres hordeaceas aureas in cæruleo *Orgemont*, & totidem spicas (intermedia, en abisme, luna argentea) [*Iaquemain.*] In scuti ex sinistro latere diagonaliter secti, cujus anteriora rubent, inferiora cærulea sunt, medio baltheo argenteo tres spicæ aureæ *Rauschner* [Voitl.] (θ) In scuto transversè secto ex nigro & aureo, 3. spicis milii tinctura alternante impressis *Vintimille.*

Merges.

§. X. *Merges* seu fasciculus frumenti, vel spicarum apparet in insign. fam. *Wasarum* (vid. Svecica insign. in Hist. insign. l. 2. c. 95. n. 11.) Merges avenæ, aureæ tinctura, & similis ligatione in cæruleo clypeo notat *S. Paul.* Tres fasciculi aurei, ligati nigro in parma rubea notant *Pentheure*, tres aurei in cæruleo *C. de Chester* Angl.

Stramen.

§. XI. Nec *Stramen* vel *paleam* dedignantur scuta. Ita tres paleas, vel straminis festucas aureas diagonali situ locatas in rubea, pectori aquilæ nigræ in scuto aureo expansæ imposita, parmula nominis causa gestat fam. *Paillas.*

MEMBRVM III.

DE FRUCTIBUS.

1. *Malum Punicum.*
2. *Pomum. Pyrum.*
3. *Pomum Cydonium.*
4. *Nux. Castanea. Ficus.*
5. *Pepones. Cerasa.*
6. *Vvæ.*
7. *Nux pinea.*
8. *Glandes.*
9. *Typhæ.*
10. *Cornu Amalthea.*

MEMBRUM III.

DE FRVCTIBVS.

§. I.

Malum Punicum.

Malum punicum seu Granatense, concordiam & profundiori mysterio Ecclesiæ unitatem notare creditur, unde sacerdotum vestibus adhibita figura. Terminus usitatus est *fueillée* de foliis appictis. Exemplum est in symbolo *Granatensis* regni. Vid. Hist. insign. l. 1. c. 38. n. 20. In scuto aureo baltheus sinister niger cum 3. malis puniceis aureis *Zeschlin* [Carinth.] (ι)

Pomum. Pyrum.

§. II. *Pomum* etiam locum habet. In scuto rubeo pomum auro pictum ramo lignei coloris adhærens, in quod terminantur ex summitate scuti tres mucrones argentei

(α) Wap. I. p. 39. galea tegitur diademate tortili, cujus extrema volitant, ex ea exsurgunt duo cornua, quorum prioris superior pars, & alterius inferior cæruleo colore tingitur, reliquæ auro: ante hæc ex monticulo nascentia trifolia.

(β) Wap. I. p. 42. coronatæ galeæ imponuntur 5. plumæ struthionicæ atræ, impressis trifoliis scutariis.

(γ) Wap. p. 95. ex coronata casside cornua duo rubea, qua aperta sunt inserta singula nymphæa folia argentea referentia.

(δ) Wap. I. p. 62. ala scutariis symbolis insignis.

(ε) Wap. I. p. 46. coronatæ galeæ imponitur rapum scutarium.

(ζ) Wap. I. p. 210. allium simile scutario.

(η) Wap. V. p. 91. jugum expansum alarum argentearum cum typo scutario.

(θ) Wap. V. p. 87. cassidi insidens canis candidus millo aureo.

(ι) Wap. V. p. 62. inter cornua, quorum superiora prioris & posterioris inferiora auro fulgent, reliqua parte cærulea exoriens leo cum malo Punico.

tei *Neberotosker* [Silef.] (α) Nec *pyro* minus ille honos habetur. Exempla sunt sex pyra viridia in auro, designantia fa mil. *Peroischen.* dict. *de Peri.* (β)

§. III. *Pomum Cydonium* quod attinet, cum tale *Sfortiæ* cotignolam Sfortiæ primi Mutii Attenduli patriam gestarent, Rupertus Imp. leonem adjecit, qui læva illud sustineret, notante ex Jovio Hæping. de Jur. insign. c. 8. §. 1. m. 5. n. 92. Pomum Cydonium.

§. IV. *Nux* in illis comparet scutis: *Noce* (γ) gestat in scuto cæruleo baltheum argenteum 3. nucibus insignem. *Castaneam* cum involucro, & foliis aureis in capite scuti rubeo, intermedio alio argenteo parmæ ternis aureis & rubeis tæniis oblique fasciatæ, imposito gestat fam. *Castanea* [Rom. & Genuens.] *Ficus* illa exempla sunt. Nux Castanea, Ficus.

§. V. *Pepones* comparent in istis. . . . *Cerasa* gestant tria flava (qualia natura sunt, ne metallum in metallo collocemus) in scuto argenteo *Kriesen* [Pomer.] (δ) Pepones. Cerasa.

§. VI. *Vvas* quod attinet, in scuto rubeo, cui cantherius inprimitur niger, comites superius habens duas stellas aureas, inferius visitur racemus cum 2. pampinis, viridis *Kammerer* [Austr.] (ε) racemus cum pampino viridis inter duas falces vinitorias ferreas capulis aureis in rubeo vid. f. 6. m. 1. n. 15. *Görlitz* (Silef.) 3. racemos cæruleos in argenteo scuto *Gasconig* (Nivern.) & (sed adjectos cantherio rubeo) *Budée* (quæ stirps superiori seculo inclaruit Guilelmo Budæo, Litteris & meritis de publico illustri, & nunc quoque supereſt.) Uvæ.

§. VII. *Nucis pineæ* (pomme du pin.) ut notentur lineæ, Gallis terminus *tracée* usitatus est. *Menestr. L'art du blas. justif. c.* 13. *p.* 335. 3. aureas inscribit parmæ cæruleæ *Pinon*, argenteas cæruleæ *Neveu charnay*, item tres aureas ex baltheo aureo angustiori sinistro seu perticæ diagonali situ suspensas nigræ *Kürmreuth* [Bav.] (ζ) Innumeris aureis conserit parmam rubeam *Chastenubrient*. Nux pinea.

§. VIII. *Glandes* 3. aureas inscribit clypeo cæruleo *Breteville, Delingendes, la Tarrie, Clervaux.* Ramum quercinum sine foliis 5. glandibus insignem nigrum insistentem monticulo tricolli viridi in scuto bipertito ex cocco & argento. *Eichelberg* [Carinth.] (η) Glandes.

§. IX. *Typhas seu panniculas typhæ* (**Seekolben**) aliquas observavi. Exempla vide in insign. *Breuning de Buchenbach* supra f. 1. m. 1. §. 140. duæ coloris spadicei (**braun**) ex gramine viridi succrescentes in scuto argenteo notæ sunt fam. *Mehlhosen* [Silef.] (θ) tres suo colore pictas insistentes nigro monticulo tricolli *Vttingen* [Bav.] (ι) tres nigras in scuti transversè secti, superiori parte argentea, pede scuti atro argenteam fasciam referente *Mermoser* [Bav.] (κ) Huc refero fructus seu thecas seminales lappæ. Gestant vero tres tales virides in area 2. & 3. nigra, *Seiffart de Klettenberg* Francof. sed in 1. & 4. aurea comparens bini trunci quercini prasini, implexi (**übereinander geschränckt**) recisi, & superius ternis glandibus fertiles. (λ) Typhæ.

§. X. *Cornu Amaltheæ* apparet in scutulo medio inter duas lunas fam. *Bonanno* (Austr. cujus majores scuti quadra secunda & tertia ex corona colliculo tricipiti imposita prodeuntes 5. spicas continet forte ob paronomasiam nominis.) Cornu Amaltheæ.

MEMBRUM IV.
DE FLORIBVS.

1. *Lilium. Symbola.*
2. *Ejus Figura naturalis.*
3. *Artificiosa.*
4. *Exempla singulorum & binorum.*
5. *Ternorum.*
6. *Plurium.*
7. *Scuta*

(α) Wap. I. p. 75. Figuræ scutariæ repetitæ.

(β) Wap. IV. p. 141. fœmina nuda pubetenus è corona prominens utraque manu ramulos ternis pyris fertiles tenens. Lacin, hinc rubeæ & argenteæ, isthinc atræ & aureæ.

(γ) Wap. IV. p. 59. ex coronata galea prominens ramus tribus nucibus fœcundus.

(δ) Wap V. p. 172. duo cerasa ex eodem petiolo. Lacin. aureæ, argenteæ, & prasinæ. Forte ex hoc colligendum petiolos cerasorum esse virides.

(ε) Wap. I. p. 36. super coronata galea inter duo vexilla rubea, quorum perticas obvolvit vitis uvifera viridis aurea stella.

(ζ) Wap. I. p. 89. cymbæ aureæ imposita pinus viridis.

(η) Wap. I. p. 46. Ala typo scutario insignita.

(θ) Wap. I. p. 72. typhæ scutariæ cum gramine. Laciniæ argenteæ & prasinæ.

(ι) Wap. I. p. 82. complicatum jugum alarum cum symbolo scutario. Lacin. argent. & nigræ.

(κ) Wap. I. p. 91. pileus acuminatus niger, coronatus auro & tribus plumis struthionicis, quarum inter argenteos media nigricat, fastigiatus, ora reducta argentea cum tribus typhis scutariis.

(λ) Supra coronam 3. colliculi prasini, quibus insistit grus nativo colore cinereo, rostro & pedibus aureis, elevato sinistro pede tenens globum aureum: Laciniæ hinc virides & aureæ, isthinc nigræ & aureæ.

7. *Scuta liliis consita.*
8. *Lilia mutila. Basilienſis figura.*
9. *Sceptra liliata.*
10. *Octona ſceptra in rotæ formam.*
11. *Roſa. Hieroglyphica.*
12. *Flores pentaphylli.*
13. *Roſarum exempla.*
14. *Tetraphylli & triphylli flores.*
15. *Viola. Bellis. Heliotropium.*
16. *Caryophylli. Tulipa.*
17. *Serta.*
18. *Sertum rutaceum.*

MEMBRUM IV.
DE FLORIBUS.

§. I.

Lilium. Symbola.

OMnibus in honore *Lilium* eſt, ſed ante alios ob regis inſignia Francis. Spei, uti omnes flores, ita hic inprimis præcipue ſymbolum habetur, unde in numis frequenter Dea lilium dextra protendit. In numo Alex. Pii Aug. Cl. P. J. Aug. & L. Ælii cum inſcript. *Spes publica.* In Tib. Claud. cum inſcr. *Spes Aug.* in Hadrian. *Spes P.R.* Alii roboris, candoris & prudentiæ hieroglyphica addunt, quin & virginitatis, atque caſtitatis: de hoc ſymbolo Gelen. de Col. Agr. magn. l. 2. ſ. 33. p. 191. *Lilia proximam teſte Plinio à Roſa nobilitatem obtinet, quibus poëtæ cæleſtem originem aſſignant, quippe deciduæ ex lacteo circulo ſtellæ ſemina liliorum dederunt Perſis Regiæ urbis Suſæ nomen lilium ſignificat. Habetur emblema felicitatis & innocentiæ, in veterum numis & ſignatoriis gemmis etiam ſpei bonæ Auguſtæ publicæ & populi Rom. ſignum in manibus divæ & genii exprimitur. In regum aulis ſceptri vertex & gloriæ lilium eſt, nec abeſt à re militari uſus liliorum. l. 7. de bello Gallico Cæſar apud Alexiam munimenti genus ſtruxit*, quod à ſimilitudine floris lilium *appellabant, denique cum frequentiſſime intexatur veſtibus, è quibus ſcutariæ imagines promanent, non mirum eſt, antiquiſſimas noſtræ provinciæ familias ſcutarii liliis inſigniri &c.* Ex Georg. Horn. Ita Cyr. Spangenb. **Adelſp.** P. 2. l. 12. c. 46. p. 336. **Dann gleich wie die Lilien erſtlich ihrer Geſtalt halber ſchön und weiß / darnach auch ſehr lieblich am Geruch / und letzlich darneben gar nützlich zur Artzney ſind: alſo ſollen auch die jenige / ſo die Lilien in ihren Wapen haben / aufrichtige erbare Leut ſeyn / deren Wandel gut / in dem nichts ſchwartzes / falſches und unerbares zu finden. Sollen ferner / wie St. Paulus redet / ein guter Geruch ſeyn / das iſt / ihr Leben GOtt zu ehren und wohlgefallen anſtellen / daß Er an ihren H. Wercken (in Erkäntnüß ſeines Sohns und wahren Glauben / nach der erſten und andern Tafel geſchehen) einen lieblichen Geruch riechen. Sollen endlich als heilwertige Gefäſſe und Organa der Gnaden darnach ſtreben / daß all ihr Thun und Laſſen ihnen ſelber und andern zu nutz gereiche / damit von ihnen nicht Schade / Beſchwerung und Nachtheil / ſondern vielmehr alles gutes und frommen zu gewarten.**

Ejus figura naturalis.

§. II. Si verò pingatur ſex foliis apertis, ut natura fert, *lys du jardin*, hortenſia lilia vocantur. Talia rubeum in parma aurea *la Iugie C. de Rieux* [Langvedoc.] 3. argentea, gemmata auro, viridibus veſtita foliis in cyanea defert *Le Feure d'Ormeſſon.*

Artificioſa.

§. III. Quæ vero in ſcutis repræſentantur aliquantum à figura, quam natura dat, abeunt. Ut tamen cum *Favino theatr. d'honn.* l. 2. c. 6. credamus, *qu'il eſt fort difficile, de bien faire & repreſenter, une fleur de lis mignonnement trouſſée, qui n'eſt peintu excellent, & François de nation & de courage*: (difficile eſſe, ut rectè & venuſtè effictus flos lilii pingatur, niſi id fiat à pictore excellente, & qui Francus natione, atque animo ſit) nemo nos obſtringet. Si pingatur lilium expanſum, apertum vel dehiſcens Galli *eſpanouy* vocant. Tale lilium rubeum in ſcuto argenteo geſtat dono, quod ajunt, Caroli M. *Florentia* (civit. Hetrur.) argenteum in bipertito ex rubeo & cæruleo *Bonaguri* (Rom.) argenteum in cæruleo *Digby.*

Exempla ſingulorum & binorum.

§. IV. Lilium æque ac aliæ figuræ diverſis pingitur coloribus, quod ne abſurdum videatur, olim florem fingi ſolitum fuiſſe, oſtendit *Ferrand. epinic. pro Lil.* 4. *p.* 52. cæterum geſtant lilium aureum in parma cærulea *Dettlingen* [Alſat.] (α) In nigra *Floſs.* [Bav. in 2. & 3.] (β) aureum in rubea *Smiſing.* dict. *Korf.* [Weſtphal.] (γ) quos à Corbulone Claudii Cæſaris duce, qui ad marina æſtuaria derivanda Rhenum inter & Moſam duxit foſſam, nominis veſtigio deduci memorat Gelen. de Col. Agr. magn. l. 2. ſ. 33. p. 195. argumentum addit ex binis Sirenibus lilium ſpei & fortunæ ſymbolum ſupra galeam diademate tortili munitam amplexantibus, imminentibus deſuper 3. aureis ſtellis. Argenteum in rubea *Mecrethig* [Thunnus] (δ) *Agvillon* (Angl.) *Spiler* [Sil. ſed ſubjecta roſa ejusdem metalli] (ε) *Vnruhe* [Bav. ſed in ſcuti tranverſè ſecti parte inferiori] (ζ) argen-

(α) Wap. I. p. 169. lilium ſcutarium. (β) Wap. I. p. 89. vid. ſ. 6. m. 1. n. 24. (γ) Wap. I. p. 188. (δ) Wap. I. p. 50. caſſidi coronatæ impoſitæ 6. plumæ ſtruthionicæ hinc argenteæ, illinc rubeæ. (ε) Wap. I. p. 68. lapis molaris argenteus ſenis ſtruthionicis plumis rubeis & argenteis ornatus. (ζ) Wap. I. p. 89. vid. ſ. 1. m. 1. n. 54.

argenteum in cærulea *Bayrn de Pellenhofen* [Rhen.] (α) *Eberſperg dicti Wegert* [Franc.] (β) argenteum in viridi *Fowkei* [Angl.] hermionicum in rubea *Cokkield*, [Angl.] cæruleum in aurea *Kranich* [Patrit. Francofurt.] (γ) rubeum quinquies pennis nigris ornatum in argentea *Bernheim* [Franc.] (δ) Altera medietate atrum, altera argenteum, in ſcuto ad perpendiculum ſecto & alternis coloribus his tincto *Baner* [Sileſ.] (ε) ita hinc aureum, iſthinc nigrum ad ſimilem ſectionem ſcuti dom. de *Sallnburg* [Auſtr.] (ζ) hinc argenteum, iſthinc rubeum in ſimili ſectione *Fluſshart* [Auſtr.] (η) & inverſo tincturæ ordine *Erlnbecken zu Sinigen* [Bavar.] (θ) iterum parmæ quadripertitæ ex nigro colore & auro inductum, & alternantibus coloribus pictum *Behem* [Sileſ.] (ι) Duo lilia inſcribunt ſcuti transverſè ſecti parti ſuperiori cærulea aurea (inferiori parte rubea, duo aureæ tincturæ ferra, alterum utrinque hamatum, in decuſſim trajecta continente) *Schrenteiſen* [Patrit. Francof.] (κ) itidem duo in bipertiti ex auro & nigro iisdem coloribus alternatim infecta *Steyrer* [Bav.] (λ)

§. V. Trium liliorum frequens uſus eſt. Inſcribunt tria aurea parmæ cyaneæ *R. Franciæ* (vid. hiſt. inſign. l. 1. c. 24.) aurea rubeæ *Montgomery*, argentea cæruleæ *Vetter von der Gilgen* [Bavar.] (α) *Quebriac, Brillac, Launay de Razilly*, argentea nigræ *la Marzeliere*, cærulea argenteæ *Altorf dict. Grosberg* [Rhen.] (β) rubea argenteæ *Le Roy, Rourtay*. In ſcuto perpendiculari ſectione ex argento & minio conſtante tria oppoſitis coloribus tincta (limbo cæruleo 8. liliis aureis impreſſo) *Arellano O. de Aguilar*. (Hiſp.) Terno-rum.

§. VI. Quinque lilia geſtant argentea in clypeo cæruleo decuſſatim locata in quadr. 1. & 4. *Brahe* (Suec.) aurea in cæruleo ſimili ſitu *des Loges* (Cænoman.) & *Narũaez* [Navar.] Item 5. ſed unum in angulo ſiniſtro, unum in corde, duo in lateribus, & ultimum in pede ſcuti aurei cærulea, addito dextro quadrante rubeo, enſe argenteo, deorſum verſo inſigni *Poſanges*. Sex argentea in rubea *Ireland* (Angl.) & (margine ſtriato argenteo) *Darley* (Angl.) rubea in argentea *Redesham* (Angl.) cærulea in argentea (aureo vertice ſcutario denticulato) *Paſton* [Angl.] aurea in rubea *Nantueil le Haudouin*. Decem lilia (4. 3. 2. 1.) argentea in cærulea *Imſteinhauſs* [Patrit. Francofurt.] (γ) rubea in argentea *Kercken* [Marc. Brandenb.] (δ) Plunum.

§. VII. Frequentia quoque ſunt exempla ſcutorum liliatorum, indeterminato numero florum. Tale erat olim Francium (vid. hiſt. inſign. l. 1. c. 24. n. 21.) & *S. Leger* [inducto baltheo rubeo. Alii purpura tingere volunt ſolum, quos refellit *Meneſtr. l'art du blaſ. juſtif. c.* 3. *p.* 56. 61.] nec minus (ſimili inducta tænia rubea) *la Chambre*. Ita conſerunt liliis clypeos aureis nigrum *Bellefouriere*, *Marſay*, aureis rubeum *Chaſteaubrient*, argenteis cæruleum *S. Briſſon*, *Martigne*, *Foucault*, argenteis rubeum *S. Gilles*, rubeis argenteum *Richedame*, nigris argenteum *Chaſteaurouge*. Lilia mutila. Baſilienſis figura.

§. VIII. Nonnunquam lilia non tota pinguntur, ſed aliqua ſui parte mutila: Ita *Mälwiz* in 1. & 4. quadr. [Thuring.] (ε) geſtat 3. lilia perpendiculari ſectione dimidiata rubea in parma argentea. Inprimis quam plurima exempla ſunt liliorum transverſè & ita ſectorum, ut inferior pars abſciſſa lateat. *Au pied coupé, perdu* ſeu *noircy*.

(α) Wap. I. p. 128. inter jugum expanſarum alarum cærulearum, ſingullas ſtellas aureas continentium, lilium argenteum. (β) Wap. I. p. 103. jugum alarum complicatum cum typo ſcutario. (γ) Jugum expanſum alarum, lilia ſingula ſcuti repræſentantium. (δ) Wap. I. p. 105. lilium ſcutarium. (ε) Wap. I. p. 51. Imago virilis umbilicotenus extans, habitu, pileo, quodquod ei imminet lilio, atque vexillis, quæ ſingula manibus tenet, alternatim argento & nigro colore pictis. (ζ) Wap. I. p. 34. ex galea coronata inter duas alas, nigram & auream, ſcutarium lilium. (η) Wap. I. p. 36. coronatæ caſſidi imponitur cauda pavonina impreſſo lilio ſcutario. (θ) Wap. I. p. 87. inter cornua argenteum & rubeum lilium ſcutarium bicolor. (ι) Wap. I. p. 64. ex coronata galea exſurgens adverſus leo aureus, inter alarum jugum, quarum alterius inferiora, alterius ſuperiora auro tinguntur, reliqua nigricant. (κ) Inter duo cornua ſuperius rubentia, inferius aurea lilium. (λ) Wap. I. p. 98. ex coronata galea duæ alæ, aurea & nigra, ſingula lilia deferentia. (α) Wap. I. p. 92. pileus cæruleus, ora reducta lilia ſcutaria referente, in nodum argenteum terminatus, coronatus auro & 3. ſtruthionicis plumis argento & cyano tinctis faſtigiatus. (β) Wap. I. p. 133. galea coronata ſuſtinens alam liliatam. (γ) Jugum expanſum alarum cærulearum, liliis argenteis ſparſarum. (δ) Wap. I. p. 178. duæ aures aſininæ, rubea & argentea. (ε) Wap. I. p. 145. coronatæ caſſidi inſiſtens lilium perpendiculariter ſectum, portionibus diremtis, & utraque pluma ſtruthionica argentea exornata.

noircy. Huc retulero tria lilia in clypeo argenteo nigra pede ſucciſo, vel aliquo ſtatumine occultato, fam. *Rochaw* [Marc. Brandenb.] (α) Item tria argentea lilia pedibus ſucciſis, & eorum loco in medio ſcuti cærulei in triangulum coëuntia *Eberſtein* [Franc.] (β) δεῖγμα Epiſc. & civitatis *Baſilienſis* (γ) lilium inverſum (lis renverſé) aliqui vocant, ſed potius eſt figura ἀνώμαλον, ſuperius epiſcopalis pedi ſuperiorem partem, inferius lilii inferiora exhibens, nigra in clypeo argenteo. Alii ancoram eſſe volunt, quia piſcatores imperii ſint Baſilienſes. *Hæping. de jur. inſ.* c. 6. n. 1001.

Sceptra liliata.

§. IX. Superius exempla habuimus crucium, quarum externa liliis terminantur. Sæpius verò etiam ſceptra, vel bacilli ſupernè liliis ornantur. **Lilienſtäb.** Geſtant bacillos hujusmodi liliatos duos decuſſatim collocatos argenteos in parma cærulea *Delbeine*, rubeos in argentea *Venningen* [Rhen.] (δ) aureos in cærulea, *Sündersdorf* [Bav.] (ε) in transversè ſecta, cujus prior pars minio rubet, poſterior auro fulget, oppoſita tinctura affectos. *Wernsdorf* [Sileſ.] (ζ) argenteos in rubea (in cujus pede 3. colliculi aurei fulgent) *Schulier* [Patrit. Francof.] (η)

Octona ſceptra in rotæ formam.

§. X. Sæpe octona talia ſceptra liliata conjunguntur, ut radiorum rotæ imaginem referant, ut plurimum vero in medio (in annulum enim omnes terminari ſolent) aliqua fulget gemma, Galli vocant *rais*. Ex Steph. Vinandi Herc. Prodicio hanc imaginem ſolis eſſe putat, octo radiis aureis triſulcis fulgentis, Æg. Gel. Col. Agrip. magn. l. 2. ſ. 2. p. 131. 132. cum agit de *Cliviorum*, qui ex Helia ſeu Ælia familia derivari amant, ſymbolo, quod ſit in ſcuti rubei umbone medio pyropus rotundus (alibi parmulæ imagine pingitur) ſolis globum referens, & 8. radiis triſulcis, vel in lilia aut florem deſinentibus fulgens. Vocatur etiam pyropus ſolaris cum 8. divaricatis ſceptris, vel carbunculus radians. Geſtant hanc figuram auream ſcuto rubeo, &, quæ in medio pingitur, parmulæ cæruleæ inductam *Schœnberg* [Baron. & Nob. Rhen.] (θ) auream rubeo *Ray*, *Mandeville* [Angl.] auream cæruleo *Greiffenclau de Volraths* (Rhen.) argenteam nigro *Mandau*, auream in bipertito ex argento & atro *Hauſmann de Namendey* [Rhen.] (ι) Vid. etiam infra ſ. 6. m. 1. §. 8.

Roſa. Hieroglyphica.

§. XI. Lilio *roſam* ſubjungimus, quæ tamen apud Plinium inter flores omnes prima, & lilio prior eſt. Verum nullum ex ſerie noſtra præjudicium cuiquam timeatur. Antiquis Rhodiorum fuit ſymbolum ex nominis ratione, ſed figura à noſtris differente. Confer numos. In Anglia diu triſte factionum Lancaſtrenſis & Eboracenſis ſignum alba & rubea præbuere, donec matrimonio Henrici VII. Regis, ex Lancaſtrenſibus & Eliſabethæ Edoardo IV. Rege natæ Eboracenſium hæredis, factiones ſupprimerentur, & rubra roſa albam implicans ſymbolum novum lætitiæ publicæ fieret argumentum. Hieroglyphicas ſignificationes quod concernit, varias enumerant: Volunt enim hoc flore notari juventutem, vigorem, venuſtatem, gratiam, amorem, gaudium, ſpem, ſtatum florentem, puritatem, refectionem, liberalitatem, ſilentium, (ſub roſa loqui) &, ſi *Ioh. de Bado aur.* p. 35. audias, inſtabilitatem. Ita & Cyr. **Spangenb. Adelſp.** p. 2. l. 12. c. 46. p. 337. **Sie bedeuten erſtlich menſchliche Schwachheit / und dieſes zeitlichen menſchlichen Lebens / Glücks und Regiments Unbeſtändigkeit / welches ein jeder wohl bedencken ſoll: Heut ſtehet eine ſchöne / liebliche / wohlriechende Roſe am Dornſtrauch / morgen iſt ſie verwelcket und wol gar hinweg. Pſ. 58. Darnach bedeutet die Roſe auch den lieben Frieden Hoſ. 14. Denn alle die von Adel nach allem ihren Vermögen zu befördern ſich befleiſſigen ſollen / damit ſie und alle Unterthanen dabey in Auffnehmen kommen mögen. Solche Herrſchafft heiſt Michä 4. eine guldene Roſe.** Conf. *Hæping. de jur. inſign. c. 9. n.* 366.

(α) **Wap. I. p. 174.** ex coronata galea prominens προτομὴ hirci argentata (β) **Wap. I. p. 104.** herma Æthiopiſſæ, coronatus, cæruleo amictu, crinibus in tricam argenteam contortis. (γ) **Wap. I. p. 10. & 222.** (δ) **Wap. I. p. 122.** mitra epiſcopalis argentata rubris ſceptris liliatis ſcutariis fronti impreſſis inſignis, & pennis galli gallinacei faſtigiata. (ε) **Wap. I. p. 31.** reſpondet galea poſterior coronata, ſuſtinens 2. cornua cyanea, ambo utrinque quaternis bacillis liliatis ornata. (ζ) **Wap. I. p. 54.** ex coronata caſſide expanſa ala cum typo ſcutario. (η) Galeæ diademate tortili contectæ inter cornua argentea inſidens canis niger armilla argentea ornatus. (θ) **Wap. I. p. 31. & 122.** inter duo cornua cæruleum & aureum conſidens catellus rubeus, armilla aurea inſignis. In nobilium ſcuto armillam canis non habet, & adverſus pingitur, quorum hoc mori chalcographi attribuo, illud neſcio, an errori an diſcrimini linearum imputare debeam. (ι) **Wap. I. p. 126.** caput moloſſi argenteum cum millo aureo, & alis expanſis, atque ſcutario ſymbolo pictis. Laciniæ ſunt argenteæ & nigræ. Gel. de Col. Agr. magn. l. 2. ſ. 2. p. 131. credit familiam deſcendere ab autore ex familia Ælia, qui heros domeſticus, comes vel dux in Conſtantini M. exercitu ſe profiteretur Ælium conſtantem chlorum vel clarum.

366. *seq. Limn. jur. publ.* 6. 6. 59. Wapenb. *præfat. p.* 3. *n.* 32. Ut vero à militia non alienum habeatur emblema, sanguinem etiam designari ajunt, unde Mars rosa natus fingitur. Wapenb. p. 3. n. 33. Inde fit, ut etiam martyribus tribuatur rosa. Æg. Gelen. de Col. Agr. magn. l. 2. s. 33. p. 193. *Rosam & flores cum in numismatibus, tum in gemmis signatoriis vetustissimis frequenter deprehendimus, sed maximè gestatur roseus flos in armis familiarum, quæ Romanam, illustrem ac diviniorem jactant originem. Nam Martem deastrum ex Iunone & Rosa genitum perhibent, videturque signum Martiis heroibus congruere, cum arcana oporteat esse consilia bellica, & communi adagio* sub rosa *dicantur, quæ propalanda non sunt, aculeisque quibusdam veluti telis rosa armetur, & cruore perfundatur; merito igitur in delectum scutariorum signorum venit, & à veteribus attribuitur cum* Scipionibus *tum octavæ legioni, quæ vero in Vbiis Rosigeræ sunt stirpes, etiam Romanæ originis habent opinionem.*

§. XII. Circa picturam illud solum observandum, quod medium sæpius aliam recipiat tincturam, quod *pointé* seu *boutonné* appellare solent, nos gemmatum dicere possimus; mit gelben ꝛc. Putzen. Præterea à rosis distinguunt Galli flores *pentaphyllos, quintefeuille,* (terminus de his usitatus est percée le Labour. orig. des arm. n. 161. vocat *angemmes*) sed non tantum rosarum aliquæ species hoc numero foliorum sunt, verum inter Germanos ullam ex numero foliorum differentiam observatam non memini. *Spelmannus aspilog. p.* 138. vult hunc florem dari illis, qui à Græcis πενταθλοι, id est, palmam in quinque seu pluribus certaminibus aut facultatibus obtinentes, dicti sunt. Ita ex literatis Democrates apud Diog. Laert. l. 9. in philosophia πένταθλος audiebat, quia naturalia, moralia, mathematica, liberalium artium rationes & omnes artes callebat. Gestant tales pentaphyllos flores, rubeum in argenteo clypeo *Renouart Villayer, Breauté* & (adjecto limbo merularum concolorum) *d'Estrées*, nigrum in argenteo *Coetquelfen*, nigrum in aureo *la Motte*, hermionicum in rubeo *Bossu* C. *de Herford* [Angl.] *Bellemonte* & *Leicester* [Angl.] Tres rubeos in argenteo *Plessis Chastillon*, argenteos in nigro *Giury*, in cæruleo *Richard de S. Priest.* Flores pentaphylli.

§. XIII. Nunc rosarum exempla exhibeamus. Apparet rosa in clypeo nigro argentea, auro gemmata *Lamboting* [Bav.] (α) rubea in argenteo *Lippiæ* Com. [vid. hist. insign. l. 1. c. 54.] nigra in aureo *Wildenfels* [Bav. nunc in Solmensium scuto conf. histor. insign. l. 2. c. 89.] (β) aurea in cæruleo *Guttenberg* [Franc.] (γ) cærulea argento gemmata in aureo *Salder* (δ) [Brunsv.] quam fam. Leznerus deducit à quodam Sighardo de Rosis, qui 718. cum S. Bonifacio Roma in Germaniam venerit. (Gelen. de Col. Agr. magn. l. 2. s. 33. p. 195. eos putat Lippiensium cognatos,) cæruleo auro gemmata, & sagitta suo colore picta obliquè transfossa *Doles de Rosenberg* [Bav.] (ε) rubeo aurea *Chonzin* [Austr. in parmula media] (ζ) rubeo argentea *Puchler* [Tirol. 2. & 3.] (η) argentea in bipertito, ex rubeo & nigro *Mühlstetter* [Tirol. 1. & 4.] (θ) in secto diagonali sectione, priori parte aurea, ulteriori cærulea rosa simili sectione alternatim tincta *Kressberg* [Carinth.] (ι) Duas rosas aureas obliquo in sinistrum latus situ in scuto cæruleo *Strackwitz* [Silef.] (κ) Tres rosas gestant argenteas, cocco gemmatas in atro clypeo *Holtzhausen* [Patrit. Francof.] (λ) nisi forte flores pentaphyllos; is enim est numerus foliorum, dicere malimus, argenteas in viridi *Gouel Pouillé*, rubeas in aureo *Thianges*, & *Pernin*, [Nivern.] aureas in cæruleo *Garnier*, *la Motte*, rubeas in argenteo *la Chesnaye* [Britan.] & (interposito lilio Rosarum exempla.

(α) Wap. I. p. 85. galeæ duæ, priori imponitur rosa scutaria, 3. plumas struthionicas sustinens, inter nigras mediam argenteam, posteriori imponitur jugum complicatum alarum nigrarum impressa rosa scutaria. Laciniæ argenteæ & nigræ. (β) Wap. I. p. 31. pileolus orientalis tessellis aureis & nigris distinctus & rosa scutaria fastigiatus. Wap. II. p. 25. area scuti argento, nec non pileus tingitur. (γ) Wap. I. p. 101. mitra rubea argento reducta, cui imponuntur quoque typhæ sui coloris. Laciniæ argenteæ & coccineæ. (δ) Wap. I. p. 182. ex galea diademate tortili tecta eminent 5. plumæ struthionicæ nigræ. Laciniæ aureæ & cæruleæ. (ε) Wap. I. p. 89. jugum alarum explicatum cum typo scutario. (ζ) Wap. I. p. 38. coronatæ galeæ impositum jugum alarum cum typo scutario. (η) Wap. I. p. 42. vid. s. 3. m. 2. n. 9. (θ) Wap. I. p. 43. ex coronata galea pileus orientalis rubeus, auro terminatus, & plumis struthionicis rubea, nigra & argentea fastigiatus. Laciniæ argenteæ & rubeæ. (ι) Wap. I. p. 47. coronatæ cassidi imposita duo cornua, quorum prioris superior, alterius inferior pars auro tinguntur, reliqua cærulea sunt. (κ) Wap. I. p. 53. inter duas struthionicas plumas auratas media cyanea. (λ) Wap. I. p. 201. Tres, alicubi quinque, plumæ erectæ struthionicæ atræ duabus (nonnunquam pluribus) rosis scutariis inferius insignitæ, vel inter illas surgentes insignitæ.

lio concolori) *Nollant Trouville*, argenteas in rubeo *Doineau S. Solline*, argenteas in cæruleo (addito capite aureo 3. rosis rubeis exarato, & limbo particulis 12. argenteis & rubeis composito) *Longueil*, cæruleas in argenteo *la Fosse Chapuisel*, rubeas argento geumatas in aureo (addito capite scuti miniati coronam auream deferente) *Soffenheimer* [Patrit. Francof.] (α) in scuto transversè secti superiori parte argentea duas rubeas, in inferiori cærulea tertiam candidam *Left* [Silef.] (β) ita in superiori parte cærulea argenteas, in inferiori argentea cæruleam *Freymann auff Hohenrandeck* [Bav.] (γ) In transversè secti superiori parte rubea 3. rosæ argenteæ auro gemmatæ (**mit gelben Putzen**/ ob nomen) in inferiori argentea ramulus viridis 3. baccas rosarum (**hieffen**) rubeas, (**mit schwartzen Putzen**) ferens. *Putzen* [Carinth.] (δ) tres rosas gestant in scuti bipertiti priori latere rubeo duas argenteas auro gemmatas, posteriori argenteo rubeam unam *Schleinitz* [Bav.] (ε) iterum in bipertiti (cujus altera pars rubea tres fascias argenteas defert) priori argentea parte tres rubeas *Hesenburg* [Franc.] (ζ) Quinque rosas rubeas in hermionico *Malarbes* seu *Aignan*, sex rosas argenteas auro gemmatas circa palum argenteum utrinque ternas in scuto nigro *Oberheim zu Schœnaw* [Austr.] (η) item in scuto bipertito ex argento & minio, in illo tres rubeas, in hoc 3. candidas in nominis gratiam *Rosenau* [Franc.] (θ) sex rosas purpureas in aurea parmula in modum crucis dispositas (1. 3. 1. 1.) de *Stommel* [Col.] (ι)

Tetraphylli & triphylli flores.

§. XIV. Tetraphyllos flores (quarte fueilles) anemones aliàs nuncupant. Talibus aureis scutum cæruleum (addito angulo dextro hermionico) conserit *Phelippeaux*. Tryphyllos flores s. *tiercefueilles*, video observari tres aureos in parma rubea fam. *Prie*.

Viola. Bellis. Heliotropium.

§. XV. Alibi violas videre licet. Bellis. Heliotropium seu solsequium seu soucy quorundam scuta ornat. Gestat hunc florem aureum leo rubeus in argenteo clypeo *Sfortiarum de Segna*, 3. aureos in cæruleo gestant *le Maistre*, *Brinon*.

Caryophilli.

§. XVI. Caryophylli apparent in scutis. Tulipæ.

Serta.

§. XVII. Ex floribus concinnantur serta, quibus non modo galeæ, sed & scuta ornari solent. Sertum rosaceum argenteum in parma rubea videre est in *Dumperg* [Bav.] (κ) Serta duo viridia implexa in argento *Stieffen* [Austr.] (λ)

Sertum rutaceum.

§. XVIII. Huc sertum rutaceum (**Rauten Krantz**/ **Kräutzlein**: unde Gallorum *crancelin Spelm.* asp. p. 139. vocat diagonium crinalem. Et rectè le Labour orig. des arm. n. 150. Germanis solis adscribit) referamus, quod induitur Saxonicis fasciis (vid. Hist. insign. in prol.) ut & *Maschwiziorum* [Misn.] (μ) quorum 3. fasciis nigris aureæ parmæ inscriptis incumbit diagonius talis sinister viridis. Sertum etiam vocant rutaceum, quod inde inserunt scuto aureo *Lenberg* [Bav.] (ν)

(α) Jugum expansum alarum aurearum, quarum singulæ rosas scutarias referunt. Hoc indicio mihi est caput scuti esse, quod coronam continet, cujus apex mentionem non facit, cum pictura videatur errore scutum in 2. partes transversè secasse. (β) Wap. I. p. 59. tres plumæ struthionicæ, quarum singulis singulæ inscriptæ rosæ, primæ rubeæ argentea, mediæ argentea rubea, extremæ cyaneæ argentea. Lacin. argent. & cærul. (γ) Wap. I. p. 95. pileus inversus coronatæ cassidi impositus. Pileo imprimitur typus scutarius: inseruntur 5. rosæ argenteæ. (δ) Wap. I. p. 45. ex coronata galea herma virilis, rubeo indumento, pictori impressa rosa argentea, capiti imponuntur 7. baccæ rosar. cum petiolis. (ε) Wap. I. p. 31. inter duo cornua argentea rosa rubea. (ζ) Wap. I. p. 101. herma Æthiopis auribus asininis adjectis rubeo vestitus. (η) Wap. I. p. 38. galeæ duæ, utraque coronata, priori impositæ 3. clavæ militares aureæ: posteriori complicatum jugum alarum cum typo scutario. Laciniæ hinc aureæ & nigræ, isthinc argenteæ & atræ. (θ) Wap. I. p. 104. cornua duo argenteum & rubeum, illud ternis rubeis hoc totidem candidis rosis exterius ornata. (ι) Jugum alarum complicatum, cum scutario symbolo. (κ) Wap. I. p. 97. complicatum jugum alarum cum typo scutario ex coronata galea. (λ) Wap. V. p. 54. (μ) Wap. I. p. 154. ex galea coronata eminens cum collo caput bovinum nigrum auro cornutum. (ν) Wap. I. p. 90. jugum alarum complicatum cum typo scutario.

SECTIO V.
DE INANIMATIS.

3. *Exempla.*
4. *Luna. Symbola varia. Situs varius.*
5. *Exempla.*
6. *Stella.*
7. *Exempla.*
8. 9. *Plures in uno scuto.*
10. *Cometa.*

MEMBRUM I.
DE COELESTIBVS.

§. 1. *Sphæra armillaris.*
2. *Sol.*

§. I.

Sphæra armillaris.

ANtequam corporum cælestium mentionem faciamus, mentio prius facienda scuti fam. *Raymond* (Vascon.) quod ut totum mundum repræsentat sphæram armillarem argenteam, ipsum cocco tinctum complectitur: additis juxta Varenn. his auro scriptis Vasconica dialecto vocibus: *Rien du monde ne me changera.*

Sol.

§. II. *Sol*, qui universum suis radiis illustrat, figura sua nonnulla etiam scuta ornat.

nat. Creditur jam olim Perſis, hujus oculi mundi idololatris ſymbolo ſerviiſſe, *Hæping. de jur. inſ.* c. 2. §. 10. n. 998. Nunc extra proprium uſum heraldicum obſervavimus in ſigillo M. Magorum Imperat. in Ind. ex relatione Th. Rhœ Angli, ſolis imaginem radioſam & ante hanc leonem ſolo incumbentem rictu aperto. Uſitatus eſt terminus *rayant* ſeu *rayonnant*, radioſus. Et quidem ut plurimum 12. radii exprimuntur alternatim recti & criſpati (ondés) Ordinariè pingitur expreſſo, quaſi humano vultu, niſi illud fiat, & radii obſcurius repræſententur, umbram ſolis (vel rais de foleil) quidam appellare malunt. Talem rubeam adſcribunt 2. & 3. quadranti (primus & quartus rubeus palos binos aureos complectitur) rubeo pro fam. *du Iour*. Quod colorem attinet, *Bartolum*, qui *de inſ.* n. 24. auro pingendum credidit, acerrimè perſtringit *Laur. Valla ep. ad Cand. Decembr.* p. 801. *Si aureum pro fulvo, rutilo, croceo, quis unquam ita cæcus, atque ebrius fuit, niſi ſimilis ac par Bartolo, qui ſolem croceum dixerit.* P. p. *Inter lapillos candidos heliotropium à ſole nomen accepit. Et nos candentes tædas, candentes rogos & excandeſcere dicimus, ſi quis ira aut indignatione commotus eſt, & velut inflammatus: flamma enim, quæ nihil habet humoris & terrei, candida eſt, & ſoli comparanda*: Verum omnis illa diſputario ad rem parum facit, neque enim unius tincturæ ſol in clypeis fulget. De Hieroglyphico ita Cyr. **Spangenb. Adelſp.** p. 2. l. 12. c. 46. p. 337. **Erinnert die Obrigkeit/daß/ wie dieſelbe alles erleuchtet/der Erden und allen Creaturen Liecht und Wärme mittheilet/alles erquicket/und (alſo ziemlich) wieder lebendig macht/alſo auch die in Regimentern männiglich wol fürgehen/fürleuchten und ihrer Gewalt/Güter und Ehren genieſſen laſſen/ſollen jederman räthlich/behülfflich und tröſtlich ſeyn.** Cæterum etiam in pinnulatis ſeu conatis (gironné) ſcutis imaginem ſolis, tanquam ab umbone radii quaquaverſum emitterentur, tum in illis clypeis, ubi pyropus cum ſceptris liliatis viſitur, nec non ubi ſolum ſcutulum apparet, quæri ab Æg. Gel. de Col. Agr. magn. l. 2. ſ. 1. p. 127. ſupra vidimus ſ. 1. §. 149. 151. & ſ. 4. m. 4. §. 10.

§. III. Dabimus jam exempla clypeorum, in quibus ſol fulget. Nempe aureus in cæruleo notat *Breitenacker* [Alſat.] (α) in ſcuto ex angulo dextro ſecto, cujus prior pars aurea altera cærulea, ſol his coloribus etiam variatus *Wolgſchaffen* [Tirol.] (β) In ſcuto ex angulo dextro ſecto, cujus ulterior pars rubea duos baltheos argenteos continet, anteriori parte cærulea ſol 3. ſtellis ſtipatus ex auro *Hutter de Huttershofen* [Auſtr. in 1. & 4.] (γ) Cum vero rerum hæc univerſitas uno ſole contenta ſit, ſæpe non ſcuto ſufficit unus. *Huraut Chiverny* geſtat in ſcuto aureo circa crucem cæruleam 4. ſoles rubeos *Olderhauſen* [Brunſv.] (δ) in quadrantibus 1. & 4. rubeis (reliqui duo argento mero albent) ſenos ſoles aureos. Exempla.

§. IV. *Lunæ* imago prægrandis Ottomannici Imperii ſolenne ſignum eſt, nec nuper demum cœpit. Vide de hac ſuperſtitione ex veterum Gentilium Aſtartem colentium lacunis ad Arabes derivata, atque à Mahomete retenta Nic. Tuller. miſcell. ſacr. 1, 13. p. 88. A Byzantiis aſſumtam putat *Hæping.* de jur. inſ. c. 17. §. 15. n. 494. & c. 6. p. 3. cl. 10. §. 1. n. 570. 571. Numinis enim Byzantii inſcribebant lunam falcatam cum inſcriptione ΒΥΖΑΝΤΙΩΝ. Quin lunam in Viennenſi ſummo templo conſpectam, repetere voluiſſe Solymannum ibidem n. 567. notat. Nec inelegantes ſunt verſus, quos ibid. ex *Heidfeld. Sphynge* adducit: Luna. Symbola varia. Situs varius.

Lumine luna notho credis te poſſe volucrem
Lædere reginam, quæ gerit arma Jovi.
Falleris: hæc oculis radiati lumina ſolis
Suſtinet, haud curans lumen in axe nothum.

Apud Romanos Lucretiæ genti lunam creſcentem ſeu cornutam in uſu fuiſſe aſſerit Gel. de Col. Agr. magn. l. 2. ſ. 2. p. 136. addit: *inter antiqua numiſmata Fulvii Vrſini, duo argentei denarii reperiuntur L. Lucretii Trionis cum imagine lunæ creſcentis & ſtellarum. Opinor autem, inquit Fulvius Vrſinus, L. Lucretium notis his, quas in altera denarii parte ſignavit, cognominis ſui originem indicare voluiſſe.* Sed non ita Turcis aut Saracenis propria eſt luna, ut non honorificè in Chriſtianorum ſcutis quamplurimis æque appareret: imo ſæpe ibi nota eſt victoriæ adverſus Turcas reputatæ. Uti in Hiſp. memorat *Varenn.* plures familias in praſino clypeo lunam argenteam deorſum verſum inter 5. ſtellas aureas geſtare, quia *Magnus Miramolinus* Africanus Aben Mahomed illo uſus ſigno. Haud dubiè verò illud ab Hiſpanis victoriarum memoriæ eſt aſſumtum.

(α) Wap. I. p. 196. coronæ caſſidis inter duas alas cæruleas fulget ſol ſcutarius. (β) Wap. I. p. 43. tecta diademate tortili galea, cum ala typum ſcutarium referente. (γ) Wap. I. p. 38. herma virilis rubeo amictu & pileo, ex quo eminent pennæ nigræ. Alæ loco brachiorum enatæ, baltheos & ſidera ſcutaria repetunt. Laciniæ rubeæ & argenteæ. (δ) Wap. I. p. 183. expanſum jugum alarum, ſcutarium typum iterum repetentium.

assumtum. Aliæ quoque significationes lunæ sunt, inprimis ab antiqua nobilitaris (unde Senatores, & Patritii Romæ lunulas in calceis gestare soliti, quo Mart. I. Epigr. 50.

Lunata nusquam pellis & nusquam toga.

De rationibus consule *Plutarch.* problem. 76. tum de hac re vid. *Rosin. Antiq. Rom. l. 5. c. 36.* Hoc ornamenti genus, quod lunam referret, ne orientalibus quidem fuisse ignotum evincunt loca Iud. c. 8, 21. 26. Esa. 3, 18. quo posteriori Vulg. *lunulas* reddit. Hebr. שהרנים quod R. Abraham, explicat, ornamenta instar lunæ: Idem vult Græcum μηνίσκοι, quod LXX. habent,) tum quia cum defeciisse videtur, toties renascitur immortalitatis & æternitatis, item imperii aliunde dependentis. Addit illam rationem Æg. Gelen. de Col. Agr. magn. l. 2. s. 2. p. 136. *Sicuti Romani pro ethnica vanitate jactabundi erant, aut acceptos à majoribus pro bellico facinore clypeos antiquissimè opinatos, ad numina etiam sua referrent, divinamque sibi generis radicem affingerent, sic qui lunulas gerebant; suam repetebant cognationem à luna s. Iovis filia, Diana, eodem edita cum Apolline partu.* Hinc symbolum inconstantiæ lunæ. Ita Cœl. Rhodig. apud **Spangenb. Adelsp.** p. 2. c. 12. c. 46. p. 336. b. Luna primum ex obscuro prodit, mox splendido refulgens nitore, visenda consurgit facie. Sed cum clarissimam præfert candoris speciem, rursum consenescens defloresçit, donec ratione quadam reciproca in nihilum redeat. Nobile documentum non insolescendum nec prosperiore successu efferendos animos inconstantiæ rerum semper memores, qua humana afflictantur. Conf. *Hæping. de jur. inf. c. 9. n. 38. seq. Spitel. de re liter. Sinens. s. 13. p. 273.* Nova ratio accessit, cum Renatus Andinus hoc symbolo ordinem instituisse, & Henricus II. R. Franciæ superiori seculo isto emblemate præ aliis caperetur. Nam qui illum ordinem assumserant, vel in gratia regis hujus florebant, memoriæ causa lunam assumere potuere. Porro observandus est situs lunæ, quod nempe cornua (semper enim pingitur bicornis) vel sursum vertuntur, (quod Galli *croissant* simpliciter vel *montant* vocant) vel deorsum (*lune* al. *croissant renversé*) ita in transversè secti scuti, cujus inferior pars argentea, superiori rubea luna argentea deorsum vertitur notandæ fam. *Luna* [Hisp.] & aurea in scuto cæruleo incumbente desuper stella ejusdem metalli pro *Haydenheimer zu Klingenberg* [Suev.] (α) & *Champigny*, ut & in priori scuti bipertiti (cujus altera pars auro fulget) parte cærulea pro fam. *Sultz* [Alsat.] (β) vel dextrum latus (*croissant, montant* vel *tourné*) vel sinistrum respiciunt (*lune en decours* al. *coutourné.*) Aliquando pingitur facie humana expressa.

Exempla. §. V. Utuntur lunæ imagine rubea sursum cornibus versis in clypeo argenteo *Welwart* [Suev.] (γ) argentea in rubeo *Scheliha* [Silef.] (δ) nigra in aureo *Stockhœrner* [Austr] (ε) in bipertita area ex argento & minio his coloribus alternatim tincta *Eck* [Styr. in 2. & 3.] (ζ) argentea in cæruleo (imminente stella ejusdem metalli) *Koppel* [Silef.] (η) & (adjectis tex cruciculis brachiatis & specularis aureis) *Bueil*) aurea cornibus etiam sursum versis, & imminente stella ejusdem metalli in cærulea *Demritz* [Silef.] (θ) & *Kieselowsker* [Silef.] (ι) item aurea sagitta ejusdem metalli trajecta in cærulea *Ogigel* [Silef.] (κ) argentea, sed humana facie picta, & super eam sagitta sursum tendens in rubea *Truschke* [Silef.] (λ) itidem facie humana pictam candidam in scuti bipertiti parte anteriori aurea (posterior cærulea stellam auream continet) *Weber*, [Austr.] (μ) aurea comitibus duabus cruciculis argenteis, quarum altera superius imminent, altera subjicitur in rubea *Sokolowsker* [Silef.] (ν) rubea in vario vellere *Fresnay*, in argento cornibus ad dextram versis *Obisch* [Silef.] (ξ) aurea cornibus deorsum versis, & stella ejusdem metalli in pede scuti cærulei, cujus superior

(α) **Wap.** I. p. 119. herma virilis cæruleo habitu & pileo, ora hujus reducta, & luna ac stella pectori impressis aureis. (β) **Wap.** I. p. 196. herma juvenilis, veste typarium scutum repræsentante, & cornibus duobus, aurato & cæruleo in locum brachiorum corpori adplicatis. (γ) **Wap** I. p. 115. imposita luna culcitræ aureæ, rubeis panniculis. (δ) **Wap.** I. p. 74. galea redimita ferro ex rosis rubeis & candidis, & super hoc plumæ struthionicæ 3. aurea, argentea, coccinea. (ε) **Wap.** I. p. 49. vulpes nativi coloris insidet galeæ. (ζ) **Wap.** I. p. 49. coronatæ galeæ impositum jugum expansum alarum typum scutarium referentium. (η) **Wap.** I. p. 50. stella scutaria. (θ) **Wap.** I. p. 70. inter cærulea, duas plumas struthionicas media erecta aurea, comitibus duobus vexillis, auro & cæruleo fasciatis. (ι) **Wap.** I. p. 75. ex coronata galea cauda pavonina. (κ) **Wap.** I. p. 74. luna sagitta trajecta. (λ) **Wap.** I. p. 74. ala rubea cum symbolis scutariis. (μ) **Wap.** I. p. 39. galea tecta diademate tortili sustinet jugum alarum expansum, quarum altera aurea lunam argenteam, posterior cærulea stellam auream continet. Laciniæ cæruleæ, hinc argento, isthinc auro duplicatæ. (ν) **Wap.** I. p. 76. luna falcata imminente crucicula. (ξ) **Wap.** I. p. 59. Calcar.

rior pars baltheis ſiniſtris 4. aureis & cæruleis exaratur *Rücker* (α) [Patrit. Francof.] Vario vellere picta in rubeo *Maure*. Duas argenteas in parte ſcuti ſuperiori nigra, inferiori auro tincta *Wurmbſer* [Alſat.] (β) aureas in lævam converſas in priori parte clypei nigra, poſteriori duobus baltheis ſiniſtris ejusdem metalli exarata *Edelſtetten* [Suev.] (γ) aureas, ſed obverſas in nigro *Leiſer* [Styr.] (δ) argenteas, ſed iterum obverſas in cæruleo *Zirchan* [Sileſ.] (ε) argenteas obverſas in nigro *Fevrtager* [Auſtr.] (ζ) nigras obverſas in argento *Hantzenberg* [Bav.] (η) & *Horlinſpg* [Auſtr.] (θ) in aureo *Interſer* [Auſtr.] (ι) Duas item lunas ſurſum verſas geſtat famil. *Hauſwelder* [Sileſ.] (κ) ſed in ſcuto transverſim ſecto, in cujus ſuperiori area argentea luna nigricat, in inferiori nigra auro pingitur impoſita ſtella ejusdem metalli: duas obverſas in bipertito laterculo argenteam in priori latere nigro, nigram in poſteriori argenteo *Hander* [Tirol.] (λ) Item duas aureas, ſed obverſas, & facie humana pictas in cæruleo *Zilly* [Helvet.] (μ) Tres lunas falcatas, quarum priores in ſcuti latere, tertia verſus pedem protendunt cornua, aureas in cæruleo alveo *Puchberg* [Bav.] (α) ſimili ſitu argenteas in cyaneo *Rackwitz* [Sileſ.] (β) ſitu oppoſito, nempe duabus in latera, tertia ſurſum converſas aureas in cæruleo *Iæſtl* [Styr.] (γ) tres aureas in falciæ modum diſpoſitas in nigro *Gleyſsbach* [Styr.] (δ) Tres lunas cornua ad dextram ſcuti partem convertentes (2. 1.) rubeas argenteo ſcuto inſcribunt *Schœnwetter* [Colon.] (ε) argenteas in cyaneo *Deti* [Florent.] argenteas in rubeo *Waſſenarii* in Batavia (ζ) & qui ex his orti *Polarii* tres nigras in argenteo, *Duvenvordii* in aureo, *Gronveldii* argenteas in viridi, ut eſt apud Gelen. de Col. Agr. magn. l. 2. ſ. 3. p. 136. qui Trilucretia arma vocat, & illo epigrammate ornat:

Cynthia, quæ triplex reſplendet ab axe ſereno,
Indicium eſt fidei, Martis & artis idem.

Hundt de Saulheim [Rhen.] tres argento rubeas inſcribunt, ſed interpoſita ſtella nigra (η) Quatuor aureas, quarum inferiores cornua deorſum vertunt, comitibus 4. talentis ejusdem metalli in cæruleo æquore *Michailles-Antechiſes*. Tres argenteas ſurſum verſas in parma rubea *Oſtringen* [Suev.] (θ) *Tremilleuc* [Britann.] *Sautour*, in cærulea *Freſſeaucourt*, rubeas in vario vellere *Anger* [Britann.] Item 3. lunas (humano vultu effictas) argenteas, dextrum ſiniſtrumque latus & pedem clypei ſpectantes, adjectis ſuperiori parte 2. ſtellis crinitis aureis geſtat in ſcuto transverſè ſecto, & aurea atque cærulea tinctura infecto, fam. *Wunderer* [Patrit. Francof.]

§. VI. *Stellæ*, quæ in clypeis frequentiſſimè occurrunt, varias ſignificationes ſymbolicas habere poſſunt, inprimis felicitatis & gloriæ, & ut aliis præluceant, qui eas gerunt. Stellæ.
Conf. *Hæping. de jur. inſign. c. 9. n. 338. ſeq.* Cyr. **Spangenb. Adelſp.** p. 2. l. 12. c. 46. p. 337. b. Sylv. de Petra ſancta, & ex eo Æg. Gelenius de Col. Agr. magn. l. 2. ſ. 4. p. 140. militari inprimis convenire vitæ: *Stellas poſt lunam collocandas quaſi vigiles mundi faces, & aptas eſſe militaribus nobilium virorum teſſeris exornandis, utpote quæ ordine pulchro exoriuntur, ſtationem ſervant, & noctu veluti excubias agunt,*

ex

(α) Ex galea diademate tortili tecta jugum expanſum alarum cærulearum compreſſa utrique luna cornuta, & inter eas ſtella. (β) **Wap.** I. p. 195. ex coronata caſſide prominens virginea herma coronata, veſte ſcutarium typum repræſentante, & cornibus aureis loco brachiorum adjectis. (γ) **Wap.** I. p. 117. in ala ſcutarius typus. (δ) **Wap.** I. p. 48. coronatæ galeæ impoſitæ 3. plumæ ſtruthionicæ nigræ 2. lunulis impreſſis. (ε) **Wap.** I. p. 69. jugum nigrum alarum complicatum. (ζ) **Wap.** I. p. 40. culcitra impoſita galeæ, fimbriis extremitatum argenteis: ei incumbit luna cærulea argentea ornata tribus plumis ſtruthionicis, quarum media argentea, reliquæ nigræ. (η) **Wap.** I. p. 83. Luna ſurſum verſis cornibus, quorum utrumque redimitur corona, & ternis plumis ſtruthionicis, quarum mediæ nigricant, exteriores argento candent. (θ) **Wap.** I. p. 37. caſſidi coronatæ incumbit luna nigra cornu utroque corona aurea & pennis pavoninis candidis ornato. (ι) **Wap.** I. p. 39 ex coronata galea duo cornua inferius nigricantia, ſuperius auro tincta illis incumbit luna coronata utroque cornu ſtellam 2. auream ſuſtinente. (κ) **Wap.** I. p. 53. luna cum imminente ſtella ex auro. Laciniæ hinc argenteæ & nigræ, iſthinc aureæ & nigræ. (λ) **Wap.** I. p. 44. ex coronata galea fera ignivoma nigra. (μ) **Wap.** I. p. 201. coronatæ galeæ impoſita ala, ſcuti figuras repetens.

(α) **Wap.** I. p. 79. luna ſurſum verſis, coronatis & pennis pavoninis ornatis cornibus. (β) **Wap.** I. p. 71. annulus argenteus, intra eum orbis ex foliis aureis, in medio globulus argenteus, quem ſuperior complectitur lunula rubea. (γ) **Wap.** I. p. 49. coronatæ galeæ impoſita luna. (δ) **Wap.** I. p. 48. jugum complicatum alarum, cum typo ſcutario ex coronata galea. (ε) Luna rubea impoſitis pennis gallinaceis nigris. (ζ) Pileolo impoſita luna ſcutaria & pennæ gallinaceæ. (η) **Wap.** I. p. 124. lunæ impoſitæ pennæ galli gallinacei nigræ. Gel. coronam addit. (θ) **Wap.** I. p. 118. luna culcitræ rubeæ impoſita. (ι) Inter duo cornua aurea 2. ſtellæ, altera alteri impoſita.

ex quo etiam fit, ut ſacro elogio militia cœlinominentur. In antiquitate invenimus Julium & Auguſtum Cæſares ſtellam Veneris galeæ impoſuiſſe, ut deſignarent ſuam à Venere, quam jactabant, originem, *Limn. jur. publ.* 6.6.79. Quod concernit figuram, pingi ſolet radiis rectis. (alicubi *Ioh. de Bado aureo* repræſentat flammarum in modum tortuoſos) Et quidem apud Gallos memorante *Vulſon. de la Columb. & Varenn.* radii numero 5. ordinariè pingi ſolent. Apud Germanos obſervo uſitatum eſſe numerum ſenarium radiorum, ſechs-eckicht / notante etiam **Wapenb.** p. 3. præfat. n. 41. Hiſpani 8. radios pingunt. Meſſenius in inſignibus *Guldenſterniorum* & *Sternskildiorum* ſeptem radios expreſsè notat. Aliquando numerus radiorum amplius excreſcit, usque ad 16. Tot enim ſtella argentea radios habet in clypeo rubeo fam. *Balciorum*, ſeu *de Balzo*, ſeu *de Baux*. Cæterum de his inſignibus fabulantur, quod notetur, ſtirpis deductio à Balthaſare uno Magorum, qui primus ſtellam nati Judæis Regis nunciam videret, & ob hoc ſignum id aſſumſerit. Unde verſus in templo de Caſaluce prope Averſam leguntur:

Tertius ex illis, Baldaſſar nomine dictus,
Principium generis tanti fuit, inclyta cujus
Progenies Carolo regno veniente Superbo
Barbariem regni domuit. - - -

Campanil. dell' armi in dom. Balz. p. 143. Exemplum ſiderei ſigni conſiderat Gelen. de Col. Agr. magn. l. 2. ſ. 4. p. 137. familiam ab *Ahr* (α) quæ duas roſas ſupernè & inferius ſtellam ſcuto nigro inſcribit, eamque ab Artiis populis derivat: putat vero autorem flores cum ſtella in atro ſcuto reliquiſſe nocturnæ victoriæ indicis: Addit: *Contra Fecialium regulam, cum videatur purpureus color in atro ſcuto Ahriorum pictus, duobus jam abhinc ſeculis ceperunt ſubſternere floribus aurea foliola, ne purpureus color ſine medio atrum contingat. Verum ego ob venerandam antiquitatem & recordationem ab Ahriis populis, obſcuriorem rubeum colorem in nigro ſcuto abſque interverſis & ſubſtratis aureis foliolis pertinaciter retinendum exiſtimo, ut ater color ardui & difficilis laboris, roſeus vero cruentæ victoriæ ſymbola eſſe non deſiſtant.*

Exempla. §. VII. Stellas geſtant nigram in clypeo aureo *C. Waldeck* (vid. hiſt. inſign. l. 3. c. 39. c. 6.) rubeam (8. rad.) in aureo *Chaſteauneuf*, argenteam (6. radiorum) in ſcuti bipertiti, cujus poſterior pars argento tingitur priori parte nigra *Weitersheim* [Alſat.] (β) in ſcuti transversè ſecti, cujus inferiora nigra, ſuperiori parte rubea *Seyfridsdorf* [Bav.] (γ) argenteam (8. rad.) totidem ſtellis minoribus adjectis in cæruleo *Gottfurt* [Thuring.] (δ) in ſcuti bipertiti parte poſteriori (prior auro fulget) nigra *Zuckmantel* ſeu *de Brumat* [Alſat.] (ε) ſimilem in ſcuto ſecto, cujus ſuperiora rubent, inferiora nigricant, toti impoſitam *Perger* [Bav.] (ζ) auream (6. radiorum) totidem ſtellulis minoribus ſingulis inter ſingulos radios, ejusdem metalli cinctam in cæruleo *Gotthart*, rubeam luna inverſa aurea mediæ inſcripta in argenteo *Montaſié*, rubeam in transversè ſecti ſcuti (cujus inferiora nigra ſunt) ſuperiori parte argentea *Eineck* ſeu *Leining* ſeu *Lenecken* [Patrit. Francof.] (η) auream in ſcuti transversè ſecti, cujus pedem terni aurei & totidem cærulei balthei implent, ſuperiori parte cærulea *Vnderholzer vom Haus* [Auſtr.] (θ) auream 5. radiorum in nigro *Zehenter de Zehengrub* [Auſtr.] (ι) in ſcuto transversè ſecto ex argento & minio ſex radiorum, eadem ſectione & oppoſitis coloribus tinctam *Bayrn de Caldif* (Tirol. 2. & 3.) (κ) in transversè ſecti ſuperiore parte aurea nigram (inferior pars cærulea auream lunam continet) *Gortſchacher*

(α) Exurgens aquila nigra expanſis alis. Familia deduci amat ab aliquo famoſo Duce ſub incunabula Chriſtianæ religionis, qui fortiter adverſus Romanos pugnaverit, quique inſigne Romanæ legionis aquilæ extorſit. Apud Gelen. d. l. (β) **Wap.** I. p. 194. niger pileus, cujus ora reducta, & nodus aliquot pennas galli gallinacei ſuſtinens argento tingitur. (γ) **Wap.** I. p. 85. complicatum jugum alarum cum ſymbolo ſcutario. (δ) **Wap.** I. p. 149. duo cornua, quorum ſuperiora cærulea ſunt, inferiora argento tinguntur. (ε) **Wap.** I. p. 195. ubi Sibmacher. partes ſcuti invertit; ego ſecutus ſum *Herzogium in Chron. Alſat. l. 6. p. 294.* Apex, coronatæ caſſidi inſiſtens pileus acuminatus ad modum ſcuti pictus, impoſito globulo argenteo. (ζ) **Wap.** I. p. 93. galea tegitur diademate tortili tricolori, & ſuſtinet jugum expanſum alarum, quarum ſuperiora minio, inferiora nigro colore, media argento tinguntur. Laciniæ tricolores. (η) Jugum alarum ſcuti emblemate pictum. (θ) **Wap.** I. p. 39. ex coronata galea protenſum jugum alarum ſcutario typo inſignium. (ι) **Wap.** I. p. 41. alæ duæ coronatæ caſſidi imponuntur, alteram nigram ſtella ſcutaria inſignem, alteram auream cum trifolio nigro. Laciniæ aureæ & nigræ. Conf. alteram aream ſ. 4. m. 2. n. 4. (κ) **Wap.** I. p. 44. ex coronata galea duo cornua, rubeum & argenteum, utriusque oræ exteriore quinæ ſtellæ coloris oppoſiti adjunguntur.

Gortſchacher [Carinth.] (α) Frequenter pinguntur ſtellæ altero radiorum ſuorum inſiſtentes monticulo tricolli, ita fam. *Geyer ab Oſterberg* [Auſtr. 2. & 3.] (β) imponit ſtellam auream rubeo in parma cærulea, *Sternberg* [Sileſ.] (γ) auream argenteo in cærulea. Singulare eſt, quod ſtella rubea interius faſcia humana argentea pingitur in ſcuto argenteo (nominis ratione) *Sterner de Misbrun* [Bav.] (δ)

§. VIII. Stellas plures conjungunt aliqui. Duas in area diagonaliter ſecta, cujus prior pars argento, altera cocco tingitur, illis coloribus oppoſitas, *Spaur* [Bar. Tirol. in 2. & 3.] (ε) Duæ ſtellæ aureæ in ſcuti transversè ſecti, cujus inferior pars argento candet, ſuperiori parte cærulea *de Rathen* (Anhaltin. vetus nobilis familia) (ζ) Tres argenteæ in ſcuto nigro *Schliewitz* [Sileſ.] (η) aureas in ſcuti ſecti, cujus ſuperiora argento candent, inferiori parte cyanea. *Freyberg* [Bav.] (θ) ejusdem metalli in ſuperiori parte ſcuti cærulea, cujus inferiora ternis baltheis ſiniſtris argenteis & rubeis exarantur, *Hænheim* [Bav.] (ι) tres, quarum in ſcuti transversè ſecti parte ſuperiori nigra duæ aureæ, tertia in inferiori rubea argentea, *Fierer* in 1. & 4. [Auſtr.] (κ) in ſcuti transversè ſecti, cujus pes rubet, ſuperiori parte argentea tres ſtellæ aureæ. *Thaimer* [Bavar.] (λ) vel cæruleæ *Thaimer* [Tirol. niſi forte in priori, ſi eadem ſit familia, error fuerit] (μ) aureas baltheo rubeo parmæ cyaneæ inducto inſcriptas *Witten* [Bav.] (ν) aureas interpoſita ejusdem metalli luna cornibus deorſum verſis in cærulea *Rœſchen de Geroldſau* [Franc.] (ξ)

§. IX. Nec hic ſtat numerus ſtellarum. Nam quinque ſtellas in decuſſim collocant rubeas in aureo clypeo *Fonſeca* [Hiſp.] cæruleas in aureo *Rojas* [Hiſp.] rubeas in argenteo *Allerſpach* [Bav.] (ο) aureas in cæruleo *Riederer de Pair* [Bav.] (π) Sex in duas lineas diſpoſitas, intermedia lunula, aureas in ſolo cæruleo *Cornon*. Novem ſtellas argenteas in cæruleo *Hardouin Pereſie*. Nonnunquam ſine numero ſunt. Ita clypeus fam. *Rebineau* cæruleus ſtellulis aureis conſeritur tænia diagonali ejusdem metalli inducta. Plures in uno ſcuto.

§. X. Huc cometas referimus, qui vel criniti, vel caudati repræſentantur, 6. 10. 16. radiis conf. n. 5. *Wunderer*. Ita lego aliquem familiæ *de Saux* juniorem natu diſcerniculi loco ſumſiſſe cometam aureum.

(α) Wap. I. p. 47. coronata galea jugum complicatum alarum cum typo ſcutario. (β) Wap. I. p. 34. caſſis tecta diademate tortili aureo & cæruleo, in qua impoſita colliculo tricipiti rubeo, inter cornua duo media ſectione ex cæruleo & auro alternatim tincta ſtella aurea conſpicitur. (γ) Wap. I. p. 71. coronatæ caſſidi inſiſtit ſtella ſcutaria. (δ) Wap. I. p. 98. ſtella ſcutaria. (ε) Wap. I. p. 24. 42. coronatæ galeæ impoſitum jugum complicatum alarum cum typo ſcutario. (ζ) Super coronata galea duæ aureæ ſtellæ una ſupra alteram, inter duas plumas ſtruthionicas, quarum dextræ ſuperior, ſiniſtræ inferior pars candet, reliqua cærulea ſunt. (η) Wap. I. p. 53. ſtella nigra. (θ) Wap. I. p. 83. coronatæ galeæ impoſitæ 11. plumæ ſtruthionicæ argentatæ. (ι) Wap. I. p. 87. ex coronata galea prominentia cornua, hoc auro & cyano, illud argento & cocco tinctum, utrumque qua patet inſertas gerit ternas plumas ſtruthionicas, illud aureum comitibus duabus cæruleis, hoc rubeum ſtipantibus argenteis. (κ) Wap. I. p. 34. vid. ſ. 3. m. 2. n. 37. (λ) Wap. I. p. 96. herma virilis indutus cocco, faſcia argentea de collo volitante pileo coccineo, ora reducta aurea, ornato pluma ſtruthionica argentea. Laciniæ argenteæ & rubræ. (μ) Wap. I. p. 44. ex coronata galea jugum complicatum cum ſcutario typo. Altera galea modò pro Bavaricis deſcripta huic etiam imponitur ſcuto, ſed ob alteram aream. (ν) Wap. I. p. 99. ex coronata galea jugum complicatum alarum typo ſcutario inſignium. (ξ) Wap. I. p. 106. luna ſcutaria. (ο) Wap. I. p. 80. pileus, cujus ora reducta argento fulget, rubeus impoſito globulo aureo rubeam ſtellam ſuſtinente. (π) Wap. I. p. 88. ſtella ſcutaria impoſita culcitræ cæruleæ, aureis.

MEMBRUM II.

DE SVBLVNARIBVS.

§. 1. *Meteora:* 1. *Iris.* 2. *Nubes.* 3. *Pluvia.* 4. *Tempeſtas. Fulmen.*
2. *Ignis.*
3. *Faces ardentes ſeu titiones.*
4. *Aqua. Fluvii.*
5. *Fontes. Putei. Lacrymæ.*
6. *Conchæ. Figura & differentia.*
7. *Exempla.*
8. *Montes. Colles. Petræ.*
9. *Colliculi tricipites.*
10. *Vulcani.*
11. *Lapides. Gemmæ.*
12. *Provinciæ.*

§. I.

HUc elementa, & quæ eis conſtant meteora, atque alia corpora elementaria referimus. Ex meteororum numero obſervavi in ſcutis I. iridem: quæ uti natura ſo- Meteora: 1. Iris. 2. Nubes. 3. Plu-

viæ. 4. Tempeſtas Fulmen.

let eam pingere variis coloribus repræſentatur. Talem in cærulea parma exhibet fam. *Moſen* [Miſn.] (α) Duas obvertſas in argentea *Hacken* [Saxon.] (β) Obſervamus etiam iridem in galea fam. *Lauter* [Haſſ.] (γ) 2. Nubium imago eſt in quibusdam limbis, faſciis & aliis figuris, prout jam notavimus. Præterea ſæpius nubes pinguntur, ex quibus brachium, vel aliquid ejusmodi prodit, e. g. *Proy de Findelſtein* [Bav.] (δ) in parma rubea ex nube argentea, in angulo dextro ſcuto protenſum brachium cæruleo amictum, & manu piſcem ſui coloris annulum aureum ore ferentem geſtat. In ſcuto cæruleo fam. *Guerin* pingitur rupes argentea, cui ejusdem metalli nubes, pluribus guttis pluviæ roſcidæ impendet. 3. Pluviam repræſentare debent apud Vulſon. guttæ argenteæ, quibus ſine numero conſperſus eſt clypeus rubeus fam. *l'Egue* (Delfin.) 4. Tempeſtatis ex nubibus cæruleis in ſcuti angulo ſiniſtro collocatis prorumpentis & contra baltheum undoſum cæruleum clypeo argenteo inductum fulgurantis imaginem vidi in inſign. *Wetter* [Patrit. Francofurt.] Ita in inſign. *Reinhart* [Helvet.] (ε) ex dextro angulo ſcuti cærulei aurea fulgura minantur vulpi aureæ fugienti, ſed capite retroverſo. Huc fulminis ad modum ſagittæ effictam ſpeciem referimus, quam noſtri Stral vocant. Tria talia ſpicula fulminis nigra faſciæ rubeæ clypeo aureo inductæ nominis cauſa adjiciunt *Stralnberger* [Patrit. Francof.] (ζ) unum argenteum rubeæ parmæ inſerunt pariter nominis cauſa *Stralnfels* [Bav.] (η) argenteum cæruleæ diagonali ſitu *Hagen* [Auſtr.] (θ) Fulmen inter antiquos Scythis pro inſigni placuiſſe legimus. *Hæping. de jur. inſign.* c. 2. §. 10. n. 998.

Ignis.

§. II. Ignis, qui olim Perſis in veneratione (conf. Curt. 3. 3. 9. & Briſſon.) & ob id creditus ſymbolum illorum. *Hæping. de jur. inſign.* c. 2. §. 10. n. 998. Zeli, charitatis, animoſitatis ſymbolum eſſe poteſt. Huc flammas referimus, quæ in aliquibus ſcutis reperiuntur. Tres flammæ ſui coloris in cæruleo parmulam mediam conſtituunt fam. *Greiffenberg* [Auſtr.] (ι) Ita etiam 7. flammæ (vel ſi radios malis) nigræ in ſcuti transversè ſecti, cujus caput argenteum grypho emergente rubeo inſignitur, interiori parte item argentea pinguntur pro familia *Bockwitz* [Sileſ.] (κ) Flamma aurea ex latere dextro prodiens inter tria lilia aurea cæruleo ſcuto impreſſa δεῖγμα eſt *Blantzen* [Miſn.] (λ) duæ flammæ rubentes, imaginem ſcuti cærulei non tangentes *de Raſcha* (μ) Tres flammæ aureæ ex pede ſcuti in dextrum angulum ſcuti nigri converſæ notat fam. *Hoſer* [Patr. Auguſt.] (ν) Ita in galea fam. *Meyendorf* ſeu *Meinsdorf* [Marc. Brandenb.] (ξ) ex diademate tortili ſex flammæ aureæ, & inter has 5. pennæ pavoninæ, viſuntur, quod attribuunt Clementi 2. Pontifici, ex hac gente oriundo. *Hæping. de jur. inſign.* c. 6. n. 1385. *Thermes* geſtat 4. flammas aureas ex pede ſcuti coccinei ſurſum ardentes, *Chomeday* tres ignes, ſingulos tribus flammis accenſos, rubeos in parma aurea, *Feu* 3. flammas aureas in coccineo ſcuto, (cujus caput cæruleum leonem aureum complectitur) aureo cantherio adjectas. In ſcuti diagonaliter ſecti parte anteriori aurea chalybs igniaria argentea, in altera nigra lapis igniarius cæruleis ſcintillis diſſilientibus igneis *Wecken de Leopoldsdorf* [Bav.] (ο) Non alio retulerim carbones ardentes rubeos, quibus argenteam parmam, 3. baltheis cæruleis exaratam conſerit *Carbonieres la Capelle Biron.*

Faces ardentes ſeu titiones.

§. III. Huc trahemus faces & ardentes titiones, Brändt. Titio ardens aureus, flamma ignei coloris, innitens aureo monticulo tricolli, in ſcuti bipertiti (cujus interius latus rubeum duobus baltheis argenteis exaratur) poſteriori parte cærulea (nominis cauſa) *Prandt* [Auſtr.] (π) Duo

(α) Wap. I. p. 159. jugum alarum, quarum altera cocco, altera cyano tincta eſt. (β) Wap. I. p. 173. coronatæ galeæ inter 2. ſimiles arcus cœleſtes verſicolores inſiſtit ſceptrum aureum, impoſitis aliquot pennis pavoninis. (γ) Wap. I. p. 141. (δ) Wap. I. p. 88. ex coronata galea ante arborem nigram brachium ſurſum porrigitur, piſcem ſcutarium tenens. Lac. rubeæ & argenteæ. (ε) Wap. I. p. 203. προτομὴ vulpis. (ζ) Wap. I. p. 21. ſpiculum ex ſcuto repetitum, quod ſuperius 5. globulis rubeis & his totidem plumis ſtruthionicis nigris ornant. Lac. aur. & rub. Sibm. 3. tantum globos pingit, & loco ſtruthionicarum gallinaceas pennas imponit. (η) Wap. I. p. 99. inter duo cornua fulmineum ſpiculum. (θ) Wap. I. p. 37. coronatæ galeæ impoſitæ 3. pavoninæ. (ι) Wap. I. p. 40. reſpondet galea altera coronata, ſuſtinens duas alas complicatas cæruleas, inter quas flammæ promicant. (κ) Wap. II. p. 52. προτομὴ hirci nigra. (λ) Wap. I. p. 158. Duo cornua cyanea, ſingulis liliis eorum extremitati, ubi aperiuntur inſertis. (μ) Fam. de Raſcha origine Gallica ſub Carolo IV. Imp. in Germaniam conceſſit, cujus antiquæ ſedes in Com. Schauenburgio Oldendorp ad Viſurgim, dein Sehlda prope Hildesheim: ſuper galeam eædem flammæ ſurſum protenduntur. (ν) Wap. I. p. 216. cornua duo nigra flammis ſcuti picta. (ξ) Wap. I. p. 33. ex coronata galea, ala cum typo ſcutario. (ο) Wap. I. p. 33. ex coronata galea ala cum typo ſcutario. (π) Wap. I. p. 41. ex coronata galea porrectum caput avis nigrum inter alas expanſas & baltheis exaratas, alterum argenteis & rubeis, alterum aureis & cæruleis.

Duo titiones ardentes nigri decussati rubeis tæniis obvoluti & colligati in auro *Prandner* [Bav.] (α) In area aurea tres titiones 4. nodis ardentes nigri transversè locati. *Schürnding* [Bav.] (β) tres nigri itidem quater ardentes, nigro monticulo tricolli insistentes in aurea *Prandt* [Bav.] (γ)

§. IV. Quod aquam concernit, ea significationem puritatis, innocentiæ, expeditionum maritimarum, præfecturæ maritimæ, equestris ordinis (quia olim balneo prius ablui solitum erat, huic adscribendos) brevitatis humanæ vitæ ex Ps. 90. Cyr. Spangenb. Adelsp. p. 2. l. 12. c. 46. p. 337. b. habere potest. Pinguntur nonnunquam fluvii, quos à fasciis, baltheis &c. undulatis & ad modum fluviorum sinuatis, *M. Vulson. de la Colomb. scienc. heroiq.* & alii ita distinguunt, quod hæc in extremitate tantum undulata sunt, in fluminum vero imaginibus lineolis tenuissimis interius agitatæ undæ, ut fieri potest, repræsentatur. Cum vero pictorum sculptorumve nostrorum diligentiæ non sine exceptione fides superstrui possit, discrimen hoc superius non omnino attendi, sed sub fasciarum, baltheorumve nomine, quæ etiam accuratius flumina juxta hanc observationem dici poterant, complexus sum. Olim Dux Numidiæ apud Lucan. cum ad Bagrada flumen patriæ proximum esset, ejus effigiem in parma cælatam gessit. De Nileo *Ovid.* 5. *Metam.* 187. ita: Aqua. Fluvii.

At Nilens, qui se genitum septemplice Nilo
Mentitus erat, clypeo quoque flumina septem
Argento partim, partim cælaverat auro.

Conf. exempla fluviorum in balthei modum *Braidenpach*, *Affenstein.* supra s. 1. m. 1. n. 57. similis cæruleus perluit parmam auream comitibus duabus rosis rubeis auro gemmatis *de Ratt* (δ) Fluvius in balthei sinistri modum argenteus laterculum rubeum perfluit. *Spindler* [Austr. in 2. & 3.] (ε) & *Zuckmantel* [Car. in 2. & 3.] (ζ) & insertis fluvio tribus pisciculis natantibus suo colore *Schencken de Simmau* [Franc.] (η) Simili situ rubeum addita ejusdem coloris stella in angulo dextro in argenteo *Rotenhan* [Franc.] (θ) Similis scutum in duas partes dividit, in quarum superiori rubea equus argenteus currit, in inferiori aurea rosæ tres candidæ conspiciuntur, nota famil. *Gefueg* [Silef.] (ι) eodem situ fluvius naturali colore pictus dividit scutum, cujus superiora rubea rotam argenteam, inferiora argentea rubeam continent. *Schilter* [Misn.] (κ) Fluvius argentatus sinuato alveo dextro angulo fluens, sed nullibi scuti rubei marginem attingens, superius imposita crucicula aurata notat *Dobschütz* [Silef.] (λ) Eandem esse figuram reor scuti *Gotschalkowsker* [Silef.] (μ) nisi quod crucicula argentea est. Tres fluvii argentei in scuti transversè secti, cujus superior pars argento candet, inferiori area cærulea *Poster* [Silef.] (ν)

§. V. Huc addamus fontes, vel arma fontalia, ut vocat *Vpton. de milit. offic.* l. 4. p. 241. In his quærunt prudentiæ vel urbertatis symbolum. Pinguntur vero fontes figura rotunda argentea, quam plures transmeant ad modum fasciarum undulæ. Unde talis semper intelligenda est, cum fontis mentio fit. *Bissæus* exemplum dat Baron. de *Stourton*, qui in nigro scuto baltheo aureo 6. fontes adjiciunt, quia *Stour* flumen ex 6. fontibus oriatur. Puteum (nominis causa) lapidibus constructum, poste monticulo viridi tricolli infixo, & pertica transversaria lignei coloris, fune & urna (quam ambiunt circuli ferrei) aureis, instructum scuto cæruleo inserunt *Prunner de Thalhausen* [Bav.] (ξ) talem etiam puteum cum pertica & urna aureis scuto nigro inscribunt de Fontes. Putei. Lacrymæ.

(α) Wap. I. p. 94. ante alas duas aureas titiones scutarii coronæ galeæ imminent. (β) Wap. I. p 89. ex galea coronata tres titiones ardentes. (γ) Wap. I. p. 89. tres titiones & monticulus galeæ coronati impositi. (δ) Ex galea diademate tortili tecta inter alas duas expansas aureas rosa rubea auro gemmata. Laciniæ cælestinæ & aureæ. Symb. *intrepide & repente.* (ε) Wap. I. p. 36. conf. s. 6. m. 1. n. 9. (ζ) Wap. I. p. 45. ex coronata galea complicatum jugum alarum rubearum cum fluvio impresso. (η) Wap. I. p. 104. coronatæ galeæ imponitur culcitra erecta rubea nodis & fimbriis aureis. (θ) Wap. I. p. 100. gallus gallinaceus rubeus. Paronom. c. 9. n. 16. (ι) Wap. I. p. 74. ex corona galeæ prosiliens equus. (κ) Ex galea tecta diademate tortili pubetenus exurgens vir nudus dextra rubeam, læva argenteam rosam viridibus, qui ex diademate prodeunt, utrinque foliatis ramusculis sustentatas protendens. Laciniæ argenteæ & rubeæ. (λ) Wap. I. p. 63. tres plumæ struthionicæ argentatæ. (μ) Wap. I. p. 76. inter duo cornua, quorum prius superius minio, inferius argento pingitur, alterius tinctura opposita est, crucicula argentea. (ν) Wap. I. p. 56. post duo cornua argenteum & cyaneum, duo vexilla decussatim locata coloribus oppositis. (ξ) Wap. I. p. 98. inter duo cornua, quorum hoc aureum exterius 4. plumis struthionicis exornatur, alterum cæruleum totidem aureis, in monte tricolli urna aurea circulis ferreis munita galeæ diademate tortili contectæ incumbit. Laciniæ aureæ & cyaneæ.

Schœnborn [Bav.] (α) Puteus ex opere commentario cum rota & funibus ex praſino tricipiti monticulo in alveolo cæruleo notat *Putz de Adlersthurn* [Auſtr.] (β) Cum aquæ mentionem facimus, lacrymarum non admittenda eſt mentio. Tres argenteas lacrymas capiti ſcuti cærulei, faſcia argentea 3. ſtellas rubeas deferente, exarati inſcribit *le Grand.*

Conchæ. Figura & Differentia.

§. VI. Aquæ mentio nos *concharum* maritimarum (coquilles Galli, veneras Hiſpani, nos **Muſchlen** vocamus) admonet. Olim conchyliatæ veſtis is honor fuit, ut ejus uſum niſi certis perſonis, perque certos dies ademerit Julius Cæſar, *Spelm. aſpilog. p.* 136. Ordinis in Gallia celeberrimi præcipuum fuit inſigne conchylium, ut videbimus c. 7. Nec errabo, ſi dicam, inde figuram in plures clypeos illatam eſſe. Varias alioquin ſignificationes reperire licet: ut nempe ſit ſymbolum itineris ultramarini (unde Varenn. cauſam allegat, cur in Francorum armis ſit frequentior, quia hi orientalium expeditionum ſtudioſiores) fortitudinis in bello maritimo (ita Gel. de Col. Agr. magn. l. 2. ſ. 20. p. 175. illis attribuit, qui aſcribant marinis victoriis principia nobilitatis ſuæ) vel defenſione portuum, juxta alios, contrario ſenſu, domi manentium, qui contra Heſiodo Φεύγειν &. Video eas diſtingui in *Iacobinas* & *Michaelicas*, quarum illis auriculas addunt, quibus hæ careant. Sed utrum diſcrimen perpetuo obſervetur, non auſim aſſeverare. *Vannet* appellant, ſi interiora etiam appareant. Porro ratione linearum uſitatus eſt terminus *ligné Meneſtr. l'art du blaſ. juſtif. c.* 13. *p.* 336.

Exempla.

§. VII. Exempla nunc exhibeamus. Geſtant conchas, argenteam cum auriculis in rubeo *Horitſch* [Styr.] (γ) in bipertito ſcuto ex nigro & rubeo, toti incumbentem *Gartner* [Bav.] (δ) Tres argenteas in parma cærulea *Stalberger* ſeu *Stalburger* [Patrit. Francof.] (ε) & (interpoſito medio capite leopardino aureo *en abyſme*) *Grandval de Fraize*, rubeas in argentea *Eyb* [Franc.] (ζ) & *Pleſſis au Chat* [Britann.] rubeas in hermionico (addita in capite ſcuti faſciola pendente trifida cærulea) *du Pin* [Santon.] aureas in rubea *Eſmery* & (addito cephalo argenteo) *Beauxoncles*, argenteas in rubeo *Kermaſſonet*, aureas in cyanea *Pleſſis Toſſo*, nigras in aurea (addita in corde ſcuti media quarta) *Thevinla Dubliere*, aureas in cærulea faſciæ coccineæ leporarium canem currentem argenteum, aurea armilla ornatum complectenti adjectas *von Damm* [Patrit. Francof.] (η) aureas in cærulea, intermedia lunæ creſcentis figura argentea, *Sabatiers* [Provinc.] nigras in aurea (addito cephalo cæruleo molulam echinatam auream complexa) *la Barde*, nigras in argenteo *Metternich* [Weſtphal.] (θ) tres in balthei modum diſpoſitas rubeas in argento *Neudeck zu Raſtenburg* [Auſtr.] (ι) Tres conchas nigras, aureis lineis ornatas, faſciæ ejusdem coloris adjicit in area argentea *Freymersdorf* (κ) Quinque conchæ argenteæ (3. 2.) in clypeo rubeo erant vetus δεῖγμα *Lavalleorum*, totidem argenteæ in decuſſim diſpoſitæ in viridi area conſtituunt 2. aream *Pimentelliorum*. Decem conchas inſcribunt ſcuto quater faſciatim diſtincto, ut in prima & ter-

(α) Wap. V. p. 81. galeæ coronatæ corona acuminata inſiſtit puteus ſcutarius. (β) Wap. V. p. 46. (γ) Wap. V. p. 65. ex galea coronata alarum ſcutario typo. (δ) Wap. I. p. 98. Inter cornua argenteum & nigrum, rubrum & argenteum cauda pavonina coronatæ galeæ imponitur. Laciniæ argenteæ hinc atro, iſthinc rubeo colore duplicatæ. (ε) Wap. I. p. 210. jugum alarum expanſum ſymbolo ſcuti utrique impreſſo. (ζ) Wap. I. p. 103. ex coronata galea pavo cæruleo & viridi colore exurgens, collum circumdatus monili aureo extremis pennis alarum argentaris. (η) Galea tecta diademate tortili, ſuſtinens alam auro & cyano pictam, & concha ſcutaria impreſſam. (θ) Wap. I. p. 187. ex coronata caſſide prominens cum collo caput cygni argentatum. (ι) Wap. I. p. 39. 40. duæ galeæ, ex altera coronata ſurgit herma virilis barba cana, nigro amictu, ora reducta aurea, diademate tortili, cujus extrema volitant, nigro & aureo caput revinctus: impoſita etiam pluma ſtruthionica aurea (vel rubea.) Alteram premit pileolus rubeus, coronatus auro & quinque rubeis & argenteis plumis ſtruthionicis faſtigiatus, ora reducta argentea cum conchis ſcutariis. Laciniæ hinc aureæ & nigræ, iſthinc argenteæ & coccineæ. P. 40. pileus alterius galeæ totus tingitur argento & plumæ ſtruthionicæ illi impoſitæ, media aurea, extremæ nigræ.

(κ) Ex galea coronata proſpicit collum cygni argenteum roſtro nigro. Miſſos ad me aves aviasque Domini Werneri Theodorici de Freymerſtorf in Putzfeld ex equeſtri nobilitate diœceſ. Colon. huc adſcribo: Parentes Theodoricus de Freymerſtorf in Putzfeld, Magdalena Hauſt in Ulmen. Avi, Theodoricus de Freymerſtorf in Putzfeld, & Anna de Blancart in Selinghofen. Auguſtinus Hauſt in Ulmen, & Anna de Kætzgen in Gerezhofen. Proavi: Conradus de Freymersſtorf in Putzfeld, & Catharina de Mirbach in Arlof. Engelbertus de Blancart in Selinghofen, & Sibylla de Kemmel in Weyer. Philippus Hauſt in Ulmen, & Anna de Brunsberg. Wilhelmus de Kætzgen in Gerezhofen, & Anna von der Horſt. Hæc probatio ſignata 1659.

& tertia fascia argentea ternæ conchæ cyaneæ, secunda & quarta cyanea, binæ argentatæ conspiciantur, fam. *Strachwitz* [Silef.] (α)

§. IIX. Ex terrestribus inprimis montes, colles vel petræ locum in scutis inveniunt, & constantiæ atque fortitudinis symbolo servire possunt. Ita gestat petram auream undis argenteis impositam in parma cærulea *Constantin*, auream in nigra *Suye Mauric*, auream in rubea *Brogien*, nigram in aurea *la Roche*, auream in viridi *Rivoire*. Mons viridis tricollis, ex quo duo cornua argentea, conspicitur in parmula media rubea *Bayern de Caldiff* [Tirol.] (β) Nonnunquam plures in eadem parma repræsentantur. Tres rupes argento tinctas in scuto cæruleo gestat *Montescot*: virides rubeo cantherio in argenteo adpositos *des Roches*, itidem virides inscripto baltheo aureo, quem comitantur 2. rami lauri in scuti modum flexi aurei in cæruleo *de Monte* (unde Julius III. Papa.) Septem virides in baltheo sinistro aureo rubeæ parmæ inducto *Siebenburger* [Carinth.] (γ) Montes. Colles. Petræ.

§. IX. In Germania frequenter montes, vel colles in scuti pede pinguntur, vel singuli, vel plerumque terni. *Tricipitem colliculum à basi surgentem* in diplomatibus Cæsareis vidi vocari. Talem colliculum tricipitem gestant *Brincken* [Westphali] (δ) cæruleum in scuto argenteo, viridem in nigro (ex nominis ratione, & ob hoc ἀνωμαλίας excusatio quæri potest) *Grunberger* (ε) [Patr. Francof.] Porro nihil frequentius est, quàm ejusmodi colliculum tricipitem sustentaculo aliarum figurarum inservire. Exempla passim occurrunt. Huc referenda est etiam figura in scuto rubeo occurrens argentea, notandæ fam. *Tannberger* [Baron.] (ζ) quam ita describas, inter duos rotundos colliculos tertius in acutum cuspidem pyramidis instar adsurgens. Aliquando plures sunt, inprimis 6. alii aliis terna serie impositi. Tot aureos in scuti, cujus inferiora argento candent, superiori parte viridi gestat *Landsperg* [Alsat.] (η) Colliculi tricipites.

§. X. Montes ardentes, quos Vulcanos vocant, etiam observavi. Ita triplex colliculus (à basi tamen sejunctus) viridis, totidem rubeis flammis ardet in scuto *Prennberg* [Bav.] (θ) & ad quos fortè delata aliqua successio *Lerchenfelder* [Bav. in 2. & 3.] (ι) In insign. *Marazzani* (κ) galeæ impositam coronam premit mons aureus triplex, cujus medius vertex flammas rubeas evomit. Vulcani.

§. XI. Quos lapides (Stein) nostra lingua vocare solemus sub rhomborum titulo vidimus. Pilæ lapideæ 10. argentatæ in struem dispositæ 4. 3. 2. 1. in rubeo *Strainhausen* [Austr.] (λ) Huc referamus gemmas: Gestat argenti tinctura 3. adamantes in formam rhombi sectos, & auro inclusos, in scuto cæruleo, cujus medium occupat heliotropium aureum, ejusdem metalli foliis *Duret* [Paris.] Lapides. Gemmæ.

§. XII. Porro quamvis multitudinem figurarum quantum licet, ex asse scutis rubeant feciales, invenimus tamen exempla, ubi tantum non integræ provinciæ repræsentantur. Simplicius illud est cum *Colombo* (ob novi ut vocant inventi orbis memoriam) gestat in area viridi 5. insulas aureas. Pluribus vero figuris constat scutum fam. *Volckersdorf* [Baron.] (μ) in quo præter campum, cui eques vexillum & scutum hermionica, atque galeam inter media cruce cornutam gestans inequitat, duo montes, singulis arcibus conspicuè repræsentantur. *Offenberg* (ν) in quo mare & in hoc duæ, sed separatæ rupes, visuntur. *Peregrini de Peregrinis* (ξ) in quo rubeo tota provincia aliquot villis, vel oppidis conspicua, sole aureo ex dextro angulo radios projiciente, pingitur: Inprimis vero humana imago peregrinantis habitu induta colliculo viridi tricipiti insistit. Provinciæ.

(α) Wap. I. p. 53. Jugum alarum fasciis & conchis scutariis pictarum. (β) Wap. I. p. 44. coronatæ cassidi impositus mons & cornua scutaria. (γ) Wap. I. p. 46. ex coronata galea prodeunt 2. cornua rubea, atque inter ea sceptrum liliatum aureum, circa quod volvitur serpens. (δ) Wap. I. p. 190. tecta galea diademate tortili, ex quo eminet jugum expansum alarum, quarum altera cyano, altera argento infecta est. (ε) Ex colliculo viridi expansæ alæ nigræ. Laciniæ nigræ & prasinæ. (ζ) Wap. I. p. 25. duæ galeæ, quarum prior sustinet hermam viridem rubeo amictu & coronato, atque plumis gallinaceis fastigiato pileo, cujus ora reducta albet: posteriori coronatæ imponuntur, tanquam coronam morsu tenerent duo pisces argentei. (η) Wap. I. p. 192. hermæ Æthiopissæ, cujus vestis sectionem & montes scuti refert, caput præter diadematis tortilis volitantes fasciolas argenteas coronam gestat. (θ) Wap. II. p. 58. pileus aureus acuminatus, coronatus & plumis gallinaceis fastigiatus, cujus ora reducta argentea flammas scuti repetit. (ι) Wap. I. p. 95. (κ) Wap. V. p. 186. (λ) Wap. V. p. 50. ex coronata casside aquila expansa cum typo scutario. (μ) Wap. I. p. 27. duo cornua hermionica intermedia cruce rubea coronatæ galeæ insistunt. (ν) Wap. IV. p. 139. Tinctura non adscripta est. Apex constat 3. struthionicis plumis aurea coccinea prasina. Lac. hinc sunt aureæ & nigræ, inde argenteæ & rubeæ. (ξ) Wap. V. p. 140. ex corona prodiens imago peregrinantis, amictu cinericio. Lac. hinc aureæ & cæruleæ, isthinc argenteæ & miniatæ.

SECTIO VI.

DE ARTIFICIALIBVS.

MEMBRUM I.

DE VTENSILIBVS, MECHANICIS ET ALIIS INSTRVMENTIS.

§. 1. *Distributio.*
2. *Calices seu scyphi. Canthari.*
3. *Patinæ. Cochlearia. Cultri. Mensæ.*
4. *Ollæ. Lebetes. Ahena.*
5. *Cadi. Dolia. Sacci. Corbes.*
6. *Claves.*
7. *Candelabra. Lampades. Clepsydræ. Speculæ.*
8. *Sceptra. Scipiones. Pedæ.*
9. *Forfices. Forcipes. Fusi. Circini. Norma.*
10. *Pennæ scriptoriæ. Pecten.*
11. *Clavi. Unci. Hami.*
12. *Vexilla Ecclesiastica. Campanæ. Tintinnabula.*
13. *Mallei. Tudites.*
14. *Securis.*
15. *Serra. Falx. Fœniseca. Vinitoria.*
16. *Agriculturæ apud veteres pretium. Aratrum. Vomer.*
17. *Pala. Ligo.*
18. *Furca. Tridens. Rastrum. Occa.*
19. *Currus. Trahæ.*
20. *Rotæ curruum & molares.*
21. *Lapis molaris. Ferrum molendinare.*
22. *Rota S. Catharinæ.*
23. *Catenæ. Loræ.*
24. *Frena. Ephippia. Flagra. Stapedæ. Soleæ equinæ.*
25. *Scalæ.*
26. *Cornua venatoria.*
27. *Instrumenta musica.*
28. *Instrumenta lusoria.*

SECTIO VI.

DE ARTIFICIALIBVS.

MEMBRUM I.

DE VTENSILIBVS MECHANICIS ET ALIIS INSTRVMENTIS.

§. I.

Distributio. ITa earum rerum exhibuimus imagines, quas natura profert. Nunc ad artificiales transeundum est, quas παχυλοτέρως in 5. ordines dispescimus. Si distinctius agere vellemus, præeunte *Menestr. in abbreg. method. des princ. herald. p.* 36. Octo constitui possent ordines: 1. Instrumenta sacra & regia. 2. Bellica. 3. Venatoria & piscatoria. 4. Mechanica. 5. Musica. 6. Utensilia. 7. Vestes. 8. Ædificia. Sed in his parum situm arbitror, qua utaris divisione.

Calices seu scyphi Canthari. §. II. Calices seu scyphi in scutis hinc inde apparent. Aureus in rubeo notat familia *Kapflmænner* [Bavar.] (α) Argenteus in rubeo *Leininger* [Carinth.] (β) tria pocula sine operculis argentea circulis aureis ornata in nigra parma, quam peribolus ex auro circumdat *Doneckh* [Bav.] (γ)

Tres scyphos aureos cum impositis operculis gestant in apice scutario nigro, scuto itidem aureo *Butler* [Angl. in Provinc. Cant.] Ejusdem nominis ille etiam clypeus est, qui argenteus tria pocula nigra ad instar cotyli seu cotyliscI, qui unicam tantùm habebat ansam & Bacchi proprius fuit, continet: (quales tres cum operculis scuto transversa sectione auro & nigro colore picto, inscribunt coloribus alternantibus *Brockn* [Silef.] (δ) Nomen me admonet famil. Hassiacarum, *Budtlar* (ε) & *Treischen de Bodler* seu *Budtlar* (ζ) qui in parma rubea pingunt orcam (Butte) cum duplici

(α) Wap. I. p. 93. figura scutaria. (β) Wap. I. p. 47. coronatæ galeæ inter duo cornua rubeis & argenteis segmentis composita scyphus argenteus. (γ) Wap. I. p. 96. galeæ duæ: prior tegitur culcitra rubea, cui insistit ala nigra cum poculis scutariis; altera diademate torùli tegitur, & superbit jugo complicato alarum, quarum altera nigricat, argento candet altera.

(δ) Wap. I. p. 64. coronatæ galeæ ternæ plumæ struthionicæ auratæ, totidem nigræ imponuntur. (ε) Wap. I. p. 136. diademate tortili insistens columna rubea, basi aureæ insistens, plumas struthionicas rubeas & argenteam impositas, & suspensum cornu venatorium argenteum auro ligatum sustinens. (ζ) Wap. I. p. 136. ex diademate tortili eminentes 3. plumæ struthionicæ, argenteæ inter duas coccineas.

duplici anſa aurea. Tres item crateres aureos in rubeo clypeo oſtentant *Gorgias*, in cæruleo *Berruier*. Cantharus argenteus conſpicitur in rubeo clypeo fam. *Walther de Herborn* [Patrit. Francofurt.] (α) Lagena (**Flaſch**) rubea, duabus anſis inſtructa in argenteo notat *Stetenberg* [Franc.] (β) Vaſculum (**Krug**) argenteum in rubeo *Pruckbach* [Bav.] (γ)

§. III. Patinæ cibis inſerviunt, ſed non minus in ſcutis conſpiciuntur. Tres patinæ argenteæ, impoſitis ſingulis cochlearibus aureis in viridi parma, alluſione nominis duplici (conf. c. 9. n. 11.) *Raumſchüſſel von Schæneck* [Styr.] (δ) Cibis etiam deſtinantur cochlearia, qualia tria ferruginei coloris manubriis ligneis in ſcuto rubeo in angulos diſpoſita ſeu in literam Pythagoricam geſtant *Korckwitz* [Sileſ.] (ε) Nec cultri excluduntur. Tres cultri (ſed cuſpidibus repandis) argentei in palorum modum locati in rubea parma geſtat *Eſchelpach* [Bav.] (ζ) Cultorum ſpecies incurva (niſi falces putatorias malles) eſt, quos licet videre in ſcuto rubeo, ferrei coloris, capulis aureis, adverſos inter media columnula aurea. *Lariſch* [Sileſ.] (η) cultri ferrum ſine capulo (**die Klinge**) alicubi apparet. Tale argento tinctum in rubea areola geſtat *Mæming* [Bar. Auſtr. in 2. & 3.] (θ) Hæc ad menſarum apparatum ſpectantia, nos menſarum admonent & ſedilium. Ita geſtat menſæ fulcrum (**Tiſchgeſtell**) nigrum in argenteo *Marſchalck de Oſtheim* [Franc.] (ι) Patinæ. Cochlearia. Cultri. Menſæ.

§. IV. *Ollæ, chytræ* vel *lebetes*, ne videantur dedecere nobilium clypeos, cavit *Campanile dell'armi p.* 177. cum enarrat arma familiæ *Pignatellæ* [Neapol.] tres ollas (*pignate* ſeu *pentole*) nigras aureo ſcuto inſcribentes. Geſtant eadem arma *Pottes* [Picard.] totidem rubeas in aureo *Montbourcher du Bourdage* [Britann.] Utitur quoque chytra aurea (al. argentea) 3. lilia argentea, viridibus ſcapis ſuis innixa, in parma cærulea *des Potots* [Burgund.] Ollæ. Lebetes. Ahena.

Affinia ſunt ahena (chaudieres) Hiſpanis inprimis ſolita. Ita geſtat familia *de Guzman* [Hiſp.] in antiquiori inſigni, clypeo cyaneo, inſcripta ahena duo aureo limbo ambiente coccineo, cacabis aureis impreſſo: in recentiori item cærulcæ parmæ, apparent impreſſa duo ahena (iterum ollas vocat Chifflet inſign. eq. ord. A. V. n. 245.) Duo in palum diſpoſita, ſeptem transverſis tæniolis incurvis impreſſa, 4. duplici ductu auri & minii teſſellatis, & aliis argenteis: anſis, limbis & ſerperaſtris quinque pari modo teſſellatis, duobus introrſum, 3. extrorſum ad anſarum aures erumpentibus. Differentias alias linearum alibi deſcripſi. Præter Guſmannios familia *Lara* geſtat in ſcuto rubeo 2. ahena aurea, 3. faſciis ſtriatis nigris impreſſa: quaternis ſerpentium capitibus viridibus, vel ad naturam pictis ex urraque anſa prodeuntibus. *Pacheco* in argenteo duo ahena, auro & minio transverſè denticulatis impreſſa, cum 3. ſeperaſtris aureis, uno introrſum, duobus extrorſum ad anſarum aures erumpentibus.

Huc referemus lecythum (**Oelhafen**) quem nominis cauſa aureum leoni ejusdem metalli geſtandum in area (1. & 4.) cærulea committit fam. *OElhafen* [Sileſ.] (κ) & Norimb. (λ) Alibi apparent anſæ ahenorum (**Keſſelring**) in parma argentea, cujus è pede exſurgit turricula, circa nigrum cantherium 3. anſæ ahenariæ ejusdem metalli notant *Keſſelring de Thurnburg* [Alſat.] (μ) Chalybs igniarius inſtrumentum pariter rei culinariæ argento pictus in cæruleo notat *Schürf* [Tirol.] (ν)

§. V. Se-

(α) Inter duo cornua rubea cantharus ſcutarius. (β) Wap. I. p. 104. herma virilis rubeo indumento argentata calantica (Schleyer) collum circumvolutus. (γ) Wap. I. p. 93. figura ſcutaria.

(δ) Wap. I. p. 49. coronatæ galeæ impoſitæ patinæ & cochlearia, ornata faſciculo pennarum nigrarum.

(ε) Wap. I. p. 72. duo cornua argenteis & rubeis ſegmentis compoſita. Laciniæ ejusdem tincturæ.

(ζ) Wap. I. p. 92. inter cornua argentea ſimia ſuo nativo colore exhibita ſpeculum rubeum tenens inſidet galeæ. (η) Wap. I. p. 76. ex coronata galea tres plumæ ſtruthionicæ, quarum media aurea extremæ cyaneæ. Laciniæ coccineæ & aureæ. (θ) Wap. I. p. 21, 38. conf. cap. 6. n. 56. c. 4. n. 25.

(ι) Wap. I. p. 101. caput moloſſi argenteum, impoſito pileo lato argenti, qui in cuſpidem, globulum & pennas deſinit, & impoſitus, tæniis capiti alligatur. (κ) Wap. I. p. 63. ex coronata galea exoriens leo ſcutarius lecythum ferens. (λ) Wap. I. p. 212. (μ) Jugum complicatum alarum cum toto ſcutario typo. (ν) Wap. I. p. 43. coronatæ galeæ impoſitus chalybs igniarius 3. nigris plumis ſtruthionicis faſtigiatus.

Cadi. Dolia. Sacci. Corbes.

§. V. Sequuntur alia utenſilia domeſtica. Talia ſunt cadi vel dolia. Exempla videas in . . . Doliolum ſalinarium (Saltzſchäube) argenteum in rubeo ſcuto notat *Langkhoven* [Bavar.] (α) & ſimile, ſed circulis munitum aureis & inſiſtens monticulo tricolli argenteo *Ligſaltz* [Bavar. 2. & 3.] (β) Sacci hic quoque locum habent. Ita geſtat famil. *Sæcke* [Saxon.] (γ) quatuor ſaccos in decuſſim diſpoſitos argenteos in rubeo ſolo. Nomen me admonet, ut ita figuram interpretetur, quam *Paillot* voce *Larmes*, lacrymas repræſentare credidit. Nec minus corbes: in cæruleo leo aureus geſtat corbem conſutam ejusdem metalli pro *Kæberer* (credo *Kœrberer*) [Auſtr.] (δ) Tres aureas pingunt in parma cærulea *Corbigny* [Nivern.] Cribrum impoſitum colliculo tricipiti in clypeo cyaneo *Siber de Pieſenitz* [Styr.] (ε)

Claves.

§. VI. Clavium uſus in ſcutaria re, nec infrequens nec ignobilis eſt. Daræ poteſtatis & fidei ſymbolum habentur: Nec non ſapientiæ & maturi in rebus ſummi momenti conſilii. Cyr. Spangenb. Adelſp. p. 2. l. 12. c. 46. p. 337. In Romana Eccleſia non poteſt non hoc etiam nomine figura magni fieri, cum *Papatus* inſigne conſtituant duæ claves in decuſſim trajectæ, altera auro, altera argento tinctæ, cærulea tænia ligatæ. Cauſam allegant, quia Chriſtus *Matth.* 16, 19. claves cœlorum Petro crediderit. Quaſi verò de hac figura ſcutaria ſomniaſſet Chriſtus, vel ſi hieroglyphicum poſteritati placuit, cur potius Pontifici in claves has, quam aliis Epiſcopis & miniſtris novi Teſtamenti ligandi & ſolvendi poteſtate æquè inſtructis, Matth. 18, 18. Joh. 20, 23. jus eſſet? conf. quæ notavimus inſign. Saxon. c. 1. ſ. 2. §. 7. Geſtant claves ſingulas rubeam in aurea parma pali in modum locatam *Tricaſtel*, argenteam in coccinea (ſagitta ei tranſverſim incubante aurea, ſpiculo & pennis (gefidert) argenteis atque ſtella in ſcuti angulo ſuperiori dextro micante aurea) *Schmidt* [Patrit. Francofurt.] (ζ) diagonali ſitu argenteam in rubea *Châte* [Arvern.] diagonali ſiniſtro argenteam, ſagittâ, cujus cuſpis ferreus; arundo aurata, penna rubea, in decuſſim trajectam in nigra *Keltſch* [Sil.] (η) Duas claves geſtat averſas (addoſsées) argenteas in miniato ſcuto *Wachendorf* [Patrit. Francof.] (θ) aureas in cæruleo *Cheny Conforgien*, aureas (quarum annuli in rhomborum formam effigiati & globulis ornati, alter alterum complectantur, *enlaſſez*) in cæruleo *Clugny* [Burgund.] cæruleam & auream (annulis etiam in rhombos effigiatis & globulis ornatis) in bipertito oppoſitis coloribus *Behr* [Miſn.] (ι) ſimili tinctura & ornamento cæruleas in argento *Sigmær* (in 2. & 3. Auſtr.] (κ) & argenteas in rubeo *Griplan* [Sileſ.] (λ) aureas in coccineo (adjectis 4. crucibus brachiatis & ſpiculatis argenteis) *Peterborou* (civit. Angl.) Duas aureas in faſciam diſpoſitas (cui vidi tertiam in palum ab aliis ſuperaddi) in cæruleo *Rezin-Bevuchamp.* Duas decuſſatas argenteas ferunt in parma rubenti *Clermont* (Delf.) quod meritis in Pontifices adſcribi amant. Nempe à Calixto II. 1120. conceſſio hujus emblematis data legitur Ainardo Domino de Clermont. Item duas decuſſatim locatas argenteas, in ſcuto transversè ſecto, cujus ſuperiora rubent, inferiora teſſellis nigris & cæruleis complentur *Schleuſer* [Sileſ.] (μ) inter duas decuſſatas aureas in ſcuto bipertito ex argento & cæruleo *Vchtriz* [Sileſ.] (ν) Tres claves argenteas in angulos ſcuti cærulei converſas, annulis in medio ſe in vicem complectentibus *Liedlau* [Sileſ.] (ξ) totidem aureos ſimili ſitu, ſed annulis triangulo in medio ſcuti coccinei innexas *Beheim* [Sileſ.] (ο) Claves 3. veteris mo di argenteas in puniceo latercúlo geſtat familia à *Monnemet* dicta de *Bolandt* [Colon.] (π) conf. Gelen. de Colon. Agr. magn. l. 2. ſ. 18. p. 171. & Wapenb. V. p. 305. §. VII.

(α) Wap. I. p. 93. coronatæ galeæ inſiſtit figura ſcutaria pluma ſtruthionica argentea inter duas coccineas exornata. (β) Wap. I. p. 96. (γ) Wap. I. p. 166. Æthiops juvenis exoriens, caput redimitur diademate tortili extremis faſciarum argento & cocco tinctarum volitantibus. (δ) Wap. V. p. 57. ex galea diademate tortili tecta inter jugum expanſum alarum ex auro & cyano ſectarum προτομὴ ſcutarii leonis. (ε) Wap. V. p. 64. galeæ coronatæ impoſitæ plumæ ſtruthionicæ cærulea argentea rubea. (ζ) Inter expanſas duas alas rubeas columba candida. (η) Wap. I. p. 166. cauda galli gallinacei nigra. Laciniæ (præter regulam) argenteæ & cæruleæ. (θ) Caput draconis viride flammivomum. (ι) Wap. I. p. 157. claves duæ ſcutariæ. (κ) Wap. I. p. 34. caſſis tegitur diademate torti, ex cæruleo & argento, cujus extrema libera volitant, impoſitis 5. plumis ſtruthionicis nigris. (λ) Wap. I. p. 67. in ala rubea claves ſcutariæ. (μ) Wap. I. p. 53. Inter binas rubeas & argenteas plumas ſtruthionicas, quarum media cærulea. Laciniæ minio & argento tinctæ. (ν) Wap. I. p. 69. ex coronata galea eminent duo cornua, quorum prioris ſuperior pars alterius inferior argento candet, reliqua cærulea ſunt.

(ξ) Wap. I. p. 51. inſidet galeæ vulpes nativi coloris, caput ornata duabus pennis gallinaceis cyaneis, media alba. (ο) Wap. I. p. 66. inter duas rubeas erecta pluma ſtruthionica aurea. (π) Galeæ tectæ diademate tortili inter alas expanſas clavis ſcutaria.

§. VII. Transeamus ad alia. Candelabra qualia in templis collocari solent aurea in parma cyanea gestat *Canders* [Picard. forte ob nomen.] Lampades tres nigræ accensæ lucent in coccineo scuto fam. *Lamppen* [Saxon.] (α) Clepsydræ tres minio tinctæ comparent in scuti ad perpendiculum secti (cujus posterior pars cærulea duas lunæ bicornis imagines auro infectas exhibet) argentea parte priori notandæ familiæ *Kerstlingerode* [Brunsvic.] (β) Horologium pariter alicubi videas. Ita in parma nigra monticulo tricolli aureo imponunt lapidem rotundum argentatum, cui insistit horologium æquilibrium ferreum (nominis ratione) *Vhrmühle* [Bav.] (γ) Speculum etiam scuta exornat. De hieroglyphico conf. Theod. Hæping. de jur. insign. c. 6. n. 1398. Addit Gelen. esse etiam speculum veritatis & justitiæ hieroglyphicon. Argenteum in scuto rubeo notat *Miron.* Tria specula argento fulgida nominis causa gestant in parma rubea *Spiegel de Bukelsheim* [Sax.] (δ) Tres in Ubiis familias recenset & ex Honoria gente deducit Gelen. de Col. Agr. magn. l. 2. s. 26. p. 183. *von der Ehren, Spiegel auff dem Over seu Vffer, & Spiegel von Rodenberg zum Diesberg*: primæ lineæ sculptor dat in transversè secti clypei, cujus inferiora auro fulgent, superiori parte cærulea tria specula, secundæ in nigro clypeo totidem, tertiæ in rubeo. Candelabra. Lampades. Clepsydræ. Specula.

§. IIX. Sceptra quoque inseruntur scutis. Electoratus Brandenburgici seu Archicamerarii insigne est sceptrum aureum in parmula cyanea (vid. infra hist. insign. l. 1. c. 13.) Sceptra hæc nonnunquam octona, nempe in crucem & decussim dispositа conspiciuntur. Quædam exempla vidimus superius s. 4. m. 4. §. 10. Galli *rais* vocant. In scuto perpendiculariter secto ex rubeo & cæruleo coloribus, quod percurrit fascia argentea tria sceptra alterum recto situ, duo decussata toti scuto incumbentia *Herold* [Francon.] (ε) Huc scipiones referamus, inprimis quales religionis causa peregrinantes gestare solent: **Pilgrams-Stab.** Gestant tales duos decussatim locatos argenteos in parma nigra *Haynolt* [Sil.] (ζ) Duo peda episcopalia aurea aversa in rubeo clypeo notant *Kolhausen* [Franc.] (η) Item palum, qui vocatur aureum, annulis superius duobus ornatum, & cuspide munitum ferreis in cæruleo nominis causa gestant *Pfahler* [Bav.] (θ) Sceptra. Scipiones. Peda.

§. IX. Forfices (*forces*) vel scindendo corio, vel etiam tondendis ovibus adhibentur, vel tondendo panno, **Schaaf schären oder Tuch schären**: illi cuspides acutas habent. Illius generis forfices gestant familiæ rubeum in parma argentea *Langen* [Westphal.] (ι) argenteum in rubea *Rauhberg* [Styr.] (κ) rubeum in argenteo *Halderberg* [Bav.] (λ) duos rubeos in argento *Giech* [Franc.] (μ) 3. forfices aurei in cæruleo *Hautefort* (alludit ad nomen symbolum: *Force ne peut vaincre peine*) nigri in argento *Eysenhoven* [Bav.] (ν) Hujus exempla sunt. Forficem talem nigrum inserunt primi & quarti quadrantis bipertiti priori lateri aureo *Schaumberg* [Franc.] (ξ) duos rubeos in argento *Marschalck de Gotsmanshausen* [Thuring.] (ο) Tres forfices (tondendis pannis aptos **tuchschären**) nigros in argento *Eyk* [Bav. in scutulo medio.] (π) Forcipes vix alibi commodiorem locum habebant. Gestant forcipem ex argento in scuti transversè secti, cujus pes auro fulget superiori Forfices. Forcipes. Fusi. Circini. Norma.

(α) Wap. I. p. 173. Lampas scutaria inter duas alas expansas ardet. An falsitatis evitandæ causa flammam auro pingemus? sed laciniæ tamen sunt rubeæ & nigræ. (β) Wap. I. p. 179. ex diademate tortili prominet jugum alarum, quarum altera cyano, altera auro tingitur, eadem tinctura est laciniarum dextri lateris, sinistri vero coccinea & argentea. (γ) Wap. I. p. 98. ex coronata galea protensa duo brachia superius & inferius nigro amictu, inter hæc argento intercepto in altum tollentia lapidem cum horologio, prout in scuto comparent. (δ) Wap. I. p. 173. ex coronata galea prodit jugum expansum alarum, repetitis in utroque 3. speculis.

(ε) Wap. V. p. 88. herma cum pileo acuminato, veste scutario typo impressa. (ζ) Wap. I. p. 55. jugum alarum complicatum, in quarum extante conspiciuntur scipiones scutarii. (η) Wap. V. p. 94. galeæ tectæ pileolo rubeo cujus ora reducta argento candet imposita duo peda. (θ) Wap. I. p. 81. galea diademate tortili tecta, ex qua protenditur jugum alarum, quarum prior cyanea & aurea, altera aurea & cyanea est, intermedio palo scutario.

(ι) Wap. I. p. 187. galea tecta diademate tortili & ultra hoc jugum alarum, quarum altera argento, altera minio tingitur.

(κ) Wap. I. p. 48. coronatæ galeæ impositum alarum jugum cum typo scutario. (λ) Wap. II. p. 60. (μ) Wap. I. p. 104. coronatus herma rubeo indutus inter duo cornua, quorum alterius superiora, alterius inferiora argento, reliqua minio tinguntur.

(ν) Wap. II. p. 59. (ξ) Wap. I. p. 100. coronatæ galeæ imposita craticula nigra fastigiata tribus globulis argenteis & super his pennis nigris. (ο) Wap. I. p. 144. Conf. Cyr. Spangenb. Adelsp. p. 2. l. 12. c. 40. p. 329. b. (π) Wap. I. p. 81. vid. s. 1. m. 1. n. 55. ubi apex communis huic & secundæ areolæ.

ſuperiori parte nigra (nominis cauſa) *Zenger* [Bav.] (α) Huc etiam referamus fuſum (Spindel) quem nigrum geſtat leo in ſcuto diagonaliter ex ſiniſtro angulo ſecto, ſuperiori parte aurea, inferiori nigra, contrariis coloribus tinctus, & rupi inſiſtens nomini notando *Spindler* [Auſtr. in 1. & 4.] (β) Addamus globulum filorum netorum: in parmæ cantherio argenteo diſtinctæ, cujus ſuperiora nigra ſunt, pede aureo filorum globulus argenteus *Zwirner* [Auſtr.] (γ) Addamus circinos. Talem rubeum pedibus ſurſum verſis geſtat in clypeo argenteo *Petzlinger* [Bav.] (δ) *Norma* (eſquierre) aurea pingitur in laterculo nigro in 1. & 4. pro *Kürmreuth* [Bav.] (ε) & ſejuncta à ſcuti imagine, addita ſtella ejusdem metalli in ſcuto rubeo *Winckler* [Miſn. ob nomen vernaculum Winckelmaß] (ζ) iterum 3. tales in ſcuti perpendiculariter ſecti parte ſiniſtra rubea inducta faſcia argentea, in ſectionibus his duæ argenteæ & una rubea: in priori vero parte nigra leo aureus ſimilem normam geſtans *Winckler* [Styr.] (η) Sera videtur intelligi (Germanis enim Schloß exprimitur) figura quadrangula extremis triplicatis, quam *dom. de Neuhaus* [Auſtr.] (θ) ferrei coloris in rubeo laterculo 1. & 4. geſtant. Alii interpretantur oſtium. Conf. hiſt. inſign. l. 2. c. 59. n. 2.

Pennæ ſcriptoriæ. Pecten. Clavi. Unci. Hami.

§. X. Pennæ ſcriptoriæ alicubi comparent. Exempla ſunt. Pecten apparet argento tinctus in ſcuto fam. *Eſpeigne de Venevelles.*

§. XI. Clavorum in re domeſtica multus uſus, inde ad rem ſcutariam translatus eſt. (Clavorum quibus Chriſtus cruci adfixus unum Conſtantinus M. traditur galeæ aptaſſe.) Adjiciunt tres clavos aureos cantherio ejusdem metalli parmæ cæruleæ induto fam. *Chauſnes* [Pariſ.] Tres clavi aurei totidem colliculis argenteis infixi in ſcuto rubeo notant *Bychelberg* [Franc.] (ι) Tres clavos ligneos (chevilles Zapffen) nigros in aurea area, cui imminet cyaneum caput 3. aquilulas continens, geſtat *du Bois* [Picard.] Unci variorum generum ſunt. Plerique ſuperius & inferius hamati conſpiciuntur. Galli eam figuram vocant *Crampons* ſeu fibulas. Easque *Paillot* deſcribit: *inſtruments d'acier ore de fer, que les gens de guerre portoient lors qu'ils alloient eſcalader quelque place, les plantoient dans la muraille, puis y attachoient des eſchelles de cordes pour monter à l'eſcalade, & entrer dans la place attaquée & aſſiegée*: inſtrumenta chalybea ſive ferrea, quæ ſecum ferentes milites in obſeſſione inſultum facturi, mæniis infigebant, inde ſcalas ex illis ſuſpendentes, quibus in obſeſſam urbem aſcenderet. Conf. *le Labour. de l'orig. des arm. n.* 132. Græci inſtrumenta illa vocant ἐγχειρίδας. Huc idem refert iſta exempla: *Sætern* [Rhen.] (κ) geſtat fibulam talem erectam argenteam in clypeo rubeo (niſi quis de litera Z ſuſpicari velit, ex veteri ſcriptione *Zætern* vid. ſ. 6. m. 5. n. 2.) *Bidenfeld* [Haſſ.] (λ) argenteam in nigro jacentem, *Bayren de Caldiff* [Tirol.] (μ) in 1. & 4. argenteam in cæruleo, ſitu diagonali collocatam, *Schenck de Winterſtetten* [Suev.] (ν) nigram in argenteo in 1. & 4. *Schnelingen* [Suev.] (ξ) rubeam in argenteo (limbo circumdato cæruleo) *Gaelen* [Rhen.] (ο) 3. argenteas in rubeo *Meſter*, 3. aureos in rubeo *Hagen* [Brunſvic.] (π) tres, ſed ſitu inverſo (mal ordonnés) nigras in aureo. Hos

Paillot

(α) Wap. I. p. 77. galeæ duæ, priori coronæ inter duas alas, quarum prior ſcutario emblemate pingitur, altera nigricat, conſidet canis albus, altera inſiſtit aquila coronata aurea. (β) Wap. I. p. 36. coronatæ caſſidi inſidet adverſus leo aureus inter alas, quarum altera diagonaliter ſecta, & aureo utrique atro colore infecta, altera ob laterculum 2. & 3. vid. ſ. 5. m. 2. n. 4. rubea fluvium repræſentat argenteum. Laciniæ hinc auro & atro colore, iſthinc argento & cocco tinguntur, conf. Wap. V. p. 44. (γ) Wap. V. p. 44. coronatæ galeæ impoſita duo cornua, quorum ſuperiora nigricant, medium cantherio argenteo diſtinguitur, inferiora alterius praſina ſunt, alterius aurea, inter ea globulus filorum. (δ) Wap. I. p. 98. pileolus latus rubeus ora reducta argentea, ei imponitur circulus ſcutarius, & huic theculæ oblongæ argenteæ inſertus faſciculus nigrarum pennarum. (ε) Wap. I. p. 89. reſpondet galea prior coronata, par cornuum ſuſtinens, quorum prioris pars ſuperior, poſterioris inferior auro tinguntur, reliqua atro colore. (ζ) Wap. I. p. 161. coronæ aureæ impoſitum jugum alarum, ſed complicatum, hieroglyphicas duas ſcuti figuras iterum repræſentans. (η) Wap. V. p. 68. ex galea diademate tortili tecta leonis ſcutarii προτομὴ. Lac. hinc nigræ & aureæ, iſthinc arg. & rubeæ. (θ) Wap. I. p. 34. inter cornua, quorum prius argento ſuperiorem, poſterius inferiorem partem, reliquis nigris tingit, pileolus turbinatus niger, auro coronatus & argenteis plumis ſtruthionicis faſtigiatus. Lac. nigræ & argenteæ. (ι) Wap. V. p. 94. ala cum ſcutario typo. (κ) Wap. I. p. 131. caſſidem tegit pileolus rubeus, ora reducta hermionica, ſuſtinens jugum alarum nigrarum. (λ) Wap. I. p. 139. galea tecta pileolo nigro, ora reducta argentea, ſuſtinens jugum complicatum alarum nigrarum. (μ) Wap. I. p. 44. galea coronata ſuſtinens alam cyaneam, fibula ſcutaria ornatam. (ν) Wap. I. p. 111. ex galea coronata prominens herma Æthiopis, cornibus aureis monſtroſa. (ξ) Wap. II. p. 98. galea, inſidet canis. (ο) Wap. I. p. 126. galea coronata ſuſtinet inter jugum expanſum alarum coccinearum uncum ſcutarium. (π) Wap. II. p. 123. diademate tortili, quo caſſis tegitur, inſiſtit uncinus ſcutarius.

Paillot l. c. recenſet, ſed dubitaret quis, an omnium figurarum eadem habendá ſit ratio, cum uncorum hami non eadem proportio in omnibus ſit. Addi vero his alia exempla poſſunt, *Galen* [Weſtphal.] (α) utuntur 3. rubeis in ſcuto aureo, *Boetzler* [Weſtphal.] (β) totidem aureis in rubeo *Prabeck* [Weſtph.] (γ) argenteis in nigro, *Scheelen* [Weſtph.] (δ) in 1. & 4. nigris in aureo, *Breidenbach* [Haſſ.] (ε) in aureo cyanea jacente & 3. trifoliis argenteis impreſſa in 2. & 3. laterculo, *Steffan de Cronſtetten* [Patrit. Francof.] (ζ) argentea in rubeo (veteres picturæ in cruciculas duas terminant figuræ extrema.) Sunt & unci ſimplices. Quales 3. nigros in area argentea nominis gratia geſtant *Hagker* [Auſtr.] (η) Hujus generis licet non omnino ejusdem figuræ ſunt tres argentei in areæ bipertitæ (cujus latus ſiniſtrum argento tingitur) priori parte rubea *Hœwdorf* [Tirol. in 1. & 4.] (θ) Aliis hami ſimplices ſunt, & qualibus piſces capi ſolent. Talis eſt hamus argenteus in parma cyanea *Angelloch* [Suev. & Rhen.] (ι) Peculiaris figura eſt in ſemicirculum flexa & utriusque his hamata fam. *Lohe* [Rhen.] (κ) nigra in argentea parma. Unco etiam ſimplici muniti ſunt baculi (**Stecher** appellant) quos duos argento tinctos in ſcuto cæruleo, ut in pede hujus ſe tangant, locat familia *Saurzapfen* [Bav.] (λ) Huc referamus inſtrumenta, quibus in luporum captura locus eſſe debet, **Wolfs-Angel**. Talis figura ter repetitur aurea in nigro, & nigra in aureo ſcuto pro fam. *Stadion* (μ) & *Stain de Reichenſtein* [Suev.] (ν) argentea in rubeo *Pflaumer* [Tirol.] (ξ) his vero, & quidem, ut altera alteri obverſis cuſpidibus incumbat nigra in ſcuto aureo *Bely de Belfort* [Helvet.] (ο)

§. XII. Tranſimus ad eccleſiaſtica inſtrumenta. Vexilla eccleſiaſtica, quæ plerumque in tres lacinias (in quibus pinnis defluentibus *Gelen. de Colon. Agr. magn.* l. 2. ſ. 23. p. 179. figuram diverſæ coronæ murales quærit) & hæ in fimbrias ſegmentatas (franges) terminantur. Galli vocant *Gonfanons* ſeu *Gonfalons*, nos **Kirchfahnen**/ Monetus Laciniata, lacinioſa, ad ima interſecta, ſegmentata vexilla vel labara. Exempla iſta ſunt: vexillum vel labaron hujusmodi rubeum, fimbriis praſinis in ſcuto aureo notat *Arverniam*. Com. Hæc inſignia loco gryphi, quem ex rubeo & viridi ſectum prius comites geſtabant, dicuntur ex eo aſſumta, quia Renaldus C. Bonon. & Arvern. minor Godefredi Bullionii frater (quod cum probatis genealogiis neutiquam convenit) in Chriſtiano exercitu vexillum, vel labaron geſſerit, à Pontifice dono miſſum. Apud Varenn. R. d'arm. p. 452. iterum p. 492. rationem allegat, quod eccleſiæ confalonenii fuerint. Campanas (in quibus malleorum colorem exprimere neceſſe eſt: *bataillé* de telle ou de telle couleur) non minus ex uſibus templorum adſciſcunt feciales ſuis ſcutorum ornamentis. Fabulatores tres adſcribunt Alexandro M. apud Hæping. de jur. inſ. c. 5. n. 25. Geſtat campanam cæruleam in aureo ſcuto *S. Clar. du Puy Martin.* argenteam in nigro *Freitag* [Brunſv. typographi errore apud Geliotum legitur Frelag.] (π) Tres argenteas cantherio cæruleo inſcriptas in ſcuto aureo *Chambaron* [Delfin.] 4. aureas malleis cyaneis inſtructas in parma cærulea cruci vario vellere conſtanti adjectas *Merania* (vix hoc mihi probatur) totidem argenteas cruci rhombulis aureis & ru-

Vexilla Eccleſiaſtica. Campanæ. Tintinnabula.

 beis

(α) Wap. I. p. 191. galea coronata inter duas alas auratam & miniatam duos uncinos ſcuti geſtat. (β) Wap. I. p. 191. ex coronata galea prominet caput canis auro tinctum, armilla & corona inſigne. (γ) Wap. I. p. 187. pileus niger ora reducta argentea, antrorſum ornatus duabus plumis ſtruthionicis, nigra & argentata. (δ) Wap. I. p. 187. ex coronata galea prominens pileus acuminatus rubeus pavoninis pennis faſtigiatus. (ε) Wap. I. p. 134. unci in apicis alis repetuntur. (ζ) Wap. I. p. 211. coronæ (in libro armoriali diadema tortile eſt) impoſitum jugum alarum, figurarum ſcutariam repetentium. (η) Wap. I. p. 36. galeæ coronatæ impoſitus inter duos uncos ſcutarios ſcyphus argenteus. (θ) Wap. I. p. 44. herma virilis veſte cocco & argento bipertita, in cocco impreſſis 3. uncis argenteis: pileo item rubeo, cujus ora reducitur argento.

(ι) Wap. I. p. 119. & 125. ex coronata galea prominet herma juvenilis, cyaneo amictu, ſed ora veſtis ad collum reducta argentata, capiti impoſitis plumis ſtruthionicis cærulea argentea & rubea, & duobus hamis ſcutariis loco brachiorum admotis. (κ) Wap. I. p. 132. impoſitæ diademate tortili plumæ ſtruthionicæ argentatæ & nigræ ſuſtinentes figuram ſcutariam repetitam. (λ) Wap. I. p. 88. ex galea coronata prodit jugum alarum protenſum, atque in utraque ala uncinus ſcutarius (μ) Wap. I. p. 111. galeæ incumbit calcitra auro & nigro teſſellato ſuſtinens ſcutariam figuram, cujus annulo faſciculum pennarum pavoninarum impoſito. (ν) Wap. I. p. 111. ſcutaria figura, utroque extremo pennis pavoninis ornata. (ξ) Wap. I. p. 43. calcitræ rubeæ impoſita figura ſcutaria pennis nigris ornata. (ο) Wap. I. p. 204. figura ſcutaria aurea, annulo ſuſtinens 4. ſtruthionicas plumas nigras & aureas.

(π) Wap. I. p. 184. diademate tortili, cujus extrema volitantia repræſentantur, impoſitæ inter duas nigras media argentata pluma ſtruthionica.

beis pictæ in clypeo cæruleo adscriptas *S. Ion*, 6. cæruleas in aureo 2. 3. 1. *de Belle Dn. de Bousinges* [Flandr.] Huc *tintinnabula* minora refero, *clochettes*, *sonnettes*, *grillets*, *grillots*. Nam hæc quoque non tantum appensa vaccis aut ovibus, vel avium rapacium pedibus conspiciuntur in scutis, sed nonnunquam sola. Ita gestant 3. tintinnabula aurea parma rubea *Clavel* [Lugdunens.] in viridi *Kermassement* [Britann.] totidem aureo cantherio adjecta in cyanea *Gastelier* [Paris.] & argenteo cantherio etiam in cærulea *Montdidier*, tria aurea scuti rubei fascia ejusdem metalli insigni capiti imposita *Plaines*, totidem aurea imminentia undosæ fasciæ ejusdem metalli, sub qua cornua sursum vertit luna argentea, in scuto cæruleo *Bretagne* [Burgund.] sine numero argentea singulis lúnulis (non cantheriis inversis, ut quidam exprimunt) rubeis sustentata in clypeo aureo *Anglure* (dicuntur hæc arma data à Saladino Soldano Turcarum Ægypti cuidam ex hac gente, quem captivum sub fide solvendi lytri abire iste passus erat, sed eum pretium comparare non posset, reversum admiratione virtutis dimittebat, hac conditione, ut ex posteris semper primogenitus Saladini nomen gestaret.) Tintinnabulum aureum argenteæ fasciæ, quæ cæruleum laterculum distinguit, insertum gestat *Emau* [Carinth.] (α)

Mallei. Tudites.

§. XIII. Malleorum nomine nonnunquam veniunt instrumenta, diversa, quæ Galli *maillets* & *marteaux* nuncupant. Possumus vero illos potius *tudites* seu *mateolas*, **Schlegel/ Kog/** hos marculos, vel malleos, **Hammer/** appellare; His ferreis cæmentarii & æarii ac ferrarii fabri præcipue, illis victores & alii ligneis uti solent. Gestant tudites, nigrum in argentea parma *zum Lamb* [Patrit. Francof.] (β) argenteum diagonali situ in rubea *Schlegel* [Saxon.] (γ) similem in pali modum colliculo tricipiti aureo innixum *Schlegel de Munchsberg* in 2. & 3. [Marc. Brandenb.] (δ) Alii *Schlegel* in Marchia Brandenb. (ε) malleum hunc in rubea scuto non habent, verum ejus loco caput cum cervice equinum rubeum, apici vero eum imponunt, sustinentem 3. rhombulos rubeos. (Cogitetur, an hoc quoque ad distinctiones tantum spectet, ut eadem familia cum prioribus credi debeat, figura avita, quam forte hæreditas, vel causa alia clypeo excluserit, in apicem rejecta. Conf. c. 8.) Duos in decussim trajectos aureos suppositis 2. stellis ejusdem metalli in rubea *Dieder* [Patrit. Francof.] (ζ) Tres tudites gestant nigros in parma argentea *Henencourt* [Picard.] & *Mammez*, rubeos in argentea *Rollaincourt*, & *Wiese* [Flandr.] virides in aurea *Mailly* [Picard.] virides in argentea *Mailloc*, argenteos, sed minores (*maillots*) in coccinea *Maillot*, aureos in cærulea *Maillot* [Burg.] aureos (minores & ferreos, *mailloches*) in rubea *Ancienville de Villiers aux Corneilles* aureos in rubea *Ruddere* [Flandr.] *Dhamere* [Gandav.] & (cordi scuti inscripta parmula aurea baltheo rubeo insigni) *Monchy* [Picard.] aureos coronatos in rubea *Feuquieres* [Picard.] Alii unum tantum tribuunt, aureos in rubea (capite scuti ejusdem metalli) *Boele* [Gandav.] argenteos in cærulea (cum limbo rubeo) *la Farque*, 8. argenteos limbi instar circumpositos leoni aureo in coccinea *Waroux de Maillet & Gemeppe* [Flandr.] Quod marculos, vel malleos ferreos attinet, utuntur aureo in parma argentea *Neuenstein* [Franc.] (η) 3. argenteis in rubea *Martel*, *Stoltzen von Bickelnheim* (Rhen. manubrio aureo) (θ) ac *Stain* [Norimb.] (ι) rubeis in aurea *Baqueville*, aureis in cærulea *Limbeuf*, aureis rubea *la Lande*, ferreis, sed manubriis aureis *Altenstein* [Franc.] (κ)

Securis.

§. XIV. *Securis* vel *ascia* (hache, **Axt/ Beyl**) non minus locum in scutis habet: cum qua convenit fere figura instrumenti, quod Galli *doloire*, dolabram Chifflet. Eq. A. V. ins. n. 15. reddit, vocant: Uti vero securis authoritatis insigni serviebat apud Romanos, ita quia fuit pluribus instrumentum Martyrii, huic etiam hieroglyphico adhiberi potest. Gestabat vero securim in vexillo Balduinus C. Flandr. inde securis *la Hache* nomen fortitus, documento justitiæ severæ. Gestant securim ferrei coloris manubrio aureo in scuto rubenti

(α) **Wap.** I. p. 46. coronatæ galeæ impositus fasciculus pennarum nigrarum. Latin. argenteæ & rubeæ. (β) Brachium protensum argento vestitum, similem gestant tuditem. (γ) **Wap.** I. p. 171. ex diademate tortili prodeunt 3. pennæ galli gallinacei nigræ. (δ) **Wap.** I. p. 176. respondet galea 2. colliculos & tuditem repetens. (ε) **Wap.** I. p. 177. (ζ) Vir sylvestris erumpens colore carneo, caput & ventrem fronde redimitus, mateolam utraque manu gestans. (η) **Wap.** II. p. 74. jugum alarum complicatum, in quo conspicitur marculus scutarius. In ipso scuto suspicor mendam in coloribus; cum enim laciniæ sint argenteæ & miniatæ, malleum minio quoque tingi mallem, manubrio tantum de aurato. Ita enim falsitas evitata erit. (θ) **Wap.** II. p. 107. galea tecta pileo rubeo, cujus ora reducta argento infecta, malleis scutariis pingitur, ipsi pileo fasciculus nigrarum pennarum gallinacearum insistit. (ι) **Wap.** II. p. 157. cornua duo rubea utrinque quaternis plumis struthionicis argenteis exornata. (κ) **Wap.** I. p. 100. cornua duo rubea, exterius ornata utrinque quaternis pennis argenteis (ut Sibm. descriptio sonat) vel infixis in ea totidem sagittis, quarum tamen extrema appareant.

rubenti situ transverso *Fræbelwitz* [Sileſ.] (α) securim suo colore naturali in area 1. & 4. diagonali sectione aurea & rubea collocatam situ recto *Gænger* [Austr.] (β) similem capulo aureo in scuto rubeo *Trzinsky* [Sileſ.] (γ) ascias tres vel dolabras rubeas, duabus in summo dorsis obversis in parma argentea *Renty* (vid. hist. insign. l. 3. c. 10. n. 2. 3.) simili situ tres nigras in aurea *Grigny* [Flandr.] & in argentea *Rousselot* [Cænom.] tres ferrei coloris manubriis aureis in rubeo *Steten* [Franc.] (δ) Nominis causa duas secures lignarias argenteas capulis aureis decussatas in nigra parte scuti, cujus pes argenteus truncum arboreum lignei coloris continet *Axt* [Styr.] (ε) Duas obversis dorsis argenteas, manubriis aureis in rubea *Lesch de Hilckhertzhausen* [Bav.] (ζ) & in scuto ad perpendiculum secto, in argentea parte nigram, in nigra argentatam *Adelhofen* [Bav.] (η) Duas, sed decussatim collocatas cæruleas in aurea *Varennes*, argentatas in rubea *Bipenna* seu *Biel* [Civit.] (θ) Solum securis ferrum, nullo manubrio instructum, alicubi videas, nempe tinctum minio in parma argentea *Tincken* [Westph.] (ι) & ter repetitum iisdem tincturis *von den Busch* [Westph.] (κ) Bipennes, quæ figura ferre conveniunt, seu secures militares (haches d'Armes) locum suum paulo post inter arma sortientur. Membr. 3. n. 5.

§. XV. Serræ laminam, sed majoribus dentibus præditam argento tingunt in scuto rubente *Mistellach* [Bav.] (λ) tres nigro colore in aureo *Cossé* (unde duc. de *Brissac*. Conf. hist. insign. l. 2. c. 15. n. 2.) Huc referemus alia serræ affinia instrumenta, vel serrulas manubriatas, quas alii lupos vocitarent. Sunt vero non unius figuræ, unde eas oculis pictura potius, quam descriptioni subjicere necesse est. Huc credo spectare figuram nigram in scuto aureo fam. *Stormdorf* [Hass.] (μ) & in argento *Zertschen* [Brunsvic.] (ν) & von der *Tecke* [Brunsv.] (ξ) Tres nigras ejusmodi serras ferreas manubriatas (Segeisen) in scuto argenteo gestant *Axleben* [Sileſ.] (ο) Parum abit figura, quam Kesseleisen vocant, Hæping. climacterem appellat à fam. *Kettler* [Westph.] (π) forte nominis allusione usurpatam rubeam in clypeo aureo, unde nunc etiam in Curlandiæ ducum scuto comparet. Falces messorias itidem dentatas subjiciamus. Dentibus caret falx fœniseca seu fœnaria (faux, Sense.) Gestat tales 3. aureas in parma cærulea *Fauquieres* (in Com. Burg.) & *Fauque-Rochefort*, virides in argentea *Fourbins-de Soliers*, argenteas in cærulea, sed sursum versis manubriis, *du Faux* [Norman.] argenteas, capulis aureis, sursum versis, in cærulea, *Faulcé*. Duas decussatim collocatas argenteas, manubriis aureis instructas, in cærulea *Seyturier*. Nonnunquam sine capulo solum ferrum, vel lamina conspicitur, quæ Gallis *ranchier* seu *rangier* dicitur. Gestant talem laminam deauratam situ diagonali in parma nigra limbo similis metalli circumdata. (non sine allusione ad nomen) *Segiser* [Helvet.] (ρ) duas argenteas obversis dorsis in nigra *Rastelwitz* [Sileſ.] (σ) tres argenteas in rubea, in fasciarum situm dispositas *Kempley* [Angl.] & nigras in aurea *Biberstein* in 2. [Sileſ.] (τ) totidem, sed in tres angulos respicientes, vel in Pythagoricæ literæ figuram locatas, tanquam ex media rosa rubea prodirent, in clypeo nigro *Groland* [Patrit. Norimb.] (υ) Nec omittendæ falces vinitoriæ (Heppen.) Tales duas ferreas, capulis aureis intermedia uva cum pampino viridi in parma rubea gestat *Gærlitz* [Sileſ.] (φ) conf. ſ. 4. m. 3. n. 6. singulas argenteas, capulis aureis, in area rubea gestat *Streitberg* [Franc. in 1. & 4.] (χ)

Serra. Falx, fœniseca, vinitoria.

§. XVI. Quamvis Thracibus agricolam esse contemtissimum, otiosum vero honestissimum visum fuerit ap. *Herod.* l. 5. ſ. Terpſ. p. 331. Agriculturam tamē nobilitati indecorā

Agriculturæ apud veteres

(α) Wap. I. p. 56. inter duo cornua bubala miniatum & argenteum tria vexilla, ex quibus erectum atro, quæ hinc decussatim adstant alterum rubeo colore, alterum argento tingitur. Laciniæ argenteæ & coccineæ. (β) Wap. I. p. 35. Apex ex c. 5. ſ. 3. m. 2. n. 43. (γ) Wap. I. p. 74. coronatæ galeæ imposita scutaria securis. (δ) Wap. I. p. 101. fœminæ imago umbilicotenus è galea exsurgit, rubeo amictu, manicis & capitis tegumento argenteis, manibus duas dolabras gestans. Laciniæ argenteæ, quod metallum ferro polito affine apparet, & rubeæ. Conf. c. 6. n. 28. (ε) Wap. I. p. 48. galea tegitur diademate tortili, & sustinet duas secures scutarias decussatas. Laciniæ nigræ & argentatæ. (ζ) Wap. I. p. 82. imago reginæ erumpens, vestitu coccineo, manicis argentatis, utraque manu securim scutariam tenens. (η) Wap. I. p. 82. ex coronata galea prominens struthionica pluma hinc candida, isthinc nigra, utrinque securi scutaria stipata, sed coloribus oppositis. (θ) Wap. I. p. 222. (ι) Wap. I. p. 187. galea tecta diademate tortili sustinens pavoninam caudam, in cujus medio apparet scutarium ferrum. (κ) Wap. I. p. 187. diademati tortili insistunt decussatim 2. cornua venatoria cocco tincta, media ligatura argentata. (λ) Wap. I. p. 98. ex coronata galea prominent duo cornua typo scutario insignita. (μ) Wap. I. p. 138. repetitur figura scutaria in jugi complicati ala anteriori. (ν) Wap. I. p. 180. ex coronata galea erumpens gallus gallinaceus rubeus. (ξ) Wap. I. p. 181. galea tecta diademate tortili, truncatum ramum duobus foliis ornatum. (ο) Wap. I. p. 66, coronatæ galeæ insistens frutex tribus foliis viridibus & 2. floribus aureis insignis. (π) Wap. I. p. 187. (ρ) Wap. I. p. 200. insistunt diademate tortili duo ferra scutaria aversis dorsis. (σ) Wap. I. p. 56. inter duas nigras media argento tincta pluma struthionica. (τ) Wap. I. p. 56. (υ) Wap. I. p. 206. herma virilis nigra amictu serto roseo caput cui duæ falces scutariæ instar cornuum aptantur redimita. (φ) Wap. I. p. 62. falces cum uva intermedia. (χ) Wap. I. p. 103. coronatæ galeæ imponitur falx scutaria desuper 5. pennis pavoninis ornata. Laciniæ argenteæ & rubeæ.

pretium. Aratrum. Vomer. non esse, communi vero aliarum gentium, etiam illarum, quæ à mercatura eam arcere volunt, consensu definitum est. Certè agricolarum voluptas *Ciceroni in Cat.* Sapientium voluptati proxima, & *Plinio* l. 9. ep. 37. (vid. ibi celeb. *Buchnerus*) nullum justius genus visum esse reditus, quam quod terra, cœlum, annus refert, cum (ut *Virg.* 2. *Georg.* canit:)

Fundit homo facilem victum justissima tellus.

Romanis inprimis in pretio id vitæ genus, quorum rex Aneus Martius apud *Dionys. Halicarn.* 3. ἀρχ. p. 132. idem cum superioribus credidit, quod ὁ ἐκ γῆς πλᾶτος ἁπάντων πλοῦτος δικαιότατος: è terra nascentes divitiæ omnium justissimæ. Inde non probo ductum, quod à stiva ad imperium & reip. moderamen vocaretur dictator *Quintius Cincinnatus* apud Liv. III. 26. Quæ Gallis in hoc mens, vide notatum apud *Limn. Not. R. Franc.* 4. 2. p. 248. 255. 256. Inde nemini videri mirum debet, ad agriculturam & rem rusticam spectantia instrumenta, præter ea, quæ jam vidimus, plura in scutis numerari. Ipsum aratrum locum habet in scuto. Nec minus *vomer*, duplicis tamen figura, quarum altera cultrum ferè refert, altera ligonem. Hujusmodi est vomis argenteus in laterculo rubeo 1. & 4. fam. *Pflug* [Misn.] (α) de hoc emblemate vide, quæ notat *Hæping. de jur. inf. c. 6. n.* 1387. cum credit emblema urbis everſæ, atque adeo de rebellibus reportatæ victoriæ: nonnunquam tamen etiam pacis. Talem quoque cæruleum in aureo scuto gestat *Bülling* [Bavar.] (β) argenteum (tribus cuspidibus totidem trifoliis aureis ornatum) *Haydenreich* [Bavar.] (γ) Tres vomeres ferrei coloris cuspidibus in medio scuti rubei coëuntibus notant *Kaldenbrun* [Sileſ.] (δ)

Pala. Ligo. §. XVII. *Pala* vel *ligo*, queis terra foditur, jam occurrunt. Ligo niger (**Grabscheid**) sinistro diagonali situ in aureo scuto *Sigenhofen* [Bav.] (ε) argenteus situ palari in rubeo *Graben* [Tirol.] (ζ) Tres tales aureæ tincturæ in rubeo scuto in literam Pythagoricam dispositas gestat fam. *Schwenckfeld* [Sileſ.] (η) iterum tres nigras ferro instructas in medio scuti argentei capulis conjunctis *Greyssneck* [Styr.] (θ) In scuto nigro duo ferrea sarculea seu bidentes (**Karst**) capulis aureis decussatim *Heugel* [Sil.] (ι) in nigro argentei capulis aureis *Kreit* [Bav.] (κ) in auro nigri (alluſ. ad nomen **Häckel**) *Hæckel zu der Altenstatt* [Bav.] (λ) Sex perticas argenteas telluri ejusdem metalli infixas in parma atra gestant nob. *Monsterberg* [Sileſ.] (μ)

Furca. Tridens. Rastrum. Occa. §. XIIX. Furcæ duæ aureæ decussatæ in scuto rubeo notant (nominis causa) *Gæbolthofen* [Bav.] (ν) Tridentes tres aureas circa rosam candidam in literam Pythagoricam in scuto cæruleo disponit fam. *Zornberg* [Sileſ.] (ξ) Rastrum (*rasteau*) huc etiam spectat. Rastrum, cujus manubrium in spiculam terminatur, candidum in parma rubea *Lassel* [Sil.] (ο) Tria, sed sine manubrio (testes de rateaux) aurea in parma rubea notat *Retel.* Duo rastra aurea in parmula rubea *Dom. de Neuhaus* [Austr.] (π) *Occa* seu *cratis occatoria* (herse, **Egge**) istis placuit aurea in solo cæruleo situ diagonali *Fernberger zu Egenberg* (in 2. & 3.) [Austr.] (ϱ) nominis indicio. Gestat 3. aureas in alveo cæruleo *Hersy.*

Currus. §. XIX. Vehicula huc spectant & currus. Currum dedisse dicitur apud Wolfg. Laz.

(α) **Wap.** I. p. 153. coronatæ galeæ impositi duo vomeres utrinque argentatis plumis struthionicis exornatæ. (β) **Wap.** I. p. 82. jugum contractum alarum, quarum prior aurata vomerem scutarium defert. (γ) **Wap.** I. p. 93. coronatæ galeæ, inter argenteam & auream rubea pluma struthionica imponitur. Laciniæ argenteæ & rubeæ. (δ) **Wap.** I. p. 58. imago virginea umbilicotenus extans, rubeo amictu, manicis argentatis, cornibus, quæ volitant, auratis, singulis manibus ternas rosas rubeas & candidas gestans. Alibi vidi apicem Æthiopissam nudam passis cruribus ex galea prominentem. (ε) **Wap.** I. p. 86. nassa piscatoria (Fischreise) ex auro. (ζ) **Wap.** I. p. 44. Ligo scutarius pennis pavoninis ornatus. (η) **Wap.** I. p. 60. herma virilis rubeo amictu, cui tamen collare imponitur auratum, inducta: capite gestans pileum itidem rubeum, ora reducta & imposita pluma struthionica eodem metallo tinctis. (θ) **Wap.** I. p. 49. coronatæ galeæ impositæ duæ palæ. (ι) **Wap.** I. p. 63. coronatæ galeæ impositus pileus acuminatus argento & nigro colore distinctus, nodo aureo & pennis nigris fastigiatus. (κ) **Wap.** I. p. 87. ex coronata casside jugum alarum complicatum impressa scutaria figura. Laciniæ argenteæ & rubeæ. (λ) **Wap.** I. p. 95. pileus acuminatus niger, cui impositæ mediam nigram stipantes duæ aureæ plumæ struthionicæ: ora reducta aurata. (μ) **Wap.** I. p. 52. duo cornua bubalina repanda nigrum & argentatum. (ν) **Wap.** I. p. 86. ex coronata galea complicatum jugum alarum, impressis furcis scutariis. (ξ) **Wap.** I. p. 66. Tres struthionicæ plumæ, quarum media auro, laterales cyano tinguntur. (ο) **Wap.** P. 1. p. 58. inter duas sagittas argenteas fasciculus plumarum galli gallinacei nigrarum. Lac. rubeæ & argenteæ. (π) **Wap.** I. p. 34. cassidi coronatæ inter duo rastra decussatim collocata tribulus auro & cocco segmentatim tinctus, pennas aliquot galli gallinacei sustinens. (ϱ) **Wap.** I. p. 36. cassis diademate tortili secta, ex qua jugum extenditur alarum argentatarum.

Laz. l. 12. Migr. Impetator viro plebejo, qui re vehicularia vitam toleraverit, & inscius Cæsaris filiam, vel amicam raptam habuerit conjugem. Eum vero Paduæ maretrionem fecit, unde *Carrariorum* nomen. Jugum vehiculi (die **Fuhrwag**) argenteum gestat in rubeo *Mergerreuth* [Bav.] (α) *Trahæ* affinis sunt. Notat talis nigra in argento *Schlittstett* [Saxon.] (β) Trahæ.

§. XX. Rotarum usus præ aliis frequens est, sed non unius generis: aliæ rotæ sunt, quæ curribus & aratris aptantur, **Wagenräder**/ aliæ quibus molæ, **Mühlräder**/ aliæ quibus rhombi cum fila ducunt netrices, **Spinnräder**/ circumagantur. Fortè tamen vix satis illæ semper internoscuntur, nisi quod molariarum evidens à reliquis discrimen est. Notari etiam solet ob superiorem differentiam, numerus radiorum. Possunt vero rotæ eidem significatione servire, cui alia instrumenta rustica. Legimus vero à rebellibus rusticis etiam ultro sumtam hanc figuram, tanquam in tesseram. Vid. *Hæping. de jur. insign.* c. 17. §. 15. n. 488. Alibi legimus pœnæ loco rotas assignatas, ap. *Limn. jur. publ.* 6. 6. 122. vid. super. Recenseamus nunc exempla. Gestant rotam argenteam 6. radiorum (alibi 8. pinguntur) in rubea parma Archiep. Moguntini (vid. infr. hist. insign. l. 1. c. 64. & l. 3. c. 47.) (γ) ejusdem metalli 6. radiorum in cærulea foliolis seu trifoliis aureis consita *Hohenfels de Reipolzkirck* [Bar. in 1. & 4.] (δ) auream 6. radiorum in nigra *Vendegies*, argenteam 8. radiorum in cærulea *Rædern* [Silef.] (ε) argenteam 6. radiorum in rubea *Weischner* [Bav.] (ζ) & *Pudensdorf* [Bav.] (η) argentea 5. radiorum in nigra *Berlichingen* [Franc.] (θ) similis in rubeo *Aschhausen* [Franc.] (ι) Tres rotas gestant rubeas in aureo clypeo *Courlandon*, aureas in cæruleo *Roquefueil*, aureas in rubeo *Malconvenant*. Alicubi fragmenta rotarum conspiciuntur. Talem gerunt aureum in parma cærulea *Blanckstein* [Silef.] (κ) argenteum trium radiorum in rubeo *Billick* [Silef.] (λ) simile, sed quinque radiorum & alio situ *Rusetzker* [Silef.] (μ) item trium radiorum nigrum adpositis 3. typhis spadiceis (**braun**) in aureo *Kemnitz* [Silef.] (ν) duas dimidias rotas aureas in nigro *Vberæcker* [Bav. in 1. & 4.] (ξ) Ita dimidiam rotam argenteam ex utroque scuti rubentis latere, & inter illas in scuti capite lilium argenteum locat fam. *Fladen* [Patrit. Francof.] (ο) Rota molaris 4. radios tantum habet (in scuto *Schœnburg* [Bav.] (π) area 2. & 3. argentea inscriptam gestant dimidiam rotam molarem, sed 5. radiorum, ut totam 8. constare necesse sit) & circumferentiæ pinnulæ adduntur. Vocat eam *Paillot* voce *roue*, rotam *horologiarem* (roue d' horloge) sed perperam, quod exempla docent. Cum enim alleget scutum civ. *Mulhusinæ*, quod rubeum rota argentea insignitur, quivis linguæ nostræ peritus agnoscet ob nominis analogiam molarem, non eam, quæ horologii est, agnoscendam (cæterum noster Sibmacherus (ϱ) pro illa urbe rubeo colore tingit rotam, scutum argenteo.) Nec vero dubites ex nomine hic aliquid colligendum, en *Mülhusia* Civ. Imp. in Thuring. (σ) itidem in scuti (cujus superior pars argentea nigram nascentem aquilam continet) inferiori parte argentea similem rotam, sed dimidiam repræsentat: Sic & fam. *Mulheim* [Silef.] (τ) in scuti perpendiculariter secti, cum prior areola aurea dimidiam aquilam pullam complectatur, posteriori parte coccinea duas molares rotas argenteas gestat. Et *Mulinen* [Helvet.] (υ) rotam molarem nigram in clypeo aureo, *Betschen* [Silef.] (φ) argenteam in nigro, *Ieser* [Sil.] (χ) rubeam in argento, *Pirghaimer* [Austr. in 2. & 3.] (ψ) argenteam in cæruleo. Rotæ curruum & molares.

Non

(α) Wap. I. p. 89. luna cornuta facie humana picta rubea impositis tribus sceptris aureis, quorum summitates argento tinguntur. (β) Wap. I. p. 170. alæ argentea & nigra. (γ) Wap. II. p. 3. sed 8. pinguntur Wap. I. p. 3. (δ) Wap. I. p. 30. rota scutaria. (ε) Wap. I. p. 50. in pavonina cauda cassidi coronatæ imposita, repræsentatur rota scutaria. (ζ) Wap. I. p. 86. pileus inversus rubeus, cujus ora reducta argentata, imponuntur ei media argentea duæ coccineæ struthionicæ plumæ. (η) Wap. I. p. 92. coronatæ cassidi incumbit rota scutaria, pennis nigris impositis. (θ) Wap. I. p. 104. coronatæ galeæ insidet lupus argenteus oviculam ejusdem metalli ore gestans. (ι) Wap. I. p. 106. pileolo lato rubeo, cujus ora argento fulget, imposita rota scutaria. (κ) Wap. I. p. 60. pluma struthionica inter duas cæruleas media aurea. (λ) Wap. I. p. 71. plumæ galli gallinacei nigræ. (μ) Wap. I. p. 73. inter coccineas duas argentea pluma struthionica. (ν) Wap. I. p. 65. rotæ fragmentum cum typhis. (ξ) Wap. I. p. 94. respondet galea prior coronata sustinens jugum complicatum alarum cum typo scutario. (ο) Dimidio lilio albo, dimidia rota cærulea combinata. (π) Wap. I. p. 94. vid. f. 6. m. 4. n. 9. (ϱ) Wap. I. p. 222. (σ) Wap. I. p. 219. (τ) Wap. I. p. 51. molaris rota argentea, cujus pinnæ 5. superiores totidem pennis galli gallinacei exornantur. (υ) Wap. I. p. 200. coronatæ galeæ eadem rota incumbit. Lac. argenteæ & nigræ: quod argumento est errorem commissum à sculptore, qui vel quam auream esse jussit, argenteam notare aream, vel lacinias etiam auro tingere debebat. (φ) Wap. I. p. 62. rota scutaria. (χ) Wap. I. p. 74. rota scutaria fastigiata plumis 3. struthionis, media rubea, reliquis argentatis. (ψ) Wap. I. p. 40. herma virilis cæruleo amictu fascia pectus percurrente, & ora reducta seu collari argento pictis, corona capiti imposita aurea.

Non minus *Müller de Aſpach* [Suev.] (α) geſtant in coccineo ſcutò ejusmodi rotam argenteam.

Lapis molaris. Ferrum molendinare.

§. XXI. Molarium rotarum mentio nos admonet lapidum molarium, qui & ipſi nonnullis uſitati ſunt. Lapis molaris argenteus in ſcuto rubeo *Ialowke* [Sileſ.] (β) ſimilis cum tribus malleis ſeu quicquid figuræ eſt, (vocat Sibm. **Hämmer**) ferreis in cæruleo ſcuto *Reichenbach* [Sileſ.] (γ) Hic etiam dicamus de *ferro molendinari* (fer de *moulin*, **Mühleiſen**) cujus in molendinis uſus eſt, in ſcutis vero indicium ſuperioritatis eſſe poteſt, quod molendi jus habeat dominus, & omnes ſubjectos ad hoc obſtringere queat, ut non alibi molant. Utuntur tali ferro nigro in parma aurea *Habert*, in aurea *Barat*, *Montraverſier*, argenteo in rubea *Eiſenreich* [Bav.] (δ) & *S. Flaive*, cæruleo in argentea *Maucler*, aureo in nigra *Trouſſeauville*, aureo in cærulea (ſed inſcriptis conchyliis rubeis) *la Luſerne*. Tribus nigris in argentea *Coudette* [Picard.] & *Moulins*, argenteis cantherio aureo adſcriptis in cærulea *Habert*. Non multum differt ab hac alia figura, quam *anille* ſeu *anile*, ſeu *nille* Galli vocant, & aliqui eandem cum noſtra faciunt. Communiter illud diſcrimen adſignant, quod ferrum molendinare latius ſit, & duo ejus ſemicirculi duplici nexu jungantur, cum altera figura tenuioribus conſtet lineis, uno ligamine conjunctis. Geſtant illam argenteam in ſcuto cæruleo *Artigoity* (prope oleron.) & *Lataiges* (in laterculo 2. & 3.) ter repetitam nigram cantherio coccineo adjectam in argenteo *la Platiere Bourdillon*. His annumerat *Geliot* h. v. figuram, quæ argentea coronæ rubeæ in clypeo cyaneo inſeritur pro fam. *Landskron* [Sileſ.] (ε) verum pingitur ea ſuperiori parte hamata. Unde aliis diſquirendum relinquo, quid de ea cenſendum ſit.

Rota S. Catharinæ.

§. XXII. Antequam vero de rotis deſinamus, notanda etiam eſt rota, quam *S. Catharinæ* vocant, cujus abſis novaculis, vel laminis acutis armatur. Nam hæc quoque in clypeis aliquibus apparet: 3. rotas Catharinæ aureas, adjiciunt cantherio aureo parmæ cæruleæ inducto, ita ut, quæ pedem occupat, argenteum enſem ſuſtineat *les Gentils* [Lemovic.]

Catenæ. Lora.

§. XXIII. Catenas, qui geſtant nobiles, potius earum in militia uſum, quam qui in re ruſtica eſt, in animo habuiſſe videntur. Ita cum nonnunquam catenis ſe hoſtes muniverint, hoſtilia caſtra expugnata notari eo emblemate poſſunt. **Wap.** III. præf. n. 51. (conf. infra Hiſp. inſign. l. 1. c. 24. n. 45.) Non minus concordiæ ſymbolum hinc quadrat. Inter Gallos pauciora exempla reperiri, cum ſaltem eæ familiæ, ex quibus martyres aliqui catenas pro fide paſſi ſunt, illo hieroglyphico majorum gloriam conſervare poſſent, miratur *Varenn. R. d'arm. p.* 3. *p.* 339. 340. Certe in Hiſpanorum ſcutis frequentiſſimæ ſunt. Conf. *Meneſtr. l'art. du blaſ. juſtif. c.* 13. *p.* 322. 323. In ſcuto cæruleo 2. (an 3.) annulos aureos tenent duo brachia, quæ utrinque prodeunt, & auro veſtiuntur notandæ fam. *Rohrbach* [Patrit. Francof.] (ζ) Lora adjiciamus. Bacillus cum duplici loro argentea in rubeo notat *Petſchach* [Auſtr. in 2. & 3.] (η)

Frena. Ephippia. Flagra. Stapedæ. Soleæ equinæ.

§. XXIV. Ad equorum apparatum ſpectant *frena*: duo lupata aurea in ſcuto transverſè ſecto ex rubeo & cæruleo *Wierrand* dict. *Vogten* [Auſtr.] (θ) Tum *ephippia*. Ita geſtat ephippium miniatum in auro *Sättelin* [Suev.] (ι) Duo aurea cornua helcii (**Kummethölzer**) in rubeo interjectis duobus bacillis decuſſatis *Polinger de Perſing* (in 1. & 4. Bav. (κ) Flagella (**Wedel**) argentea, nodis aureis, decuſſatim locata in ſcuto rubeo notat *Eybeswald* [Auſtr.] (λ) Huc etiam ſtapedæ. Equinæ ſoleæ non infrequentes ſunt. Argentea in nigro *Floſſ* [Bav. in 1. & 4.] (μ) clavis confixa impoſita crucicula ejusdem metalli in cæruleo *Sobitſchowsker* [Sileſ.] (ν) argentea, nigris clavis confixa, medio adjecta crucicula pedata in ſcuto rubeo *Zborov* [Polon.] Non multum abeunt ſcuta fam. *Wandritſch* & *Leſtwitz* [Sileſ.] (ξ & ο) niſi, quod crucicula in imo ſpiculata

(α) **Wap.** II. p. 83. rota molaris. (β) **Wap.** I. p. 73. complicatum jugum alarum, quarum prior argento tingitur, altera nigricat. (γ) **Wap.** I. p. 60. ex coronata galea προτομὴ aſini. (δ) **Wap.** I. p. 62. ex corona rubea prodit figuræ ſcutariæ ſuperior portio. (ε) **Wap.** I. p. 62. ex corona rubea prodit figuræ ſcutariæ ſuperior portio. (ζ) Figura ſcutaria brachiorum & annulorum in apice coronato repetitur. (η) **Wap.** I. p. 38. complicatum jugum alarum, altera argentea, & poſt eam rubea. (θ) **Wap.** I. p. 40. jugum expanſum alarum cum typo ſcutario ex coronata galea protenſum. (ι) **Wap.** I. p. 117. ex coronata galea alea rubea. (κ) **Wap.** I. p. 87. inter duas alas rubeas figura ſcutaria. (λ) **Wap.** I. p. 37. ex coronata galea ala cum typo ſcutario. (μ) **Wap.** I. p. 89. ſoleæ equinæ impoſitum lilium aureum, ob areas reliquas ſ. 4. m. 4. n. 4. Laciniæ hinc argenteæ & nigræ, iſthinc aureæ & nigræ. (ν) **Wap.** I. p. 75. columba argentea alis ad volatum extenſis. (ξ & ο) **Wap.** I. p. 54. crus armatum, abſciſſum, ut ex vulnere conſpiciatur exiliens ſanguis: calcar auro tingitur.

ſpiculata repræſentatur. Tres ſoleas equinas videmus in ſcutis argenteas nigro *Maſchefer*, rubeo *S. Bonnet Thoiras*, rubeo aureæ faſciæ adſcriptas *Zingel* (α) [Patrit. Francof.] ſcuti transversè ſecti, cujus ſuperior pars argentea leonem defert rubeum, inferior rubea cuſpide diſtinguitur aureo; 2. aureas & rubeam tertiam *Hartmuth* (β) [Patrit. Francof.] totidem ſui ferrei coloris balthec aureo in ſcuto nigro (nominis cauſa) *Eyſen* [Bav.] (γ) & argenteas baltheo nigro in rubeo *Rathmansdorf* [Styr. in 2. & 3.] (δ) Sex inſcribunt clypeo aureo cæruleas *la Ferriere de Teſſé*, argenteo nigras *Ferreis* [Angl.] Octo inſcribit limbo rubeo parmæ hermionicæ aureas *Ferrieres*. Huc juxta aliquos referenda eſt figura, quam *broye* Galli appellant, nec dum inter omnes convenit, quid notet. Credit vero *Geliot* h. v. notari *un caveçon, que l'on poſe ſur le nez ou muſeau du cheval*, lupati particulam, qua conſtringuntur nares equi: Alii inſtrumentum, quo conteratur cannabis intelligunt; uti le Labour. orig. des arm. n. 157. qui tamen accuratius inſpecta re priorem ſententiam amplexus eſt in correctionibus libello adjectis; alii ornamentum aliquod architecturæ. Cæterum geſtant hanc figuram ter repetitam auream in parma cærulea (1. 2.) *Ioinville*, itidem, ſed ut in faſciarum modum extendantur *Broyes* [Brienſ.] nec non in nigra adjecto cephalo argenteo *Goy* [Arv.]

§. XXV. Scalæ rei domeſticæ pariter inſerviunt. Aurea in cæruleo notat *Malentheim* [Carinth. in 1. & 4.] (ε) Scalæ aureæ in rubeo ſcuto, utrinque adſtant aſcendentes catelli argentei, flavis maculis notati, & millo nigro aculeato armati: *von der Leiter zu Behrn* ſeu *de Scala* [Bav.] (ζ) Scala doliaria (**Vaßleiter**) rubea in argento notat *Vaſant* [Franc.] (η) Scalæ.

§. XXVI. Uti venatio inprimis nobilitatem & magnates omni propemodum ferè tempore delectavit, ita cornua venatoria, quæ in ſcutis conſpiciuntur, de hoc teſtari poſſunt. Uſitati ſunt de hac figura termini, *enguiché* de particula, quæ ori, cum inflandum eſt cornu, immittitur, *virolé*, de armillis, *lié* de tæniis, vel chordis, quibus ſuſpendi poteſt. **Beſchläg und Bänd.** Geſtant cornu venatorium ſimplex (ſed orificio, quod utrinque nigrum, priori impoſitis nigris galli pennis) argenteum in rubeo *Sulzberger zu Krapfenberg* [Bav.] (θ) cæruleum, armillatum & ligatum cocco, in parma aurea *Orenge* ſeu *Aranſion* princ. (vid. infr. hiſt. inſign. l. 3. c. 26. n. 18.) nigrum ligatum coccinea in argentea, *Cuſi* [Borbon.] rubeum in argentea *Falckenhein* [Sileſ.] (ι) & *Falckenhan* [Miſn. nomen idem & ſolum dialecto variatum exiſtimo] (κ) nigrum armillatum & ligatum cocco in aurea *Golditz* [Sileſ.] (λ) nigrum armillatum & ligatura auro in cæruleo *Gelbhorn* [Sileſ.] (μ) rubeum in aurea adjecto limbo ejusdem coloris merularum *Chemilly* (Pieton.) aureum in rubea (adjectis in capite ſcuti cyaneo 3. ducalibus coronis aureis) *Barron*, aureum armillatum, & ligatum minio, in nigra tribus palmæ (vel ilicis, **Stechpalmen**) ramis viridibus in decuſſim & palum in ſcuti capite adjectis *Palmsdorfer* [Patrit. Francof.] (ν) aureum in ſcuti (cujus ſuperior pars, niſi de errore ſculptoris ſuſpicandum ſit, cærulea palum aureum complectitur inferiori area itidem cærulea *Iæger de Gertringen* [Suev.] (ξ) Duo cornua venatoria obverſa argentea armillata & ligata auro in parma nigra *Hohefeld* [Bar. Auſtr.] (ο) totidem nigra in ſcuto transversè ſecto, cujus anteriora cocco, poſteriora auro tinguntur, ligatura & armilla cornuum prioris aurea, alterius coccinea *Wermesdorf* [Sileſ.] (π) Tria cornua coccinea armillata argenteo in clypeo aureo geſtant *Horn* Com. nigra ligata cæruleo, in aureo *Neſmond*, argentea, aureis armillis & ligaminibus, viridi vero, qua inflatur parte, in coccineo *zum Iungen* [Patrit. Francofurt.] (ρ) aurea argento exornata in cæruleo Cornua venatoria.

(α) Jugum alarum rubearum expanſum, cum ſoleis equinis ſcuti. (β) Galeam mordet caput pardinum, poſt quod protenditur brachium argento veſtitum tenens equinam ſoleam rubeam. (γ) Wap. I. p. 98. ex galea coronata jugum alarum complicatum cum typo ſcutario. (δ) Wap. I. p. 48. galeæ coronatæ impoſitum jugum complicatum alarum cum typo ſcutario. (ε) Wap. I. p. 45. coronata galea ſuſtinet jugum complicatum alarum cærulearum impreſſa ſcala. (ζ) Wap. I. p. 31. inter duas alas aureas naſcens catellus argenteus coronatus & millo inſtructus ex coronata galea. (η) Wap. I. p. 106. phaſianus nominis cauſa. Vid. c. 9. n. 16. (θ) Wap. I. p. 82. culcitræ rubeæ impoſitum cornu ſcutarium. (ι) Wap. I. p. 58. faſciculus graminis, vel quicquid eſt, candidus & ante hunc cornu venatorium. (κ) Wap. I. p. 178. diademate tortili impoſitæ 5. pennæ pavoninæ candidæ. (λ) Wap. I. p. 52. ex coronata galea utrinque ternæ plumæ ſtruthionicæ prominent, hinc auratæ, iſthinc fuſcæ. (μ) Wap. I. p. 55. cornu ſcutarium, & poſt illud tres ſtruthionicæ plumæ, nigra, aurea, cærulea. (ν) Cauda pavonina, antequam cornu ſcutarium compareat. Lac. aureæ & nigræ. (ξ) Wap. I. p. 120. ex corona prominens moloſſi caput & collum cyano inſertum. (ο) Wap. I. p. 34. duo cornua ſcutaria caſſidi coronatæ impoſita. (π) Wap. I. p. 54. diadema tortile ex auro & cocco, imponitur eadem tinctura. (ρ) Wap. I. p. 210. duo cornua ſcutaria impoſita pileo rubeo, cujus ora reducta argento fulget.

Deſcamin de Launay, itidem tria (2. 1.) argentea aureis armillis & ligaminibus in coccineo *Hengsberg* (α) (Patrit. Francof. in 1. & 4. ſed in 2. & 3. argenteis quadris duæ furcæ nigræ decuſſatim collocatæ.)

Tria cornua venatoria rubeo auro armillata & ligata in angulos ſcuti argentei obliquo ſitu converſa *Iordaner* [Sileſ.] (β)

Inſtrumenta muſica.

§. XXVII. Inſtrumenta muſica non unius generis reperio. Chelys aurea in rubeo ſcuto notat *Hiberniam* ſeu *Irland* regnum (vid. hiſt. inſign. l. 1. cap. 3. n. 21.) argentea in rubeo *Arpaiou*. Tres aureæ ſimilis metalli cantherio adjectæ in cæruleo *du Perron*.

Præterea ſcribit *Ed. Biſſæus NN. ad Vpton. p.* 43. quod 3. cheles argenteæ in alveolo conchyliato inſignia ſunt *Swetingiorum* (Angl.) Verum, qui in prioribus nomine chelyos intelleximus illud inſtrumentum, quod alias *cytharam* vel *harpam* vocant, **Harpfe**. Ex *Gelioto* ad v. *Blaſon* agnoſcimus, in *Suetingiis* inſignibus non tales citharas, ſed aliud inſtrumentum, quod *violam*, **Geigen** appellant, deſignari. Aliqui panduram vocarent.

Inſtrumenta luſoria.

§. XXIIX. Superſunt ea, quæ ludendo ſerviunt; Ex ludo latrunculorum locum in ſcutis reperit figura, quam *roc d' eſchiquier* (**ein Rochen in dem Schachſpiel**) nuncupant. Cum *Biſſæo roccam latrunculorum* appellare eam licet. Hanc figuram in ſcuto perpendiculariter ſecto, & hinc argenteo, illinc nigro coloribus eadem ſectione alternatis geſtat fam. *Fronhofen* [Suev.] (γ)

Tres roccas tales argenteas nominis analogia in parma cyanea defert fam. *Roquelauce*. Nec alio retulerim figuram rubentem, quæ in ſcuto argenteo fam. *Herzheim* [Bav.] (δ) pingitur: licet ea videatur loco curvaturæ alias ad modum foliorum lilii effigiatæ, capita repræſentare videatur.

(α) Jugum alarum expanſarum, quarum altera argentea furcas nigras, altera rubea cornua argentea defert.

(β) **Wap.** I. p. 69. ex galea coronata duo cornua, argenteum & rubeum. (γ) **Wap.** I. p. 114. coronatæ galeæ figura ſcutaria, faſtigiata pennis galli gallinacei imponitur.

(δ) **Wap.** I. p. 95. coronatæ galeæ figuram ſcutariam, hac 3. ſtruthionicas plumas, quorum media argento, laterales cocco tinguntur, ſuſtinet.

MEMBRUM II.

DE VESTIBVS ET ORNATV CORPORIS.

§. 1. *Pilei latiores.*
2. *Cardinalitii.*
3. *Turbinati.*
4. *Caputium.*
5. *Coronæ.*
6. *Priſcæ. Spineæ.*
7. *Manicæ.*
8. *Chirothecæ.*
9. *Annuli.*
10. *Cingulum. Fibulæ.*
11. *Fibulæ duplices.*
12. *Calcei.*
13. *Ocreæ.*
14. *Calcaria. Moluæ.*
15. *Tæniæ. Funiculi.*

MEMBRUM II.

DE VESTIBVS ET QVAE AD HABITVM CORPORIS VEL ORNAMENTA SPECTANT.

§. I.

VIx aliquid eſt, quod ad rem veſtiariam ſpectat, quin in ſcutis locum etiam invenerit. *Pileorum*, qui ab antiquo libertatis inſigne habiti ſunt, inprimis frequens uſus eſt, non tantum in apice, de quo c. 6. agetur. Sed & in ipſis clypeis. Sunt vero alii latiores & ad vulgarem modum. Qualia exempla ſunt. Pileus cæruleus ora reducta pellibus candidis fatta in rubeo *Hudtſtocker* [Auſtr.] (α)

§. II. Non

(α) **Wap.** I. inter duas alas rubeas, pennis argenteis ornatas, juvenilis ſpecies cæruleo amictu, oris reductis argenteis, dextra ſagittam tenens ſuo colore. Laciniæ rubeæ & argenteæ.

§. II. Non longe hinc abeunt Cardinalitii pilei seu galeæ cocco seu purpura tincti, nisi quod fere utrinque dependent lora. Exempla sunt. . . . Colore differt, sed figura convenit pileolus, qui bipertitæ areæ, quæ hinc nigra, isthinc argentea inscribitur, & alternis coloribus tingitur *Zoten de Berruck* [in 1. & 3. Tirol.] (α) Cardinalitii.

§. III. Alia forma est pileolorum turbinatorum seu acuminatorum, quos Orientales (*bonnet oriental* seu *poinctu*) alii etiam Hungaricos vocitare solent. In illis præcipuè oræ reductæ tincturam, quæ semper à reliquo pileolo differt, notanda. Frequenter etiam acumen in globulum desinit, & vel illi, vel oræ reductæ aptantur pennæ. Gestant tales pileos, nigrum superius nodulis argenteis quatuor ornatum, qui metallo etiam ora reducta tingitur in parma aurea *Breisach* [Tirol.] (β) item totum deauratum, pennis nigris fastigiatum & rosis duabus rubeis circa latera affixis ornatum in argenteo *Haberkorn* [Franc.] (γ) Pileos, petasos seu galeros tres, qualibus olim Hebræa natio utebatur, argenteos miniato scuto inscribit fam. de *Iudæis* [Colon.] ita dicta, vel ab hoc gestamine, vel à re fortiter pro Romanis contra Judæos gesta, vel ob religionem Christianam maturè amplexatam, quo adhuc tempore Christiani Judæi dicebantur. (δ) Turbinati.

§. IV. Caputium seu capitium aliud tegumentum capitis est ad humeros usque pertingens, *Chapperon*. Exempla: Nigrum in argento *Dabertzhofen* [Bavar. 2. & 3.] (ε) Tria rubea in argenteo scuto *le Chaperon*. Caputium.

§. V. In ornamentis capitis inprimis excellunt coronæ: De harum varietate c. 6. agetur. Hic exempla tantum adducamus. Gestant ergo coronas singulas, corona aurea, ex qua tres plumæ struthionicæ argenteæ sursum protenduntur in scuto cæruleo *Schencken* [Carinth.] (ζ) Tres coronas gestant aureas in rubeo *Iagensdorf* [Bav.] (ζ) aureas in cæruleo solo *Sueciæ* regn. (conf. hist. insign. l. 2. c. 95. n. 4.) Coronæ.

§. VI. Coronarum nonnulli antiqua forma, quæ solis acuminatos radios refert, delectantur. Ita gestant *Remefort la Grilliere* 3. antiquas coronas aureas in parma cærulea. Qui coronas spineas gestant, haud dubiè ad eam respiciunt, qua Salvator noster in passione sua coronatus est. Ita coranam spineam inserunt 2. & 3. laterculo cæruleo auream *Horben* [Suev] pro quo apud *Varenn.* & *Geliot* peperam legitur *Svede* (η) Quinque tales nigras argenteo inserit scuto fam. *de Meaux-Bois-Boudian*. Vel quod Godofr. Bullionius uni hujus stirpis eas dederit, qui inter primos mœnia conscenderit Hierosolymorum, vel (quod apud *Geliot* est) quod *Giffart de Meaux* jussu regis S. Ludovici coronam spineam, quam Lutetiæ ostendere solent, adduxerit, & in hujus memoriam eo emblemate donatus fuerit. (θ) Priscæ. Spineæ.

§. VII. De corollis florum, vel sertis hic non dicemus. Cum id occupaverimus f. 4. m. 4. §. 17. Transimus ergo ad manicas. Manicam coccineam (quam clypei autor, cum olim in amore esset, ut atrocius vindicaretur in hostem dominæ gratia, protulisse fertur in aciem, *Spelmanno* perhibente) in æquore aureo insigne est fam. *Hastings*, ob quod difficilis controversia inter Reginald. de Grey & Edoard. de Hastings, utri gestandi jus competeret, orta est, cujus historiam inserit notis ad Spelmannum *Edoard. Bissæus p.* 94. seq. de figura vid. p. 105. Certè alii hanc figuram, alii prorsus alio modo repræsentant, & ob hoc Danicam bipennem in ea agnoscere volunt; quam ob μεταμόρφωσιν Labourerium del'orig. des arm. n. 154. reprehendit, & argumentis pluribus evincit, manicam esse *cl. Fr. Menestr. L'art. du blas. justif. c.* 6. *p.* 141. Vocant vero *manche metaillée* vel *maltale*, tanquam imperitius efformatum dicere vellent. Similem, sed hermionicam in clypeo rubeo, adjecto lilio aureo gestat fam. *Mahun* seu *Mohun C. de Sommerset* [Angl.] sed ex Th. Milles *Menestr. l. c. p.* 144. addit manum ex manica protensam, quæ florem sustineat. Duas manicas rubeas, quas argenteæ tæniæ in decussim aliquoties percurrunt, in argenteo clypeo (cui caput nigrum 3. dentibus infixum imminet) pingit fam. *Herpin. du Coudray* [Biturig.] Manicæ.

§. IIX. Chirothecarum illa exempla reperi. Apparet nempe expansis digitis chirotheca Chirothecæ.

(α) Wap. I. p. 42. coronatæ galeæ impositum jugum complicatum alarum, cum typo scutario. (β) Wap. I. p. 42. herma virilis nigro indutus, collari argenteo: caput tectus pileo scutario, ex quo fascia aurea dependet. (γ) Wap. I. p. 105. pileus scutarius. (δ) Judæi herma cum galero scutario imposito. (ε) Wap. I. p. 90. niger pileolus acutus ora reducta & nodus, in quem exit argento tinctus. (ζ) Wap. I. p. 47. coronatæ galeæ impositæ tres plumæ struthionicæ nigræ. Laciniæ cæruleæ & argenteæ. (η) Wap. I. p. 79. brachia duo rubea, manicas induta, quarum oræ reductæ auro fulgent, manibus sustinentia coronam, pennis galli gallinacei fastigiatam. (θ) Wap. I. p. 141. coronatæ galeæ impositum jugum alarum complicatum impressa corona spinea.

rotheca argento & ora reducta cocco tincta, in solo cæruleo notanda fam. *Hendschuchsheim.* Tres chirothecæ hermionicæ (Gelioto argenteæ) in clypeo rubenti notat *Mesles* [Brit.] De chirothecis ferro munitis (**Blechhandschuch**) vide inter militaris apparatus notas m. 3. n. 13.

Annuli. §. IX. Ad manuum ornamenta referemus annulos. Egimus jam de illis, ut inter honorabiles figuras referuntur s. 1. m. 2. n. 35. Huc spectant, quibus gemmæ inserræ sunt. Porro hieroglyphica varia in annulis observari possunt. Inprimis fidei, amoris, honoris & constantiæ. Josepho traditione annuli Gen. 14, 42. summa dignitas conferebatur. Gestant annulos aureos, inserto rubino in parma cærulea *Enzberg* [Suev.] (α) & *Enzenberg* [Alsat. credo vero esse eandem familiam. Certè Herzog Chr. Alsat. l. 6. p. 240. fatetur in Alsatia advenas fuisse] (β) & *Niffern*, inserto sapphiro (al. **Türckiß**) in rubeo *Durmenz* [Alsat.] (γ) & Suev. (δ) sine gemma, sed pala vacua nigrum in auro *Edelbeckn zu Schonau* [Bav.] (ε)

Cingulum, Fibulæ. §. X. Cingulum cum inter equestria ornamenta numeretur, equestrem ordinem significare aptum est. Præterquam, quod enim generositatis & continentiæ symbolum in illo agnoscitur. Cingulum militare seu baltheus argenteus (quali ob virtutem donari milites solebant) cum fibulis aureis in laterculo rubeo aureis cruciculis seminato *Billersheim* (ζ) [Rhen.] cui familiæ à Balteo nomen juxta Gelen. de Colon. Agr. magn. l. 2. s. 16. pag. 165. Cum cingulo eandem significationem habere possunt fibulæ cinguli (les fermeaux, **die Rincken.**) De his Æg. Gel. de Col. Agr. magn. l. 2. s. 15. p. 166. Fibulas gerere in armis veteris indicium nobilitatis est, quia propter virtutem in bello dabantur. Res perantiqua, nam in libro Notit. provinc. Rom. Imp. temporibus Arcadii & Honorii Imperatores inter insignia viri illustris Comitis rerum privatarum divinæ domus, pingantur fibularum dona. Imo vetustius apud Livium l. 27. legimus: Tum puero annulum aureum, tunicam lato clavo, cum Hispano sagulo, & aurea fibula equumque ornatum donat. Et 9. belli Macedon. Quintius alter præter suos equites catellis ac fibulis donavit. Alleg. Joannem Smith, qui in libr. de Batav. opido plura de fibulis tradiderit. Fibulæ vero non una apud nos pinguntur figura. Communiorem illam dicere possum, quæ exteris etiam frequentatur, ut nempe annulo spina seu acicula adjiciatur. Gestat tales fibulas tres argenteas in scuto rubeo in balthei situm collocatas *Bosen de Waldeck* [Rhen.] (η) Totidem sed situ, qualis alias ternarius esse solet, aureas in rubeo *Graville* [Norm.] (Familia vetus & illustris, ipsum familiæ nomen fuit *Malet*. Unde miror à *Varennio* & *Gelioto* peculiariter tanquam duæ essent *Malet* & *Graville* enumerari. Vid. deduct. gentis apud *Andr. du Chesne hist. general. dom. Chastillon*) aureas in cyaneo *Bonnebon* [Normann.] argenteas in coccineo *la Vallee* & *Grosmenil*, rubeas in argenteo *Kranitz* [Bavar.] (θ) Nonnunquam qui in his annulus fuit, in rhombum effigiatur, sed item addita acicula (fermail en lozenge.) Talis est fibula argentea in parma rubea pro fam. *Kersauzon* [Brit.] Non multum inde abit fibula quadrata (addita spina) argentea in nigro clypeo, nisi quod vestigia clavorum simul apparent, *Schenck de Schmidperg* [Rhen.] (ι) Huc etiam referenda fibula fam. *Wallenrodt* [Franc. conf. Hæping. de jur. insign. c. 6. n. 1401.] (κ) cujus quatuor extrema in trifolia ornatus causa terminantur, aciculæ autem tanquam obducta esset corio, non nisi duo extrema apparent. Cæterum ea figura in parma rubea argento tingitur. Alia iterum figura fibulæ est, quæ ad figuram scutuli accedit, ut tria extrema, duo anguli superiores & cuspis in trifolia terminentur. Talis est in scuto nigro fam. *Rinderbach* [Suev.] (λ) aurea. Quamvis enim hanc figuram *Geliot* voce *Trescheur* peribolis seu limbis internis annumeret: Ostendit tamen collatio scuti fam. *Zedliz*

(α) Wap. I. p. 110. annulus scutarius impositus culcitræ cæruleæ, globulis & panniculis aureis ornatæ. (β) Wap. I. p. 193. idem cum priori apex, nisi quod culcitra pingitur rubea. (γ) Wap. I. p. 193. annulus scutarius. (δ) Eodem modo annulus scutarius, sed pulvillo rubeo, uti in Enzenbergia, galea impositus. (ε) Wap. I. p. 98. annulus scutarius inserto palæ fasciculo pennarum pavoninarum. (ζ) Wap. I. p. 126, caput cum cervice monocerotis rubei. Laciniæ argenteæ & rubeæ. (η) Wap. I. p. 125. in alarum nigrarum complicato jugo orbis rubeus tribus fibulis scutariis insignibus. (θ) Wap. II. p. 56. coronatæ galeæ impositæ inter 3. nigras 2. argenteæ plumæ struthionicæ colligatæ aurea fascia, 3. stellulis aureis insignita. (ι) Wap. I. p. 128. pileolus niger ora reducta argentea, fastigiatus icone arbuscula. (κ) Wap. I. p. 102. ex coronata galea prodiens jugum expansum alarum argentearum, in quarum singulis figura scutaria repetitur. Ita & *Wallenrodt* dict. *Streitauer* p. 104. ubi eidem scuto idem etiam apex, nisi quod jugum alarum, quod ibi expansum, hic complicatum. (λ) Wap. I. p. 114. cum collo caput cygni nigrum, rostro aureo.

Zedliz [Sil.] (α) quod coccineum continet fibulam argenteam ejusdem nodi, niſi quod illic deſideratur acicula aliqua ſui parte hic ſimul comparet, & indicium facit. Alibi fibula planè triangularis, ſed in trifolia terminata pingitur, talis eſt argentea in parma cærulea *Vlersdorf* [Sileſ.] (β)

§. XI. Reperiuntur etiam alius generis fibulæ duplices, **doppelte Hafften.** Huc refero figuram nigram in parma argentea fam. *Dürckheim* [Rhen.] (γ) & ſimilem ſitu tamen immutato nigram in aurea *Hazfeld* in 1. & 4. [Rhen.] (δ) Fibulæ duplices.

§. XII. Calceos etiam non indignos, qui in ſcutis comparerent, credidere fecia-les. Ita geſtat calceum ex argento & nigro teſſellatum in ſanguinea parma *Calataynd*, 5. ſimiles calceos (zapatas) in concolori clypeo ob nomen *Zapata*. Calcei.

§. XIII. Ocreæ aliquos etiam clypeos ornant: Exempla ſunt. . . . . Ocreæ.

§. XIV. Inter equeſtris ordinis inſignia ſemper calcaria relata obſervamus: unde in ſcutis etiam eundem honorem, vel hominem pro ſalute publica equum inſcendere paratum, ſignificare molulæ ſeu rotulæ echinatæ calcarium poſſunt. Sunt etiam non-nulli, qui ex numero molularum, earum, quibus fortè conſeritur parma, expeditio-num in hoſtem ſuſceptarum numerum colligere volunt. Porro calcaria, vel integra pinguntur, vel ſolæ illæ rotulæ. Calcar argenteum in rubea parte ſuperiori ſcuti ſecti, cujus inferior pars argentea pileum rubeum cardinalitium cum tæniolis continet *Rein-dorffer* [Bav.] (ε) Circa rotularum ſeu molularum (mollettes) diſtinctionem à ſtellis laborari video; Quidam in hoc diſcrimen collocant, quod ſtellis 5. molulis hiſce 6. ſint radii. Verum Germanis differentia hæc nunquam recepta fuit, quibus ſtellæ com-muniter ſenario radiorum numero conſtant. Sed nec inter Gallos perpetuum hoc eſſe argumento eſt, quod eam differentiam *Varenn. p.* 480. ipſe rejicit. Potior differentia in eo quæritur, quod molulæ perforatæ ſint in medio, ſed ſtellæ ſolidæ. Verum ne hanc quidem Germanis univerſaliter receptam arguit exemplum ſcuti *Reindorffer* [Bav.] (ζ) in cujus ſuperiori (nam transversè ſecatur) parte rubea conſpicitur rotula hujusmodi argentea 12. radiorum, & non perforatæ: quod ſtellis non acceſſenda ſit figura, videor mihi agnoſcere, ex fulcimine, quod & in clypeo & in apice apparet. Porro gerunt echinatas ejusmodi calcarium molulas, auream in parma cærulea (præfi-xo capite hermionico) *Sirmond* (Arv.) Duas aureas in rubea *S. Hilaire*. Tres argen-teas in rubeo *Quiſſinic*, *la Mauviſiere*, & *Haquenouville*, aureas in coccineo *des bor-des* & *Brillet* (in 2. & 3.) argenteas in nigro *Bellay* [Cenom.] aureas in nigro *Chauvel*, rubeas in argenteo *Kerminihi* (Britann.) nigras in argenteo (intermedio leone nigro corona & falculis aureis) *Hais*. Calcaria, Molulæ.

§. XV. Frequens etiam tæniarum uſus eſt, ſed plerumque illæ acceſſoriæ ſunt prin-cipalium figurarum & ad earum ornamenta ſpectant. Huc referemus funiculos. Funi-culos aureos tres in varios gyros artificiosè flexos & in medio ſcuti cærulei coëuntes ge-ſtant *Zyganer* [Sil.] (η) & *Karwinsker* [Sil.] (θ) Sibmacher vocat **ſchlingen.** Tænia. Funiculi.

(α) Wap. I. p. 71. alarum argentatarum expanſum jugum. (β) Wap. I. p. 59. folia 5. viridia. (γ) Wap. I. p. 123. complicatum jugum alarum, cum impreſſa ſcutaria figura. (δ) Wap. I. p. 130. inter alas duas expanſas & fibula ſcutaria inſignitas, herma virilis nigro amictu & pileo, ut tamen hujus ora reducta argento fulgent.

(ε) Wap. I. p. 88. galea tecta rubeo pileo lato tæniis utrinque volitantibus, eique impoſi-tum calcar argenteum. Conf. c. 6. n. 20. & 56.

(ζ) Wap. I. p. 88. (η) Wap. I. p. 73. ex coronata galea inter duas cæruleas aurea pluma ſtruthionica erecta. (θ) Wap. I. p. 76. tres iidem contorti funiculi.

MEMBRUM III.

DE ARMIS ET APPARATV MILITARI.

§. 1. *Enſes.*
2. *Acinaces.*
3. *Lanceæ. Ferra lancearum.*
4. *Haſtæ.*
5. *Bipennes. Secures militares.*
6. *Clavæ varii generis. Tridentes.*
7. *Sagittæ.*
8. *Uncі.*
9. *Arcus.*
10. *Arcabaliſta.*
11. *Sclopeta.*
12. *Tormenta, mortaria, arietes.*
13. *Scuta.*
14. *Galeæ.*
15. *Vexilla.*
16. *Vites militares.*

MEMBRUM III.

DE ARMIS ET APPARATV MILITARI.

§. I.

Enſes. INter arma (quæ in inſignibus erepta hoſtibus notari poſſunt, vel ſymbola ſunt boni regiminis & juſtitiæ ad bonorum defenſionem, malorum pœnas. Rom. 13.) ab omni fere ævo gladiis primus locus aſſignatus conſpicitur. Unde in re ſcutaria nobilitatis militaris ſignificationem habere poteſt. In Gallia vero illud peculiare accedere poteſt, ut ortus à Coneſtabili notetur, cujus dignitas illo deſignatur ſigno. In gladio notari ſolet, præter ipſam laminam, manubrium ſeu capulus (garde & poignée) tum ipſe ſitus. Geſtant gladios, deorſum verſum ferrei coloris in ſcuto transversè ſecto, ſuperiori parte argentea, inferiori cærulea, in cujus pede ſub cuſpide gladii luna falcata aurea *Kochersdorf* [Sileſ.] (α) argenteum manubrio aureo ſurſum verſo (adjecta utrinque pluma ſtruthionica deaurata) in parma cærulea *Marolles* [Tunen.] ſimili ſitu argenteum comite utrinque luna ex eodem metallo *Schemonsky* [Sileſ.] (β) itidem argenteum luna utrinque aurea ſtipatum in cærulea *Ruditzker* [Sileſ.] (γ) argenteum manubrio deorſum verſo (adjecto dextro lateri, vel angulo ſuperiori flore lilii aureo) in cærulea *Arcolieres* [Sabaud.] argenteum capulo aureo, quem tenet manus dextra ſuo colore repræſentata, ſed auro alata in clypeo rubeo *Belmonte de los Campos*, argenteum capulo aureo deorſum verſa inter 3. ſtellas aureas in cæruleo (adjecto dextro angulo coccineo cum libra aurea) *du Buiſſon* [Bourbon.] Situ diagonali nigrum in argentea parma *Cuſtrelles* [Picard.] diagonali ſiniſtro argenteum in rubeo *Krebſen zu Diesfurt* [Bav.] (δ) & ſuo colore pictum in ſcuto bipertito, cujus prior pars cocco, altera cyano tingitur *Biberau* [Sileſ.] (ε) Duos enſes geſtant decuſſatos non tantum Electores Saxoniæ, & Dn. de Pappenheim archimareſcallatus, de mareſcallatus hereditarii jure vid. infra hiſt. inſign. proleg. c. 1. ſ. 1. n. 34. & l. 3. c. 28. n. 6. ſed & aliæ familiæ nominatim argenteos, capulis aureis ſurſum verſis inſtructos in cæruleo clypeo *Marbeuf*, ſimiles, ſed manubriis aureis deorſum verſis in cæruleo *du Bus*, & (ſed adjectis quatuor lunæ iconibus argenteis ſurſum reſpicientibus) *Cognet la Tuillerie*, argenteos in nigro *Tillon du Cheſne*. Tres ſitu diagonali argenteos, aciebus deorſum verſis, in rubeo clypeo *Cœtanezré le Sergué* [Brit.]

Acinaces. §. II. Gladiis annumeremus acinaces, quos Galli *cime teues* & *badelaires* vocant. Conf. *Le Labour. orig. des arm. n.* 155. *Courtiamble* fam. Burgundica, cujus ſucceſſio delapſa eſt ad fam. Pot, geſtat in teſſellato ex argento & nigro clypeo duos acinaces rubeos faſciarum inſtar locatos inſtructos auro (virolés, anches, & rives d'or.) Huc etiam ſpectat figura, quam Galli vocant *bouteroles* & extremitatem vaginarum in ea agnoſcere volunt.

Lanceæ. Ferra lancearum. §. III. Lancearum uſus, ut in militia, ita in re ſcutaria itidem honoratus admodum eſt. Porro vel lanceæ integræ, vel earum apices, aut, quo muniuntur, ferrum duntaxat in ſcutis comparent. Tres lanceas unam in palum, duas decuſſatas & deorſum verſas argenteas, argento ſpiculatas in parma rubea geſtant *Zamolsky* [Polon.] Scutum rubeum clathratum lanceis aureis, interſertis ſcutulis argenteis & cordi adſcripta, quam lilium aureum inſignit, parmula cærulea notat fam. *Villeneuve* [Provinc. Unde M. de *Trans.*] Apicem jaculi cæruleum in ſcuto aureo geſtant *Sidneji* Com. *Leiceſtriæ*. Duos (al. tres) tales cuſpides lanceæ, ſed ad antiquum modum (ad inſtar ſagittarum effigiatos, *à l'antique*) argenteos in cæruleo ſcuto geſtat *Carel la Bourdonniere*. Tales argenteos in rubeo *le Picard Eſtelan*. Quinque argenteos (fers de lances emouſſées) in cæruleo *Iubert du Thil* in 2. & 3.

Haſtæ. §. IV. Haſtæ lanceis proximæ ſunt. Haſtas duas ſuo colore pictas, quarum ornamenta &, quibus ligantur, tæniæ utrinque volitantes cæruleæ, decuſſatim ſcuto aureo inſerit *Horn* [Sileſ.] (ζ) Mucro haſtæ videtur figura nigra in ſcuto aureo fam. *Reich de Reichenſtein* [Rhen.] (η) Mucro haſtæ rubeus in transversè ſecti ſcuti, cujus inferiora nigricant, ſuperiori area argentea *Stibar* [Franc.] (θ) §. V. Bi-

(α) Wap. I. p. 65. tres roſæ candidæ, gemmatæ auro petiolis rubeis galeæ impoſitæ. (β) Wap. I. p. 65. inter coccineas duas argentea pluma ſtruthionica erecta. (γ) Wap. I. p. 76. enſis & lunæ ex ſcuto repetitæ. (δ) Wap. I. p. 99. herma virilis rubeo amictu, ore tranſverſum gladium geſtans. (ε) Wap. p. 66. duæ caudæ caſtoris, nativi coloris. (ζ) Wap. I. p. 64. cornu venatorium nigrum, auro armillatum. Laciniæ cyaneæ & aureæ. (η) Wap. I. p. 128. caput leoninum aureum coronatum. (θ) Wap. I. p. 104. duo nigri pilei, alter alteri impoſiti, ora reducta argentea, ſuperiori inſeruntur parmæ nigræ.

§. V. Bipennes, quam ſecurim Romanam, vel Amazonicam alii dicunt, Galli *haches d'armes*, noſtri *alebardam*, **Hellepartẽ**/ plures ornant parmas. Duas bipennes ſcuto ex auro & minio bipertito, in cujus pede monticulus tricollis argento pingitur, decuſſatim inſerit, & coloribus oppoſitis tingit *Heling* [Sileſ.] (α) duas bipennes transverſè ſecto, cujus ſuperior pars nigro colore, altera argento tingitur, alternantibus coloribus pictas, geſtat *Schella* [Tirol.] (β) 2. bipennes obverſis dorſis aureas in parma rubea *d'Achey* ſeu *Ache*, rubeas in argentea *du Bot* [Britann.] Tres argenteas in cærulea *Telier* [Pariſ.] nigras in argentea *Rouſſelot*. Secures ſimplices militares duas decuſſatas argenteas capulis aureis in nigro laterculo nominis gratia geſtat *Mordaxt* [Carinth.] (γ) Bipennes. Secures militares.

§. VI. Clavæ pariter inter arma ſunt, & in clypeis ſæpe viſuntur. Duæ clavæ ſimplices argenteæ in ſcuto cæruleo, nomini notando *Keul* [Sileſ.] (δ) Duas militares clavas (**Streitkolben**) decuſſatim locatas rubeas interpoſitis ejusdem coloris roſis tribus in argenteo *Forſtmeiſter* [Franc.] (ε) In parma rubea tres clavas nodoſas argenteas in angulos verſis manubriis *Kempen* (ζ) [Patrit. Francof.] Aureas duas clavas (**fauſtkolben**) decuſſatim locatas in area rubea *Kirchberg* [Auſtr.] (η) tres ferrei coloris in angulos ſecti nigri ſeu literam Pythagoricam diſpoſitas *Kitſcher* [Sileſ.] (θ) In ſcuti transverſè ſecti, cujus inferiora rubent, ſuperiori parte argentea vir umbilicotenus extans rubeo amictu & pileo plumis ſtruthionicis exornato, ſuper humerum dextrum malleum militarem (nominis cauſa) **Streithammer**/ **Puſickankolben**/ geſtans *Schelhammer* [Bav.] (ι) Tridens bellicus (**Streithorſt**) pariter inſtrumentum bellicum eſt: Geſtant verò duos decuſſatos aureos in parma rubea *Streithorſt* [Brunſ.] (κ) Clavæ variigeneris. Tridentes.

§. VII. Sagittæ in veteri militia, & nunc quoque apud plures gentes, ex præcipuis armis offenſivis ſunt. Sagitta argentea diagonali ſitu inter 2. ſtellas ejusdem metalli in parma rubea, notat *Promnitz* [Sileſ.] (λ) ſimili ſitu aurea, pennis argenteis (**gefider**) in rubeo *Schneeweiß* [Carinth.] (μ) In ſcuto bipertito, cujus anterior pars argento, altera minio tingitur, media ſagitta utrinque comite lilio, oppoſitis ſemper coloribus *Blacha* [Sileſ.] (ν) argentea ſurſum converſa nigris plumis ſtruthionicis inſtructa in rubeo ſcuto *Borcken* [Sileſ.] (ξ) item ſurſum converſa nigra inſiſtens monticulo tricolli argenteo in nigro *Hander* [Tirol.] in 1. & 4. (ο) Sagittæ duæ dimidiæ aureæ, pennis argento in ſcuto cæruleo decuſſatim collocatæ *Kaldenhof* [Sileſ.] (π) Non valde differunt figurâ, quæ ſpiculis una tantum parte hamatis ferreis, aureæ ornant ſcutum nigrum *Läbowsker* [Sileſ.] (ϱ) Argentea ex duplici catenula ejusdem metalli pendens diagonali ſitu in aureo *Offner* [Franc.] (σ) Duæ decuſſatæ (vid. c. 3. n. 69.) in ſcuto decuſſatim quadripertito *Lautenſchlæger zu Wolmansberg* [Bav.] Duæ decuſſatæ aureæ in praſino ſcuto *Mauenheim* [Colon.] Tres ſagittæ argenteæ in coccineo clypeo diagonali ſitu diſpoſitæ notant *Pyle*. Tres ſagittas aureas in clypeo cyaneo geſtant *Archery* [Angl.] totidem, ſed deorſum verſas, atque in decuſſim & palum locatas argenteas 2. ſerpentibus praſinis colligatas in cæruleo *Suramont*, tres argenteas ſpiculis Sagittæ.

(α) Wap. I. p. 65. ex coronata galea jugum expanſum alarum, quarum alterius ſuperiora, alterius inferiora tinguntur cocco, reliqua auro. (β) Wap. I. p. 43. coronatæ galeæ impoſitæ ex ſcuto bipennes. (γ) Wap. I. p. 46. ex coronata galea ala cum ſcutario typo. (δ) Wap. I. p. 72. inter duas cæruleas media argentea ſtruthionica pluma erecta. (ε) Wap. I. p. 105. herma virilis indutus rubeo, collari argenteo, tectus pileo item rubeo, cujus ora reducta argento candet, impoſitis tribus plumis ſtruthionicis argenteis. (ζ) Virilis imago rubeo amictu & pileo manibus clavam geſtans. (η) Wap. I. p. 35. ex coronata caſſide prodeuntia duo cornua, quorum prius tranſverſaria ſectione auro & minio, alterum minio & auro tingitur, utriusque oræ exteriori applicantur tres clavæ aureæ, ubi minio, miniatæ, ubi auro opponuntur. (θ) Wap. I. p. 66. tres trunci arboris, nativo colore. Laciniæ argenteæ & nigræ. (ι) Wap. I. p. 84. ex coronata caſſide virilis eadem imago malleo armata, pileus rubeus tribus ſtruthionicis plumis argentea, coccinea & cyanea exornatur ejusdem ora reducta argento candet. (κ) Wap. I. p. 182. iidem tridentes galeæ impoſiti.

(λ) Wap. I. p. 56. ex caſſide coronata tres plumæ ſtruthionicæ argentea, nigra, coccinea. Laciniæ argenteæ & coccineæ. (μ) Wap. I. p. 45. ex coronata galea complicatum jugum alarum cum typo ſcutario. (ν) Wap. I. p. 59. rubea ſagitta transadigit galeam. (ξ) Wap. I. p. 70. cornua 2. cervina nativi coloris. Laciniæ argenteæ & rubeæ. (ο) Wap. I. p. 44. culcitræ rubeæ aureis fimbriis, impoſita ſagitta ſurſum verſo mucrone. (π) Wap. I. p. 71. in cærulea ala figura ſcutaria. (ϱ) Wap. I. p. 75. coronatæ galeæ impoſitæ duæ ſagittæ ſcutariæ. (σ) Wap. I. p. 106. jugum complicatum alarum cum typo ſcutario.

culis in totidem ſcuti cærulei angulis converſis, ſitu medio interpoſita lancea ſine ferro, ex minio & argento tæniolis variegata *Poppſchütz* [Sileſ.] (α) totidem palari ſitu, ſui coloris in nigro ſcuto, toti inducta faſcia candida *Greiffenberg* [Auſtr.] in 1. & 4. (β) Mucrones ſagittarum aliqui arundine demta ſcutis inſerunt. Tales 3. nigros in aureo pingit fam. *Milles Deſmorelles* [Borbon.] 3. ſuo colore tinctos in baltheo aureo cæruleæ areæ inſerto *Kazelohr* [Tirol. 2. & 3.] (γ) Tres mucrones ſagittarum ferreos in ſcuto aureo & nonnunquam intermediam lunulam rubentem geſtant *Stralen* [Colon.] (δ) Itidem ferrum ſagittæ, paulo tamen longius argenteum inſerunt ſcuto rubeo *Werſing in Kramwinckel* [Bav.] (ε) Huc forte retuleris figuram, quæ in ſcuto rubeo fam. *Laſſota* [Sileſ.] (ζ) argentea pingitur, videlicet mucro ſagittæ, arundine breviori in duos hamos diviſa, ut & *Büchten* [Sileſ.] (η) atque exiguo diſcrimine *Sedlnizky* [Sileſ.] (θ) nec differt niſi colorum permutatione *Biluſch* [Sileſ.] (ι) non valde diſſimilis figura, niſi quod loco hamorum inferiora ſagittæ argenteæ bifurcata, duabus roſis rubeis terminantur in cæruleo *Mleſchker* & *Tſchelo* [Siles.] (κ) Vix commodiorem locum habent, quæ ſpiculo demto jaculæ in ſcutis conſpiciuntur, **Pöltze.** Talia tria argentea baltheorum ſitu locata in rubea parma geſtant *Ohmen* dict. *Ianſchowsky* [Sileſ.] (λ) unum aureum pennis argenteis & rubeis inſtructum ſurſum verſum inter duas ſtellas argenteas in ſcuto rubeo *Herzenkraft* [Bav.] (μ)

Unci. §. VIII. Huc unci militare pariter inſtrumentum. Exempla ſunt. . . . Murices pariter locum habent. Exempla ſunt. . . . Huc retulerim figuram argenteam in parma rubea fam. *Romnitz* [Sileſ.] (ν) quam Sibmacher vocat **Stern.** Fortè etiam alteram fam. *Dluhomil* [Sileſ.] (ξ) quam idem vocat, **die drey Spitz**/ auream in cærulea.

Arcus. §. IX. Sagittæ arcus requirunt, quibus emittantur. Cæterum antiquis Perſis ſymbolum datur arcus & pharetra apud *Hæping. de jur. inſign. c.* 2. §. 10. *n.* 998. Geſtant 3. arcus nigros in argento Com. de *Bogen* ſeu *Arcu* in Alheſinis (ο) puniceos circa cantherium ejusdem coloris in argentea parma *Bowmann.*

Arcubaliſta. §. X. Arcubaliſta (arbaleſte, **Armbruſt**) arcui affine quid eſt. Exempla ſunt. . . .

Sclopeta. §. XI. Sclopeta recentioris militiæ ſunt, ſed eadem quoque in clypeos recepta. Exempla ſunt. . . .

Tormenta. §. XII. Tormenta non minus inter δείγματα ſcutaria reperiuntur. Talia geſtant.

Mortaria. Mortaria æquè locum ſortiuntur. Exempla videas iſta. . . .

Arietes. Arietes veterum æquè nonnulla ſcuta ornant. Hæc figura placuit.

Scuta. §. XIII. Præcipua hæc, quibus infertur vis, bellica inſtrumenta ſunt: arcenda ſerviunt inprimis ſcuta & galeæ. Niſi, quod etiam videas chirothecarum ferro munitarum (**Blechhandſchuch**) quibus manuum ſecuritati proſpicitur, exempla: tales tres ferrei ut ſunt coloris in ſcuto rubeo *Elbel* [Sileſ.] (π) De ſcutis mirere, quod aliis inſcribantur, aſt jam vidimus ſ.:. ſcutula inter honorarias figuras, ſed aliter effigiatas parmulas etiam videas geſtari. Ita. . . . An ob nominis indicium dicamus ſcutum cordis inſtar effigiatum, quod cæruleum in aurea parma geſtat fam. *Schildknecht* (ρ) [Patrit. Francof.]

Galeæ. §. XIV. Galeæ pariter non ſolum clypeis imponuntur, ſed ſæpius iisdem inſcribuntur. Geſtat in cærulea parma argenteam galeam apertam dimidio cycno concolori rubeas alas expandente faſtigiatam *von Sachſenhauſen* [Patrit. Francof.] 3. galeas argenteas in clypeo coccineo *Goheau-Boismacé* & *Margaillan* [Delfin.] Totidem argenteas circum leopardum aureum in nigro *Compton de Northampton* [Angl.]

Vexilla. §. XV. Ad militaria inſtrumenta non minus vexilla, vel ſigna ſpectant, plerumque in

(α) **Wap.** I. p. 54. tres plumæ ſtruthionicæ nigræ; Laciniæ argenteæ & cyaneæ. (β) **Wap.** I. p. 40. quæ huc ſpectat galea, videnda eſt ſ. 3. m. 2. n. 30. (γ) **Wap.** I. p. 42. galeæ coronatæ impoſitæ colligatæ 3. ſagittæ, mucronibus ferreis. (δ) Brachium cum ſagitta. (ε) **Wap.** I. p. 87. galeæ diademate tortili tectæ impoſita figura ſcutaria. (ζ) **Wap.** I. p. 62. coronæ impoſita cauda pavonina, quam ex adverſo ſcutaria ſagitta transfodit. (η) **Wap.** I. p. 67. coronatæ galeæ inter cornua argenteum & rubeum cauda pavonina. (θ) **Wap.** I. p. 75. ex coronata galea cauda pavonina, quam ex adverſo ſcutaria ſagitta transfodit. (ι) **Wap.** I. p. 67. jugum alarum complicatum rubeum. (κ) **Wap.** I. p. 75. ex coronata galea pavonina cauda. (λ) **Wap.** I. p. 74. alarum aurearum expanſum jugum & inter eas tres plumæ ſtruthionicæ, quarum media argento, extremæ cocco tinctæ. (μ) **Wap.** I. p. 98. ex coronata galea prodeunt duæ alæ tranſverſim ſectæ altera argento & cocco, altera transpoſito ordine tincta, inter eas. . . . & ſtellæ ſcuti, Lac. arg. & rubeæ. (ν) **Wap.** I. p. 59. figura ſcutaria. (ξ) **Wap.** I. p. 76. galeæ coronatæ impoſita figura ſcutaria. (ο) Æthiops. (π) **Wap.** I. p. 61. alæ duæ coccinea & argentea. (ρ) Herma virilis, veſtitu & quem capite geſtat pileo acuminato orientali, cujusque ora reducta tincturis ſcuti partitis.

in ſcutis & quoties his adjiciuntur (vide c. 7.) ademtorum hoſti ſignorum vel proprio-
orum ſervatorum atque aciei reſtitutæ memoriale. Vid. *Hæping. de jur. inſign. c.* 5. *n.* 17. Huc ſpectat quæ de *Baneriis* Suecis *Meſſen. Theatr. nob. Suec. paraphr. cap.* 19. *p.* 146. refert, ſe in vet. fragmento legiſſe: *In Canuti regis Vandaliam & Sambolandiam invaſuri exercitu, quendam magnæ generoſitatis virum nomine* Themē *extitiſſe in Selandia ortum, qui copias regias in fugam à barbaris verſas, ſublato & prælato in haſta ramo ad arma & intermiſſam pugnæ ſtationem ac continuationem revocavit, hacque ratione de hoſtibus memorabilem victoriam reportavit: quo facinore præclariſſimo Canutus jure permotus dicitur, ut prætorii vexilli perpetuum deputaret hunc gerulū, generoſorum albo inſcriptum, & amplisſimis terrarum fundis donatum. Atque ab illo modernam* Banerorum *prænobilis familiam originis ſuæ habere principia.* Qui vero cognomine memoriam hujus facti conſervare ſtuduerunt, Banerii ſcuto quoque inſeruere vexillum. Vexillum argenteum in ſcuto rubeo *Moller de Heyzenſtein* (Bav.) (α)

Tria vexilla cærulea in parma aurea (impoſito capite rubeo leonem pardinum argenteum complectente) *Baronnat*, tria vexilla ex auro & cocco bipertita, perticis hujus coloris, ſingulis collibus monticuli aurei tricipitis impoſiti in clypeo argenteo *Bedaro* (Sileſ.) (β)

§. XVI. Nec minus huc referenda *vites*, centurionatus apud veteres inſignia. De his legendus Æg. Gelen. de Col. Agr. magn. l. 2. ſ. 29. p. 188. 189. ubi memorat ex Lipſiol. 2. de mil. Rom. dial. 9. eam ita incurvatam fuiſſe, ut X. literam notaret. Unde huc refert inſignia familiarum *de Reven, de Hanxlar & Hanxleden, de Bellinghauſen*, quæ figuram diagonaliter in ſcuto locatam, cujus utrumq; extremum repandum in bina ſerpentina capita deſinit: Eſt autem ea figura pro Reveniis (quos ille Vitellius à vite vocat) aurea in cæruleo, pro Hanxlariis ſeu Hanxlediis rubea in argenteo (**Wapenb.** II. p. 119. pro Hanſelaer argenteam in cæruleo facit pro Bellinghuſiis iterum rubea in argenteo ſcuto; de ipſa figura ita differit: *quod tres ſtirpes vitigeræ candalas repandarum vitium anguinis capitibus cuſpident, credo ab anguibus caducei divini derivatum. Sunt qui putant geminam anchoram repræſentari fiduciæ ſymbolum, quaſi ſpes quam in terra habent cælo inhæreat. Seleucus rex anchoram in annulo gerebat, & gentilitium ipſi regium q; ſignum fuit. Anchoram in ſcuto cujusdam expictam ait Herod. l.* 9. quæ nonnunquam quieſcens ſemper rotabatur. *Unde colligo fuiſſe eam in ſcuto anchoram anguinis cuſpidatam capitibus, ſeu quaſi viventes ad terrorem angues vel amphisbænas exhibuiſſe ſcutum, inflexas undiq; inſtar anchoræ: veluti eſt ſcutum* Huynnorum ab Anſterad (vid. ſupra ſ. 1. m. 1. n. 120.) *& aliorum, qui vitelliorum noſtrorum ſignum in clypeo duplicant, id eſt octo repandas vites, vel quadrifidas gerunt anchoras in caducei divini ſerpentina capita deſinentes. Cum vero certum ſit, digmata ſcutaria eſſe characteres priſcæ virtutis & heroum literas; repandam vitem inſtar caducei divini ſerpentinis cuſpidatam verticibus, bene interpretabimur ſignificare* militiam & centurionatus recte divinaque cum prudentia adminiſtratos, *item q; anchoram quadruplicem ſerpentinam vel ſcutariam amphisbænam interpretandam eſſe* firmitatem circumſpectæ undiquaque bellicæ prudentiæ & providentiæ.

Vites militares.

(α) Wap. I. p. 96. ala cum typo ſcutario. (β) Wap. I. p. 62. monticulus, & vexilla ſcutaria.

MEMBRUM IV.

DE ÆDIFICIIS, HABITATIONIBUS ET STRUCTURIS.

§ 1. *Muri.*
2. *In balthei ſeu faſciæ modum locati.*
3. *Gradus muri.*
4. *Domus. Tugurium.*
5. *Templum.*
6. *Turris.*
7. *Pinnatæ turres. Speculæ.*
8. *Turres plures in ſcuto.*
9. *Caſtella.*
10. *Plura in eodem clypeo.*
11. *Urbes.*
12. *Columnæ.*
13. *Pyramides.*
14. *Portæ.*
15. *Cataractæ.*
16. *Pontes.*
17. *Sepes.*
18. *Tentoria.*
19. *Naves.*
20. *Anchoræ.*
21. *Harpago.*

MEMBRUM IV.

DE ÆDIFICIIS, HABITATIONIBUS, VEL ALIIS INSTRUMENTIS.

§. I.

Muri. MUris cum ædificia conſtent, horum icones paſſim in clypeis invenimus: Uſitatus vero de illis eſt terminus *maſſonné*, quo cæmentarium opus lapides jungens deſignatur, (ſi vero id non exprimatur intelligitur nigras eſſe juncturas.) Tum plerumque pinnati ſunt: *crenelés*. Geſtant murum argenteum, ex pede ſcuti nigri in medium ejus aſcendentem, ter pinnatum, & rubea roſa, viridibus interfoliis argento(ap al. auro)gemmata, impreſſum, imminentibus deſuper 3. liliis argenteis *Kellner* (Patrit. Francof.) (α) itidem argenteum ter pinnatum in rubeo clypeo *Wirsberg* (Francon.)(β)ſimilem rubeum in argenteo *Steinsdorf* (Miſn.)(γ)rubeum juncturis cæmentariis argenteis quinquies pinnatum, ex quo exſurgit leo aureus in parma cærulea *Crisky* (Polon.) aureum juncturis nigris ter pinnatum, ex quo in ſuperiori parte ſcuti argentea exſurgit leo rubeus, auro coronatus *Eiſersdorf* (Sileſ.) (δ) item quinquies pinnatum lapidibus argentatis & miniatis diſtinctum, ex cujus medio in ſcuti caput argenteum aſſurgit turris rubea *Dumperg*. (Bav. in 2. & 3.)(ε) ter pinnatum argenteum in rubeo *Schneevveiß* (Carinth. 2. & 3.)(ζ)

In balthei ſeu faſciæ modum locati. §. II. Aliquando murus ejusmodi ex ſcuti imo non aſſurgit ſed faſciæ vel balthei inſtar tranſmeat. Ita geſtant faſciæ loco murum rubeum quater pinnatum in clypeo argenteo (dubie haud ob nomen) lateritium *Ziegler* (Miſn.)(η) argenteum 5. pinnarum in coccineo *Aiver de Auberg* (Bavar.)(θ) argenteum 3. pinnarum in nigro *Lauternau* (Helv.)(ι) Alibi in balthei modum effigiatur murus; talis eſt cæruleus in ſcuto argenteo familia *von der Lühe* (Saxon.)(κ) niger in rubeo *Winegk* (Bavar.)(λ)

Gradus muri. §. III. Aliquando non in plures pinnas, ſed mediantibus certis gradibus unum terminatur murus: quod Galli *Pignon de muraille* vocant. Talis eſt murus niger, qui ternis gradibus in faſtigium aſſurgit in clypeo argenteo *Schvvarzenſtein* 1. & 4. (Bavar.)(μ) Talis murus non recto ſitu ſed ex angulo inferiori dextro ternis gradibus verſus ſuperiorem ſiniſtrum aſſurgit argenteus in parma nigra pro familia *Klammenſtein* (Bavar.)(ν)

Domus Tugurium. §. IV. Domus imago nonnullos ornat clypeos. Si vero tectura domus, templi, vel turris aut alterius ædificii alio colore tingatur quam reliqua, Gallis uſitatus eſt terminus *eſſoré*. Geſtant imaginem domus.... Tugurium, vel humo virenti infixis quatuor palis rubeis impoſitum tectum ſtramineum auratum in ſcuto cæruleo *Leſchiz* (Sileſ.)(ξ)

Templū. §. V. Templum pariter in clypeo locum habet: Templi argentei figura, extante ex anteriori ejus parte avis, ciconiæ vel alterius, roſtro capite & collo in ſcuto rubeo *Schnæbelt* (ο) Patrit. Francof.)

§. VI. Turrium quoque non infrequens eſt uſus, & ſignificare poteſt vel expugnatas

(α) Wap. I. p. 211. pileus latus niger, ora reducta argentea, nigros duos ramos arboreos detruncatos, & qua ſecti ſunt minio tinctos ſuſtinens. (β) Wap. I. p. 104. pileus acuminatus rubeus, ora reducta argentea, faſtigiatus globulo argento & cocco decuſſatim variegato, & ultra hunc pennis galli gallinacei. (γ) Wap. I. p. 164. ex galea coronata prominens par alarum complicatum, ſcutario muro impreſſo. (δ) Wap. I. p. 51. ex coronata caſſide exurgens leo ſcutarius. Laciniæ argenteæ & miniatæ. (ε) Wap. I. p. 97. ex coronata caſſide duo cornua, alterum minio & argento, alterum argento & minio tinctum. [ζ] Wap. I. p. 45. alarum typum ſcutarium referentium complicatum jugum ex galea coronata. (η) Wap. I. p. 161. diademate tortili tecta galea ſuſtinet columnam albam pennis galli gallinacei faſtigiatam. Columnæ affigitur tectum rubeis lateribus conſtans. (θ) Wap. I. p. 90. galea prior ſuſtinet pileum acuminatum rubeum, cujus ora reducta & impoſita vertici pluma ſtruthionica argento candet. Altera jugum complicatum alarum rubearum, muro ſcutario inſignitarum. (ι) Wap. I. p. 200. murus ſcutarius faſtigiatus emergente canis capite nigro. Laciniæ aſſignantur miniatæ & argentatæ: Minium nigro mutari mallem ob apicem & ſcuti aream. (κ) Wap. I. p. 169. ultra diademate tortili virginis cæruleo amictu indutæ, & ſerto caput capillis paſſis redimitæ. (λ) Wap. I. p. 97. muri ſpecies, cui impoſitum rubei moloſſi caput & collum. (μ) Wap. I. p. 77. reſpondet galea coronata ſuſtinens jugum complicatum alarum, typo ſcutario inſignium. (ν) Wap. I. p. 79. moloſſi collum cum capite argento tincta, adplicatis 2. alis nigris muro ſcutario inſignibus. (ξ) Wap. I. p. 58. figura ſcutaria. (ο) Templum ſcutarium.

gnatas aut defensas turres, vel virum singularis meriti, qui turris instar est. Cyr. Spangenb. **Adelsp.** p. 2. l. 12. c. 46. p. 337. b. putat notare magistratum turres, ut ædificia sacra tecta maneant, **damit die lande in gutem baulichen wesen erhalten werden.** Cæterum observanda sunt in turri, rotunda an quadrata sit? utrum opus eis cæmentariæ junctura appareat, an tectæ sint: Præterea num tectum impositum sit, & ita acuminata turris, num in pinnas exsurgat: Præterea portæ nonnunquam notantur diversa tinctura. Gestant turres tecto acuminato argenteam in parma cærulea *du Choure*, rubeam (triplici fastigio) lunula argentea superiori parte impressa ornatam in aurea *Eichholz* (Silef.) (α) similem argenteam (sed monticulo tricolli viridi impositam) in bipertiti scuti parte anteriori *Cassel* (Bav.) (β) argenteam in cæruleo medio scutulo *Griessbeck* (Tirol.) (γ) Turris.

§. VII. Aliæ turres pinnatæ sunt: Talis est argentea ter pinnata in clypeo coccineo *Harheimer* (Patrit. Francof.) & *Hartheim* (Franc.) (δ) item argentea in cæruleo *la Motte Houdancour* tessellata minio & cæruleo in aureo *la Tour S. Vidal* argentea (junctur is & porta nigris) quater pinnata, sustinens duas argenteas columbas, pedibus & rostris, quibus stellam auream tenent cocco tinctis, in cæruleo *La Tour* (Provinc. unde Dn. de *Romolles*) argentea, junctur is nigris, sustentata dimidia rota ejusdem metalli, in cæruleo *Kermaouen* seu *Karmen* (Brit.) argentea, 3. integris & 2. dimidiis pinnis fastigiata, opere cæmentario nigro in coccineo *Dalegre*, argentea quadrata in rubeo utrinque ternis liliis stipata *Alegre de Paisayut* (an idem cum priori?) aurea opere cæmentario nigro in rubeo *Torveon*, argentea in cærulea *le Rigal* (Arv.) argentea in rubeo *Le Cat* (Picard.) & *d' Acher* (Arv.) aurea in cæruleo 3. coronis ducalibus rubeis inpalum collocatis insignita *Affaytardi*, aurea opere cæmentario nigro insistens cespiti viridi in cæruleo *le Fortiat* (Prov.) argentea opere cæmentario nigro insistens solo etiam furvo stipantibus 2. stellis aureis *Garde de Vins*, argentea rupi ejusdem metalli innixa in cæruleo (imposito capite rubeo 3. molulis echinatis aureis insigni) *L'Hospital*; aurea eminenti alia turricula ejusdem metalli (*donjonné*. vid. n. 10.) in rubeo *Ornano*, argentea duabus aliis eminentioribus, quarum altera alteram complectitur, fastigiata in coccineo *Montaigu Fromigeres* (Delf.) Huc *speculæ* (**warten**) referuntur. Talem argento tinctam, tecto cæruleo munitam, & monticulo tricolli impositam duplici allusione in eadem figura scuto rubeo inscribit *Hohenvvart* (Austr. in 2. & 3.) (ε) Pinnatæ turres. Speculæ.

§. VIII. Nonnunquam plures turres in eadem conspiciuntur parma: Tres argentea in cærulea *Rollat* (Arv.) & *Pompadour*, nec non *Durtal* & *Cologne* (Petricon.) ut & (sed interjecto in corde, *en abysme*, leunculo aureo) *Ambray-Montigny*, argenteæ opere cæmentario & pinnis prasinis, in rubeo *Beaumont*, aureæ in cæruleo *du Monstier*, prasinæ, quæ cæmentario & pinnis miniatis, in argenteo *Dijon Fluseaux* (Aurelian.) argenteæ in rubeo *Saligny*, aureæ in rubeo *Chasteauneuf Rochebonne*, aureæ (sed quadratæ & papilionis in modum tectæ) in rubeo *Sesmaisons*, argenteæ (sed diagonali situ) in rubeo *Gournay*, rubeæ situ pali & sustentatæ rupe viridi in aureo *des Salles*, argenteæ in situ transverse secti (cujus inferior pars rhombulis argenteis & miniatis impletur) superiori parte rubea *Caldenberg* (Patr. Francof.) (ζ) Quinque turres in decussim trajectæ miniatæ in parma argentea notant *Bayencourt*, cæruleæ in aurea *La Tournelle*, aureæ in coccinea *Torres*. Sex miniatæ turres in clypeo rubeo, desuper suspensa fasciolo trifida concolori, designant *Quinquempoix*. Tantum scutum aureum turriculis & floribus lilii cyaneis sine numero conserit & fasciculum desuper suspendit fam. illustris *Symiana* (Provinc.) Turres plures in scuto.

§. IX. Castellorum nomine quidam utuntur, cum nos turres expressimus: Rectius vero distinctionis causa, quam tamen nemini obtrudemus, castelli nomen inderetur ædificio, quod aliquot turriculas amplectitur: Cum vero ex castello vel turri aliæ iterum exsurgit, altior turricula *donjon* appellatur (une tour ou chasteau *donjonnée*.) Videamus nunc castellorum exempla. De *Castilienst* seu *Castellenst* emblemate vid. hist. insign. lib. 1. cap. 38. num. 3. Gestant castellum aureum 3. turribus eminentibus ejusdem metalli in clypeo cæruleo *Castille* (Franc.) Simile in rubeo *Castellana* Castella.

(α) **Wap.** I. p. 51. Turris scutaria. (β) **Wap.** I. p. 92. Vid. f. 1. m. 1. n. 55. (γ) **Wap.** I. p. 44. Nulla galea huic respondet, sed extra.....modo turris inter duas galeas insistit scuto. Vid. c. 6. n. 61. (δ) **Wap.** I. pag. 102. turris scutaria, ex qua prospicit vir armatus lapidem deorsum missurus.

(ε) **Wap.** I. p. 35. vid. f. 3. m. 1. §. 47. (ζ) Ex castello duarum turrium argentearum prospiciens leo aureus lingua sanguinea.

Caſtellana (fam. illuſtris quam ex aliquo minori R. Caſtiliæ filio deducere amant: Ex ea eſt com. de *Grignan* & *Alemagne* in Provinc.)ſimile τρίπυργον cæruleum (de 3. donjons)in argenteo *Chaſteaupers* &argenteum in coccineo *du Mur* (Britann.)atq; argenteum rupi aquis cinctæ, quæ omnia argentum tingit, innixum in viridi *la Biſtrade*, nec non argenteum, juncturis lapidum nigris, in rubeo, adjectis 3. cruciculis aureis *Hermengaud* (Provinc.) tum argenteum ſingulis turriculis vexillo faſtigiatis, in cæruleo *Chaſtilain*, ut & rubeum in argenteo ſuſtentatum a 2. leonibus aureis *Northampton* (Angl.) iterum caſtellum aureum in cæruleo *Tivarlan* & *Malabarbe*, aureum in rubeo *Vieuxchaſtel* (Britañ.) argenteum in rubeo, lapidum juncturis nigris (addito capite aureo, aquilam complexo naſcentem nigram, coronatam & linguatam cocco) *Iuſtiniani* (Genuenſ.)nigrum in aureo (imminente aquila nigra) *Caſtel S. Nazart*, aureum in cæruleo (limbo ex argenteis & coccineis ſegmentis compoſito) *Davalos*, argenteum in cæruleo juncturis nigris *Geoffroy* (Linguadoc.) item argenteum (duabus turriculis muro conjunctis, quarum dextra editior eſt) in rubeo *Veyre*, in argentea parma rubeum (ad ſcuti margines pertingens) porta patente aurea & tribus turribus inſigne *Pogrel* (Sileſ.) (α) aureum in ſcuti tranſverſe ſecti (cujus inferior pars aurea coccineum leonem continet) ſuperiori parte miniata *Caſtelnau*, caſtrum δίπυργον aureum, porta patente, in cæruleo *Vlner de Dieppurg* (Patr. Francof.) (β) & ſimile in nigro *Burckhard* (Patrit. Francof.) (γ) caſtrum δίπυργον argentatum, juncturis lapidum nigris, in rubeo, *Koslovvsky* (Sileſ.) (δ) caſtrum δίπυργον argenteum in nigro (duplici alluſione nominis vid. l. 9. n. 11.) *Schœnburg* (Bav.) (ε) rubeum in aureo *Eulner* (Franc.) (ζ)

Plura in eodem clypeo.

§. X. Tria capella geſtat aurea in ſcuto coccineo *Chaſteaugal* (Britann.) rubea duabus ſingula turribus inſtructa in argenteo, intermedio cantherio nigro *Glauburg* (Patrit. Francof.) (η) argentea in nigro, cantherio medio aureo *Hochhauſen* (Patrit. Francof.) (θ) aurea (ſed uno latere confracta, chaſteaux fendus) in cæruleo *Aubigny* (Pieton.)

Urbes. Columnæ.

§. XI. Urbes integræ alicubi ſcutis inſertæ. Exempla ſunt.....

§. XII. Ædificiorum partes columnæ ſunt: quæ roboris & conſtantiæ hieroglyphico ſerviunt, & varios eos denotare poſſunt, qui rei ſacræ & prophanæ telamones ſint. In antiquitate Patroclo 3. columnas argenteas in nigro ſcuto aſſignari legimus apud Hæping. de jur. inſign. c. 2. §. 10. n. 1009. Geſtant columnas, cæruleam, lacrymis argenteis conſperſam in parma aurea *Chanlecy* (Matiſcon.) auream, coronatam & vite viridi circumdatam in coccinea *Prohannes Dn. de Beines* (Provinc.) nigram inter duas alias argenteas in ſcuto rubeo *Nœcher* (Sileſ.) (ι)

In ſcuto tranſverſe ſecto, cujus ſuperiora rubent, inferiora auro tinguntur, toti inſcriptæ duæ columnæ rubeæ ex coronis aureis (an hoc fieri poteſt?) ſurgentes & auro coronatæ, & faſciculis ariſtarum flavis faſtigiatæ *Visler* (Bav.) (κ) 3. columnas aureas in cæruleo *Poyet*, tres aureas, quarum mediæ corona imminet in nigro *Ezel* (Sileſ.) (λ)

Pyramides.

§. XIII. Huc pyramides referamus. Utitur pyramide aurea, cui globulus impoſitus conſpicitur, colliculo tricipiti argenteo, innixa in clypeo cæruleo fam. *Rolandt* (Rhen.) (μ)

§. XIV. Ad

(α) Wap. I. p. 50. coronatæ galeæ inſiſlit caſtrum δίπυργον, cujus media turris cauda pavonina ſuperbit. (β) Culcitræ rubeæ impoſitum vaſculum nigrum, caudam pavoninam ſuſtinens. (γ) Turris aurea faſtigiata vexillo auro & nigro colore picto. (δ) Wap. I. pag. 75. caſtrum ſcutarium. (ε) Wap. I. p. 94. reſpondet huic & alteri areæ (vid. ſ. 6. m. 1. num. 20.) galea una coronata cum jugo alarum explicato, quarum altera caſtrum, altera rotam dimidiam ex ſcuto repetit. (ζ) Wap. I. p. 105. culcitræ rubeæ panniculis aureis ornatæ impoſita olla aurea inſertis pennis pavoninis.

(η) Wap. I. p. 210. galea tecta diademate tortili ex cocco & argento ſuſtinens hermam virilem veſte (præter manicas interiores rubeo colore infectas & cingulum atrum) argento tincta utraque manu rictum patulum divellens. Laciniæ argenteæ & rubeæ. (θ) Idem cum priori apex, niſi quod veſtis pars dextra nigricat, ſiniſtra candet, cingulum rubet, interior manica utraque auro picta eſt. Tum capiti viri aures Midæ adplicatæ conſpiciuntur.

(ι) Wap. I. p. 57. ex coronata caſſide pennæ galli gallinacei, quæ hinc quaternæ ſunt extremis reſectis nigræ, iſthinc totidem integræ argenteæ. Laciniæ hinc rubeæ iſthinc nigræ, utrinq; addito argento. (κ) Wap. I. p. 94. ex coronata galea protenſæ duæ columnæ, cum coronis & ſpicis ex ſcuto repetitæ, (λ) Wap. I. p. 65. inter cornua, quorum prius auro & nigro colore, alterum inverſo ordine tingitur, columna ſcutaria. (μ) Wap. I. p. 128. inter duo cornua cærulea tota figura ſcutaria.

§. XIV. Ad ædificia etiam *portæ* spectant, quibus domus, turres, castella, urbes clauduntur. Possunt autem portarum imagines defensas vel oppugnatas urbes vel patens afflictis asylum significare. Exemplum videas hist. insign. l. 1. c. 9. n. 70. pro tessera *Portus Naonis*. Huc forte referemus ferra, quibus portæ muniri solent, die bande: tale situ diagonali in scuto aureo miniatum præfert *Bruck* (Sil.)(α) Portæ.

§. XV. Ad portarum munitionem spectant cataractæ, quas Galli *herses* (an ab ericius?) vel *porte-coulisses* vocant schutz-gatter. Gestat talem cataractam argenteam in clypeo cæruleo *Vieillemaison*, nigram in scuto Francicis liliis consito *Carcassona* (Civitat.) rubeam sed margini scuti adhærentem nisi qua cuspides in imo inde recedunt, in argenteo (*herse de gueules*) *Palevesion* (Aquitan.) Aliis etiam finibus serviunt cataractæ. Talem auream in scuti transverse secti, cujus inferiora rubent, superiori parte cærulea gestat *Iægenreuter* (Austr. in 2. & 3.)(β) alia figura argenteam monticulo tricolli aureo innixam *Lamminger* (Bav.)(γ) Cataractæ.

§. XIV. Pontes huc quoque referendi. Pons aureus, juncturis lapidum nigris, duobus arcubus constans in rubeo clypeo notat *Pontevez* C. de *Carces*, argenteus trium arcuum in cæruleo *Pontbriant*, argenteus 5. arcuum, duabus turriculis ornatus & flumini impositus in rubeo *Pontac*. Æg. *Gelen. de Magn. Col. Agrip. l. 2. f. 23. p. 177. seq.* ubi de familia Colonienſium *Overstolz* (quam à Romanis superbis vel Tarquiniis deducit, & in 4. lineas partitur, in quibus sunt *Liskirchii* seu à *Lisolatiskirchen*) (δ) agit, eas ita eloquitur, in aureo clypeo 3. fasciæ sapphirinæ pinnulis inferne asperatæ, suprema 5. media 4. infima tribus. Fasciarum autem quadruplicem adfert interpretationem, aut enim ob agriculturæ amorem rastella esse, quæ præ se ferant, (nam antiquo Romanorum tempore etiam triumphales viri rusticari non dedecori duxerunt) aut coronam muralem notari inversam, aut potiola quæ mutilis ex marmore suppositis instar pulpiti ante domos porrecti spectatorum accubationi serviant, aut in quod fere propendere eam sequentia capita conjecturam faciunt, potens esse, quæ sublicis, fulcris & pilis costatæ firmatæque sint. Idem in fasciis utrinque pinnatis & nebulatis pontis figuram agnoscere credit f. 25. p. 181. vid. supra f. 1. m. 1. §. 37. 43. Credit etiam Gelenius scutarii pontis tessera donatos, qui egregium facinus in ponte ediderunt, ut olim Horatius Cocles apud Liv. dec. 1. l. 2. Pons ligneus (steg) cui insistunt adversi duo galli gallinacei nigri rubea crista & barba in parma aurea (nominis allusio) *Steger zu Ladendorf* (Austr.) (ε) Pontes.

§. XVII. Sepes etiam alicubi conspiciuntur. In scuto cæruleo sepes viminea aurea leone super eam gradiente ejusdem metalli (allusio ad nomen) *Paumgartner* (Bav.) (ζ) in scuto bipertito ex rubeo & nigro pes scuti totus impletus sepe viminea aurea, & ex ea surgentes duo montes vel rupes ex argento *Heyperger* (Austr.)(η) conf. *Zauner* (Austr. Wap. V. p. 56. & 57.) Tres sepes aureæ, fasciarum instar cæruleum clypeum percurrentes notant des *Hayes* (Cænom.) Sepes.

§. XIIX. Habitationem etiam præbent, quæ veteribus domuum loco fuere, tabernacula seu tentoria, unde horum quoque mentio facienda. Tentorium argenteum oblongum in nigro (nominis causa) notat *Hütte zu Haußpach* (Bav.) (θ) Tentoria.

§. XIX. In mari domuum vicem naves sustinent. Hæ symbolum felicitatis sunt. Unde in numis Hadriani & Augusti repræsentatur navis cum inscriptione: *Felicitas Augusto*. Inscribere etiam solebant veteres εὐπλοια vel πρόνοια σώζουσα: felicis navigationis omini. Gepidis symbolum dat navem ex Olao *M. Hæping. de jur. insign. c. 2. §. 10. n. 999.* Terminus de nave instructa solennis est *equippé* seu *habillé*. Gestat navem instructam omni apparatu & velis, argenteam, argenteis undis etiam innatantem in parma coccinea, cujus cephalus cæruleus lilii; aureis conseritur, civitas *Lutetia Parisiorum* (à Druydibus antiquis datum hoc δεῖγμα volunt, qui delectantur fabulis) similiter navem argenteam Naves.

(α) Wap. I. p. 61. ex galea coronata exsurgens cervus suo colore. (β) Wap. I. p. 34. ex coronata galea porrecta ala cum symbolo scutario. (γ) Wap. I. p. 89. monticulus & cataracta scuti. (δ) Coronatæ cassidi insidens catellus cæruleus; huc Epigramma Gelenii:

Puppe coronata gestabat Galba catellum,
Nunc Lyskirchiatæ præsidet ille rati.

(ε) Wap. I. p. 39. ex galea coronata jugum alarum complicatum, quarum altera aurata, altera nigra, utrinque ea nonnihil ponticuli conspicitur. (ζ) Wap. I. p. 84. vir cæruleo amictu & pileo, collari atque ora reducta aureis, dextra bipennem suo colore pictam axillæ impositam gestans. (η) Wap. I. p. 40. ex coronata galea inter duo cornua rubeum argentea & nigrum aurea fascia impressa, quorum orificio aperto inseruntur ternæ pavoninæ pennæ, adversus prorumpit eo aureus. (θ) Wap. I. p. 93. ala cum typo scutario.

genteam instructam 3. malis & velis, quorum singulis singulæ stellæ aureæ imminent, in rubeo *la Nauve*. Navem sed sine malo & velis auream parmæ mediæ cæruleæ inscribit fam. *Segker* (Austr.)(α) quæ galeæ coronatæ imponit malum ex auro & cæruleo colore variegatam, ex qua pendet velum argentatum, & ex ejus summitate volat vexillum candidum rubeum cruce insigne. Ita etiam cymbam auream inscribit rubeo scuto *Grotovvsky* (Silef.)(β)

Anchora. §. XX. Ad apparatum navis inprimis anchoræ spectant, quarum usus non infrequens. Apud *Herod.* in calliop. jam Saphonis clypeus anchora notatur. Spei vero inprimis symbolum in ea quæri potest. Pars ejus superior (an potius erecta? nam transversam lego vocari *taabe*, à Latinis sumto nomine) Gallis *stangue* vocatur, à nostro vernaculo **stang**. Conf. Menestr. l'art du blas. justif. c. 5. p. 91. ubi de *Labourerii* erroribus circa hanc vocem. *La gumene* vocatur funis (conf. de anchora supra m. 3. n. 16.) Anchora argentea in area viridi, tessellis aureis hinc inde consperſa *Hohenfels de Reipoltzkirch* (Bav. in 2. & 3.)(γ) Tres anchoras nigras in aurea gestat *Bain*. Quinque aureas in cærulea decussatim locatas *Colombo*. Anchoram etiam vocat Basileensium δεῖγμα Freherus ob piscatoris munus, quod ab imperio teneat, sed Cl. Seb. Feschius de ins. c. 8. n. 14. mavult esse nauticum instrumentum seu **fahr-stachel**.

Harpago. §. XXI. Harpago (**schiff-hacken**) nauticum instrumentum est. Talis argenteus conspicitur in parma cærulea fam. *Oppel* (Silef.) dicitur hoc deigmate notari, quod ejus familiæ duo fratres sub Carolo M. aliquot Saracenorum naves viris refertas, & uncis talibus attractas demerserint (δ) niger in argentea *Bischofsvverd* (Silef.) (ε)

(α) Wap. I. p. 34. 40. (β) Wap. I. p. 73. coronatæ galeæ imponitur cymba, & huic cauda pavonina. (γ) Wap. I. p. 30. non videtur peculiaris huic areæ respondere galea. (δ) Wap. I. p. 55. tres struthionicæ plumæ argenteæ.

(ε) Wap. I. p. 55. novem pennæ galli gallinacei, tres mediæ argenteæ, interiores nigræ, posteriores paululum abscissæ rubeæ.

MEMBRUM V.

DE LITERIS, VOCIBUS ET CHARACTERIBUS.

§. 1. *De antiquitate horum* δειγμάτων.
2. 3. *Exempla literarum.*
4. *Voces integræ in schedis.*
5. *Sine schedis.*
6. *Monogrammata.*
7. Πεντάλφα.

MEMBRUM V.

DE LITERIS, VOCIBUS ET SIMILIBUS CHARACTERIBUS.

§. 1.

De antiquitate horum δειγμάτων.

DE hoc figurarum genere ita judicat *M. Gilb. de Varenn. R. d'arm. P.* 3. *p.* 465. *Quant aux paroles, qui se voyent par fois dedans les escus d'armes, mon advis est, que la pratique en est toute moderne, veu que nous remarquons fort peu d'aciennes armoiries, ou les mots entiers, beaucoup moins les devises de plusieurs paroles, soient figurées*; Quod ita sonat: *Quod attinet voces, quæ nonnunquam in scutis gentilitiis conspiciuntur, existimo usum omnino recentem esse, cum pauca antiqua insignia observemus, in quibus integræ voces, multo minus sententiæ pluribus vocibus constantem repræsententur.* Inde: *L'on peut commodement mettre dans un rouleau, qui sortira du cimier, ou du timbre de l'escu d'armes, tous les petits dictons, qu'on voudra estre cognus de la posterité sans que pour cela le dedans de l'armoirie soit contraire aux maximes de l'antiquité, qui ne souffre ces grands meslanges.* h. e. *Commode schedæ alicui, quæ ex apice parmæ imposito prodiret, inseri possent omnia dicteria, quæ ad posteritatem transmittere optamus: ut necesse non sit, ipsam aream insignium regulis antiquitatis tam varia comminisceri ferre non solitæ, contrariam effingi.* Ex quo principio ex Caraficis scutis vocem *libertas*, ex Mendoziis *Avemaria* mallet in apicem rejici. Paulo post p. 496. *Ceux là me semblent plus supportable, qui marquent une lettre seule dans leurs armes, veu qu'elles n'en recoivent pas tant d'incommodité, toutefois, cela estant le propre des marchands, le moins que la noblesse s'en peut servir, c'est le meilleur.* Quod quis diceret: *Tolerabilius arbitror, si unica litera insigna notentur, neq; enim inde tantum*

scuto

ſcuto timendum eſt ἀπρεπὲς: *Verum enim vero cum ille modus mercatoribus proprius ſit, quo rarius nobiles eo utuntur, ſuæ dignitati melius conſulunt.*

§. II. Audivimus de his Varennii judicium, de quo ut quisq; , quod rationi conſentaneum exiſtimat, liberum relinquo. Segoing. tr. de arm. art. 5. p. 50. ita judicat: *Il y en a, qui blaſment les armes composée de lettres ou de mots, mais ce n'eſt pas avec raiſon, puis qu'on l'a veu pratiqué quelquefois en France, & plus ſouvent en Italie ſur un fondement, qui eſt bien raiſonnable, que par tels mots ou par telles lettres miſes dans les armes, en fait cognoiſtre les actions heroiques des familles & on les rend plus memorables & recommendables.* Literas quod attinet, mercatoribus earum uſum duntaxat vindicari, nollem. Certe ſatis antiquius eſt, cum Lacedæmoniis Λ. Meſſeniis M. literæ initiales nominum uſurpatæ ſint. Inde nunc quoque horum exemplo videmus, quibus primum nominis elementum δεῖγμα facit. Ita geſtant A. nigrum in faſcia argentea ſcuto rubeo inducta Bar. & Com. *Althann* (α) R. argento pictum in alveolo coccineo 1. & 4. *Reding* (Helvet.) (β) Z. itidem argentatum in nigro *Kormantzky* (Sileſ.) (γ) Quo referret quis etiam inſignia *Sœtern* (ſeu *Zœtern*) (δ) ſed ſuperius m. 1. n. 11. aliter.) Ita & *Garche* (Patrit. Francof.) (ε) geſtabant literam G. implexa crucicula in clypeo argenteo. *Czechau* (Sileſ.) (ζ) literam W. argento antiquo more pictam in rubeo. *Kladrubsker* (Sileſ.) (η) literam N. argenteam in ſcuti tranſverſe ſecti, cujus inferiora candent argento, ſuperiori parte coccinea. *Dobritſch* (Sileſ.) (θ) in rubea argenteam literam S. inverſum & tæniola cujus extrema volant ejusdem metalli ligatam. Sed *Doberſchiltz* in pr. Croſnenſi ſimile S. inverſum nigrum faſcia rubea ligatum in parma argentea geſtat, ſervato cum iſtis eodem apice. *Aversberg* (Bar. in 2. & 3.) (ι) litera A. antiquo more ſcripta nigra in argenteo. *Von Wetke* (Patrit. Lubec.) (κ) in nigræ parmæ inferiori parte litera W. ex cujus medio exſurgunt tria folia acuminata viridia & inter ea ejusdem coloris petiolis ſuſtentati floſculi triphilly rubei. Inter alias gentes lego idem placuiſſe familiis *Turlandorum* in Anglia, *Bellonis* Venetis, *Maſalskiis* Polonis, *Montenegris* in Hiſpania. In civitatum ſcutis hoc inprimis frequens obſervo. Conf. Wap. I. p. 219. inſignia Campidunenſium, Dona-Werdenſium, Wangenſium, p. 220. Tulli p. 221. Gætingæ p. 222. Glogoviæ. Quo & retuleris ſcutum civ. *Yſſoudum*, cæruleum, literam Y. auro pictam, adjectis ex eodem metallo 3. liliis, complexum apud Meneſtr. l'art du blas. juſtific. cap. 7. p. 168. ita etiam in Gallia idem obſervatur in ſcutis civitatum *Peronne*, *Montargis*, *Rion* en Avergne, *Meaux*, *Brignole* en Provence. Exempla literarum.

§. III. Cum ratio literæ ex nomine non deſumitur, nonnunquam illius habetur ratio, à quo familiæ præcipuus honos, vel inſignia collata ſunt. De quo diximus cap. 2. Sed ne huc quidem omnia exempla quadrant, unde reſtant alia, quorum partim aliqua rationes ſunt, partim rationem nullam dare valerem. Ita fam. *Meſenavv* (Sileſ.) (λ) in ſcuto cæruleo literam S. tripertitam, nam ſuperiori parte nigrâ, media argento, ima cocco tingitur, geſtat eandem literam in ſcuto fam. de *Cordona*: ſed ex iſta ratione, ut P. Matthieu hiſt. Ludv. XI. l. 7. refert, quod Iſabellæ Caſtellanæ procum, cum ignotus accederet, Ferdinandum Amgoniæ principem, Gutierius de Cordona his Hiſpano idiomate verbis monſtrarit *eſſe es* (hic eſt) unde hæc extemplo reſponderit, *eſſe* debere ejus conſtituere arma. Ita familia *Felicium* (Felix) quæ Pedemontana ortu Avenione, Maſſiliæ & Aquis Sextiis habitat, uſa eſt in parma rubea baltheo argenteo tribus F. nigris impreſſo quas explicant: *Felices fuerant fideles. Eloge d'honneur donné à ceux de cette famille par Amedée comte de Savoye en* 1247. *en recognoiſſance de leur fidelité, & en un temps, que le Piedmont c'eſtoit preſque tout revolté, à l'excluſion de la ville de Rivole, de la quelle le Felix eſtoient des premiers & plus conſiderables habitans. Elogium honoris huic genti collatum ab Amedeo C. Sab.* 1247. *in gratum teſtimonium eorum fidei, quod* Exempla literarum.

(α) Wap. I. p. 22. & V. p. 4. (β) Wap. I. p. 202. ex coronata galea prominens ſpecies virilis, argento veſtita, caput pileo tecta & dextra ramum, ſiniſtra literam R. portans. (γ) Wap. I. p. 75. ante alarum nigrarum jugum expanſum argento picta litera Z. (δ) Wap. I. p. 131. (ε) Jugo alarum complicato, inſerta figura ſcutaria. (ζ) Wap. I. p. 70. cauda pavonina impreſſa litera ſcutaria. (η) Inter duas rubeas argentea pluma ſtruthionica. (θ) Wap. I. p. 68. coronatæ galeæ impoſita tria lilia candida, caule & foliis viridibus. (ι) Wap. I. p. 33, galeæ coronatæ impoſitum complicatum jugum alarum cum typo ſcutario. (κ) Ex galea coronata folia & floſculi ſcutarii inter duo cornua ſecta, quorum prioris ſuperior pars & alterius inferior auro fulget, reliqua atra ſunt. (λ) Wap. I. p. 69. palæ duæ, altera nigra, altera rubea.

quod cum totum fere Pedemontium à Principe defeciſſet, in fide perſtiterit Rivolium opidum, ex cujus præcipuis civibus fuere hi Felices ex Pignon. & Parad. Segoing. tr. des arm. art. 5. p. 51. Aliud exemplum 4. literarũ, quibus tamen totidem voces ſignificantur, ſuppeditat clypeus fam. Patr. Francof. *Rœmer* (α) nam ille ſectus diagonaliter ex auro & minio, baltheo nigro diſcrimen conſtituente, in aurea parte brachium armatum coloris cærulei ſtrictum acinacem præferens, in rubea literas aureas S.P.Q.R. repræſentat.

Voces integræ in ſchedis.

§. VI. Voces integræ vel ſententiæ aut ipſum potiſſimum conſtituunt δεῖγμα ſcuti, vel in ſchedula aut alio modo reliquis figuris in ipſo ſcuto (ſi enim extra illud ſit, alius locus tractationi debetur. Vid. c. VII. n. 65. ſeq.) adjiciuntur. De hoc genere judicium Varennii rectiſſime intelligitur, cum indecorum & ſimplicitati inſignium repugnare credit. Nec facile antiquitas exemplum ſuggeret. Saltem in Germanis ea fruſtra quæſieris. Huc refero *Recte deſuper data*, in ſchedula ſiniſtræ parti clypei *Dominiceti* (β) circino adſcriptum: *Pro rege & grege Chriſtiano*, in ſchedula limbi inſtar inferiorem ſcuti medietatem ambiens pro fam. *Nankovvsky* (γ) *Victoria* itidem in ſchedula ſtellæ aureæ laterculi 2. & 3. fam. *Cicogna* (δ) adjecta.

Sine ſchedis.

§. V. Elegantiora illa ſunt arma, in quibus voces ſine ſchedis ipſi ſcuto tanquam primarum ſignum, vel primarii inſcriptio, inſeruntur. Huc ſpectant inſignia Reip. *Lucenſis*, cærulea inter duas aureas tænias diagonales vocem LIBERTAS auro etiam ſcriptam continentia: Exemplum hujus Illuſtriſſimæ Reip. id genus armorum ſatis illuſtrat, & ſi quis ſecius de illis ſentiret, tuetur. Eandem vocem fam. *Magaloti* (Florent.) ob fortiter defenſam libertatem inſcribunt capiti rubeo, quod imminet parmæ ternis faſciis aureis & nigris exaratæ (Segoing Tr. des arm. art. 5. p. 50. Ita vocem *Lieb* aureis literis faſciæ argenteæ ſcuto nigro inductæ inſcribit *Zachareis* (Bavar.) (ε) unde in 2. & 3. areolam ſuam tranſtulit fam. *Starzhauſen* (Bavar.) (ζ) forte hereditatis titulo. De Mendoziis vide hiſtor. inſign. Horum forte exemplo fam. *Andrada*, argenteo ſcutario limbo inſcribit, *Ave Maria gratia plena.* Modernus rex Britanniæ Carolus II. Carliſleo Chiliarchæ optime de ſe merito noviſſime conceſſis inſignibus inter alias figuras integrum nomen *Karlos* intulit. *Seb. Feſch. de inſign. cap. 8. n. 13.* Diſcerniculi cauſa quendam juniorem fam. *du Bourg* literis aureis Salvatoris nomen abbreviatam J. H. S. capiti ſcuti inſcripſiſſe lego, ut ſe tempore ligæ bonum catholicum (factionis hoc indigno abuſu à pietate adſertum nomen erat) notaret. Oxonienſis academiæ clypeus cæruleus librum argenteum apertum, & hæc verba *Sapientia & Felicitas* repræſentantem, adjectis 3. coronis aureis complectitur.

Monogrammata.

§. VI. Huc monogrammata h. e. plures literæ in unam figuram dictæ ſpectant. Inter illa inprimis celebris eſt Conſtantini M. δεῖγμα.  Hoc monogramma *Primaſ.* ad Apoc. 13. & ex eo *Ansbertus* putant ab Antichriſto uſurpatum iri, quo totum Chriſti nomen compendio includatur: & quidem Ansbertus à Deo hoc revelatum jactat. Adſtipulatur *Ribera* ad Apoc. 13. 16. p. 350. 351. atque putat eum hoc charactere uſurum in ſigillo ac annulo, ut hoc ſigno Chriſtianos & Judæos, quorum Meſſias eſſe velit, ſpecioſius decipiet. Tum quia Conſtantinus M. in labaro idem ſignum geſtarit, notante *Onofr.* in Faſt. excepta linea tranſverſa, idemq; exemplum imitati Leo V. & Michael Conſtantinus Imperatores; hunc quoq; Antichriſtum, qui fundator publicæ quietis videri volet, tanto magis charactere tali delectatum iri. Refutat vero ſocium *Blaſ. Vieg. Comm. ad Apoc. 13. p. 686.* Annumeretur ergo & hoc reliquis de Utopico illo Antichriſto eorum, qui verum agnoſcere nolunt, fabulis. Si vero Ansberti revelatio locum haberet, eſſet de quo ſuis Pontificibus Romani timerent. Cum poſt alios Leonis III. circa 796. & Joh. Lat. monogramma idem Ciaconio notante extet.

πένταλφα.

§. VII. Nullus alius viſus commodior locus, quam ut huc etiam illum characterem referam, quem πένταλφα, vel ſtellam pentagonalem aut ſalutem Pythagoræ (inſcribi ſolebant literæ ὑγιεία) appellare ſolent, Druttenfuß ſeu Druytenfuß) ſuperſtitionibus frequenter adhibitum. Geſtat hunc characterem argenteum in parma coccinea fam. *Degelin de Wangen* (Suev.) (η)

CAP. VI.

(α) Ex corona aurea prodit brachium cum acinace: Laciniæ aureæ hinc nigro, illinc rubeo tinctæ. (β) Wap. IV. p. 44. (γ) Wap. IV. p. 133. (δ) Wap. IX. p. 42. (ε) Wap. II. p. 57. alæ nigræ faſcia & vox inſcripta. (ζ) Wap. I. p. 84. idem apex, niſi quod galea coronata, & loco unius alæ, jugum complicatum 3. alarum repræſentatur. (η) Wap. I. p. 119. culcitræ rubeæ impoſitum idem πένταλφα ut tamen 4. extantes cuſpides, pennis gallinaceis vel quicquid id ornamenti eſt, exornentur.

CAPUT VI.
DE APICE SEU TIMBRO.

§. 1. *Scuto impositus apex.*
2. *Quæ scuto imponuntur & adjiciuntur.*
3. *Germanorum circa galeas studium.*
4. *Dispositio.*
5. *Galeæ nomina.*
6. *Origo.*
7. *Materia apud veteres.*
8. *Figura.*
9. *Recentiora instituta.*
10. *De moribus nostris circa apertas & clausas galeas.*
11. *Quibus apertarum jus sit?*
12. *Quibus in universum galeæ conveniunt? inprimis de Ecclesiasticis.*
13. *Coronæ, quis earum apud Priscos usus.*
14. *Regum & Imperatorum circa eas mores.*
15. *Coronæ clausæ & apertæ.*
16. *Figura coronarum Imperatoriarum, Regiarum, Ducalium &c.*
17. *Quæ nostri moris. Inserti coronæ pilei ducales.*
18. *Regum coronæ. M. D. Hetruriæ.*
19. *Serta. Ecclesiasticorum mitra. Papalis corona & insignia.*
20. *Cardinalitii pilei.*
21. *Pilei Archiepiscoporum, Episcoporum. Abbatum. Mitræ.*
22. *Tegumenta galearum. Origo.*
23. *Unde laciniosa picta. Lambrequins.*
24. *An recte dicantur plumarius instructus.*
25. *Aliquando integra pingi solent.*
26. *Pallia ducalia.*
27. *Regulæ de tincturis laciniarum.*
28 29 *Exceptiones.*
30. *Diadema tortile.*
31 *Apex.*
32. *Origo à cristis veterum.*
33. *Germanorum mores.*
34. *Apices apud veteres sæpe mutati.*
35. *In apice figuræ, quibus nulla in cuto respondent.*
36. *Figuræ apicis pluribus scutariis respondentes, & galeæ multiplicatæ.*
37. *Analogia figurarum scutariarum & apicis.*
38. *Figuræ apicis frequentiores.*
39. *Cornua veteribus in usu.*
40. *Apud nostros cervina, arictina, bubalina. An proboscides elephant. Addita quandoque alia, inprimis aures.*
41. *Alæ apici adhibitæ.*
42. *Plumæ.*
43. *Pennæ pavoninæ.*
44. *Hermæ.*
45. *Humanæ aliæ figuræ vel Angelorum aut Sirenum.*
46. *Humana membra, caput, brachia, crura.*
47. *Bestiarum figuræ vel* πρότομαὶ.
48. *Aves integræ.*
49. *Earum nascentium figuræ.*
50. *Feræ integræ.*
51. Προτομαὶ.
52. *Animalium partes.*
53. *Montes & rupes. Turres. Castella. Columnæ. Naves.*
54. *Flammæ.*
55. *Vexilla.*
56. *Pilei, latiores vel turbinati.*
57. *Ventilabrum angulare.*
58. *Figuræ scutariæ honorabiles.*
59. *Intermedia inter apicem & galeam.*
60. *Culcitræ.*
61. *Singularia quædam.*

§. 1.

Scuto impositus apex.

DIximus cap. I. quod partes integrantes insignium ad tres revocate decreverim: Quæ hactenus tractata sunt, primam partem nempe scutum respiciebant, ita tamen ut reliquis ex parte communia etiam sint. Nunc ad galeam transimus, nempe cum suo ornatu. Cæterum omne quod scuto imponitur in genere vocare solent *timbre* vel *cimier*, Itali *cimiero* (à situ potius quam chimæricis figuris; quod non displicet Campanilio dell' arm. c. 11. p. 17.) unde aliqui vocem formant *timbri* seu *cimerii*. Latini vero (vid. Lipsi. mil. Rom. c. 3. c. 5.) *apicem*, aut *fastigiarium coronamentum* appellant. Græci πτιλινὸν στέφανον, plumeum apicem seu corollam. Nostri frequenter complecti solent sub generali nomine **Helm** & **Helm-Kleinodien.**

Quæ scuto imponuntur & adjiciuntur.

§. II. Porro de universis, quæ scuto imponuntur vel adjiciuntur ita dicit M. Gilb. de Varenn. R. d'arm. p. 4. p. 536. *Elles ne sont pas absolument hereditaires, comme le corps de l'ecu, mais seulement personelles, ou attachées à la personne, qui les y employe la premiere. C'est bien le meilleur par fois, que les descendans se servent des ornemens, que leurs ancetres ont choisis, toutefois il est en leur volonté de les alterer, quand bon leur semble, pour les nouveaux sujets qui se presenteront, sans que les maximes & les regles de cet art soient aucunement violées. De quoy vous scaurez bien cognoitre qu'il est pas*

de merveille, si les emeaux de ces accompagnemens ou de cet accessoire d'armes sont appliques avec toute sorte de liberté & avec bien de la difference des couleurs & des metaux, qui sont dedans le principal: puis que tous ces timbres, ces cimieres, ces supports & ces atours peuvent estre changez. Ait non esse universa illa hereditaria absolute, uti corpus scuti, sed tantum personalia, vel illis propria, qui primum illis usi: Optimum quidem nonnunquam est, ut descendentes utantur iisdem ornamentis, quæ majores elegere, in ipsorum tamen arbitrio etiam positum est, ut cum placet, ex novis causis, quæ occurrunt, ea immutant, absque illa quæ ita committeretur legum & regularum artis violatione. Unde dignoscitur, mirum non esse, si tincturæ harum appendicum vel accessorii omni cum libertate nec eadem ἀκεβείᾳ, quæ in principali observatur, applicentur: cum omnes hi apices, cimeria, telamones & alia quæ circumstant, mutari valeant. Ex *Paillot* Vr. & parf. sc. des arm. v. *abaisse*, aliud colligere licet, quod nempe Gallo judice apicis præ scuto major sit dignitas: ita enim ait: *Les cimiers & supports ne sont, à dire vray, deus qu'à ceux qui les ont merités par leur generosité, ou par leur vertu, ou à ceux à qui ils sont acquis par naissance. Vt verum dicamus, apices & telamones, non aliis debentur, quam qui generositate vel virtute meruerunt, aut hereditate majorum accepere.*

Germanorum circa galeas studium.

§. III. Quid circa hæc apud nostros etiam in usu fuerit vel adhuc sit, suo loco sequetur, cum de singulis agemus. Id tantum ante omnia monere necessum est: Galeam cum impositio apice Germanis potiori loco esse, quam aliis nationibus. Cum nonnunquam videamus: omisso scuto, magnates & alios illustres in quibusdam sigillis solam galeam, vel si plures sint, galeas avitas repræsentare. Unde apparet, ipsis galeam & apicem quam scutum & hujus figuras in non minori esse pretio. Cujus utrum exempla apud alios reperiantur, dicere nequeo.

Dispositæ.

§. IV. Cæterum quicquid hoc capite nobis agendum est 4. illis continetur, ut 1. de galea dispiciamus. 2. Coronas, quæ plurimis impositæ conspiciuntur. 3. Tegumenta cassidis & 4. apicem hisce impositum considerabimus.

Galeæ nomina.

§. V. Galeam quod concernit, nomen habet ἀπὸ τῆς γαλέης à fele vel mustela. vid. *Lipsi. de milit. Rom.* 3. *dial.* 1. Nam prisci tegmina capiebant à feris. Unde apud Homerum ἰκπιδέη, κυνέη, ταυρείη, αἰγείη, mustellina, canina, taurina, caprilla. Alii galeam à Gallo, cujus formam Cares summitati capitis armati imposuerunt, Varro à galero dictam, putant. Hoc vero discrimen *Isiodor.* l. 18. 14. constituit inter *cassidem* & galeam, quod illa de lamina proprie, hæc de corio: nam galerus corium dicitur. *Galerus* etiam vel *galericulus* vocatur inprimis è pelle & lana:

Fulvos q; lupi de pelle galeros. Virg. Æneid. 7. 987. *Cudonem* etiam vocat *Silius*:

\- - *Caput his cudone ferino*
Stat cautum.

Coronas quoque nonnunquam galeas notare lego apud Riber. comm. in Apocal. 9. 7. p. 255. ex loco Virg. 5. Æneid.

Omnibus in morem tonsa coma pressa corona.

In quem locum *Servius*: corona id est galea, & sermone Homeri usus est, nam galeam στέφανον dixit: Et revera corona non esse potest, cum sequatur, galeam ante pedes (conf. Hæping. de jur. inf. c. 9. §. 4. n. 497. ubi etiam ad Homerum & Virg. provocat.) Græcis dicitur περικεφαλαία, quæ vox extat Eph. 6. Tum apud LXX. 1. Sam. 17. nec non κράνος. Et à materia κυνέη, ἰκπιδέη, ταυρείη, αἰγείη, apud Homerum. Germani (præter nomē antiquum cassidis præsertim cristatæ vel cornutæ **brynn** vel **brenn**: vid. *Hæping. de jur. inf.* c. 9. §. 4. n. 502. & affinia **sturmhut/ pickelhaube** &c.) vocare solemus **helm** ab **helen** tegendo, velando: Sicut etiam Itali dicunt *celada* seu *celata* à celare (unde haud dubiè & Hispani suum *celada* & Galli *celade* vel *salade*) & Franci *casque*, Itali *cascetto* à *cacher*. Ab hac voce **helm** Italus format suum *elmo* seu *elmetto*, Gallus *heaulme*. Præter hæc nomina Francis scriptoribus usitata etiam sunt *bassinet* & *timbre*, quamvis hoc potius apicem, vel cum apice cassidem notet. Conf. *Menestr.* verit. art. du blas. c. 13. p. 160. Suecis vocatur galea *Jærnhatt* vel *Kætelhatt*, quod esset ex ferro aut ære. Loccen. Antiq. Sueo-Goth. l. 3. c. 2. p. 119.

Origo.

§. VI. Quod rem attinet, autores galearum alii Lacedæmonios, alii Cares constituunt. *Plin.* 7. 56. conf. *Limn. jur. publ.* 6. 6. 67. Antiqui nostri Germani & pleriq; Celtæ maximam partem galeis omnino usi non sunt, sed prælium, ipsi principes, nudo capite ingressi sunt, quod & Scythis & Parthis in usu est, ac nunc Americanis. Vid. Cluver

ver. ant. Germ. l. 1. c. 44. Uti vero præcipuam partem humani corporis caput tuetur galea, ita inter alia arma ex præcipuis ei merito honos, quinimo ex hoc quoque symbolum ominis & dignitatis habebatur, quia sortes regis galeæ injiciebantur, ut apud *Virgil.* 5. Æneid.

Extremus galeaq; ima subsedit Aceste.

§. VII. Materiam non unam reperimus apud antiquos: Vimineas Parthorum lego ut scuta, apud *Lipsi. de mil. Rom. in Anal. p.* 109. & *p.* 383. ex *Strabone* Lusitanorum nervinas. Plerumq; vero olim quod Græcis, Macedonibus, Tracibus, Paphlagonibus præcipue in usu fuit, ex corio (non alteri cassidi inducto, sed nudo capiti admoto, conf. *Hæping. de jur. inf. c.* 9. §. 4. *m.* 4. *n.* 518.) fuere: unde Homeri mustellinæ, caninæ, taurinæ, caprillæ (n. 5.) Fuere etiam vulpinæ, ursinæ. Stat. 4. Thebaid. 304. Materia apud Veteres.

Ille Lycaoniæ rictu caput asperat ursæ.

Afris è serpente. *Claudian.*

Serpentum gestant patulos pro casside rictus.

Lupinas apud Romanos commendavit memoria animalis in Romulum beneficii: conf. *Lipsi. de mil. Rom. l.* 3. *dial.* 1. *Virgil.* 7. *Æneid.* 687.

Fulvosq; lupi de pelle galeros.

Propert. L. eleg. 4. 11. v. 20.

Et galea hirsuta corrupta lupina coma.

Ex his ipsis locis patet, non harum ferarum pelles tantum adhibitas esse, ut exinde consuerentur galeæ, sed has ex earum formatas rictibus: quem morem *Strabo* Albanis & Iberis, Plutarchus Cimbris & Teutonibus attribuit. Nec vero tantum rictus feræ aptabatur capiti, sed nonnunquam toti corpori reliquæ exuviæ: quem morem, nempe nonnunquam integras leonis, lupi &c. exuvias tergo aptandi, Polonis nunc quoq; servatum refert *Cornel. à Lapid. ad Ezech.* 1. 6. Huc ista referas *Statii* 7. *Thebaid.* 277.

Galea vacua ora leonum.

Virg. 7. *Æneid.* 666. de Aventino:

Ipse pedes tegmen torquens immane leonis
Terribili implexum seta cum dentibus albis
Indutus capiti.

De hoc more eleganter & docte, ut solet *Spelm. asp. p.* 12. *Cum ea ætas propter terrarum solitudinem immanibus feris graviter laboraret, egregium habebatur his bellum indicere,* (unde despiciant, qui possunt, annon Genes. 10. 9. verba proprie intelligenda, & à venatione ferarum primordia potentiæ Nimrodianæ arcessenda sint?) *victarumq; exuvias ad virtutis indicium circumferre. Sic Hercules Hydræ Nemeræq; leonis spolio insignitur. Theseus tauri, quẽ Atticam vastantẽ peremit. Atalanta apri Caledoniæ terroris, Aphypnas apud Ovid.*

Fusus in ossææ villosæ pellibus ursæ.

Et Dorylas ibidem

Tempora tecta gerebat
Pelle lupi, sævisq; vicem præstantia teli
Cornua dura boum multo rubefacta cruore.

Inde refert, tandem in morem versum esse, exuvias tales utcunq; comparatas armis inducere. Successu temporis ex metallo fieri cepere: Inprimis ex *ære* & *ferro*. Illæ Gallis & Celtiberis à Diodoro, hæ Germanis tribuuntur apud *Cluver*. Ita & autore *Plutarcho* Camillus apud Romanos fabricatus est galeas plerisq; totas ferreas & leves in ambitu, ictibus gladiorum frangendis. Fuere vero aliquando ex solido metallo, nonnunquam è corio vel simili materia, ferro aliquo per lineas aut circulos inducto. *Orichalcinas* etiam legimus apud *Herod.* l. 7. Tum *aureas* Andabatarum inter gladiatores ex Isidoro apud *Lipsi. Saturnal.* 2. c. 12. p. 89. conf. *Hæping. de jur. inf. c.* 9. §. 4. *m.* 4. *n.* 522.

§. VIII. Quod figuram concernit, variarum galearum vide figuras apud *Lipsi. de mil. Rom. l.* 3. *dial.* 5. Aliæ enim fuere silæ, introrsum apertæ & ferri aliqua eminentia, sed repandæ: aliæ bucculæ. (*Fracta de casside buccula pendens. Iuvenal.*) quæ buccas tegebant, flexilium laminarum commoditate. Faciem autem antiqui nudam habebant, ac in Persis ut novum alii mirati illa tegmina, quæ cum nostris galeis fere conveniunt. Ὀχεὺς dicebatur lorum, quo galea astricta collo. Φάλος conus est, cui crista infixa. *Serv.* curvatura quæ in galea prominet, super quam cristæ sunt. Λόφος crista seu τρίχωσις, silio rostra. Fuit autem conus ille juxta *Cluver.* non in postica parte galeæ, uti nunc, sed in ipso vertice. Interdum plures coni & cristæ, ita Heroum galeæ triplici cono insignes τριφαλεία, τριλοφία. Unde Geryon juxta Suidam τρικέφαλος, quia τρεῖς λόφους εἶχεν. Sed & Aristophanes Figura.

ſtophanes memorat galeam τετραπτιλον, quadripennem. Fuere autem olim duo genera apud *Servium*, explorantium vel tyronum & bellantium: Illud *Homer. Iliaa.* vocat καλύπτυξ, eratq; levis & humilis fabricaturæ ſine corio, criſta & ornatu, ἀφαλόν τε καὶ ἄλοφον, ne fulgor detegeret, gravitas retardaret. Alterius generis & uſus fuere galeæ tortorum inter paganos inſtrumentum, & glorioſorum aliquot Chriſti martyrum decus & inſigne. Quorundam enim ut ingenioſa in varia tormenta paganorum crudelitas fuit, capita galeis igneis tecta & ambuſta ſunt. Vid. Ant. Gallen. de SS. mart. cruciat. c. 7. ubi allegat exemplum Clementis Ancyrani & ex Menologio juſti militis, ea pœna cum Chriſtianus eſſet, affecti, forte ut militi alluderetur, militiæ aliquo decore in ſupplicium converſo. Sed nulla, ſi quod res eſt fatearis, glorioſior hac galea unquam geſtata eſt.

§. IX. Iſta vero omnia parum ad illuſtrationem noſtri moris faciunt: unde nec pluribus circa illa morabimur. Solent vero nunc circa galeas illa inprimis obſervari ab iis, qui exactius hæc ponderant & ſervari petunt. Materia & tinctura, ſitus & clathrorum (Galli vocant *les grilles*, noſtri **roſt**) numerus. Ante omnia hic enarrabimus, quas regulas M. Vulſ. de la Col. ſcienc. her. c. 35. p. 384. ſeq. præſcribit, & quas pleriq; in Gallia ſcriptores retinent. An vero unquam in uſu obtinuerint, ego valde dubito. Conqueritur equidem *du Val* eas in Francia non æque obſervari, atque in reliquis Europæ regionibus. Aſt vehementer fallor, aut nusquam hæc recepta ſunt, aut in Gallia ſola: certe Germanis nihil ignotum magis. Ut vero quæ *Colomberii* ſunt, adferamus, tribuit viro ſuæ gentis primo nobili chalybeam, vel ferream politam caſſidem aliquantulum apertam ſeu hiantem, nobili, qui ex tertia generatione utriusq; lateris nobilitatem deducit, chalybeam ſeu ferream 3. clathrorum ſeu craticularum, equiti chalybeam politam & ſplendentem, quæ 3. craticulas argenteis lineis terminatas, exhibet, Baroni argenteam clathris 7. quæ lineæ aureæ claudunt, extantibus, ita collocatam ut duæ tertiæ partes vultus appareant (*poſé & taré en tiers*) Comiti, Vicecomiti & Vicedomino, argenteam 9. craticulis aureis in conſpectum venientibus, Marchioni argenteam, variis ductibus pictam (damaſquiné) & 11. clathra aurea monſtrantem, atque adeo recta facie locatam, (talem recta facie locatam ſed chalybeam auro tinctam Segoing. Threſ. herald. p. 469. concedit illis, qui imperium generale vel jurisdictionem ſub rege aliquo ſeu principe ſupremo habeant, unde ait vindicari primis præſidibus curiæ ſupremæ, ducibus exercituum, gubernatoribus provinciarum vel locum tenentibus generalibus) Ducibus & principibus auratam itidem picturatas, lamina quæ vultum obtegere ſolet, aliqua ex parte aperta, atq; adeo ſine clathris, Regi demum pariter auream, pictam & omnino patentem, ſine craticularum veſtigio. *Gilb. de Varenn. Roy a' arm.* p. 4. p. 537. non longe ab hoc abit, niſi quod ſolorum regum & imperatorum galeas deaurari permittit (conf. autem an olim regum galeæ aureæ & gemmatæ? *Blondel. aſſert. general. Franc. t. 2. p. 355.*) principum, comitum, ducum & marchionum argento pingi, reliquas chalybeas politas eſſe: quam armoriſtarum conſuetudinem univerſalem eſſe dicit. Idem differt ratione clathrorum, nam tres nobili, 5. equiti vel baroni, 7. comiti aut marchioni, 9. duci, 11. monarchæ aut ſupremo principi attribuit. Ex Italis (an ſuffragantibus popularibus omnibus? alii viderint) *Philib. Campanile dell' arm.* c. 11. p. 17. galeas clauſas nobilibus certo dominio deſtitutis adſcribit, & quidem nobilitati patritiæ aut privatæ converſas ad latus, clariori & illuſtri directas: apertas autem illis adſignat, qui aliis imperant. Et quidem denuo ad latus obverſas vaſallis, directas ſupremis, independentibus atque abſolutis dominis. Idem c. 13. ſcutis inclinatis (quod actui prælii ea convenire putat) non alias quam clauſas galeas imponendas judicat, & exemplum Ladislai R. Neapolitani, qui militiæ quam regni ſtudioſior fuit, adducit, quod inſignia ſua hunc in modum effigiari curaverit; nec non alii militia clari viri. Unde ſi vel rex vel princeps ſcuto inclinato galeam apertam jungat, ab errore excuſare non vult, ſed quod inclinata ſcuta concernit ſuperius c. 3. de illis diximus, inter illum & alium ſitum nobis nihil intereſſe. Quod ſitum attinet, ille inprimis duplex eſt, ut nempe vel recta facie (de front) vel luſca (en pourfil, der ſeiten oder durchſchnitt nach) pingatur galea: quæ tamen rectum ſitum non obtinent aliæ magis minusve inclinantur. Porro rectas galeas non niſi ſummis principibus deberi plerorumque exterorum ſententia eſt, ut olim *Seneca* 6. de benef. c. 31. de tiararum ſitu, ſolis datus regibus ut rectus eſſet. Unde inter inſignia ordin. Eq. A. V. ſolus rex cum tres imponat galeas ſcuto, mediam fert rectus aliis proceribus conceſſæ ſunt binæ, at obverſæ invicem vel inclinatæ. Unde Philippus II. Rex Hiſp. Mantuæ civem quendam nobilem publico in loco hac in re peccaſſe, ſuis oculis animadvertens, emendare protinus errorem juſſit, ne vitium ultra ſerperet. *Iul. Chifflet. brev. hiſt. ord.* E. A. V. c. 8. Spuriorum autem galeas ad lævam converti jubent.

Recentiora inſtituta.

§. X. Vidimus quæ obſervari optarent artis hujus ſcriptores, ſed omni conatu hoc nondum effecere, ut obſervarentur. *Limn. addit. ad jur. publ.* 2. 7. 46. *Tom IV.* p. 241. ita πιπράσκει, cum retuliſſet Gallorum legem ex *Ph. Morean. Hæc talia revera ſunt, qualia pictores*

De moribus noſtris circa

res(hoc est id genus hominum, quibus cum Poetis, quilibet audendi semper fuit æqua potestas) decent, rectam autem rationem atq; examen non admittunt, hoc unico securi, ita placuit & stat pro ratione voluntas. In Germania nostra non nisi duorum generum sunt galeæ, nempe clausæ (quæ non clathris distinctæ sunt, sed tantum per minuta & crebra foramina lucem admittunt) & apertæ seu clathratæ: Illas **stechhelm** vocant diplomata Cæsarea, has **thurnierhelm**/ seu **frey offener adelicher thurniershelm.** Unde has nobilitas sibi vindicat, istas reliquorum usui relinquit. Quod non ita universale est, ut non observemus aliquando, imo olim fere semper, ipsos illis usos esse principes. Conf. de ducibus Brunsuicensibus non semel clausa casside usis *Hæping. de jur. inf. c.* 9. §. 4. *m.* 3. *p.* 51,. & ex eo *Limn. jur. publ. T. V. addit. ad* 6. 6. *p.* 60. *Paschal. l.* 10. *de coron. c.* 15. *Aldrovand. ornithol. F. I.* fit: usus aquilæ in insign. Hinc inde etiam in insignium libro nostrote invenias clausarum galearum exempla, sine detrimento illustris splendoris vel nobilitatis, in nobilissimis familiis non sine vetustatis argumento. Vid. **Wapenb.** I. p. 23. galeam parmulæ sinistræ, quæ adstat majori scuto *Herbersteiniorum* impositam, dextram galeam familia *Vvidemann.* **Wapenb.** l. p. 153. Vicissim meras apertas à natis heri nobilibus videbis gestari, ut vel sic in nullo nobilissimis quibusq; inferiores videantur. De discrimine clausarum & apertarum galearum ita B. Herzog in chron. Alsat. **der verschlossene helm zum ernst / der auffgethane zum schimpff angesehen /** unde mos videri potest esse à torneamentis. Loccen. antiq. Suec. th. l. 3. c. 7. p. 135. ita de hoc instituto: *Quod galeæ nobilium perforatæ sunt, ex isto principio ortum est, quod priscis seculis equites primo unum foramen in frontispicio galeæ fecerunt, per quod adversum hostem prospicerent. Talem formam veteres galeæ quæ Stocholmiæ in armamentario regio*, inprimis Magni Ladulâs & Caroli Canuti *Regum, adhuc adservantur, ut vidi, præferunt. Deinde paulatim pluribus foraminibus ornatus causa perspicuas reddiderunt, quæ postmodum velut decoris militaris argumentum insignibus nobilium superius infigebantur.* Ratione numeri clathrorum nullam omnino apud nos differentiam reperio, & exinde colligo nullam esse, quia in diplomatibus imperialibus numerum craticularum nullibi expressum invenio, quod futurum esset, si quid in ea re solicitos fuisse opinor, nam ne hunc quidem diplomata exprimunt, quod necessarium esset, si quid interesset, qualis pingatur. Unde pro suo fere arbitratu jam rectas galeas, jam in dextram, modo in lævam conversas nobiles pingi faciunt. *Sibmacherus*, ut quam animo conceperat elegantiæ studeret, quoties 5. una serie exhibuit, medias adversas sculpit, secundam & quintam in dextrum latus, primam & quartam opposito situ locat. De his vero, qui aliquod natalium dedecus inde colligeret, ne injurius in illustres stirpes & imperitus nostrorum morum judicaretur, imo ne quidem olim apud exteros illa conversio galeæ natales illegitimos semper arguit. Conf. exemplum contrarium apud *Menestr. verit. art. du blas. c.* 13. p. 159. De summis principibus nostræ gentis antiquo more observat *Casp. Lerch* à Dirmstein de Eq. ord. 2. grundf. n. 4. p. 64. Daß vor deme Fürsten und Hertzogen mit keinem helm gleich einem rittersmann aufgezogen / sondern wie in Kayser Heinrichs thurnierordnung zu lesen / bloses haupts und einer kron und krantz.

ca apertas & clausas galeas.

§. XI. De hoc aliquando inter nostros controvertitur; quibus apertas galeas gestandi jus esse debeat. Quod Doctoribus, Oratoribus & Poëtis gestandi apertas galeas potestas non sit neganda, adstruit *Hæping. de jur. inf. c.* 6. *p.* 8. *n.* 1438. Sed enim 1450. addit, requiri tamen codicillos honorarios à principe, quibus id detur. De doctoribus juris quod nobilibus comparentur & in multis horum privilegiis fruantur probat Tiraq. de Nob. l. 1. c. 5. Chass. Cat. gl. mundi p. 8. consid. 12. & latè Harprecht tom. 1. inst. jur. tit. de jure pers. §. servorum n. 11. & seq. quod illis concessum sit sine speciali Imperatoris concessione nobilium insignia cum apertis galeis gestare.

Quibus apertarum jus sit?

§. XII. Nec de apertis modo galeis, sed de omnibus omnino quæstio est, an certis illa conveniant? Si audiamus *Bonchelum*, ille ita arbitratur apud *Joh. Limn. jur. publ. T. IV. addit. ad* 6. 6. *p.* 102. *Le timbre est tousjours composé de l'habillement de tete, & faut prendre garde, qu'il se refere particulierement à la personne, & non pas à sa famille, comme l'armoirie: ainsi qu' il se collige des armoiries des femmes, qui n'ont point de timbre fort les laqs d' amour en cordeliere.* Apex semper componi debet gestamine solito capitis, & observari, ut singulariter respiciat personam non vero familiam, uti ipsa insignia: quod colligere est ex insignibus fœmininis, quæ apice destituta, tantum laqueis amoris funiculorum instar circumdantur. Unde togatorum clypeis loco galeæ mitellam quadratam (bonnet quarré) imponi vult. Ita ecclesiasticos & mulieres idem *Limn. jur. publ.* 6. 6. 72. galearum jure priv. conf. *Hæp. de jur. inf. c.* 9. §. 4. *n.* 492. Dubito an hisce legibus etiam exteri teneri se patiantur; de Germanis confidenter assevero illis obligatos se non credere. Concedit *Limn.* 1. *all.* quod nonnulli tamen prælatorum mitra & galea utantur, in quibus sc. dupla concurrat jurisdictio & respectus. Nec v. hoc tantum usu, qui legis vicẽ in hoc argumento obtinet, receptum videmus: ut mitræ addatur galea apicem principat⁹ vel dominii temporalis titulo

Quibus in universum galeæ conveniunt? inprimis de Ecclesiasticis.

assumtum sustinens, sed & alia, quæ familiare prælato signum gestat. Imo quod magis ad rem facit, ipso ecclesiasticæ dignitatis nomine galea aliquando assumitur. Quæ dixi, singula patent ex insign. Archiep. *Moguntini* (vid. Wap. I. p. 3.) ubi quæ à lævis est galea Cronbergium (inde fuit qui tum vixit elector) apicem refert, dextra præter pileolum electoribus proprium Moguntinam rotam, media mitram archiepiscopalem fulcit, quæ si quis rotam prioris interpretetur, δεῖγμα Moguntinæ diæceseos, prout ea dominium temporale continet, de quo ipso multi dubitarent, absq; dubio ipsam ecclesiasticam, quam Elector præ se fert, dignitatem denotat. Nec aliter de Trevirensibus armis eadem p. judicandum est. Unde constat, non modo gentilitias cassides ecclesiasticis non negari, & professioni ipsi non repugnare, ut galeam signa ejus premant. Et unde quæso scuti ante galeam prærogativa, cum à militia utrumq; signum arcessatur? De scutis vero non ita pugnant, ut ecclesiastici, togati, mulieres illis utantur; Nam quod illis ovalem figuram, his rhombos malunt assignare, in legem nunquam abiit. Cur ergo circa concedendas cassides morosiores simus? Si vero mitellam togatorum, professionis insigne, omnino in apice aliqui extare velint, galea ob hoc excludenda non est, uti videmus eam à Cancellario, togatorum in Francia principe, galeæ imponi, non vero substitui, vid. Nic. Besogn. *Estat de Tr.* l. 2. p. 2. c. 1. p. 61. Imo in imperio nostro res vel eo decisa est, quod non militaribus tantum viris, sed quibusvis aliis, quos insignium honore Augustus exornat, suæ galeæ simul attribuantur. Inter eos vero ad quos gestandi illa ornamenta jus pertinet, diserte referuntur, utriusq; sexus descendentes, **ihren ehelichen leibes erben/und deroselben erbes erben/mann und weibspersonen**/ut adeo dubitandi non ulterius causa supersit.

§. XIII. Porro nonnunqam casside & reliquo apice omissis videas clypeo solam incumbere coronam, (erectæ extra ordinem exemplum est in fam. *Wildenstein* (Sil.) (a) vel hac saltem ornari galeam, reliqui apicis fulcrum; duplex enim earum usus est. Unde ratio exigit, ut jam de coronis (quæ victoriarum, honoris, amoris, lætitiæ symbolum haberi solent, non abnuente sacræ phrasi 2. Tim. 4, 8. 1. Cor. 9, 25. Prov. 4, 9. Ezech. 16, 12. Zach. 6, 11. Apoc. 2, 10. 1. Petr. 5, 4. Jac. 1, 12. Job. 31, 36. Psal. 21, 4.) quædam dicamus, (conf. Hæping. de jur. inf. c. 9. m. 8. n. 563. & seq.) sed de antiquorum circa illas moribus nos paucis expediemus, remittentes eum, qui plura volet, ad autores, qui pluribus istud argumentum excoluere. Inventorem coronarum, qui fabulas non aversantur, ajunt Janum fuisse, qui circulo aureo 12. radios imposuerit, testimonio suæ independentiæ, & inprimis quia à sole originem duxerit. Unde postea etiam regum coronæ radiatæ. Ita Virg. l. 12. Æneid. de rege Latino:

Coronæ quis earum apud Priscos usus.

- - Cui tempora circum
Aurata bis sex radii fulgentia cingunt
Solis avi speciem.

Tot quoq; radii in numis Imperatorum capita cingunt. Cæterum antiquis non unius generis fuere coronæ. Huc referimus *lauream*, lauri foliis & baccis constantem, quæ victorum erat, (& Romanis ob hoc triumphalis dicta.) Sæpius vero etiam vatum, oratorum & poëtarum tempora cinxit. *Graminea* fuit, alias *obsidionalis* dicta, quæ è proximis herbis & gramine conserta obsidionis depulsæ vel fortiter toleratæ, symbolum præstabat. *Civica* quercea vel ilignea ob servatum vel hostib⁹ ereptum civem foliis quercinis & glande constabat, cum quercum Jovi conservatori urbium sacram commenti sint Gentiles.

Mos erat in veterum castris ut tempora quercu
Velaret, validis fuso qui viribus hoste
Casurum potuit mortem subducere civem. Claud. paneg. ad Stilic.

Muralis pinnifera (militi etiam gregario, qui primus murum conscendisset, dari solita) aurea fuit, & circulo inscriptis leunculis (hieroglyphico fortitudinis) insigne impositam turrium speciem gestabat (Memorant Carolum VII. R. Franc. cum 1441. Pontem Æsiæ expugnasset, illi qui primi ruinæ fortissimè insiluerant, nobilitatem contulisse, datis variorum colorum, quos insignibus gestarent, turribus. Sed ante alios Delmas Ruteno, qui prim⁹ conscenderat, pro omni posteritate talem muralem coronam dedisse) *Castrensis* s. *vallaris* (quam qui vim in castra hostium primus fecerat, & vallum refixerat, meruit) aurea vallis exornabatur. *Navalis* s. rostrata vel classica. (Fortitudinis in navali prælio vel ex hostili insula depulsi hostis insigne) aurea erat, atq; proras, puppes velaque navium sustinebat. Plerumq; etiam apparent scarabæi circulo inscripti, quod animalculum fortitudinis navalis hieroglyphico serviebat. *Ovalis* (alio sensu ab ovatione, quam Irenes Augustæ ovalis ovorum pretiis comparatæ ab ovis dictæ apud *Limn. jur. publ.* 2. 14. 20.

(a) Wap. I. p. 71.

ex

ex *Niceph. Gregor.*) apud Romanos myrtea fuit: simili vero usi Græci in ludis memoriæ Jolæi apud Thebanos dicatis; Hi præter eam oleagina in Olympicis, ex apio in Nemeis, pinea in Isthmiis ludis utebantur, conf. Athen. 15. 5. Solebant etiam legati oleagina corona caput redimere. Virg. Æn. 7.

Centum Oratores angusta ad mœnia regis
Ire jubet ramis velatos Palladis omnes:

Apud eundem victores in stadio. 5. Æneid.

- - tres præconia primi
Accipiunt, flavaq; caput nectentur oliva.

Cupressina in furoribus & victimis feralibus in usu. Prudent. in apotheos.

- - vitulasque revincta
Fronte coronatas umbrabat torta cupressus.

Populea dabatur juvenibus virtutis præmio. Meminere etiam autores coronarum siculneārum, ex tilia, lentisco &c. Conf. Spangenb. Adelsp. p. 2. l. 12. c. 17. p. 293. seq. Vid. eund. c. 18. de sertis herbaceis vel floridis.

§. XIV. Uti alia à primo usu aliorsum translata videmus, ita de coronis idem dicendum est. Olim Diis tantum tribuebantur apud Plin. & Hom. & quia in conviviis plerumq; sacrificia, convivæ coronabantur. *Non regum (quorum proprium gestamen erat diadema seu fascia alba) sed triumphantium, sacrificantium, victorum quorumcunq; insigne corona fuit: nec nisi sero, admodum gemmatis in orbem flosculis interstinctam artificium usu receptum est & regibus reservatum. Blondelli* verba sunt *Plen. assert. general. Franc. t. 2. p. 356.* Josephus l. 2. ant. Iud. c. 5. Pharaoni R. Ægypt. diadema tribuit: quod cum Moysi adhuc puerulo sed à filia adoptato imposuisset, hunc malo præsagio pedibus conculcasse. David Ammonitarū regis diadema στέφανον tulit. 2. Sam. 12. Saulus item quod gessit Joseph. l. 7. ant. c. 1. vocat στέφενον 2. Sam. 1. Ita & postea reges 2. Reg. 11. 2. Tar. 23. Apud Romanos Tarquinius Priscus ab Hetruscis coronam auream accepit apud Dion. Halic. l. 3. post Reges vero ejectos triumphantibus datæ sunt. Primus Imperatorum auream gemmis distinctam coronam vivus publice usurpavit Imperator Aurelianus apud *Aurel. Victor.* cum prius radiosas coronas in monetis vetustiorum Imperatorum observare liceat. Constantinus M. crucem adjecit, & ut laureas paganorum aboleret, eo magis hoc gestamine delectatus est, sub prima stirpe de Regibus Franciæ & ejus gentis principibus monstrat ex Vulsono *Chifflet Anast. R. Childer. c. 9. p. 134.* coronas non gestasse, sed simplices duntaxat ex auro circulos, quos cassidi superponebant. Idem probat ex *Froissardo*, de Hispaniæ rege, *un cercle d'or, qui bien pouvoit valoir 2000. francs, pour les riches pierreries.* Conatur etiam ex Corippo ostendere, illo insigni ter impositio Augusti dignitatem collatam, & in imagine Caroli M. patritiatus signum interpretatur. Extat vero duplex carolina coronæ figura, alia, quæ Sandionysiano Thesauro servatur, & regum Franciæ caput ante propriam prima ornat, 4. liliis exornatur. Alia quæ Norimbergæ custoditur, & à *Limneo* describitur *jur. publ. 7. 35. 13.* Hac Augustum nostrum coronari moris est, & ob hoc *Sinzendorfia* insignia illius pictura superbiunt. Seculis quæ deinde secuta sunt omnes reges corona uti cœpere, sed præter eos alii etiam dignitate inferiores. Quæ de radiatis coronis semel ac iterum tetigim⁹, eleganter explicat Nobil. Seb. Fesch. de insign. c. 5. n. 9. qui ita: *Radiis illis 12. cœli signa denotantur, quæ quotidiano cursu sol, cujus perpetuitatem principes illi æmulabantur, perlustrat. Vid. Paschal. de cor. l. 9. c. 14. & seq. unde & divinitatem quandam seu ὑποθέωσιν præ se ferebant: quæ causa est, quod post mortem demum primi Imperatores iis insigniti reperiuntur in numis. Quanquam vivo etiam Cæsari inter alios divinos humanosque honores, qui in eum congesti sunt juxta Appian. l. 2. civ. corona radiis distincta tributa fuerit, ut Florus testatur l. 4. c. 2. Dio. l. 44. Augustus infans adhuc nocte quadam Patri apparuisse dicitur, amplior mortali specie cum fulmine & sceptro exuviisque Iovis Opt. Max. ac radiata corona. Suet. in Aug. c. 94. eundem divinos honores sibi attribui & effigie numinum per flamines ac sacerdotes coli voluisse, testis est Tac. ann. 1. hinc & aras Romæ & Augusto positas exhibent numi. Caligula, qui deus videri voluit, deorum gestamina & insignia usurpavit στεφάνοις ἀκτινοειδέσι τὴν κεφαλὴν ἀναδεμῶ, radiata corona caput cingens. Philo de leg. ad Caj. Idem apud Suet. c. 45. novo coronarum genere milites donavit, quas distinctas solis ac lunæ siderumque specie exploratorias appellavit. Nero qui solis & Apollinis specie effingi voluit, primus ni fallor Imperatorum vivo sibi corona radiata caput cingi passus est in numis, cujus exemplum Vespasianus & deinceps Imperatores omnes, Philippi inprimis, quiq; iis successerunt, secuti sunt, usq; ad Constantinum. Seb. Fesch. de insign. c. 5. n. 9.*

Regum & Imperatorum circa eas mores.

§. XV. Nostro tempore præcipua differentia coronarum est, quod aliæ clausæ, apertæ aliæ sint. De illis ita Car. Paschal. de coron. 9. 22. *Cum Ducum corona è superiori*

Coronæ clausæ & apertæ.

riori parte tota pateat, Regum autem clausæ sint, docentur Duces, se esse infra dignitatem regiam. Regnum esse αὐτοφυὲς, *ab se natum, & nullius majoris beneficio obnoxium, propriis inquam auspiciis suaq; vi nixum. At horum ducum, quamlibet late dominantium, coronas apertas effigiari, ut in quibus etiam sit incremento locus, p. p. sublimem summamq; potestatem h.e. regiam, imperatoriam, pontificiam, clauso diademate demonstrari, quod quæ in aliis germinant, apud hos perducta sint ad maturitatem; quæ alibi incipiunt aut procedunt, hic esse perfecta. Ne multa, has summas potestates illud magnitudinis fastigium insedisse, supra quod ascendi non possit.* Vix tamen persuadebit, ut has rationes in mente fuisse sumentibus credamus. Coronarum clausarum primum, quantum video, usum apud Græcos reperire est. Inde ad Germanos translatum non dubito. Atque adeo imperialis nostra corona potius tiaram referre, & hoc nomen mereri, aliquibus videtur. Vid. Limn. jur. publ. 2. 4. 55. & 6. 6. 99. Idem legendus 2. 4. 15. cum addit: nec non ad cap. Caroli V. p. 329. Imperatorum vero æmulatione quin clausas coronas sumserint alii reges, vix dubium esse potest. Inter Franciæ reges Carolum IIX. primum ea forma usum diximus hist. inf. l. 1. c. 24. n. 24. Verum Orientis Imperator ille inauguratus erat. Exinde hoc Francici exemplum reges cæteri, ne in quoquam honoris insigni inferiores apparerent, æqualiter ἀνοπεύθυνοι, ut sequerentur facile fuit. Daniæ tamen & Bohemiæ regibus idem *Limn.* attribuere vult apertas coronas. Quod quomodo defendere velit, ipse viderit. Certe de *Daniæ* rege dubito, quod axiomatis aliis regib⁹ jam solennis usu vel abstinuerit, vel se spoliari passurus sit: imo quod nihil aliis concedat, certum est. Unde in *jeu d' armoir. Oronc. Finei de Brianville*, recte repræsentatur corona clausa scuto imposita. De Bohemiæ rege dubitari posset, an exemplum extet, cum ex quo fere communi usu sint clausæ coronæ, peculiarem regem Bohemia non habuerit. Ab hoc usu longius abit præfat. **Wapenb.** p. 2. §. 71. & seq. cum regibus apertas coronas dat, & ex aliquorum sententia illis tantum, qui parlamenta habeant, clausas, quod ultimum inprimis absonum est. Pro priori asserto allegari posset, quod coronæ apertæ, quarum communis in insignibus, etiam nobilium usus est, in diplomatibus cæsareis vocant **königliche kronen**/ regiæ coronæ. Porro de his coronis clausis, & apertis fabulosa sunt, quæ ex Guionio Limnius not. Regn. Franc. 2. 7. p. 465. illius non suo periculo citat. *Auberius* ineptè coronam regiam ab Imperatoribus magno ambitu quæsitam asserens, quod merito excipitur à *Lud. du May l' avoc. cond. l. 3. p. 25. 26. 27.* corona clausa conspicitur imposita galeæ Bar. *Althann.* (α) sustinens abietem haud dubie ex peculiari concessione imperiali: Imo imperialis sustinens duo ex perticis aureis suspensa vexilla cærulea crucem auream continentia imponitur mediæ fam. *Petschach.* (Austr.) (β)

Figura coronarum imperatoriarum, regiarum, ducalium &c.

§. XVI. Adferemus jam, quas coronarum differentias nostro seculo hujus argumenti scriptores Vulf. de la Col. sc. her. c. 37. & alii allegent. Verum quæ adduco quidem fide eorum, qui ea vel observarunt vel introducta optarunt, nituntur, (quæ in pictura addita **Wapenb.** p. 2. præf. comparent, pleraque vitio non carent.) De Imperiali corona jam diximus, eam à tiara propius abesse. Figura conspicitur in **Wap.** I. p. 1. talis, ut appareat mitræ circumdata corona florida, quæ alias regia dicitur & hac prodeuntes tres circuli, quorum medio imperiale pomum insistit, fasciæ utrinque dependent, quæ ut & tota coronæ compages pluribus gemmis distinguitur. Tres hos circulos Germaniæ, Arelatis & Italiæ regna notare, sunt qui perhibent. Ante Carolum V. hanc formam plane introductam non fuisse, sed antecessores, usos communi clausarum coronarum forma, legi: quod si exemplo refelli nequit, crediderim, eo inprimis tempore Augustum, cum alii reges primum clausis coronis uti inciperent, suum quoque immutasse capitis gestamen, ut distinctum à reliquis maneret. De hisce multa cum eruditione disserit supra laudatus clariss. Seb. Feschius de inf. eorumque jure c. 5. n. 10. *De forma autem imperialis coronæ ex antiquitate ejusq; monumentis nihil certi licet eruere, cum infinitas fere coronarum aliorumq; capitis ornamentorũ species in numeris reperiamus. Primi Imperatores laureâ plerumq; interdum & quercea seu civica aut radiata, nonnunquã vel raro diademate, usi sunt, supra n. 6. Post Philippos Imperatores corona radiata sola fere usurpari cœpit, interdum & galea atq; diadema. Const. M. qui perpetuo diademate usus dicitur ab Aur. Victore, & qui eum sequuti sunt, Imperator laureâ galeâ & diademate margaritis & gemmis pretiosis distincto insigniuntur, rarius radiata corona, quod hanc christianæ pietati min⁹ conveni-*

(α) **Wap.** I. p. 22. (β) **Wap.** I. p. 38.

entem

entem crederent. Imperatores Constantinop. pileis plerumque utebantur, quorum mira fuit varietas ut è nummis apparet, & testatur Codinus de Offic. aulæ Constantinop. cap. 6. Andronico, cum creatus est Imperator, detracto pileo rubram mitram impositam fuisse. Nicetas author est libro singulari de Alexii Comneni imperio num. 18. *Primus ni fallor Theodahatus, qui Atalarico in regno Gothorum successit fremente Justiniano, cum corona quatuor laminis supernè æqualiter in orbem coeuntibus clausa, in numismatibus conspicitur. Et Mauritius Imperator circa A. C.* 583. *tiaram gestat hodierno Imperiali, cujus descriptionem modo dedi ex Pontificali Rom. non multum absimilem, si vera est icon, quam exhibet Octavius Strada Maximiliani & Rodolphi II. Imperat. Antiquarius de vitis Imp. p.* 266. *Tiberius circa annum* 682. *coronam capite gerit, quæ regiam modernam refert, floribus nimirum octo è quibus totidem ramuli in orbem surgentes coalescunt, insignitam, cruce insuper additâ. apud eundem Stradam p.* 276. *Michael junior circa annum* 821. *corona ornatus videtur duabus laminis in summo æqualiter se intersecantibus clausa, apud eundem. Plerique alii Imperatores pileum margaritis gemmisque distinctum, cujus apex cruce notatur, aut diadema gestant. In occidente Carolus M. cum diademate clauso (quod hodie adhuc ad S. Dionysii fanum in Gallia asservatur) quamvis diverso ab hodierno, in statuis & imaginibus conspicitur. Qui eum sequuntur aperta ut plurimum usi sunt usque ad Henricum II. sive Sanctum, qui fundato Episcopatu Bambergensi ejusdem insignibus coronam Imperialem, quam hodie adhuc scuto ejus impositam videmus, concessisse dicitur. Post illa tempora Imperatores clausa corona maximè uti cœperunt, quamvis non pauci, inter quos etiam ipse Rudolphus I. apertam maluerint alii item mitram. Post Carolum V. corona clausa supra mitram quæ hodie est Imperatorum propria, præ aliis cœpit usurpari.* Regi Galliæ assignant coronam octo liliis, insignem, & 4. semicirculis superius coëuntibus, & duplici lilii flore ornatis, clausam studiose caveri jubet *Gilb. de Varenn.* ne aliorum regum more misceantur folia. Optaret idem liliorum numerum quantum fieri potest augeri ob plures provincias, & ob hoc etiam semicirculos 4. liliis ornari vellet, *Delfino* similem coronam assignant, sed duobus tantum semicirculis clausam. Reliquis regiis filiis coronam liliatam quidem, sed apertam. Talem etiam reliqui principes sanguinis gestare solent, quamvis artis hujus autores jubeant, liliis alia misceri folia. Quæ vero foliis solis circulo aureo impositis constant, *Ducibus & Paribus Franciæ* proprias inquiunt, hoc cum discrimine, quod Pares in regis sacratione in capite veras tales coronas gerant, sed alii duces tantum insignibus adjiciant. Folia hæc aliqui apii, alii quercina, nonnulli trifolia (treffles refendus) vocant: & à coronibus obsidionalibus deducunt. Aliam vero apud antiquos coronam *ducum* fuisse oportet. Cum enim Henricum Austriæ crearet Fridericus I. Imp. 1156. concedit pileum ducalem, circumdato serto pinnato in diplomate. **In Oesterreich. Spiegel der Ehre** l. 2. c. 2. p. 168. redditur **ein fürsten hut mit guldenen kronspitzen / von den alten** corona rostrata **genandt.** Qui de *principatu* (de qua dignitate apud Gallos peculiari sensu ita nominata vid. Limn. Nobil. R. Franc. 4.9.) investitur, portare debet ex illorum regulis coronam radiatam seu cuspidibus tantum exornatam. *Marchionem* quæ notare debet corona, 4. foliis uniones interserit. (Aliam differentiam coronarum quæ Ducum & Marchionum sit, adfert *Rodolfin. de orig. dign. & pot. Duc. Ital. p.* 8. nempe quod rotunditate & gemmis illa ab hac distinguatur.) *Comitis* coronam ita describit *Paschal. de Coron.* 9. 23. *constat è circulari lamina, cui hærent tres lapilli: supra laminam ut plurimum eminent* 3. *uniones magnitudine conspicui* (ita alii Vicomitem coronari volunt) *aut certe continua series minorum unionum qui & in extremitatibus laminæ & super ipsa media duplicantur aut triplicantur, cæteris ⅔ eminentiores adspiciuntur, sicut illa margarita tribacca Indica.* Alii 9. uniones singulis cuspidibus, qui è circulari lamina exeunt, impositos requirunt. *Vicedomino* vidi assignatum circulum aureum tribus cruciculis pedatis insignem. De Baronibus ista iterum *Paschal.* 9. 23. *Baronibus licet gestare, non quidem laminam integram & latam, sed tenuiorem & restrictiorem ac veluti circulum seu gracile vinculum aureum. Hoc puto repræsentari priscum illud στέφιον, hodie etiam à vera nobilitate super insigniis & galeæ cono usurpatum, quod connumeratur inter ornamenta excelsiorum capitum, ac distingui à corona:* Cæterum pictura hoc rectius repræsentat: Galli vocant *perles enfilées.* Parum distat figura alterius circuli ex puro auro ternis margaritis communibus exornati, quem dominis *Banneretis* seu vexillariis tribuunt. Hisce addunt gestamina togatorum: Cancellarii mortarium seu mitella (mortier) aurata est, ora reducta velleris pontici, præsidium vere nigra, duabus tæniolis aureis terminata (*bordé de 2. galons d'or.*)

§. XVII. Hæc ex disciplina sua feciales Gallici, sed uti non dubito in ipsorum regno usu jam distinctiones illas majori ex parte receptas esse, ita certissimum mihi

eſt, Germanis noſtris omnino non probari, cum non videam apertas coronas niſi unius tantum figuræ, quæ ſeu ſummorum principum vel comitum ſcutis galeisve imponuntur, ſeu nobilium exornant caſſides: niſi forte à paucis annis aliqui peregre natum diſcrimen obſervare voluere. Eſt vero illa ſpecies coronæ, quæ noſtris moribus recepta videtur, quæ §. præced. apud Gallos ducibus tribuitur. Hoc unum adjicio: aliquos noſtros principes coronæ huic pileum ducalem, qui rubeus, ordinarie oram reductam vellere pontico fartam oſtentat, inſerere: impoſito aliquando Imperiali pomo. Ita figura pileorum impoſitorum Auſtriacis ſcutis Wap. I. p. 4. accipienda videtur, ut inſerti ſint coronæ pilei, niſi nudos malis intelligere pileos. Facilius dignoſcitur figura in 3. galeis Holſaticis Wap. I. p. 7. & media Pomeranica *ibid.* (Paulo aliter ut pileolus coronæ immineat, additis 2. bipennibus, fam. *Spaur* (Baron.) (α) galeam mediam ornat.) Quod forte conceſſioni Auſtriacæ tribuendum. Sed plane ad modum iſtorum principum fam. nob. *Ebeleben* (Thuring.) (β) (pileum coronæ inſertum, 2. clavas ſuſtinentem geſtat: forte Electoris ſui beneficio) imo clauſæ coronæ inſeritur talis pileolus, vel ei inducuntur circulo aurei coronam claudentes, & lilium candidum ſuſtinentes in galea 2. *Mager de Fuchsſtatt* (Carinth.) (γ) Hoc ipſum ejus me admonet, quod nonnunquam Electores, & alii duces & principes noſtri ſcuti gentilitiis, omiſſis galeis & coronis imponunt pileolum hujusmodi electoralem vel ducalem. **Churfürſten- oder Fürſtenhut.** Hoc Electoralibus familiis proprium eſſe, an reliquis etiam tribui debent, meum non eſt arbitrari.

Regum coronæ. M.D. Hetruræ.

§. XVIII. Quod alios reges vel regna attinet, non diſtincte exprimere poſſum, quod ex ſcutis illis Gallicis retineant. Regis Hiſpaniæ coronam video floribus ornatam & 4. ſemicirculis clauſam, & globo faſtigiatam: ſed Anglicana alternis liliis & floribus. Ab aliis omnibus fere differt ea, quæ M. Duci Hetruriæ attribuitur, quæ duos majores expanſos lilii flores, & plura minora lilia radiis impoſita ſuſtinet. Hanc à Pontifice acceptam *regalem coronam* vocat, & ejus exquiſitam & novam formam depictam refert Thuan. l. 46. p. m. 781. conf. hiſt. inſign. l. 1. c. 62. n. 6.

Serta. Eccleſiaſticorum mitra. Papalis corona & inſigria.

§. XIX. Coronis (de quarum portandarum jure conſuli poteſt Jul. Chifflet. les marq. d'honneur de la maiſ. de Taffis p. 1. c. 3. p. 32. 33.) addenda ſunt alia, quæ vicem coronarum obtinent non modo ſerta, quæ nonnunquam interjiciuntur galeæ & apici, ut illi impoſita hunc ſuſtineant: (Quo refero coronam frondeam, qua tegitur caſſis fam. *Schwerin* (Marc.) (δ) ſertum laureum datum *Meſigero* apud Hæping. de jur. inſ. c. 15. n. 16.) & coronæ ſpineæ (conf. hiſt. inſign. l. 3. c. 23. n. 14.) ſed & inprimis Eccleſiaſticarum in Romana hodierna Eccleſia dignitatum mitræ. *Papalem coronam* triplicem eſſe, pervulgatum. Exornatur autem cæruleo, viridi & purpureo. Nomen *regni* obtinet. Ex quo nomine, quod imperium non dicatur, qua probabilitate *Auberius* deducat regni ante imperium prærogativam, forte præter eum nemo proſpicit. Vid. *Lud. du May l' avoc. cond. l.* 3. *p.* 30. Perhibetur vero hæc ipſa corona eſſe quam Imper. Anaſtaſius cum titulo patritii Regi Franciæ Clodoveo jam converſo miſit, hic vero non magni donum faciens Symmacho Papæ obtulit. Ne vero myſterium in triplici corona deſideretur cavit *M. Gilb. de Varenn. p.* 4. *p.* 530. allegans eam triplicitatis rationem, quia poteſtatem acceperit ſuper eccleſiam *militantem, laborantem,* (idoneum ergo poſt hac pro purgatorio argumentum ex tiara Pontificis deduci poterit) *triumphantem.* Dein eundem dicit magiſtrum Eccleſiæ, judicem orbis & legislatorem generis humani: ſatis hæc magnifica, ſi vera eſſent: quæ tamen rectius edocti inania impiæ arrogantiæ emblemata eſſe ſcimus. Digna vero illius tiaræ vetus inſcriptio fuit *Myſterium* (conf. Apoc. 17, 5.) quam Julius mutavit: quod teſte Montmorencio refert Joſ. *Scalig.* in NN. aliq. adjectis N. T. Porro præter hanc tiaram, qua ſcutum Pontificum, telamonibus 2. angelis, qui triplicem crucem geſtant, cinctum, ſuperbit, adjiciuntur claves dignitatis teſtes argentea & aurea. Has olim ſolas ab omnibus uſurpatas legimus, donec circa 1045. Clemens II. & Damaſus 3. Germani gentilitiis etiam uti inciperent inſignibus. Vide *Hæping. de jur. inſign. c.* 6. *p.* 1. *n.* 15. Verum *Jac. Strada* his etiam vacua ſcuta dat. De reliquis ornamentis Pontificiis ita idem

(α) Wap. I. pag. 24. (β) Wap. I. pag. 144. (γ) Wap. I. pag. 46. (δ) Wap. I. pag. 176.

idem ad *Onophr. Panvin. Epitom. Pontif. in Epist. Dedic. Summi pontificis insignia, quæ clavibus & tiara constant, non uno olim modo fuere picta. Memini cum ea de re multa mihi narraret Panvinius, qui etiam multis in templis picturas ab ea, quæ nunc in usu est, longe diversas mihi ostendebat. Eorum 6. differentiæ fuerunt, de quibus commodior alias loquendi dabitur locus : quæ tamen hodie usurpatur, omnino est splendidissima, ac nos reliquis propter earum multis in partibus obscuritatem omissis accipere hanc maluimus.* Est vero pictura talis, ut scuto immineat triplex tiara & claves decussatæ, non tam post scutum dispositæ, quam supra illud eminentes, propendenti utrinque quibus colligantur chorda. Aliam quam quæ Pontifici placeat duarum clavium interpretationem Paræus attulit, quam vide adductam in *Inst. Saxon.* in hist. insign. c. 1. s. 2. n. 8. Porro coronam hanc papalem ut pro apice gestent *Claromontia* stirps in Delphinatu obtinuit. Audiamus hic quoque Seb. Fesch. de insign. & cor. jur. c. 3. n. 5. & quædam quæ jam diximus confirmantem addentemque plura pro sua diligentia. : *Continet Pontificium insigne triplicem coronam supra simplicem Episcoporum inferiorum mitram, inque illo multa mysteria detegunt Ant. Mazaronius libello de 3. pontificum coronis, & Car. Paschalius l. 9. coron. 14. Sigebertus in anno 550. & anno L. 1. c. n. 4. autores sunt, Clodoveum diadema aureum unionibus & gemmis insigne, quod regnum dicebatur, ab Anastasio Imp. acceptum Ecclesiæ offerendum Romam misisse : hinc Pontifices primum mitræ suæ junxisse ferunt. Alteram addidisse Bonifac. IIX. qui dare regna & auferre pro arbitrio animi conabatur, ut Platina loquitur, post publicatam Extravag. unam sanctam : inter Extravag. comm. de majorit. & obed. quæ propter summam in principes potestatem Papæ tributam multorum & cruentorum motuum causa fuit, communis est opinio ; quare & Pontifex iste ejusque successores aliquas cum duplici corona in statuis ac imaginibus Romæ Avenioque conspiciuntur. Benedictus XII. postquam celebrem quæstionem de visione beatifica, quæ Ecclesiã sub Rom. Ioh. XXII. summopere turbaverat, sententia lata decedisset, tertiam coronam adjecisse creditur, unde triregni appellatio orta, ut tradit Menestr. en se prat. des arm. c. 8. quamvis antiquius gestamen hoc fuisse, nec à Bonifacio vel Benedicto primum inductum ; sed à Paulo II. cum multis seculis ex usu abiisset, fuisse derivatum arbitretur Jac. Card. Papiens. l. 2. com. de rebus Pauli 2. Nec desunt, qui Pontifices triplicem hanc coronam æmulatione Imperatorum, quos tribus diversis coronis inauguratos fuisse superiorum seculorum scriptores prodidere. Addamus quæ idem ibidem n. 8. de insignibus Papæis subnectit : Aliquot ab hinc seculis diversus fuit insignia hæc componendi modus. Nicolaus V. claves in scuto loco dignitatis ; Urbanus V. & VIII. Alexander VII. & alii in summa scuti parte ; Innocentius VI. Paulus III. & IV. cum pluribus aliis supra scutum collocarunt, quanquam Hadrianus VI. illas jam penes scutum decussatim posuerit, quem modum moderni retinent, ut ex monumentis probat Menestrier prat. des armoir c. 8. Quo vero tempore Pontifices scutis propriis ac familiaribus uti cœperint, non adeo facile est augurari. Papyrius Massonus tradit Clementem II. & Damasum II. illius successorem Germanos natione usum insignium argumentorum in Italiam tulisse, eumque Leonem IX. retinuisse, cujus insigne erat leo niger in scuto octo liliis exornato. Hæc tamen monumentorum authoritate destituuntur. Antiquissimum scutum Clementis IV. liliis insignitum Viterbis ejus sepulchro additum visitur, quod tamen patrium magis, erat enim natione Gallus, quam familiam indicare videtur. Sub Bonifacio VIII. morem istum invaluisse monumenta testantur, quæ vero antiquioribus tribuuntur scuta gentilitia à Platina & Andrea Ciccarelli de vitis pontificum & Onuphrio Panvino libro de Pontificum & Cardinalium creatione, cum aliud de illis non extet judicium, vel ficta sunt, vel eum in finem addita, ut familiam, ex qua credebantur orti, demonstrarent. Ita Leoni IX. circa annum 1050. fascia Austriaca à plerisque tribuitur miro anachronismo, utpote quæ centum vel ut aliis placet trecentis annis post familiæ demum obtigit : In laudato libro On. Panvini idem ex Alsatia dicitur oriundus, eique insignia comitum à Dagsburg adscribuntur. Massonum autem leonem eidem tribuere modo diximus. Eadem reliquorum est ratio, ut sigillatim ostendit Menestrier dicto loco.*

§. XX. *Cardinales* scutis suis loco coronarum pileos imponunt latiores rubeos. Hos in Concilio Lugdunensi 1245. tribuit Innocentius IV. ut admonerentur, teste Mart. Polono, se semper paratos esse debere sanguinem pro christiana religione profundere, præsertim in eo tempore, quo Rom. Ecclesia à Frid. Imp. vehementer Cardinalitii pilei.

oppugnabatur. Paulus II. interdixit, ne quisquis alius præter eos bireta coccinea ferret. Unde Strada ad illud tempus ſcuta ſine pileis fingit. Dein nodulos fimbriatos tantum tres tribuit, (uti etiam ex *Sylv. de Petra ſancta* obſervat, & ejus tanquam autoptæ authoritatem Vulſonio opponit *Segoing. Threſ. herald. p.* 461.) unde eum hodie chordas utrinque in 5. nodulos fimbriatos exire volunt, recentioris id inventi eſſe oportet. Iterum in myſterio rubei coloris affignando ſibi placet *M. Gilb. de Varenn.* p. 4. p. 584. quia Greg. Nyſſen. homil. 7. in cant. colorem eum vocet indicium dignitatis ſupremæ : Et huc trahit verba *Nahum* 2. 3. *Viri exercitus in coccineis.* Unde dicit ad illos ſpectare regale ſacerdotium & præcipuos eſſe duces Eccleſiæ militantis, docentes quod ſemper parati debeam⁹ eſſe ad effundendum ſanguinem pro Domino. Ita hunc ſi audiamus, ſanctiſſimus apoſtolus Petrus quid loquatur ignoravit, cum *regale ſacerdotium* 1, 2, 5. 9. commune Chriſtianorum axioma credidit, cum Cardinalibus nondum natis ille debitus fuerit, novis autoribus honos. Confer etiam infra n. 56. Juvat denuo adſcribere, quæ eruditiſſimus S. Feſchius de inſign. eorumque jur. c. 3. n. 9. recenſet : *Autor eſt Gregorius Logotheta in chronico Conſtantinop. p.* 399. *Pelagium Romani Pontificis legatum ante hæc tempora habuiſſe talaria purpurea & veſtem, ſagum ac frenum purpurei coloris in ſignum participatæ regiæ poteſtatis ſummi Pontificis. Sed præter pileum, qui ſcuto imponitur dependentibus utrinque funiculis nihil Cardinalium arma gentilitia exornat. Qui tamen legationem apoſtolicæ, ut vocant, ſedis nomine obiverunt, à tergo ſcuti crucem ponunt, quæ à Pontifice ſolenniter accepta per totum legationis tempus legatis præferri conſuevit. Qui in Equitum Melitenſium ordinem adſcripti ſunt, illius crucem penes ſcutum armis familiaribus adjicere ſolent. Qui à Principum familiis proveniunt extra, non intra urbis Romæ pomœria, coronam ſcuto imponunt.*

Pilei archiepiſcoporum, epiſcoporum, abbatum. Mitræ.

§. XXI. Non differt à Cardinalitio pileo, quo *Archiepiſcopi* & *Epiſcopi* utuntur, niſi quod uterque viridis pro rubeo, ille in 4. nodulos, hic in 3. deſinere debet. Quod crucem & pedum concernit vid. c. 7. Porro in Germania noſtra illos pileos receptos eſſe non video, ſed eorum loco mitras vel tiaras, quæ & cidaris ac infula vocatur. Formam illarum mitrarum ex pictura diſcas licet. Bicornis eſt & patulo curvamine ſupernè hians reſpondetque apici Flaminum Romanorum. Ita *Sebaſt. Feſch. de inſign. c.* 3. *n.* 15. ubi ex Onuphr. addit, olim fuiſſe albam & lineam, nec ante ſexcentos annos auro gemmisque ornatam. Gemina cornua P. Gregor. L. 15. ſyntagm. c. 50. explicat, quod neceſſaria ſit Epiſcopo cognitio utriusque teſtamenti: Paſchalius notari vult ſcientiam & humilitatem. Differentiam inter Archiepiſcopalem & Epiſcopalem autor præfat. **Wapenb.** II. n. 72. iſtam aſſignat, quod illa clauſa impoſita cruce, hæc aperta ſit ; tum pedum priorum interius, horum exterius converſum conſpiciatur. Quod diſcrimen nec tueri nec refellere audeo. An vero mitram adjicere debeant inſignibus, vide diſputantem contra Labourerium *Cl. Fr. Meneſtr. L'art. du blaſ. juſtif. c.* 9. *p.* 215. ut & an liceat adponere coronas familiares vel alias dignitates p. 223. *ſeq.* Noſtris Archiepiſcopis & Epiſcopis etiam galeas uſurpari §. 12. evicimus. In Gallia lego *Dolenſem* & *Cadurcenſem* epiſcopos quoque galeam obverſam geſtare : nec non archiepiſcopos atque epiſcopos, qui ducum vel comitum dignitate fulgent, illas coronas addere. Poſt Epiſcopos *abbatibus* & *protonotariis Pontificiis* pileos nigros aſſignant, quorum chordæ in duos exeant nodos. Verum denuo apud nos hujus pilei uſum nullum vidi. *Abbatibus* vero mitratis mitram & pedum paſtorale attribuunt. Horum in Germania uſum oſtendit **Wapenb.** I. p. 13. De mitræ hujus ab epiſcopali differentia, nihil mihi conſtat, ſed aliis illam diſquiſitionem relinquo. Inter Gallos illud diſcrimen notat *Cl. Franc. Meneſtr. L'art. du blaſ. juſtif. cap.* 9. *pag.* 220. *Les abbez portent une croſſe, les abbez mitrez y ajoutent la mitre, mais un peu tournée, les Eveques la mettent de front, les archevéques ajoutent la croix, les primats la mettent double en qualité de patriarches.* Abbates pedum paſtorale ſeu lituum, mitrati mitram adjiciunt, ſed non nihil converſam, Epiſcopi eam recta facie locant, archiepiſcopi crucem addunt, primates duplam patriarchali titulo. Non longe abit du Val. obſ. p. 5. *Les Eveſques mettent la mitre de front ſur la droite de l'écu & la croſſe en profil & la croſſe en dedans.* Epiſcopi mitram recto ſitu dextræ clypei parti imponunt, & lituum pontificium exterius convertunt ; abba-

abbates luſca facie mitram & pedum introrſum locant. Primus omnium Bartholdus abb. Fuld. circa ann. 1135. mitra, baculo, annulo aliisque Pontificalibus ornamentis ab Innoc .II. donatus dicitur à Bruſch. de monaſt. p. 60. & Brouer annal. Fuld. Porro Epiſcopalis mitra non à ſolis Epiſcopis geſtatur, ſed aliquando aliis etiam proceribus pro apice ſerviit. Ita galeam mitra tali tegunt *Werdenberg* (Com.) *Veldkirch* (Com.) *Aſperg* (Com.) (α) De cujus rei rationibus diſquirant alii. Sed de hiſce ſatis.

§. XXII. Diximus §. 5. Quod tertio loco nobis de tegumentis agendum ſit. Vocantur ea **helmdecken** ſeu **wapendecken** ſeu **helmzier.** Solebant nempe olim caſſides tegere, vel ut fulgoris contra aëris injurias conſervandi vel ſolis, quo calefieret ferrum ſeu chalybs arcendi cauſa. Addit tertiam rationem *Meneſtr. L'art du blaſon. juſtif. cap. 8. p.* 184. ut in conflictu dignoſcerentur. Ibidem late probat, talia tegumenta (quæ *champerons* vocat) in uſu fuiſſe, contra Labourerium hoc negantem. Oſtendit etiam dicta eſſe *volet*, quia ad ventorum flatum volitabant, item *camail* (p. 184.) *capeline* (p. 183.) *banderole* (p. 196.) Cum latius erat tegumentum, *manlelet* dictum legimus. Cæterum originem horum tegumentorum illam tradit *Cyr. Spangenb.* **Adelſp.** P. 2. l. 12. c. 26. p. 303. quod apud antiquos qui paganis vel ruriculis præfecti fuerint, à ſumma poteſtate donati ſint faſciis ſuæ prærogativæ argumento: milites ſcutis, qui ſingulare quid deſignaſſent galeis: cum hi tres nobilium ordines æmulationes inter ſe alerent, conjuncta hæc ſymbola & faſcias etiam galeis additas. Tegumenta galearum, Origo.

§. XXIII. Cæterum tegumenta hæc in conflictibus ſæpius in varias lacinias conſcindi contigit. Ex eo deinceps uſus invaluit, ut lacinioſæ pingerentur, imo inde factum eſt, ut pictoribus data ſemel poteſtate, ita demum figura immutaretur, ut ornatus cauſa varie flexis, criſpatis & inciſis his laciniis (quas non æque facile deſcripſeris, quam ex pictura apparet) prima ſpecies vix amplius agnoſci queat. Inde Galli vocant *hachemens* & *lambequins* ſeu *lambrequins*. De hujus vocis etymo diſputatur inter Gallos. Poſt alios Meneſtr. l'art du blaſ. juſtif. cap. 8. p. 182. ſeq. (qui ridiculam derivationem, qua Labourerius orig. des arm. num. 160. à *lamina* deduxerit, exagitat cap. 13. p. 361.) derivat à *lamberare*, quod eſt ſcindere. Et quidem ſi ex latina lingua quærenda ſit origo, forte commodior nulla ſe offeret. Quid vero ſi Germanis noſtris vindicemus hanc vocem? certe ſuſpicionem hanc excitat terminatio plurium vocabulorum in *quin*, quæ præfatus *Meneſtr.* p. 110. adducit. Ea vero omnia ſunt diminutiva dialecto Saxonica & Belgica: *Petrequin*, **Petercken**/ (vid. eund. pag. 350.) *Raoulequin* **Rudolfken**/ *Hennequin*, **Hänßken**/ (hoc nomine Hennequin aliquis fuit Spurius Lucenburgicus, de quo Vignier diſerte notat, alias ei *Ioanni* nomen fuiſſe) *Ioſſequin*, **Joſiken**: Ad analogiam horum, terminum lambequin (unde dein *lambrequin*) deducam à Germanica voce **lampen**/ qua utimur, ſi quid neglectim pendeat, **es lampt.** Quamvis autem ab hoc verbo nomen in noſtra lingua non ſuperſit, quod in aliis quoque contingit exemplis, crediderim tamen aliquid fuiſſe, cujus jam diminutivum erit **lampken** h. e. *lambequin*, lacinia quæ neglectim ad venti arbitrium pendet. Nec dubito ab hoc **lampen** ſupereſſe alterum **lumpen**/ quo lacinias & quæ lacera ſunt appellare ſolemus, unde **lümptchen** ſeu dialecto Sax. **lümpken**/ panni laceri. Quantula vero hæc à lambequin differentia, quæ vix niſi unius vocalis eſt? Utuntur etiam ad deſignandum hunc inſtructum aliis terminis, qui nunc latine talia ſolent exprimere: Ita legi *lemniſcos* vel *vittas* nominari: nec non *phaleras*: ita in diplomate Cæſareo, quod Megiſero conceſſum eſt (apud *Hæping. de jur. inſign. cap.* 15. *num.* 16.) lego: *phaleræ ſeu laciniæ nigræ & croceæ ſeu aureæ ab utroque latere mixtim circumfuſæ & molliter defluentes.* Unde lacinioſa picta. Lambrequins.

§. XXIV. Chiffletius poſt Monetam appellare etiam ſolet *plumarium inſtructum* ſeu *ornatum, plumatilem criſtam, pennas incumbantes vel volitantes, acroterium plumeum, plumatile acroſtolium.* Hoc vero nomine non recte appellari notat *Meneſtr. d. l.* c. 8 *p.* 195. Antiqui ipſis Gallis non inſolens eſt, eas vocare *pennaches*: Varenn. R. d'arm. p. 4. p. 543. comparat ipſas lacinias plumis alarum gloriæ. Paulo poſt inquit: An recte dicatur plumarius inſtructus.

Le ſym-

(α) Omnia tria exempla ſunt T. II. p. 12.

Le ſymbole parfait de la bonne renommée ſe treuve dans ces plumes eſtendues & ondoyantes, qui couvrent nos armoiries, & un chacun pour preuve de l'affection qu'il y porte peut en repreſenter tout le plus qu'il pourra. Symbolum perfectum bonæ famæ obſervatur in his plumis expanſis & ſinuoſis, (Æg. Gelen. de Col. Agrip. magnit. l. 2. p. 118. vocat *corymbas & quaſi laqueatas vittas aut repanda folia*) quibus arma noſtra conteguntur, & quivis pro ſuo in eas affecta earum tantum repræſentare poteſt, quantum poterit. Paulo ante: *De faire voler autant qu'il luy eſt poſſible la reputation de ſes anceſtres*, ut quantum in ſe eſt famam majorum expandat. Iterum: *Les noms de fueillars d'acantes, & de lambrequins ne ſont pas ſi propres que ceux de grands plumages ou hachemens, eſtans figurez en ondes.* Nomina filiorum acanthi & lambrequins, non æque propria ſunt, atq; plumarum vel laciniarum ſinuoſarum. Neque deſunt exempla eorum, qui plane plumas ſtruthionicas loco laciniarum harum gerunt & exiſtimat *Vulſ.* quod omnes qui nunc nobilitantur, talibus uti debeant, cum aliarum noſtro tempore nec fuerit nec ſit uſus. Nec vero plumarius ille galeæ (loco laciniarum) ornatus adeo abſurdus videri deberet: cum ſint exempla, ubi crines ex capite galeæ impoſito defluentes phalerarum locum ſupplerint. Ita apicem fam. *Landſchad* (Rhen.) (α) conſtituit caput coronatum, cujus crines defluentes loco laciniarum ſunt. Similis apex eſt fam. *Uttenheim* (Alſat.) (β) cum caput coronatum repræſentetur, tanquam dentibus mordens, qua ſuſtinetur galea, crinibus canis utrinque circumfuſis. Nec aliter *Matzenheim* (Alſat.) (γ) niſi quod corona deeſt.

Aliquando integra pingi ſolent.

§. XXV. Porro etiamſi communiter nunc lacinioſa & varie conciſa tegmenta hæc pingi ſoleant, ſunt tamen aliqui, quibus adhuc placent integra, vel dependentia ex galea, vel nodis collecta & expanſa. Dependentium exempla ſed antiqua videre eſt apud Meneſtr. d. l. p. 182. Noſtro tempore alterius generis plura videas. Conf. dom. de *Buchholz* (δ) quorum galea prior tegumento interius argentato, exterius praſino tecta ſuſtinet cygnum candidum. *Wlaſſim* (Baron.) (ε) ex utrinque galeæ latere expandit tegumentum duplici nodo ligatum, inde auro & cyano, hinc argento & minio tinctum. De integris his placet audire ex antiquitate ea revocantem Cyr. Spangenb. Adelſp. p. 2. l. 12. c. 41. p. 331. b. **Es ſind freylich ſolche helmdecken nicht alſo krauß und einem laubwerck ſo ehnlich geweſen / wie die hernach von den mahlern gemacht worden / ſondern als ein viereckigt tuch formiret geweſen / wie die nehalten gemählden zu befinden; daß aber die mahler hernach ſolche ſonderliche und wunderliche muſter erdacht und gemacht / muß man ihnen paſſiren laſſen / wie auch anders mehr / als daß ſie die adler / löwen / lilien und dergleichē viel anders für bilden / dann ſolches ſonſt ſeyn würde / wann es eigentlich gemahlet werden ſolte; denn hie heiſt es:** Pictoribus atq; poetis &c. Neque vero in hoc aliquid ſingulare quæri video, cum ſint, qui modo una modo altera utuntur ſpecie. Niſi forte, quod de familia *Buchholz* crediderim, antiquitatis memoria à nonnullis in ea re quæritur.

Pallia ducalia.

§. XXVI. Huc etiam retulerimus *pallia* ducalia, quibus recentiori inventione nonnulli principes ſua inſignia cooperire amant. Exemplum ducis *Lotharingiæ* (ζ) celebre eſt, cujus pallium exterius areolarum ſcuti ſymbola repetit, interius vellere pontico fartum conſpicitur. Conf. Hiſt. inſign. l. 1. c. 57. n. 1.

Regulæ de tincturis laciniarum.

§. XXVII. De hiſce tegumentis, integra an laciniosa ſint, regula eſt, quod ejusdem coloris vel tincturæ cum ſcuto ejusq; figura eſſe debeant. Addit *Vulſon.* illā: quod interiora metallo, exteriora colore tingenda ſint, obſervationem hanc non contemnendam puto. Nec tamen fidem omnium exemplorum in me ſuſcepero. Quod vero ipſam illam regulam attinet, legem immutabilem Varenn. R. d'arm. p. 4. p. 536. vocat: *Ce qu'il y a invariable en ce ſujet, eſt que les bourlets, & les pennaches, que nous appellons hachemens, fueillars & lambrequins, ſont tousjours des meſmes eſmaux que le champ & les figures du corps de tout l'eſcu.* Hoc unum invariabile in iſto argumento eſt, quod diademata tortilia & plumæ, quas vocamus lacinias & folia ſemper eandem tincturam recipiunt, quam area & figuræ ſcuti referunt. Quod ita intelligit, ut etiam minimæ figuræ in clypeo color repeti in laciniis debeat. E.g. cum ſcutum *Garnier* cæruleum capreolum aureum ſtipatum 3. ejusdem metalli ſtellis, & ſuſtinentem cuſpide

(α) Wap. I. p. 122. (β) Wap. I. p. 194. (γ) Wap. II. p. 133. (δ) Wap. I. p. 31. vid. c. 5. f. 3. m. 2. n. 27. (ε) Wap. I. p. 8. (ζ) Wap. I. p. 6. (& in noſtra hiſtoria inſign. l. 1. c. 58. n. 15.)

de summo lunam argenteam, & *la Haye Tuiebert* (Norman.) rubeum 3. talenta aurea in regione capitis 5. argenteis plinthidibus (3. 2.) imminentia, contineant, illi lacinias dat aureas, cæruleas & argenteas, huic aureas, argenteas & rubeas. Ita & famil. *Pardaillan Gondrin* M. de Montespan. gestanti pro *Gondrin*, in aurea area rubeum castellum, imminentibus 3. maurorum nigris capitibus, quæ fasciola tortilis alba circumdat, & pro Montespan in argenteo laterculo leonem rubeum, limbo viridi 7. scutula argentea continente, assignat lacinias aureas, argenteas, rubeas, nigras, virides.

§. XXIIX. Cæterum cum regulam illam nec ipse diffitear, (imo eam istius vim agnoscam: ut in exemplo *Luckovvin* (Misn.) (α) in laciniis auro cinereus color addatur, qui arti peregrinus est, ob hanc rationem quia in scuto avicula apparet, cui ille color naturalis est, tam late tamen eam extendere nollem, si de nostris moribus sermo sit, neque eam plane sine exceptione invenio. Reperias quidem exempla laciniarum tricolorum, cum totidem in scuto fuere, sed in plurimis non nisi duo occurrent colores, licet plures in clypeo observentur. Inprimis vero figurarum accessoriarum color in laciniis frequentius omittitur. Exempla quæ nimis multa sunt adscribere supersedeo. Tum non tantum, quando in scuto figura apparet, nativo colore picta, plerumque in laciniis illius loco alius affinis substituetur, ut cum *Rietheimii* (Suev.) (β) qui asinum nativo colore præditum argenteo scuto inserunt, lacinias argento & nigro (ad quem asini nativus color proprius accedit) & *Drachsdorf* (Misn.) (γ) ob virum sylvestrem carneo colore pictum in clypeo cæruleo, phaleras suas rubeo colore & cyaneo (conf. c. 4. n. 30.) Sic & sæpius quæ ferrea pinguntur in laciniis argentum requirunt. Conf. exemplum *Stetenorum* (Franc.) c. 5. s. 6. m. 1. n. 14. fingunt. Verum etiam circa ipsos colores heraldicos reperire licet, quæ à regula abeunt. *Vulf. de la Columb. sc. heroiq.* c. 42. ipse allegat, Maximiliani I. (de quo id videas in *Chifflet. Eq. A. V.*) cujusque patris Friderici III. Imperatorum lacinias scuto circumfusas, quod aureæ fuerint vellere Pontico fartæ: Ita & laciniæ regis Angliæ Edoardi IV. pinguntur minio, & vellere Pontico apud eund. *Chifflet* eq. 63. Et ne regibus hoc eximium credas, primus eques Aurei velleris Guilh. de Vienne Dn. de S. George teste Chiffl. cum insignia cocco & auro constent, lacinias habet coccineas & hermionicas. Inter nostros illa inprimis anomala exempla (si quidem sculptori tuta fides adhibeatur) reperi *Bülzingsben* (Brunsuic.) (δ) cujus laciniæ minio & argento tinguntur, cum regula pro minio viridem colorem exigeret *Bozheim* (Alsat.) (ε) gestat lacinias argenteas & nigras, cum aureas analogia scuti requisivisset. Sed forte mansit hæc tinctura ex prioribus insignibus, quæ antequam fierent prætores Selestadienses gesserant. Conf. super c. 5. s. 1. m. 1. §. 103. Ita & exemplum *Guttenbergiorum* (Franc.) plane abludit, vid. cap. 5. s. 4. m. 4. n. 13. Exceptiones.

§. XXIX. Singularia plane sunt, quod nonnunquam solo metallo laciniæ pinguntur. Tales sunt fam. *Rathsamhausen* (Alsat.) (ζ) totæ nempe argenteæ, & quidem in utraque linea, cum tamen altera loco scutuli argentei aureum gesserit, tales & sunt famil. *Andlau* (Alsat.) (η) cujus tamen scutum nihil plane argenti habet: Vicissim aureæ *Michelspurg* (Tirol.) (θ) seu idem nomen est *Michelspeck* (Bav.) (ι) cum tamen scutum ex argento & nigro biperttum sit: Verum scutum cum simile sit *Michelsperg* (Baron.) (κ) & ex nominis convenientia familia eadem credi queat, huic vero juxta analogiam argenteæ & nigræ laciniæ tribuantur., dubium suboriri potest, an menda careat. Singularia etiam illa sunt familiarum Helveticarum, *Flachsland. Eptingen* & *Bernfels* (λ) quarum laciniæ nigræ conspergunturinnumeris foliolis seu corculis aureis, vel quod ultimam hanc attinet, argenteis. Exceptiones.

§. XXX. Hujus loci est, ut etiam agamus de diademate tortili, quo affigebatur, tegumentum galeæ & cono *Menestr. l' art du blas. justif. cap.* 8. *pag.* 154. 197. Galli vocant *bourlet*, vel *tresque*, vel *torque*, vel *tortil.* Nobilitatis eximiæ fuisse signum illæ phrases apud *Varenn. R. d' arm. pag.* 459. arguunt, ut cum describuntur insignia Petri Rohanei Marescalli: *comblée du bourlet de chevalerie & de Noblesse des siennes coulers*: & Philippus de Crevecœur: *comble du bourlet de noblesse chevaleruse.* Diadema tortile.

(α) Wap. I. p. 163. (β) Wap. I. p. 115. (γ) Wap. I. p. 152. (δ) Wap. I. p. 183. (ε) Wap. I. p. 195. (ζ) Wap. I. p. 192. & Bernh. Hertzog Chr. Alf. l. 6. p. 270. (η) Wap. I. p. 192. (θ) Wap. III. p. 99. (ι) Wap. II. p. 67. (κ) Wap. III. p. 33. (λ) Wap. I. p. 197.

chevalereuſe. Ubi videmus vocari equeſtris nobilitatis documentum. Reperimus huius uſum etiam non infrequentem inter noſtros, ita tamen ut nobilitati non ita proprium ſignum ſit, quin alii etiam eo utantur. Vocamus **wulſt.** Pingitur vero nonnunquam, ut extrema tæniolarum, quibus conſtat, volitent, cui Gallicum *volet* accommodare poſſumus, quo alias laciniæ veniunt: noſtri dicunt **helmlöhr** ſeu **brünlöhr** / ſeu **zindelbinden.** *Hæp. de jur. inſign. c.* 9. §. 4. *num.* 690. Solet vero hoc quoq; diadema tortile imitari ſcuti colores, niſi quod *Vulſon* notat, alius color in gratiam principis ſui vel domus originariæ vel virginis amatæ aſſumatur. De hac ultima cauſa iſta habet *Varenn. R. d' arm. P.* 4. *p.* 579. *Aucuns eſcrivent, que jadis les plus braves cavalliers és jours d' une bataille portoient ſur leurs heaumes ces bourlets ou tortils de ſoye treſſes & cordonéés des cheveux & des livrées de leurs dames, pour teſmoigner, qu' ils alloient au combat auſsi gayement qu' à des nopces ou à des feſtins ſolennels, & que de la eſt venue la couſtume de mettre des bourlets à la cime de tous les caſques.* Aliqui ſcribunt, olim equites fortiſſimos in aciem prodituros galeis aptaſſe tortilia hæc ſerica, conſuta capillis & coloribus earum quas amabant, ut docerent, eadem alacritate ſe certamen inire quam ad nuptias vel ſolennia convivia: & inde originem trahere morem hoc tortile omnibus aptandi galeis.

Apex. §. XXXI. Supereſt ut 4. de ipſo *apice*, qui his imponitur aliqua dicamus. Vocatur autem iſto nomine quicquid galea ſuſtinet: inque hunc ſenſum allegatur Virgil. 12. Æneid. 491. alii *acroſtolium* vocant, quidam à gallico cimier *cimerium.* Hoc proprie nomine inſignium venire lege apud *Hæping. de jur. inſign. c.* 9. §. 4. *m.* 5. *n.* 530. ex Cæſare & Virg. & quidem etiam in ſingulari *inſigne.* Noſtri vocant etiam **helmzeichen. helmkleinodt.**

Origo à criſtis veterum. §. XXXII. Origo eſt à criſtis veterum. De quibus illa memorare operæ pretium credo. Vocavit Polyb. πτερινὸν στέφανον (apicem plumeum) qui conſtabat pennis puniceis (ita Virgil.

- - *Criſtæq; rubentes.* Et Æneid. 9.

Purpurei criſtis juvenes auroq; coruſci.)

aut nigris tribus rectis ad cubiti longitudinem, ut altiores viderentur: Eodem fere more, qui nunc Turcarum eſt. In monumentis tamen fere ad hodiernum morem effictas videre licet plumas. Arbitratur *Lipſius*, puniceum fuiſſe nobiliorum, viliorum nigrum; & addit candidum colorem, & quod pavoninis uſi ſint. De colore albo item patet ex *ſilio l.* 11. *de Annibale*

- - *Vibrant in vertice coni.*
Albentis niveæ tremulo nutamine pennæ.

& *Plutarcho*, qui tribuit Alexandro galeam criſtata juba & candidiſſimis pennis circumcinctam. Conf. Virgil. 10. Æn.

Cujus olorinæ ſurgunt de vertice pennæ.

Tum notat Lipſius, centurionum criſtis aliquid argenti allitum, forte & auri, ut internoſceretur. Affinia ſunt iſta *Riberæ* ad *Apocal.* 9. 7. *n.* 15. *p.* 255. *Magni duces ſummitatem auream imponebant, in qua eminebant criſtæ, ut apud Homerum legimus de armis Achill.* 18. *Iliad.* τεύξε δ' οἱ κυνέην βεληΐην &c. *Simile eſt quod Virg. ſcribit de Ænea.* 10. Æn.

Ardet apex capiti criſtisq; à vertice flammæ,
Funditur

Ardere dicitur, quia aureus eſt, ſicut continuavit:

& vaſtos umbo vomit aureus ignes.

Quare duces & nobiliores milites aut aureas aut æreas ſummitates faciebant, quæ coronæ videbantur, & æs fabre expolitum auro ſimile erat. Hoc ornatu nobilitas ſignificabatur equitum quomodo apud Nahum. 2. 3. *alio ſimili indicata eſt.* Ubi item vid. idem Ribera. Cæterum à tribus ſeu triplici illa criſta Græcorum τριλοφία ſeu τριφάλεια. Arbitrantur etiam autore Suida Geryonem dictum fuiſſe τρικέφαλον, non quod monſtroſus tria capita ſed totidem criſtas habuerit. Addebant etiam nonnunquam Græci & Latini galeis caudas equinas vel jubas, ſed tinctas, plerumq; phænicias (Achillis perhibentur aureæ) *Virg.*

Criſtasque hirſutus equina. Idem: *Criſtantes galeæ*, vel *criſtæ* comantes. *Silius: horridus & ſquamis & equina curio criſta.* Exiſtimat vero *Cluverius* primas criſtarum has ſetas equinas, Homero memoratas fuiſſe, harum autem jubarum primi autores apud Herod. Æthiopes Aſiatici fuere. Dein fere apud omnes gentes pro ſetis equinis uſurpatæ pennæ avium. Ovid. de Minoe metaph. 10. *ſeu caput abdiderat criſtata caſſide*

eas side pennis in galea, formosus erat (conf. *de Parthis* Curt. quod se & equos pennis exornarint) *comantem Androgei galeam* Æn. 2. quod Serv. ad h. l. interpretatur cristatam, quia, inquit, de caudis animalium habebant cristas, & ad illud Æn. 10. Dardaniis ornat telis clypeumque jubasque : propter equinam caudam inquit, quæ esse solebat in galeis. Ex hoc ille jocus B. Luth. apud Rein. Reinecc. **von der Meißner / und auch des Adels anfänglichen herkommen / p. 178. daß ob gleich die Reuter den Gelehrten nicht hold wären / doch nun selber bekenneten / daß der stand höher wäre / als ihr eigener / sintemahl sie vor die roßschwäntze / so sie vor zeiten getragen / nun federbüsche auffgesteckt.** conf. Hæping. de jur. insign. c. 9. n. 609. Laudant Polyænus & Herodotus cristarum inventores Cares, qui apicis loco utebantur figura Galli gallinacei, pro honore solum pugnare soliti: unde eandem Minervæ statuæ Phidias adjecit. Finis cristarum fuit, ad ornatum, ad terrorem & ut dignoscerentur apud Polyb. Video etiam alicubi originis causa apicem assumtum, quod arguit illa stella, quam monstrandæ stirpi Julius Cæsar & Augustus ap. *Sil.* 13. v. 877. in galea gestarunt. conf. Virgil. 8. Æneid. 680. Sic & majorum facta, ut corvus Corvinorum ap. *Sil.* 5. v. 76. Dein religionis professio etiam aliquem hic locum obtinuit, ut cum Constantinus Magnus notam super galea æque atque in vexillo gestare solitus est. De eodem ajunt, clavum aptasse galeæ, ex illis unum, quibus Servator cruci affixus perhibebatur, ut ex Platina refert *Spelmann.* conf. *Limn. Iur. publ.* 6. 6. 74. *Hæping de jur. inf. c.* 9. §. 4. *m.* 6. *n.* 541. *seqq. & m.* 7. *f.* 2. *n.* 578. *& seqq.* 586. 597. *Alex. ab Alex. gen. dier.* 1. *c.* 20. Ex gladiatorio ordine etiam pinnas vel cristas gestarunt Hoplomachi s. Samnites. Unde pinnirapi dicti, qui cum Samnite compositi. Alioquin plebejis solas galeas, non item apices fuisse permissos, satis probat Campanile dell' arm. c. 11. pag. 17. ex illo *Lucani* de M. Bruto.

Illic plebeja contectus casside vultus
Ignotusq; hosti, quod ferrum Brute tenebas.

§. XXXIII. Germanos nostros quod concernit, late de illis differit patriæ lumen *Ph. Cluverius German. antiq.* L. 1. c. 44. Cumque *Stevvechius* crediderit nostrorum insignium apices ab Ægyptiis descendere, quorum reges caput leonis, tauri, draconis, principatus insigne (imo nonnunquam etiam arboris effigiem, ignem, quandoque non parum redolentium suffimentorum, non solius decoris sed & stuporis & superstitionis aliis incutiendæ gratia, *Spelman. aspil.* p. 64. conf. *Natal. Com. Mytholog.* L. 8. pag. 840.) capite gestarint; ab his enim descendisse ad Græcos, inde Romanos : collectionem ulteriorem ad Germanos non fert Cluverius, nisi & Americanos dixeris illis didicisse auctoribus. Existimat ergo potius Celtas omnes mores suos ex ipsa dispersione gentium in Celticam intulisse, ut nec ab alia origine Græci suos. Diod. de gallorum galeis ait, quod aliis cornua affigant, aliis avium, aut quadrupedum formas : Ita & de Celtiberis cristas puniceas memorat. De Cimbris *Plutarch.* alatas cristas. Ita & *Lipf.* insignia nostra inde deducere amat, quia ipsi majores studiosi fuerint hujus ornatus. Circa Anglos suos observat *Spelmann. aspil.* pag. 63. apud eos morem cristas portandi Edoardi III. Regis tempore introductum. Germanorum mores.

§. XXXIV. Porro observandum est circa apicem, quod etiam eo tempore, quo jam solenne erat, ut signum quod semel scuto inscriptum perpetuo etiam à posteris retineretur, apicem tamen variari nostris insolens non fuerit. Ita ut videatur res diu fuisse arbitraria. Nostris vero moribus nunc apex non minus quam figura scutaria cuivis familiæ proprius servatur. Confirmat quod dixi post multos alios *B. Herzog Chron. Alsat.* l. 6. pag. 234. **Es ist die änderung der Helmkleinodien etwan bey den Adelichen Geschlechtern vor zeiten sehr gemein gewesen / also / daß zu zeiten auch Vatter und Söhne nicht gleichmässige Helmkleinodien gehabt. Doch haben dieselben Geschlechter alle in den Schilden nichts geändert / sondern ein jedes sein Schild jederzeit gleichmässig behalten.** Imo ut idem vir in alia expeditione, alio apice, quam forte alibi usus, se insigniret, inconveniens habitum non est. Vide varios unius familiæ *Mülheimiæ*, cujus scutum invariatum manet, apices, nec non *Zorniæ* **Wapenb.** ex Herzog Chr. Alf. c. 6. p. 260. & 298. **Der von Mülheim Geschlecht ist vor zeiten sehr groß und weitläufftig gewesen / also / daß sie zum unterscheid 22. Helmkleinodien geführt / und doch die schild** Apices apud Veteres sæpe mutati.

als gleichmässig behalten: De Zorniis : **daß sie 31. unterschiedene Helmkleinodien und zunahmen geführet haben.** Deinceps subdistinctionibus inservire cœpere diversi apices. Conf. c. 8. n. 32. Inde est quod *Limn. Iur. publ.* 6,6. 85. uti à scutario symbolo apex differt, hoc antiquius pronunciat.

Io apice figuræ, quibus nullæ in scuto respondent.

§. XXXV. Exemplo Ducum *Brunsvicensium* (vid. Hist. insign. L. 2. c. 9. n. 9.) liquet, nonnunquam apud Veteres, symbola antiquiora cum aliis in scuto locum cedere coacta sunt, in apicem assumta esse, ne omnino memoria periret. Ita enim equus Saxonicus clypeo excluſus in eorum casside salit. Exemplum vero Ducum Wirtenbergicorum (Hist. insign. L. 4.) docet, galeas nonnunquam scuto imprimi tales, quibus in scuto nihil respondet, nam memoriam Uraci galea, non etiam clypeus in principum illorum insignibus servat : Viciſſim idem & centum alia docent non omnibus laterculis peculiares galeas respondere. Quod inde ortum puto, quia serius multiplicari cœpere galeæ, cum jam scutum in aliquot areolas secari non esset insolens.

Figuræ apicis pluribus scutariis respondentes, & galeæ multiplicatæ.

§. XXXVI. Nonnunquam ex eadem ratione, quod priscis minus conveniens visum est, uni viro diversas cassides, quas simul capiti imponere nequiret, attribuere, æque ac duo scuta assignata non videmus uni galeæ, in apicem tamen contractis aliquando pluribus figuris (uti nec clypeos partiri & variis figuris replere, indecorum fuit) aliquot laterculis respondet (vid. exempla in armis Palatinorum, Saxonum, Brunsvicensium.) Et tum aliquando fit, ut utrinque aliis coloribus tingantur quæ dependent laciniæ pro ratione diversæ quæ diversos laterculos afficit tincturæ. E. g. *Castel* (Baron.) (α) cum clypeo utatur quadripertito ex minio & cyaneo, locatis in singulos quadrantes senis liliis, illis argenteis, his aureis, uno utitur apice, nempe coronatæ galeæ impoſito jugo complicato alarum nigrarum liliis aureis pictarum, Laciniæ vero dependentes, hinc ob quadr. 1. & 4. argenteæ & coccineæ, isthinc ob 2. & 3. argenteæ & cæruleæ sunt. Sic & *Hohenvvarth* (Austr.) (β) ubi Laciniæ hinc argenteæ & miniatæ, isthinc aureæ & nigræ. Quia vero tandem tot areolas in scutum variè sectum compingendi consuetudo invaluit, ut totidem apices contrahere unique galeæ imponendi possibile non esset, non amplius religioni sibi duxere, galeas duas, tres pluresve (imò totidem ut margo supremus non omnes capiat, sed aliquas lateri scuti adjiciendi, vel juxta illud collocandi necessitas fuerit. Vide varia exempla *Baden* Wap. 1. pag. 8. vid. Hist. insign. L. 2. c. 4. n. 12. *Kevenhüller* Wap. 1. p. 20. Hist. insign. L. 2. c. 47. n. 8.) eidem clypeo imponere. Qui mos lapsu temporis omnem absurditatis speciem deposuit. Et quidem postquam duas permissum est gestare, cur non liceret plures ? quæ enim ratio, quod unum caput non nisi una galea tegi possit, plures excludit, æque duas ? Id vero magis mireris, aliquando parmæ simplici nec nisi una figura constanti duas imminere galeas. Cujus exempla habes in *Eberstein* (Com.) (γ) *Geroldseck* (Baron.) (δ) *Harrach* (Baron.) (ε) *Duefenbach* (Baron.)) (ζ) *Staufen* (Baron.) (η) Cujus rationem aliam reddere nescirem, nisi hanc, quod uti §. præced. vidimus apice non uno olim uti soliti fuerint, qui ejusdem familiæ fuere, sed pro suo arbitratu alii alios assumsere. Factum ergo est inde, ut aliquando posteri, memoriam servare vellent plurium, adeoque cum unus sufficere posset, adhiberent plures. Inprimis cum stirps aliqua in duas lineas abierat, & hæ apice solo distingui amaverant, altera extincta, linea superstes credidit sibi jam accreviſſe alterius cimerium. Porro cum ex quacunque causa eidem scuto incumbant plures galeæ, ratione ordinis vel dignitatis ordinarie quidem primaria est media, non tamen semper id obtinet. Uti allegatum exemplum Wirtenbergicum monstrat. De eo magis mireris, quod apud Germanos etiam dignitatis notæ apici nonnunquam inserantur ; Quod inter nostros insignia Electorum, & qui horum vicarii sunt, docere queunt. Conf. c. 7. n. 11.

Analogia figurarum scutariarum & apicis.

§. XXXVII. Figuris, quæ apicem constituunt, id commune est, ut scuti vel δείγματος in illo contenti vel utriusque colore tingantur : unde plerumque ad scuti secti modum, secatur etiam apex, imo sæpius ipsæ figuræ repetuntur in apice, ut figura hujus primaria istius receptaculum æque fiat, ac scutum fuit : ad quod indican-

(α) Wap. I. p. 20. (β) Wap. I. p. 19. (γ) Wap. I. p. 14. (δ) Wap. I. p. 19. (ε) Wap. I. p. 20. (ζ) Wap. I. p. 23. (η) Wap. I. p. 24.

indicandum sufficere credidi, si in exemplis quoties occurrerunt, dicerem, ad modum seu normam scuti sectum, pictum vel tinctum esse. Alius si color apicis sit, indicio est, ascititium esse, cujus exemplum denuo esse potest Wirtenbergico scuto impositum cornu venatorium à tinctura laterculi cui respondet, differens. (vid. Hist. insign. l. 4.) sed in propatulo est ratio, quia Uracensis potius quam Wirtenbergicus apex est. Conf. apicem Brunsvicensem &c. Aliquando tamen naturalis figuræ apici servientis color servatur sine alia ratione. Inde nemini mirum esse debet cygnum *Hanovum* (licet cantheriis aureis & coccineis respondeat) candidum esse (vid. Hist. insign. lib. 2. cap. 41. num. 16.) vel pavoninas caudas versicolores plerumque sine consideratione tincturæ, quæ scuti est, pingi, nam ille nativus color est.

§. XXXVIII. Figurarum, quæ apici serviunt, numerum vix facilius invenieris, quam earum quæ in clypeis pinguntur. Neque vero animus est, eas hic enumerare omnes, multo minus quæ singularum significationes s. sint s. fingantur, adferre, præsertim quia ex cap. 5. repeti poterit, cui lubitum est, quæ ad hanc rem quisque commoda crediderit. Hic tantum illas recensebimus, quæ ante alias vel communiores vel rariores sunt. Figuræ apicis frequentiores.

§. XXXIX. *Cornua* primum hic locum occupanto. Fuere autem ea etiam apud priscos in usu, adeo ut inde nonnunquam cornuum nomine Cornua veteribus in usu.

(*ensemque clypeumque & rubræ cornua cristæ. Virg.* 12. *Æn.*)

totus apex intelligendus veniat. Vid. *Hæping. de Iur. insig. c.* 9. §. 4. *n.* 581. Æg. Gelen. de Col. Agr. Magn. l. 2. s. 45. p. 214. *Cum adhuc in milite vetus disciplina & Romana virtus vigeret, olim Romanæ cohortes & legiones amarunt cornutæ appellari, nam à superatis inimicis fere gloriosa asciscebant nomina, quin igitur obvium est barbaros ferarum cornutis exuviis se in præliis ad terrorem contegere, hinc à detractis cornibus cornutorum arma & nomina videntur permanare, aut etiam ab ipsis feris superatis, nam venatoria nobilem & militarem virum decet.* Pyrrhus ap. Plutarch. usus est τοῖς τραγικοῖς κέρασιν, hircinis cornibus: iisdem Philippus R. Macedon. ap. Liv. l. 27. Ita & Thraces, Mysi & Teucri super æneas galeas bovis aures & cornua apposuerunt: nec non Galatæ vel cornua æneis galeis affixa vel avium quadrupedumque facies in illis expressæ habebant. *Spelmann. Aspilog. p.* 63. Apud *Diodorum* Hammon arietis caput effigiatum habuit, quod hoc signo galeam in bellis ornatam gestasset. Inde exemplum imitatus est Alexander & successores aliqui. Ab his cornibus Alexandro nomen ab Arabibus hæsit רו אלקרנין Δίκερως: vel quod cornuta ejus effigies in numis extaret: vel quod Orientis & Occidentis victor fuit. *Ut Gol. in Lex. Arab. p.* 1896. Numos tales expressos videre licet apud eos, qui Græcos exhibent. Tryphonis etiam imaginem cum galea cui cornu infixum est, edit Villalp. & juxta Com. à Bap. Luc. p. 83. Cornelius Pontifex pingitur cum cornu, quia restitit Decio martyr constantissimus. Nec mirum de hoc figura videri debet, quod pluribus placuerit: cum roboris, fortitudinis, potentiæ & regni habita sit symbolum: Ita P. Elias Germ. in מתורנמן voce קנן perhibet. כל קרנות רזכריה מתורנמים מל כותא: Hoc est, ubicunque in Zacharia Propheta occurrit nomen cornuum, Chaldæus de regno interpretatur. Ita Astarte Sidoniorum Dea taurinum caput tanquam insigne regni sibi imposuisse dicitur ap. *Seld. de D. Syr.* 2. 2. p. 243. Conf. Salom. Glass. Philol. Sacr. V. I. II. p. 1267.

§. XL. Non ergo mirum est, nostro seculo & proximis complures etiam ex nobilitate fuisse, qui cornua apicis loco usurparunt: inprimis in Germania. Quem morem adv. irrisores tuentur *Limn. Iur. publ.* 6, 6. 95. & *Tom.* addit. V. p. 61. *Hæping. de Iur. insign. c.* 9. *n.* 322. *seq.* Neq; vero unius generis sunt ea quæ in galeis eminent. Vides 1. *cervina.* Talibus superbiunt galeæ familiarum *Hornstein* (Rhen.) (α) uno nigro & curvato *Hirschberg* argenteo & rubeo (Rhen.) (β) *Rätzniz* (Rhen.) altero argento & cyano fasciato, altero coccineo (γ) *Gladenböck* (Brunsv.) (δ) aureo & cæruleo, *Schencken de Schenckenstein* (Suev.) (ε) altero nigro & argento, altero auro & cocco fasciatis, sed ut dactylis singulis lateralibus foliola adhæreant &c. Apud nostros cervina, arietina, bubalina. An proboscides elephant. Addita quandoq; alia, inprimis auris.

(α) Wap. I. p. 127. (β) Wap. I. p. 125. (γ) Wap. I. p. 127. (δ) Wap. I. p. 148. (ε) Wap. I. p. 116.

2. *Arietina*, quæ ita pinguntur, ut appareant γραμμαὶ ἀποπρευθεῖσαι κύκλῳ πρὸς τὴν ῥίζαν, lineæ quæ quotannis radici ut torno inductæ adnascantur. Talia sunt cornua aureum & nigrum, quæ galeæ coronatæ imposita & caudam pavoninam stipantia apicem constituunt fam. Baron. *Kurzen*. (α) Tale etiam est, nisi ex nomine *hircinum* malis in apice fam. *Geisberg* (Suev.) (β) 3. *Bovina* & *bubalina*. Hæc vel ad naturæ normam pinguntur ut acuta stnt, vel extremitatibus repandis & apertis. Vidi aliquibus hæc appellari **Lohehörner.** In Diplom. Cæsar. nuncupata vidi: **Zwey mit den mundlöchern außwerts gekehrte püffelshörner.** Figura visu ex picturis agnoscenda est. Cæterum vix dubito hanc diversitatem in se nullam, & figuram quæ nunc vulgaris est, pictorum arbitrio natam esse. Ita duo cornua fam. *Ranzov*. apex **Wapenb.** I. p. 180. pinguntur extremitatibus repandis. Sed **Wap.** III. p. 154. simplicia. Ita **Wap.** I. p. 71. fam. *Nostiz* (Silef.) gestat cornua duo tessellis argenteis & rubeis picta in scuto cæruleo: quæ in galea repetuntur extremis repandis. Ita ap. Bernh. Herzog. Chr. Alsat. l. 6. p. 267. cum de familia Neuenstein agit, promiscue apparent utroque modo picta cornua. Talia vero nonnunquam in scutis pinguntur. Ita hujus generis duo alterum argenteum, alterum rubeum, in scuto ad perpendiculum secto & alternis coloribus his distincto gestat famil. *Filtz* (Silef.) (γ) (Hæc vero frustra proboscides elephanti interpretatur, Paillot vero proboscide, quod & aliis exteris in explicatione horum cornuum usuvenire solet.) Item duo nigra in rubeo *Gaffron* (Silef.) (δ) aureum in cæruleo *Barschker* (Silef.) (ε) duo nigra utrumque exterius quaternis foliis viridibus exornata in argenteo *Naschwitz* (Silef.) (ζ) Ita in bipertito ex cæruleo & argento gestat duo talia cornua, quorum utrique tres rosæ cum petiolis adhærent, tinctura areæ opposita. *Gâffruck* (Styr.) (η) Quin & basis duobus talibus cornibus cæruleis in scuto aureo additur pro *Schadner* (Austr.) (θ) Quod modo de proboscide dixi, alius conjecturæ me admonet *Gelenii*, qui & confirmat proboscidis conjecturam, & aliam propriam adfert, de Col. Agr. magn. L. 2. s. 19. p. 172. *Cornua quæ supra galeas ostenduntur, ex Romana antiquitate repetens lituos interpretor, cum in extrema cupide abstruncata sunt, & non nihil se exspatians exhibent orificium. Appellat quidam cl. vir proboscides: quo vocabulo eum galearum ornatum ad veterem militiam videtur referre, nihilque Scipionibus Africanis posset aptius congruere, quia solent veteres nummi exhibere caput Africæ vestitum proboscide & exuviis elephantinis &c.* Cyr. Spangenb. **Adelsp.** P. 2. L. 12. c. 41. p. 332. cum apices recenset, inserit: **Elephantenschnautzen/ wie es etliche nennen/ andere aber** cornua copiæ **daraus machen/ wie zu sehen auff dem Sächsischen Chur-Wapen.** Porro cornibus non illud tantum commune cum reliquis figuris est, ut nempe cum parmæ in aliquot partes sectæ imponuntur, sectione afficiantur, seu ad ejus normam tinctura alternetur: vel ut fasciæ, balthei, aliæve scuti figuræ illis etiam inscribantur, tum ut utrique stipent eam figuram, quæ in apice medium locum occupat: Verum hoc etiam peculiare illis est, quod plumis, globulis, floribus &c. ornentur, & quidem duobus modis. Nam vel hæ figuræ inseruntur præfatis extremitatibus repandis & apertis (forte diceret quis, hanc primam hujus figuræ rationem fuisse, ut aliquid inseri possit) vel exteriori curvaturæ adhærent tanquam adglutinatæ. Exempla utriusque ubivis obvia sunt. Thuringiæ cornibus adduntur rutæ ramuli 5. **Rautenstengel.** Spangenb. **Adelsp.** P. 2. L. 12. c. 41. p. 322. Demum exempla quædam sunt, in quibus adduntur cornibus aures. Ita in apice fam. *Halder* (Bavar.) (ι) cornibus nigris sed rubea & argentea fasciis exaratis adduntur aures candidæ.

(Aures

(α) **Wap.** *I. p.* 27. (β) **Wap.** *I. p.* 113.

(γ) **Wap.** *I. p. 51. cornua scutaria.*

(δ) **Wap.** *I. p. 52. tres corollæ pavoninis pennis conserta. A falsitate excusari possunt insignia, quia cornua natura nigricant. Laciniæ etiam sunt nigræ & rubeæ.*

(ε) **Wap.** *I. p. 70. ex casside coronata prodeuntia duo cornua rubea, quorum ora exterior utrinque exornatur ternis scyphis aureis sine operculo.*

(ζ) **Wap.** *I. p. 66. cornua cum foliolis. Laciniæ argenteæ & nigræ.*

(η) **Wap.** *I. p. 49. ex coronata galea, duo cornua scutaria cum rosis.*

(θ) **Wap.** *I. p. 40. Figura scutaria coronata galea imposita.*

(ι) **Wap.** *I. p. 85.*

(Aures hæ docent cornua talia extremitatibus apertis nihil artificiosi vel factitii sed bubalina, quales aures sunt, cornua designare.) Ita aures etiam argenteæ adduntur cornibus ejusdem metalli nigris maculis pictis *Sandicell* (ϰ) (Bav.) Idem fit in galea priori Bar. *Eitzing.* (λ) quæ cum auribus cornua nigrum & rubeum, utrinque ternis globulis argenteis exornata, sustinet; & *Schvvalbach* [Rhen.] (μ) ubi aures rubeæ repræsentant impressos scuti argenteos annulos (an quia cornua argento & nigro, qui color alienus à scuto est, divisa, adscititius apex sunt?) Ex antiquitate huc spectat, quod Æthiopes auxiliares Xerxis gestabant pro apice cornua cum longis auribus, ut ostenderent, se paratos esse ad obediendum ducibus militaribus.

§. XLI. Vix rariores cornibus sunt *alæ*. Eminerit autem ex galea vel unica ala (*demy vol* Gallis) vel alarum jugum: (Gallis *vol.*) Duæ si sint, vel expansæ sunt, vel altera ita post alteram latet, ut tantum aliqua sui parte promineat. Gelen. de Col. Agr. magn. L. 2. s. 35. p. 200. ita: *Quibusdam origo divinior persuasit, ut in armis & supra galeam alas gererent, quod stirpem gentilitiam repeterent à galerito & talarigero deastro Mercurio.* Quod tamen de Christianis mihi non persuaserim. Exempla passim obvia sunt omnium modorum. Cæterum frequenter alæ non tantum iisdem sectionibus afficiuntur, quibus forte ipsum secatur scutum gentilitium, verum etiam sæpius ipsa symbola scutaria, alis tanquam solo inscripta, hoc modo in apice repetuntur. Aliquando vero figuram scutariam in galea repetitam, media in ala adpositæ stipant. Alæ apici adhibitæ.

§. XLII. Affinis apex ille est, qui *plumis* superbit: & inde jam apud antiquos nomina: *plumeæ cristæ, plumeus apex, plumea corolla.* Notat vero *Hæping* inprimis placuisse priscis huic usui alas & pennas aquilinas, cygneas, pavoninas, struthionicas de insign. jur. c. 9. §. 4. m. 8. n. 597. seq. Possunt vero ejusmodi plumæ, non solum pro gestamine & ornamento capitis, quod quisque suo arbitrio assumserit, haberi, verum aliquando galeis hostium victrici modo ablatas significare plumas. *Varenn. R. d'arm.* P. 4. p. 548. Præ aliis vero frequentes sunt plumæ *struthionicæ*, haud dubie, quia nobilioribus in familiari usu fuit illud ornamentum. Verum ne quidem galli gallinacei pennas dedignantur. Nam & hæ olim à viris primariis usurpatæ leguntur seculis superioribus, quibus nondum in locum simplicitatis fastus successerat. Ita annales Hassiaci referunt de Henrico (qui 1483. vivis excessit) cum panno laneo indutum pennas galli gallinacei pileo ornamenti causa imposuisse. Observat vero Æg. Gelen. de Colon. Agr. magn. L. 2. s. 12. p. 158. 162. *Sæpe ex errore in pennas transformari figuram, quæ ramus sit palustrium gladiolorum vel juncorum vel mariscí, cujus usus ex antiquitate militiæ veteris servatus in galearum ornatum transiit, dum sub prima bellorum incunabula fœni & palustris herbæ manipulos pro ordinum signo erigebant, unde hujusmodi ramusculus (& quidem apud omnes nigri coloris) aut scutaria vel plumaria pannicula (nam plerique in plumarios gladiolos seu gallinacei pennas mutant) frequens est in antiquissimis armis:* Iterum s. 42. p. 212. *Plumaria pannicula modo fere ex incurvis gallinacei pennis, olim ex arundineto nigro aut gladiolis palustribus erat. P. p. Est hujusmodi palustris surculus & quidem non prasino verum uno similique atro colore plurimis & veterrimis stirpibus communis supra galeas, uti videre est in galeis,* Schænvvetterorum, Hundiorum de Saulheim, Gymnichiorum, Sinzichiorum, Benesisorum, Gulpiniorum, Duviniorum, Zandtiorum, Ottensteiniorum, Mezenhausiorum, Erlachiorum, Heppenheimiorum, Sanverdenorum, Halliorum, Schonbergiorum, Berstheiniorum, Niehofiorum, Drachenfelsiorum, Sombrefiorum, Imfenorum, Carbenorum, Breidenbachiorum, Sturmerorum de Neupetter, Scheckendorfiorum, Advocatorum de Salzburg, Devvdichiorum, Heimbachiorum, Caracciolorum *in Italia & plurimorum aliorum, qui omnes palustrium juncorum, mariscí & herbarum non virentem sed atram panniculam plumariam gerant supra cassidem, ut videatur res ab Ethicis originem habere, & extortam invitis palustribus nominibus victoriam, idem singulis ater color significare. P. p. Simili ratione aquaticæ victoriæ & superati* Plumæ.

(ϰ) Wap. 1. p. 78. (λ) Wap. I. p. 22.
(μ) Wap. I. p. 124.

paluſtris deaſtri ſignum intelligo ſuper galeas junior. Nonnunquam facſculi ſunt è pennis contexti (niſi folia & his contextos thyrſos credere malis) tales candidos duos pileolo nigro, cujus ora reducta rubet, impoſitos conſpicimus in galea media *Rhingrav*, ſeu *Com. Rheni.* Vide Hiſt. inſign. l. 1. c. 76. n. 9.

Pennæ pavoninæ.

§. XLIII. Non infrequens etiam uſus eſt pavoninarum pennarum. Idque ex antiquo. De Honorio *Claudianus* de VI. Conſul. v. 573. *Quod picturatas galeæ Iunonia criſtis Ornet avis.* Et Panegyriſta ad Maximian. *offert tibi etiam nunc puero galeam, auro gemmisque diſtinctam & pennis pulchræ alitis eminentem.* Conf. D. Blondell. Geneal. Franc. T. 2. p. 356. Imo ſæpe integra cauda hujus avis, vel ſyrma modice divaricatum apicem conſtituit. Nonnunquam in illa cauda figura aliqua conſpicitur. Exemplum dat apex fam. *Taxis* (α)) in quo caudæ inſcribuntur cornu venatorium ſeu potius quo veredarii uti ſolent (**Poſthörnlein**) indicando muneri, cum feudi imperiali poſtarum cura *Taxiis* collata ſit. Caudam nonnunquam aliæ figuræ circumſtant ut ocreæ duæ aureo in apice *Ehrenberg* (Franc.) (β) Alibi non integra cauda, ſed aliquæ pennæ erectæ conſpiciuntur. Nonnunquam primariæ apicis figuræ ornamentum acceſſorium ſunt hæ pavoninæ pennæ. In Suecia *Guldenſterniorum* galea geſtat duo brachia tenentia ſpeculum argentei coloris ſerto cæruleis & flavis herbis redimitum, & 7. pavonaceis pennis in circuitu decoratum. Sic & Ivari *Plaa* Sueci galeæ imminebat ſpeculum ſeptem manipulis plumarum pavonacearum ornatum. A quo non valde abludit apex *C. Kirchberg.* Alibi in ſertum diſponuntur pennæ hæ. Triplex ejusmodi ſertum imminet galeæ fam. *Gaffron* [Sileſ.] (γ) Nonnunquam theculæ inſeruntur hæ pennæ. **Schafft mit Pfauenfedern.** Frequenter bacillis etiam imponuntur. Alicubi bini bacilli tertio tranſverſo, qui cygni collum tranſverberat, ſuſtentantur. Vid. *Gundelfingen* in *Helfenſtein.* vid. Hiſt. inſign. l. 1. c. 35. n. 9. Ex plumis his quas capiti & galeæ imponant, non uti Veteres ſoliti equorum caudas, Nobilibus confeſſionem exprimit Lutherus, quod Doctorum arma propius, cum gladiis humeros accingant, præferunt.

Hermæ.

§. XLIV. Hermæ viriles vel muliebres, juveniles, regii, Mauri, ſine brachiis & pedibus non minus crebro conſpiciuntur. Quod Hermas illos ſeu pectorales ſtatuas attinet, conf. *Blondell. plen. aſſert. Geneal. Franc. Tom. 2. p. 352.* Qui Chifletium ridet, quod velut parva trophæa geſtatos dixerit. Cæterum loco brachiorum ſæpe aliquid aliud adglutinatur his ſtatuis : inprimis cornua vid. Exempla *Fleckenſtein* (δ) vel cornua cervina, roſis ornata ut *Thierſtein* [Blondell. loco citato vocat *binos roſarum ramales*] (ε) vel alæ, vide *Nippenburg* [Suev.] (ζ) vel piſces, ut in apice *Mompellicardenſi* Wirtenbergiorum videre eſt (η) Aliquando hermæ hi monſtroſi ſunt : ut cum aures aſininæ appingantur, vel cornua, ut *Schenck de Winterſtetten* [Suev.] (θ) Aliqui nudo capite ſunt, alii pileos non unius generis geſtant, alii coronas, alii mitras epiſcopales, ſerta, &c. Circa habitum obſervandum eſt, alios nudos pingi, alios veſtitos. Ita nudus eſt puellaris herma *Thierſteiniorum*, quod Blondell. notat, & expreſſæ mammæ ſpecies docet. Cum veſtiti ſunt, color veſtis plerumque ſcuto reſpondet, etiam cum hoc ſectum eſt, ſimili ſectione aſſumta. Obſervandæ etiam ſunt oræ reductæ, ſi tinctura earum differt.

Humanæ aliæ figuræ. Vel Angelorum aut Sirenum.

§. XLV. Præter hos hermas, nonnunquam imago hominis integri, vel ſaltem umbilicotenus extantis galeæ imponitur. Integrorum hominum, adeo ut pedes etiam conſpiciantur, non tot ſunt exempla, ſunt tamen. Ita in galea fam. *Bretz* (Suev.) (ι) inter cornua ex argento & minio ſecta conſiſtit virilis imago acinace minax. Frequentius umbilicotenus extant icones. Circa eas obſervandus eſt habitus capitis, veſtis (niſi nudæ pinguntur) brachia & manus, quo iſta ſitu, & an aliquid teneant. Huc referimus imagines Sanctorum : uti fam. *Rohr* (Bavar.) (κ) galea diademate tortili tectæ imponit iconem radioſum virginis θεοτόκου, filiolum alteri complexæ. Quin & imagines Angelorum humana forma appa-

(α) Wap. I. p. 39. (β) Wap. I. p. 103. (γ) Wap. I. p. 52. (δ) Wap. I. p. 19. (ε) Wap. II. p. 19. (ζ) Wap. I. p. 111. (η) Wap. I. p. 6. (θ) Wap. I. p. 111. (ι) Wap. I. p. 113.

apparentium. Vide *Engelshofen* (Bavar.) (α) *Engelhard* (Silef.) (β) *Engelbrecht* (Alſat.) (γ) Sed & huc revocari debent icones monſtroſæ Sirenum: quales duæ galeæ *Korff* (Weſtphal.) (δ) impoſitæ tenent ſcutarium lilium imminentibus 3. aureis ſtellulis. Ita Meluſinæ quæ talis eſt effigiem pro apice geſtant in Gallis Domus *Luſignan*, *Rochefaucauld*, *S. Valier*, *Lanſac*, *S. Gelais*, *la Lande*, *la Coſte*. Varenn. R. d' arm. P. 4. pag. 549. 550.

§. XLVI. Certa etiam membra humani corporis nonnunquam acroſtolion galeæ conſtituunt. Ipſum caput humanum huic uſui adhibetur. Exempla aliqua, cum caput galeam mordens repræſentatur, & defluentes crines laciniarum vicem ſupplent, vidimus §. 24. In Gallia *Longuevil de Maiſons* inter aureas alas apium locat vultum humanum capillis prolixis & barba cana, *Sancerræ* Com. caput regis capillis & barba promiſſis, *Linieres* caput reginæ capillis ſparſis. Frequentius ſingula vel bina brachia ex galea prodeunt nuda, veſtita, armata. Aliquando crura & pedes. Qualia exempla facile colliget ipſe, qui librum armorialem luſtrare volet. Humana membra, caput, brachia, crura.

§. XLVII. Præter humanas imagines, beſtiarum etiam figuræ in galeis conſpiciuntur, aliquando integræ ut galeæ inſiſtant, plerumque dimidiatæ ſeu exorientes, aut exſurgentes vel naſcentes, ut vocare amant. Græci θρῶμα nominant, illa anteriora animalis alicujus (ut & humanæ figuræ. Inde Joſephus memorat θρώμια Cæſarum in ſignis Romanorum) confer de illis *Blondell. Plen. aſſert. Geneal. Franc. T. 2. p. 356.* Cum ex Diodoro Ægyptiorum, qui leonis, draconis, tauri θρῶμα tanquam principatus inſigne adhibuerint, & Germanorum, qui terribiles videri amabant, mores componit. Cui illud *Campanilii dell' arm. c. 12. p. 18.* convenit, cum animalia galeæ impoſita rapacia aut chimærica & monſtroſa eſſe debere credit, ut melius antiquis reſpondeant, atque terrori inſerviant. Beſtiarum figuræ, vel θρώματα.

§. XLVIII. Integræ plerumque pingi ſolent aves: *aquilæ*, talis nigra inſiſtit galeæ fam. *sebergünz* (Helvet.) (ε) aquila coronata roſtro geſtans vexillum ſcutariis ſymbolis pictum *Puy du fou*. *Pavones*. Talem geſtant *Montmorencii*, *Tecklenburgii* (vid. Hiſt. inſign. L. 1. c. 11. n. 13.) *Cygni*. Talis inſiſtit galeæ *Steinfordiæ* (vid. Hiſt. inſign. L. 1. c. 11. n. 13.) *Reinecciæ* (vid. Hiſt. inſign. L. 2. c. 41. n. 8.) *Columbæ*. Talis apparet in galea. - - - *Corvi*. Ex antiquitate illud huc ſpectat: Aves integræ.

nomenque ſuperbum
Corvinus Phœbea ſedet cui caſſide fulva.
Oſtentans ales proavitæ inſignia pugnæ.

Ita etiam in apice *Schifer* (Auſtr.) (ζ)

§. XLIX. Nonnunquam tamen etiam naſcentes ſeu anteriora earum tantum repræſentantur, ubi alas expanſas eſſe neceſſe eſt. Aquila naſcens plures galeas ornat: nec non Cygnus naſcens, in apice frequens, talis argenteus auro coronatus (cunei coccinei temere ſparſi alas complent) notat *Bec Creſpin*. Frequenter ſolum cum collo caput cygni pingitur & quidem ejus roſtro, quem geſtat, annulus inſeritur. Pavo naſcens etiam apparet. Talis conſtituit apicem *Bethuniorum*, ſed conſperſus liliis Francicis. (*gorgé de France*, loqui amant.) cum jugo alarum Bethunio ſymbolo inſignium. An vero de volucre ſimul dici poſſit *naiſſant & volant*. Vid. ap. *Ferrand. Epinic. pro lil. pag.* 108. Earum naſcentium figuræ.

§. L. Ferarum & quadrupedum reliquarum non ſterilior in acroſtoliis proventus eſt. Integrarum exempla facile hinc inde colligere eſt, cum ſint frequentiſſima, ita ut quantum animal ſit Elephas, talis tamen turriger premat galeam *zur Gilgen Dn. in Hilficken* (Helvet.) (η) Feræ integræ,

§. LI. Frequentiores ſunt θρώματα. E. g. Leonis cujus collo ſæpius alia aptantur ornamenta, monocerotis, elephanti, cervi, canis, cujus auri imprimitur ſæpe figura ſcutaria. Draconis. Talis viridis, lingua ſanguinea, inter alas expanſas & auro atque cyano per cuſpides diſtinctas apex eſt *Chazeron*. Duorum qui dentibus & unguibus tenent ſcutulum coccineum *Gaſtebois* (Campan.) Huc referatur Cadmi ſerpens, Chimæra Turni ap. Virgil. 7. *Æneid.* 183. θρώματα.

Cui

(α) Wap. I. p. 97. (β) Wap. II. p. 53. (γ) Wap. II. p. 132. (δ) Wap. I. p. 188. (ε) Wap. I. p. 102. (ζ) Wap. I. p. 36. (η) Wap. I. p. 200.

Cui triplex crinita juba galea alta Chimæram
Sustinet Æthneis efflantem faucibus ignes.

Galea Bojorum regi erepta, quam T. Flaminius gestabat Sil. L. 5.

Vertice surgens
Triplex crista jubas effundit crine Suevo,
Scylla super fracti contorquens pondere remi
Instabat sævosque canum pandebat hiatus.

Animalium partes.

§. LII. Aliquando animalium partes visuntur : caput solum, vel cum parte colli, vel aures, quibus attentio ad sonum tympani & classicorum notatur. Conf. *Limn. Iur. publ.* 6, 6. 96. *Pedes.* Ita duos pedes equinos aureum & rubeum prominere vides ex coronata galea media Com. *Limburg* (α) *Cauda.* Conf. *Limn. Iur. publ.* 6, 6. 97. Joannes Lucenburgius M. Mag. Franc. usus est acrostolio cauda vulpina, ut se similem Lysandro ostenderet, qui vulpem leoni junctam voluit.

Montes & rupes. Turres. Castella. columnæ naves.

§. LIII. Videre licet aliquando montium vel rupium, inprimis cum sustentaculo aliarum figurarum serviunt, imagines cassidi impositas vid. *Leuvenstein,* (vid. Hist. insign. L. 1. c. 56. n. 7.) *Meichselrayn* Baron. (galea media) (β) *Hohenwarth* (Austr.) (γ) ubi inter nigras alas tricipiti insistit colliculo argentea turris seu specula cæruleo tecto. Unde mirum esse non debet, licet nec Hercules turrem vel columnam capite sustinuerit, turres etiam galeis impositas : Exemplum jam vidimus in *Hohenwarth.* addimus ista. *Thurn* [Com.] (δ) cassidi scendæ imponit turrem rubeam, *Lynar* [Com.] (ε) primæ argenteam *Saÿn* [Com.] (ζ) primæ (quæ dominium *Runckel* notat) castellum δίπυργον argenteum, *Wintour* (Angl.) turrem eum armato brachio tenente 3. plumas hostili galeæ ereptas, *Lancarota* (Hispan.) turrem argenteam, lapidum juncturis nigris & ex illa prospicientem equitem S. Jacobi, dextra argenteum gladium aureo capulo, læva caput aurum tenentem. Singulare est *Griesbeck* [Tirol.] (η) ubi inter duas galeas argentea turris insistit ipsi scuto. Nec minus columnæ quorundam insistunt galeis de his Cyr. Spangenb. **Adelsp.** P. 2. L. 12. cap. 41. pag. 332. **Triumphseulen/ gemeiniglich mit Pfauenfedern gezieret / oder sonst mit Zweigen umwunden oder gekröneten Seulen oder Scepter/ und oben darauff Kronen/ Pfauenschwantz / als die Graffschafft Berne/ gedoppelt/ als Orlamünde.** Ita *Bodenhausen* [Brunsv.] (θ) cassidi imponit columnam argenteam, plumis struthionicis argenteis & coccineis fastigiatam, & utrinque lunæ falcatæ imagine ornatam. *Campen* [Brunsv.] (ι) item auream pavoninis pennis superius ornatam (ante eam vero salit cervus) similiter *Bodendyck* [Brunsv.] (κ) Nonnunquam naves cassidi imponuntur : Cymbam nigram gestat fam. *Bonde* (Suec.) Huc malus cyaneis & aureis lineis exaratus cum dependente velo argenteo, cum aplustri argenteo rubea cruce insigni. Apex *Segger* [Austr.] (λ)

Flammæ

§. LIV. Alicubi vidi flammas tanquam ex galea erumperent. Vide *Hohenlohe* (Hist. insign. L. 1. c. 42. n. 5.) *Meyendorf* s. *Meinsdorf* [March. Brandenb.] (μ) galeæ diademate tortili tectæ inter 6. flammas aureas 5. pennas pavoninas imponit.

Vexilla.

§. LV. Alicubi vexilla conspiciuntur pro apice usurpata. Conf. *Limn. Iur. publ.* 6, 6. 98. *Hæping. de Iur. insign.* c. 9. §. 4. n. 683. Exempla sunt Duc. *Holsatiæ* (vid. Hist. insign. L. 3. c. 12.) *Mansfeld* Com. (Hist. insign. L. 1. c. 60. n. 4.) &c. Et quidem vel sola vel aliis figuris addita.

Pilei, latiores vel turbinati.

§. LVI. Frequentiores hisce modo allegatis sunt *pilei* omnis generis : quibus, uti alias quoque tegumentum capiti præbent, galeæ conteguntur : Sunt illi lati vel turbinati seu fastigiati. *Lati* **breite Hüt.** Non tamen omnino unius formæ sunt. Exemplo est ille, qui argento & nigro colore bipertitus & duabus pennis ornatus tegit galeam secundam *Winaberg* (Baron.) (ν) Inprimis etiam huc spectant plus illius formæ, qua Cardinales delectantur. Conf. §. 20. vid. exemplum *Reindörffer* (Bav.] c. 5. f. 5. m. 2. n. 14. *Dachsberg* (Bav.) c. 5. f. 3. m. 2. n. 12. inprimis

Mäming

(α) **Wap.** I. pag. 17. (β) **Wap.** I. pag. 19. (γ) **Wap.** I. pag. 35. (δ) **Wap.** I. p. 18. (ε) **Wap.** I. p. 18. (ζ) **Wap.** I. p. 19. (κ) **Wap.** I. p. 179. (λ) **Wap.** I. p. 40. (μ) **Wap.** I. pag. 178. (ν) **Wap.** I. p. 25.

Màming & *Præsing* (Bar. & Austr.)(α) ubi etiam noduli fimbriati dependentes conspiciuntur. Nec longè absunt mitræ illæ ducales, de quibus §. 17. diximus. Imponit vero tres tales mitras seu pileos rubeos, oris reductis hermonicis, coronatæ galeæ secundæ, adjectis ei, qui supremus est, plumis aliquot struthionicis argento & minio pictis *Vrsenbeck* (Bavar.) (β) Quod attinet ad turbinatos vel orientales, (quos *chapeaux pointus* seu *bonnets orientaux*, **spitzhüt** vocant.) De illis vide differentem adv. Labourerium *A. Franc. Menestr. l'art du blas. justif. c.* 8. *p.* 199. 200. Sunt vero inprimis duorum generum: Alii oram apertius reducunt, aliorum ora non æque apparet, vel corona tegitur, alii iterum retrorsum flectuntur, alii recti stant. Hi plerumque superius coronulam sustinent, & aliquot pennas pavoninas: Unde aliqui pro columnis habuere, quod in Labourerio suo improbat *Menestr.* d. l. Nec adeo abludit forma, ut non aliquando dubitari possit, pileus an columna agnoscenda sit. E. g. Saxonicus apex, visus Labourerio columna, sed est pileus ejusmodi turbinatus. Pileus turbinatus rubeus cujus ora reducta argento, nodus extimus auro fulgent, additis 3. plumis, quorum media cocco, reliquæ argento tinguntur, coronæ inseritur, & tegit galeam priorem fam. *Friedeshain* (Austr.) (γ) Aliquando pilei inverso situ galeæ incumbunt. Ut *Liechtenstein* Com. **Wap.** I. p. 18. mediæ galeæ impositum habet pileum, sed inversum, cæruleum, cujus ora reducta argento candet, ei vero inseruntur inter 3. cyaneas 2. argenteæ plumæ struthionicæ. *Chistvvitz* (Silef.) **Wap.** I. p. 61. duos tales pileos universos rubeum & cæruleum, oris reductis contrariam tincturam referentibus, galeæ imponit.

§. LVII. Non adeo rara etiam exempla sunt ventilabri angularis, ornati pennis pavoninis. **Schirm.** Solet autem plerumque illud ornari scutaria figura, atque ita aliquod quasi solum illi præbere. vid. *Trevir.* elect. (Hist. insign. l. 1. c. 91. n. 9.) Ita galea quarta Com. *Hardeck* (δ) tale ventilabrum sustinet, ornatum symbolis quadrantis secundi. (conf. Hist. insign. l. 3. c. 22. n. 9. Ventilabrum angulare.

§. LVIII. Nec vero omnes figuras, quibus uti solent, enarrare vacat. Id unum addo, quod sæpius ex scuto repetatur figura, quæ hoc occupaverat. Adeo ut etiam figuræ honorabiles, quorum usus in apice rarior, aliquando huc translatæ sint, ex ea ratione. Ita *Lambert*, cum scutum habeat ex minio & argento ascendentibus & descendentibus cuspidibus transverse sectum, imponit galeæ apicis loco 3. cuspides argenteas. Figuræ scutariæ honorabiles.

§. LIX. Non raro fit, ut inter galeam & apicis ipsam figuram aliquid intermedium interjiciatur, cui hæc insistit. In coronis id solenne est, unde exemplum non adduco. Sed & pileorum adhuc usus est, etiam Cardinalitiorum. Inversorum pileorum §. 56. exempla allegavimus, ex quibus huc spectat *Chistvvitz*, ita *Bosen* (Misn.) (ε) pileo ex argento & nigro bipertito, atque inverso inserit pennas galli gallina cei minio & argento tinctas. Intermedia inter apicem & galeam,

§. LX. Culcitra eidem usui servit, cujus extremæ oræ plerumque panniculis (quasten) diversæ tincturæ exornantur. Exempla ubivis obvia. Aliquando illa etiam erecta apparet, ut in famil. *Teuffel.* Nonnunquam sola culcitra galeæ incumbit. *Schencken de Sommau* (Franc.) (ζ) Culcitræ.

§. LXI. Antequam hinc abeamus, quædam singularia notare adhuc convenit, Fam. *Blacha* (Silef.) (η) utitur loco apicis sagitta rubea, quæ galeæ non imponitur, sed eam obliquè transverberat. An forte quod ex conflictu talis aliquando redierit? *Taubadel* (Misn.) (θ) præter apicem, quem pennæ galli gallinacei constituunt, per galeæ diadematè tortili tectæ clathros trajicit gladium. Forte ex eadem causa, *Biberstein* (Silef.) (ι) galeæ coronatæ imponit cornu cervinum, sed ex latere galeæ protenditur armatum brachium, gladio ictum minitans. *Wendte* (Westf.) (κ) præter apicem ipsum ex cassidè protendit brachium ex dextro latere, quod scutum amplectitur. *Griesbeck* (Tirol.) (λ) inter duas galeas scuto turrem scutariam imponit. Singularia quædam.

(α) **Wap.** I. p. 21. & 38. Cardinalitio pileo quo tegitur galea imponitur corona pavoninam sustinens caudam. Laciniæ argenteæ & coccineæ. Areas respondentes huic apici vide c. 4. n. 25. (β) **Wap.** I. p. 29. (γ) **Wap.** I. p. 37. (δ) **Wap** I. p. 15. (ε) **Wap.** I. p. 155. (ζ) **Wap** I. p. 104. (η) **Wap.** I. p. 59. (θ) **Wap.** I. p. 157. (ι) **Wap.** I. p. 56. [κ] **Wap.** I. p. 188. (λ) **Wap.** I. p. 44.

CAPUT VII.
DE ADJACENTIBUS SCUTO.

§. 1. *Scuto adjacentia.*
2. *Enumeratio.*
3. *Telamones vel ſuſtentacula.*
4. *Origo. Exempla in Germania.*
5. *Differentia exemplorum.*
6. *Non hæreditaria.*
7. *Adſcita ex armis vetuſtioribus, vel maternis.*
8. *Exempla Francica.*
9. *Ex Hiſpania.*
10. *Affinia Telamonum.*
11. *Dignitatum notæ. Apud Germanos ſcutis inſertæ. Eccleſiaſticorum pedum & enſis.*
12. *Officiorum regiorum apud Gallos notæ.*
13. *Torquium apud antiquos dignitas.*
14. *Torques Ordinum equeſtrium. Ordo S. ſepulchri.*
15. *Ordo S. Lazari & Mauritii.*
16. *Obſoleti, canis, galli gallinacei, genetta.*
17. *Ordo B. Mariæ de Lilio.*
18. *Melitenſis.*
19. *Templariorum.*
20. *Teutonicorum de Hoſpitali ſ. Marianorum.*
21. *Alii in Paleſtina.*
22. *S. Salvatoris.*
23. *De Montjoye.*
24. *Enſiferi Livonia.*
25. *S. Jacobi.*
26. *Calatravenſis.*
27. *Ordo Jeſu Chriſti.*
28. *Alcantaræ.*
29. *Glorioſæ Virginis Mariæ.*
30. *De Monteſa.*
31. *Portugallicus S. Jeſu Chriſti.*
32. *De Banda.*
33. *Aviſii.*
34. *Tabulæ rotundæ.*
35. *Periſcelidis.*
36. *Balnei.*
37. *Stellæ.*
38. *Annunciationis Mariæ.*
39. *Aurei Velleris.*
40. *Cygni.*
41. *Hyſtricis.*
42. *Cardui Mariæ.*
43. *S. Andreæ ſ. Cardui.*
44. *Elephanti.*
45. *Cypri ſ. Luſiniani.*
46. *Columbæ & rationis.*
47. *Draconis inverſi.*
48. *Cherubini ſ. Jeſu.*
49. *Spicæ.*
50. *Lunæ creſcentis.*
51. *Navis ſ. conchæ marinæ.*
52. *S. Michaelis.*
53. *S. Georgii.*
54. *Crucis Burgundicæ.*
55. *S. Stephani Papæ.*
56. *S. Spiritus.*
57. *S. Sanguinis Salvatoris.*
58. *B. Virginis de monte Carmeli & S. Lazari.*
59. *A Pontificibus inſtituti.*
60. *Alii à Pailloto notati.*
61. *Alia ſcuto circumdari ſolita.*
62. *Funiculi viduarum illuſtrium.*
63. *Papilio ſ. Conopæum.*
64. *Symbola rerum præclarè geſtarum.*
65. *Symbola ſ. lemmata epigraphica.*
66. *Symbola perſonalia.*
67. *Gentilitia.*
68. *Faſtuoſa.*
69. *Teſſera militaris. Origo.*
70. *Uſus in Heraldicis.*
71. *Exempla.*
72. *Ab urbibus vel arcibus deſumta.*

CAP. VII.
DE ADJACENTIBUS SCUTO.

Scuto adjacentia.

§. I. ITa conſideravimus, quas inſignium partes potiores cap. 1. diximus, nempe ſcutum cum ſuis figuris & galeam cum apice impoſito : reſtat ut appendices ſive ea quæ circumſtant ſcutum & reliquum apparatum conſtituunt, nunc luſtremus. De quibus id generatim monendum ſæpius illa abeſſe, ſine inſignium defectu, imo in Germania noſtra uſum eorum rariorem fere eſſe.

Enumeratio.

§. II. Referemus in hunc cenſum 1. Telamones 2. dignitatum & ordinum notas 3. ſymbolum 4. teſſeram militarem.

Telamones vel ſuſtentacula.

§. III. Quod *telamones* ſeu *atlantes* vel ſuſtentacula concernit, illi Gallis *ſupports* ſeu *tenants* vocantur : iſta differentia, vel quod prius nomen conveniat animalibus quæ pinguntur, tanquam ſcutum elevatum geſtarent, poſterius cum inſtar cuſtodum aſſiſtunt adpoſita manu vel pede, vel quod *Meneſtr. abreg. method.* p. 41. placuit, quod *tenentes* tantum ſint homines, angeli, dii gentilium, centauri, atque adeò humanæ aliquid ſpeciei habentes : *Supportantes* animalia. *Souſtiens* ſeu ſuſtentacula autem vocant, ſi cui figuræ innititur ſcutum vel ex ea ſuſpenditur, ut ſi ex arbore ſuſpendatur parma.

§. IV.

§. IV. Vocantur autem telamones figuræ animalium, qua repræſentantur, tanquam clypeum geſtent ſeu teneant. Eorum tempus ſcutorum in ſigillis uſu parum eſſe poſteriorem exiſtimat *Blondell. plen. aſſert. Geneal. Franc. T. 2. p.* 66.*.2. Pinguntur ſæpius geſtantes vexilla. Sunt vero in Germania non æque atque in Gallia vel alibi in uſu. Exempla noſtrorum illa ſunt *Colonienſe* (α) ſcutum tenet gryphus & leo, *Palatinum* (β) duo leones *Pomeranicum* (γ) duo viri ſylveſtres cum clavis, *Mansfeldium* duo gryphi aurei, *Schvvarzenburgicum* (δ) vir & fœmina ſylveſtris vexilla geſtantes, *Saynenſe* duo SS. *Marcellus & Marcellinus* patroni Eccleſiæ Valendaria. *Hæping. de Iur. inſign. c.* 9. §. 5. *n.* 709. *Hoheneck* [Auſtr.] (ε) vir comatus & bipennem dextra tenens &c. Ita & tenent ſcuta Civitatum *Argentinenſis* duo leones, *Wormatiæ* Dracones (Lindevvurm) *Baſilienſis* baſiliſci &c. Ex his multa ſunt, ubi per galeas proſpiciunt telamones: Nempe *Pomeraniæ*, *Hoheneck* &c. Porro ſuſtentaculorum originem à ludis equeſtribus petit ſæpe laudatus celeb. *Meneſtr. Orig. des arm. cap.* 3. *pag.* 175. quia in iis ſervi ac pediſequi Angelorum, deorum, æthiopum, hominum ſylveſtrium, leonum, urſorum, aliorumque animalium ſemper hilaritatis ergo induti, equitum ſcuta ſcircumferre conſueverant. **Die von Zürch zugen 1103. gen Baſel an ein faſtnacht/ mit einem würcklichen ſchimpffſpiel: die Wapen der 12. Ort waren gar zierlich zugericht/ nemlich 2. Baſilisken neben Baſeler/ 2. Löwen neben Zürch/ 2. Bären neben den Bärner Wapen ꝛc. und alſo durch alle Ort neben eines jeglichen ehrenzeichen zween boſſen/ wie ſie das in gewohnheit haben.** Sumpt. Chron. Helv. l. 12. c. 34.

Origo. Exempla in Germania.

§. V. His ipſis exemplis apparet, aliquando unum nonnunquam duo, ejusdem vel diverſæ ſpeciei animalia huic uſui adhiberi. Occurrit vero exemplum ap. *Vulſon. de la Columb. ſc. heroiq.* c. 4. p. 428. Ubi 8. leones in orbem circa ſcutum collocantur. Sumuntur vero plerumque ex figuris ſcutariis vel apice. Verum id perpetuum non eſt. E. g. *Gaſtebois* in Campan. 2. Dracones & caſſidi imponit, & ſcuto adponit. Verum *Lamoignon* cum pro apice habeat aquilam, atlantes duos cervos adſciſcit alatos, *Kergournadech* cimerio utens leporario naſcente telamones habet duos leones.

Differentia exemplorum.

§. VI. Neque vero hæ figuræ ſimpliciter hæreditariæ ſunt, ſed ſæpe levi occaſione mutantur. Ita Carolus VI. R. Galliæ duos cervos alatos uſurpavit, quod cervum cepiſſet, illo torque inſignem: *Hoc me Cæſar donavit*; tum quod ſomnio ſibi viſus alato cervo inſidens ſequi & aſſequi (hæc ſymboli cauſa) falconem qui avolarat. Conf. *Limn. Iur. publ.* 6, 6, 102. *Hæping. de Iur. inſign.* c. 9. §. 5. n. 711. Dein Ludovicus XII. ob ordinem equeſtrem uſus eſt duobus erinaceis. His vero telamonibus ante eos reges Franciæ non uſi, nec exemplum poſteri imitati ſunt, angelis ſuis uti malentes.

Non hæreditaria.

§. VII. Nonnunquam fit, ut veteribus armis immutatis quæ novis locum ceſſere in clypeo figuræ pro telamonibus denuo aſſumantur. Ita *Avenio* urbs olim Imperialis, cum Papæ ceſſiſſet, unde 3. clavium hieroglyphicum ſcutarium, aquilam ſeu girofalconem; priſcum δεῖγμα in telamonis locum aſſumſit cum ſymbolo: *à bec & griffes*: roſtro atque unguibus. *Limn. Iur. publ.* 6, 6, 105. Ubi & Burdigalenſium telamones duo verveces allegantur indicio originis & Biturigibus. Ita & *Chifflet. les maſq. d' honn. de la maiſ. de Tax. P.* 1. *c.* 3. *p.* 36. exiſtimat, leones Taſſiorum ſcuto additos Comites, eſſe ex Valſaſſinorum, in quorum hæreditatem ſucceſſerunt, ſtirpe & ex *Moreau* illum adducit locum memorabilem: *Pluſieurs royant leur nobleſſe plus enrichie & appuyée par les parens & biens maternels & de leurs femmes, ont voulu, que les blaſons de leurs armes ſerviſſent des ſupports à celles, qui leur eſtoient propres, ſans les briſer ou eſcarteler.* Aliquando vetera, quæ depoſita ſunt, ſignia vexillis inſcribuntur, quæ telamones geſtant, Exemplum exhibet *Meneſtr. abreg. meth.* p. 54. ex fam. de Bournonville. Nonnunquam telamones adſcitos videmus ex ſcutis eorum, quibus aliquid debemus, tanquam clientelæ vel ſtudii documento.

Aſcita ex armis vetuſtioribus, vel maternis.

(α) **Wap.** I. p. 3. (β) **Wap.** I. p. 3. (γ) **Wap.** I. p. 7. (δ) **Wap.** I. p. 14. (ε) **Wap.** I. p. 35. conf. c. 5. ſ. 1. m. 1. n. 147.

Exempla Francica

§. VIII. In Gallia illa inprimis exempla obſervavi : Regio ſcuto jam ab antiquo (ad Caroli M. tempora aliqui audent adſcendere) adſtant angeli duo (vid. Hiſt. inſign. l. 1. c. 24. n. 26.) Eorum tanquam digniſſimorum telamonum elogia vid. ap. *Varenn. R. d' arm. P. 4. p. 605. ſeq.* Nolunt vero ob reverentiam regii uſus, ut quiſquam in Gallia, exceptis regii ſanguinis principibus, iiſdem uti audeat : niſi peculiare id fiat conceſſione regis. Hanc datam lego *Boucicauldio* & *Hoſpitalio Vitrio*; præcipue vero *Montmorenciis* : quorum angeli laureas manibus tenent, capiti ſuo impoſituri (Alios telamones olim ab hac familia uſurpatos legere licet ap. *Andr. du Cheſn. hiſt. Geneal. de la maiſ. de Montmor.* l. 1. c. 3. p. 32. 33.) Tum ab hac prohibitione Eccleſiaſticos excluſos volunt. Imo ſunt, qui ab his omnino angelos uſurpandos exiſtimant. Quod reliquam nobilitatem attinet, utuntur domus *Coſſé* 2. gryphis, *Bethune* 2. viris ſylveſtribus clavas deorſum convertentibus, *Clermont* in Delfin. *Neſmond* & *Kergournadech* duobus leonibus, *Puy du fou* 2. aquilis coronatis, *Montchal* 2. ſylveſtribus clavas geſtantibus, *Agueſſeau* 2. monſtris marinis, quæ vultus ſeniles præferunt, & alas quales ſunt veſpertilionum, expandunt. *Chanlecy* 2. centauris, *Refuge* duobus draconibus, *Geſvres* 2. Sirenibus, *Eſpeſſes* 2. unicornibus, *le Loui Bellenave* 2. aquilis. Singulare aliquid habent illa exempla. *Vivonne* utitur aquila pro telamone, ſed qua ex galea proſpicit, apice tamen diverſo. *Britanniæ* Duces uſi leone, itidem per galeam proſpectante, & vexillum Britannicum geſtante. *Aſpermont* (in Lotharing.) aquila, cujus caput coronatum ultra galeam eminet, utitur ut ſcutum & caſſidem teneat, omnia vero teguntur pallio, quod ducale vocant, aquilulis conſito.

Ex Hiſpania.

§. IX. In Hiſpanorum inſignibus illa obſervavi : *Mendozia* Marchionis de *Cannete* ita pingitur ſcutum apud *Alſ. Lopez. de Harc. Nobil. Hiſp.* l. 10. c. 16. 114. illud teneant utrinque angeli palmas manibus geſtantes, & inſiſtentes capitibus leonum jacentium, quibus incumbit ſcutum cum dependente figura orbis, quem manus gladio tranſadigit, cum inſcript. *Non ſufficit orbis.* Superne lemma adſcriptum apparet. *Fides. Spes. Charitas.* & *Me Ruiſe ſatis. Suareziorum de Mendoza* clypeus pingitur ſupereminente aquila nigra auro coronata, cujus pedes ſcutum tenentes & cauda infra illud protenduntur. Parma fam. *de Vera* ſimilis aquila inferitur aliud ſcutum hac ratione tenens cum epigraphe ſchedulæ inſerta : *Veritas vincit.* In *Cordubenſi* gente Marchio *de Priego* aquila utitur coronata auro, cujus hinc ultra ſcutum prominet caput, illinc cauda & pedes illud apprehendentes. Telamonibus annumerari nequit, ſed affine quid eſt, ſtella aurea octo radiorum, quam Com. de *Tendilla* & March. de *Mondejas* ſcuto Mendozio ſubjiciunt, ut undique ſoli radii promineant, his vocibus interjectis : *Euena Guia.*

Affinia Telamonum.

§. X. A telamonibus non longe abit draco vel crocodilus alatus, qui caudam mordens circumdat ſcutum *Wartenbergicum* (Baron.) (α) conf. *Wendte* c. 6. §. 61.

Dignitatum notæ Apud Germanos ſcutis inſertæ. Eccleſiaſticorum pedum & enſis.

§. XI. Nunc 2. *de dignitatum notis* agendum eſt : Porro in Germania illas ſcuto adjici inſolens eſt, ſed ipſi potius inſeruntur. Reperi vero illud quintupliciter inprimis fieri. 1. Toti aliquando figura imponitur ſine novo ſcutulo. Ita ſcyphus *Limpurgiorum* vid. Hiſt. inſign. l. 1. c. 53. n. 5. 2. Vel toti imponitur, ſed mediante nova parmula. Huc exempla Bavariæ, Saxonum, Brandeburgicorum; 3. Vel in quadratura repetitis alveolis dignitatis nota exaratur. Ita *Zollerani* ſceptra, *Pappenheimii* enſes locant. 4. Vel in cuſpidem ſcuti rejicitur. Exemplum præbet Com. *Schvvarzenburg.* conf. Hiſt. inſign. l. 3. cap. 34. n. 7. Demum 5. peculiare ſcutum ob dignitatis notam adſciſcitur. Uti *Palatini* ſolebant peculiari parmula pomum Imperiale ferre. Vid. Hiſt. inſign. l. 3. cap. 27. n. 12. Aliquando etiam in ipſo apice dignitatis nota apparet, quod cap. 6. §. 36. obſervavimus, & exemplo Saxonum, Brandeburgicorum, Limpurgiorum, Pappenheimiorum, Zollerenſium probatur. Cum vero tot modi ſint dignitatis notas exprimendi, ille ſolus exulat, qui Gallis familiariſſimus, nempe ut adjiciantur ſcuto. Excipimus tantum hoc, quod Epiſcopi & Abbates pedum, aliqui etiam ad deſignandam temporalem juriſdictionem præter iſtud enſem adjiciunt. In quo Franci etiam nobiſcum fere conveniunt. Ita apud hos quoque Archiepiſcopus crucem Archiepiſcopalem ſcuto addit. vid. *Meneſtr. l' art du bl. juſtif.* c. 9. p. 219. 220. 222. 223. Nec minus Epiſco-

(α) Wap. I. pag. 32.

Episcopi pedum suum, atque si temporalem jurisdictionem simul habeant, ensem. De quo more (quem Erlango Episcopo Herbipolitano adscribunt) vide disputationem apud eundem *Menestr. l' art du blas. just. c.* 10. p. 245. 249. De pedo Episcoporum audiamus aliqua Clariss. Seb. Fesch. de insign. & cor. jure c. 3. n. 14. *Croceus , qui & pedum, virga, baculus, ac lituus pastoralis nuncupatur, vel pastorale tantum à lituo Augurum Romanorum originem traxisse videtur, ad cujus similitudinem est formatus. Æn. Vicus in Julio* p. 82. *In hoc baculo tria notanda monet Hugo à S. Victore c.* 40. *l.* 1. *de Sacram. recurvitatem, virgam, cuspidem : quorum significationem hoc Disticho complectitur :*

Attrahe per curvum, medio rege, punge per Imum
Curva trahit quos virga regit, pars ultima pungit.

§. XII. In Gallia vulgatum admodum est, ut functionum & officiorum regiorum scuto adjiciantur notæ. Ex statu Francici descriptione sæpius edita, illa exempla adducam. *Magno Eleemosynario* tribuere quidam volunt librum holoserico cæruleo contectum & liliis Francicis notatum, quem collocet ad scuti pedem : id vero receptum usu non est : nec magis illud , quod *M. Magistro Franciæ* assignare voluere scipiones duos in coronas liliatas & clausas superius desinentes, quos decussatim scuto subjiciat, & *magno Cubiculario* duas claves aureas itidem coronis regiis ornatas & decussatim locatas. In usu vero illæ sunt : *M. Sultarius Franciæ seu Hippocomus* , utrinque scuto adjicit regium ensem cum vagina & baltheo ex holoserico cæruleo liliis aureis sparso, capulo aureo. *Magnus Conestabilis Franciæ* (quæ quidem dignitas jam abolita) utrinque stipabat scutum manu è nube protensa & nudum ensem sursum verso mucrone tenente. *Mareschalli* autem duo scipiones cælestinos liliis sparsos decussatim post scutum locant. *Magnus tormentariæ rei magister* duo tormenta bellica cum apparatu suo clypei pedi apponit. *Admiralis* duas anchoras scuto decussatim subjicit: *Generalis triremium* simili sita anchoras duplices : *Cancellarius* eodem sita duas clavas argenteas & deauratas, quibus accedit tanquam dignitatis etiam nota mortarium seu mitra, scuto imposita, nec non loco apicis imago reginæ altera manu sceptrum, altera sigilla regia tenens. Non addam illas, quas aliis etiam Officialibus post Vals. Columberium notas quidam assignavere, potius quas gestare possent, quam quas gestassent: cujus generis nonnullas superius retuli. De Mareschallorum tamen notis id addo, loco scipionum, quibus nunc designandas, olim in usu bipennes fuisse. Ita enim Varenn. R. d' arm. p. 459. ex antiqua formula describit Petri Rohanci insignia : *Cottoyé de deux haches d' armes Royales de Francc seu Francigenes.*

Officiorū regiorum apud Gallos notæ.

§. XIII. Hujus loci est, ut de *torquibus ordinum Equestrium* aliquid dicamus, cum eos scutis circumdari in more sit positum. Fuit jam olim torquibus suus honos & dignitas. Unde Genes. 41, 42. Pharao Ægyptius Josephum in supremum honorum apicem evecturus collo etiam circumposuit torquem aureum. Torquis Manlii Torquati, opimum spolium hosti detractum, celebris etiam & ad posteritatem ejus memoria servata est. Gell. 4. 13. Dabantur etiam torques ab Imperatoribus illis ex militum numero, qui strenuè rem gessissent : unde *torquatorum* nomen. Veget. de re milit. l. 2. Torquati duplares & Torquati simplares erant, quibus torquis aureus solidus virtutis præmium fuit : quem qui meruisset præter laudem interdum duas consequebatur annonas , duplares duas , simplares unam. Autor tamen est Plinius l. 33. cap. 2. priscis Romanorum temporibus auxiliares tantum & externos aureis torquibus donari solitos, at cives non nisi argenteis. Verum nunc non de torquibus in universum , sed qui ordinum equestrium sunt, nobis sermo est.

Torquium apud antiquos dignitas.

§. XIV. Inter ordines enumerandos non alium servabimus ordinem, quam quem servatum legimus *à D. T. U. V. les Estats Empires & princip. du monde :* adjecta appendice *del' origine des ordres militaires.* pag. 1441. & seq. nullo honoris vel dignitatis ex ista collocatione præjudicio : cum & ipse credam meliorem & convenientiorem servari posse : sed modo enarremus omnes, de ordine non speramus litem nobis moveri. *Equites S. sepulchri* primos recensel, quorum aliqui memoriam ad Helenam Augustam fabulose referunt : imo ne quid absurditati

Torques ordinum equestriū Ordo S. sepulchri.

desit, ad Jacobum Apostolum. Verius autem ut ex Favino Paillot refert, Balduino R. Hierosolym. tribuitur institutio. Patriarcha Hierosolymitanus eorum erat Magister: dein cum numerus crevisset, etiam in Italiam transiere, sede Perusiæ electa. Papa Innocentius IIX. eum univit cum Rhodiis 1484. sed post 12. annos Alexander VI. sibi vindicavit ordinis magisterium, & Gardiano Franciscanorum, qui S. sepulchri Hierosolymis custos est, potestatem contulit, ordinis dignitatem illis conferendi, qui religiose loca illa sancta visitassent. Insigne est crux brachiata, cujus angulos singulæ cruciculæ obsident, omnes minio tinctæ.

Ordo S. Lazari & Mauritii.

§. XV. Equites *S. Lazari* & *Mauritii* ap. Sabaudos celebres sunt. Quod ordinem S. Lazari attinet, Basilio Magno originem adscribunt, qui xenodochium sub nomine S. Lazari erexerit: sed cum in prima quasi institutione iterum extinctus esset, renatis ajunt, Hierosolymis iterum in Christianorum potestatem redacta, cum hi equites in xenodochia sua reciperent quosvis fideles, in illas regiones adventantes: unde liberalitate Principum divitiæ ordinis jam destinati ad leprosorum curam cito auctæ sunt. In Galliam vero tempore Ludovici junioris venerunt, primaria sede Boigniaci prope Aurelianum à Rege assignata. Benedictinorum vel Augustinianorum regulas professi sunt: utuntur vero insigni crucis octangulæ seu 8. radiorum viridis, albo limbo terminatæ: cui Eman. Philibertus D. Sabaudiæ 1573. cum à Gregorio XIII. contradicente tamen ob Franciæ jus Henrico III. Rege, magisterium ordinis jam fere exoliti, obtinuisset, & cum altero Mauritiano conjunxisset, imposuit crucem albam, cujus externis singula poma seu sphæræ adhærent, ipse qui sub nomine *Mauritii* venit ordo, institutus est ab Amedeo I. Duce Sabaudiæ, qui nomine Felicis inter Pontifices legitur, sed cum se titulo abdicasset, Ripaliam concessit, eremiticam vitam acturus, inde equites dicti Eremitæ S. Mauritii, quem Patronum Sabaudiæ vulgaris credulitas esse jussit. Ordines ipsos confusos & cruces conjunctas jam diximus. Cruces vero loco torquis ex fascia pendentes gestantur.

Obsoleti, canis, galli gallinacei, genettæ.

§. XVI. Inter obsoletos sunt duo ordines, canis & galli gallinacei (*du chien & du coq*) qui Momorantiæ familiæ adscribuntur: & quidem illum Buchardo Momorantio sub Philippo I. Rege adscribunt, torque ita descripto, quod cervina capita plura complexus sit, & effigies canis, fidelitatis symbolum, inde dependerit: hunc Petro Montmorantio assignant. Eodem referendus Ordo *genettæ* seu *de la geneste S. Iaunette.* Originem dicitur habere à Carolo Martello Franciæ Principe Caroli Magni avo, sive quod nomen datum sit à Johanna ipsius uxore, communiter Jeannette dicta, seu ab animalculo hujus nominis, quod mustelæ cætera affine, rubeis maculis insigniatur, & in ea parte Hispaniæ frequens sit, quam habitarint Saraceni, quos 738. in Turonibus ingenti strage cæcidit, & in eorum castris pelles animalculi plures, qua fragrantem odorem dicuntur spirare, quædam etiam viva reperit. Prior conjectura vel illo indico fallis, quia Carolo uxores non nisi duæ fuere, altera Rustrudis seu Geltrudis, altera Svanhildis dicta: De Joanna altum apud Historicos silentium: Imo eo seculo vix nomen Joannæ, certe in regia gente, aut in aliis familiis Francicis Principibus, repertum iri, existimo. Dicitur ordo hic durasse usque ad tempora Ludovici IX. Torques constabat 3. catenulis aureis, rubeas rosas complectentibus, dependente icone talis genettæ, nigræ rubeis maculis insignis, & floridæ telluri insidentis; collari quod gestat animal liliis aureis picto.

§. XVII. Ordo *lilii* (*du lys*) seu *B. Mariæ de Lilio* institutus dicitur à Garcia 6. Rege Navarræ 1048. in civitate Najera. Destinabantur 38. equites, qui expellendis Navarra Mauris studerent. Torques constabat duplici catenula plures literas M. antiquo modo pictas colligante: dependet ex torque ovalis figura, continens lilium ex tellure crescens, atque literam M. coronatam sustinens.

Melitensis.

§. XVIII. Ordo *Melitensis*, alias fratrum *Hospitaliorum*, vel *S. Ioannis Baptistæ*, Hierosolymis 1104. cœpit, ab illis equitibus, qui peregrinorum in xenodochia susceptioni atque defensioni adversus prædones Arabes vitam dicaverant. Ordo brevi tempore armorum exercitio potentissimus factus est. Hierosolymorum urbe à Saracenis iterum capta, substitere in Ptolemaide; Hac quoque amissa Cyprus eos suscepit: jam capta Rhodo 1308. Rhodii cœpere dici: sed hac quoque 1523. à Turca illis erepta, Carolus V. Melitam seu Maltam concessit, quam hucusq; strenuè

ſtrenue tuiti ſunt. Sub M. Magiſtro equites in 8. provincias, quæ ſunt Provincia, Arvernia, Francia, Italia, Aragonia, Anglia, Germania, Caſtilia dividuntur. Inſigne eſt crux octogonia (octo beatitudines reſpici ajunt) candida, quam pallio affixam, & aurea, opere encauſtico albo, quam ſuſpenſam ſupra ſtomachum, geſtant.

§. XIX. Ordo *Templariorum* 1119. cœpiſſe dicitur, & nomen accepit ab habitatione primorum equitum, quam in templo Salomonis aſſignatam acceperant. Munus erat, ut peregrinos ad loca ſacra ituros tuerentur, & vias à prædonibus ſecuras præſtarent. Crevit vero numerus & opulentia horum equitum, ut hac reges æquarent. Inde poſtea 1311. à Clemente V. Papa in Concilio Viennenſi ordo abolitus, & equites plerique horrendorum facinorum poſtulati atque ſuppliciis duris excarnificati, bona autem aliis ordinibus diſtributa ſunt. Injuriam vero ordini illa abolitione factam, & quæ impingebantur eis crimina, prætexui ſumta, ſed aliam cauſam fuiſſe, non tantum qui crederent, ſed & publice defenderent, nunquam defuere. Inſigne erat juxta aliquos crux duplex ſeu patriarchalis rubea, dein octogonia ad modum Hoſpitalariorum, ſed nigra limbo candido, vel juxta alios coccinea. Templariorum.

§. XX. Ordo equitum *Teutonicorum de Hoſpitali S. Mariæ* Hieroſolymitano, qui alias vocantur *crucigeri Mariani*, inſtitutus perhibetur à Friderico II. Imperatore. Propoſitum & ratio inſtituti idem cum Hoſpitalariis & templariis; Regula aſſumta Auguſtiniana. Cum Hieroſolymorum urbs & dein etiam Ptolemais in Turcarum veniſſent poteſtatem, in Germaniam rediere, & in Pruſſia ſedem fixere. Eam vero totam variis adverſus Polonos, Lithvanos & Tartaros geſtis bellis ſibi vindicarunt. Demum cum Albertus Brandeburgicus M. Magiſter 1525. ſe Regi Poloniæ ſubmiſiſſet, & Pruſſiam feudo accepiſſet, in Germania tamen Ordo ſubſtitit, & adhuc ſuis ibi bonis fruitur. Cruce utuntur nigra, quam aliquibus video pingi potentiatam ſeu brachiatam: Nigræ cruci alia (itidem brachiata ſeu in gradus terminata, nonnulli tamen floridam pingunt) imponitur. Addit *Paillot* crucis ſupremum marginem capite liliis Francicis inſigni ornari, uti ipſe vult ex dono R. Ludovici IX. Porro crux hæc non niſi ſimplex nigra in area argentea, ſuſtinens in medio parmulam auream aquila nigra (Pruſſiæ forte emblemate) inſignem pingitur in inſignibus Magiſtrorum ordinis Wap. V. p. 25. ſeq. Teutonicorum de Hoſpitali S. Mariano.

§. XXI. Alii quoque ordines in Palæſtina orti ſunt, uti 1. *Equitum S. Joannis Baptiſtæ Acconitani* ſeu in Ptolemaide, quæ olim Ace, deinceps Accon dicta, conſecratorum illi ſtudio ut ægrotorum peregrinorum haberent curam, eosque ducerent & reducerent (urbe Ptolemaide capta in Hiſpaniam conceſſere, & defecere tandem.) 2. *Equitum S. Thomæ* (à Thoma Cantuarienſi patrono ita dicti) à Richardo R. Angliæ pro Anglis in eadem urbe Ptolemaide inſtitutus. 3. *Ordo Eq. S. Blaſii* (à patrono adſcito Blaſio Ep. Armeniæ & martyre) in Aula regum Armenorum, quæ in Ptolemaide erat, floruit. 4. *S. Mariæ.* 5. *Pœnitentiæ ſanctorum martyrum.* Plerique; hi Auguſtinianis ſe obſtringebant legibus. Primorum inſigne fuit crux pedata candida, ſecundi ordinis crux plena rubea, argentea conchulam in medio complexa, tertii crux aurea (de quarto nihil legi) quinti crux rubea. Alii in Palæſtina

§. XXII. Ordo equitum *S. Salvatoris* in Aragonia circa 1118. ab Alfonſo Rege Hiſpaniæ in civitate Montreal inſtitutus adverſus Mauros, qui fortitudine equitum hoſtium expulſioni ingens momentum attulit, & ob hoc inſignes reditus à rege meruit. Refert vero ex Favino Paillot, Templariis initio civitatem illam Montreal conceſſam, ſed his extirpatis huic ordini datam. E regione ſtomachi geſtabant crucem anchoratam rubeam, quam item ex triplici torque aureo ſuſpendebant. Caput Ordinis eſt Rex Aragoniæ. S. Salvatoris.

§. XXIII. Ordo equitum de *Montjoye* in Syria dictus, à monte qui Hieroſolymis propinquus eſt, vel duobus caſtellis, quæ in Judæa hoc nomen geſtabant, & ab ipſis defendebantur, à Chriſtianis Principibus multas divitias nactus eſt, quod in Palæſtinæ recuperatione multum cauſæ communi profuerint. Dein in Caſtilia dicti ſunt de *Monfiac* & *Trugillo* ſeu *Truxillo*, in Catalonia de *Mongoia*. Geſtabant è regione Stomachi quinque radiorum ſtellam candidam. Demum in Ordines Calatravenſem & Alcantarenſem tranſierunt. De Montjoye.

§. XXIV.

Ensiferi Livoniæ.

§. XXIV. In Livonia *milites Christi* vel *ensiferi* (porte glaive) instituti sunt, bello adv. infideles gerendo, & asserendæ provinciæ. Sequebantur Cistercienſium Leges. Duo gladii rubei, decussatim collocati, & palliis adfixi, insigni serviebant. Aliquando cum Teutonicis in Prussia coalescere visi, vel juxta alios eorum propago erant (vide Thuan. l. 21. p. 956.) sed iterum divisi sunt. Ordo demum defecit, Livonia in aliam potestatem concedente, & Gothardo Kettlero ultimo Magistro, in Ducem Curlandiæ inaugurato.

S. Jacobi.

§. XXV. Eq. S. *Jacobi* (S. Jacques de l'Espée) in Hispania, huic se consecrarunt servitio 1157. vel 1158. Ut ituris ad B. Jacobi Apostoli sepulcrum præsto essent, eosque ab injuriis hostium defenderent. Præcipua sedes eorum in xenodochio vel hospitio, quod à S. Maria denominatur in suburbiis Legionis. Regulam Augustinianam susceperе, insigni vero utuntur cruce rubea in modum ensis. Torquis est triplex, ex quo pendet ensis vel crux ensiformis rubea, conchylio argenteo impresso capulo. Symbolum est: *Rubet ensis sanguine avum.* Magisterium ordinis coronæ vindicavit Pontifex Adrianus.

Calatravensis.

§. XXVI. Ord. eq. de *Calatrava* illam originem assignant: quod cum oppidum Calatravam sibi à Sancio III. concessam 1158. adv. infideles tueri non auderent, ad defensionem se obtulerint Raymundus Navarrus, Abb. Cistertiensium & ex monachis ejus *Didacus Velasquez*, militiam prius secuti: nec obtulerint se tantum, sed & brevi tempore ita communierint, ut formidabilis esset infidelibus. Inde institutus Ordo, & illi Cistertiensis regula præscripta est. Concessa dein à Pontifice Paulo III. equitibus semel matrimonium ineundi facultas, sed ut à secundo abstinerent. Insigne constituit adfixa albo pallio crux rubea, cui adjectæ inferius duæ manicæ ferreæ, quibus captivorum manus solent indi (menotes) Dein Benedictus XIII. Pontif. hoc adjecit, ut extrema crucis liliis ornarentur. Magisterium ordinis coronæ vindicatum est à Ferdinando Rege Innocentii VIII. gratia.

Ordo Jesu Christi.

§. XXVII. Ordo milit. *Jesu Christi* ortum dicitur trahere ab illis, quos Dominicus adversus Albigenses, qui concionibus ipsius se moveri non patiebantur, instituit: Duravit etiam postea Albigensium nomine jam extincto. Fuere in eo cælibes & conjuges. Dicti sunt deinceps fratres & sorores pœnitentiæ S. Dominici: Innocentius VI. regulam eorum approbavit 1360. Insigne erat crux 4. liliis albo & nigro bipertitis, area similiter in 8. partes divisa constans.

Alcantaræ.

§. XXVIII. Equites *Alcantaræ* orti sunt ex Ordine quem Gomesius Fernandus ex Proceribus Legionensibus auspiciis Ferdinandi Regis instituit contra Mauros; Ei primum inditum nomen *S. Juliani de Pirario* seu *du Poirier*, à castello hujus nominis. Rex se protectorem ejus Diplomate professus est 1176. dato; Pontifices autem Alexander III. & 1183. Lucius III. confirmarunt eum. Utebantur piro viridi in area ovali aurea, quam sustinebat crux liliata viridis in scuto aureo; quæ dein sola retenta est. Domum *Alcantaram* ad Tagum eis concessit Alfonsus IIX. & quia locus ille prius ad Calatravenses spectabat, ob eam rationem hisce eos subjecit, cujus testimonio duas manicas ferreas ex Calatravensium hieroglyphicis assumsere. A Benedicto XIII. 1411. obtinuere, ut pectoris sinistræ parti imponerent crucem liliatam viridem. Conjugii licentiam indulsit Paulus III. anno 1540. Adrianus VI. sui quondam discipuli Caroli V. favore 3. Ordines Jacobi, Calatravæ & Alcantaræ, coronæ Castilianæ in perpetuum inseruit. Quod alii attribuunt Alexandro VI. qui Ferdinando & Isabellæ hoc concesserit.

Glorioſæ Virginis Mariæ.

§. XXIX. *Equites glorioſæ Virginis Mariæ* in Italia autorem agnoscunt Barthol. Episc. Vicentinum Dominicanum, qui 1233. eos huic fini instituit, ut per Italiæ civitates pacem conciliarent, & omni discordiæ se opponerent, sumta inprimis viduarum & orphanorum protectione. Probavit eos Urbanus IV. 1262. gestabant tunicam albam & cineritiam, atque pedatam crucem rubeam seu purpuratam in area candida, cum stellis, quæ laterales angulos duos superiores occupabant. Dicti etiam sunt *Fratres hilares* (Joyeux) quod hilares & sua sorte contenti cum suis viverent.

De Monteſa.

§. XXX. Cum Templariorum Ordo extirparetur in regno Valentiæ, eorum bona alii, qui à præcipuo loco *Monteſa*, equitum B. Virg. Montesæ nomen accepe-

accepere, conceſſa ſunt, ut fines regni Valentini adverſus Mauros tuerentur. Approbarunt hoſce Benedictus XIII. & Martinus V. Albis induti geſtabant cruces rubeas, quales etiam à margine dejuncta ſcutum ſignabant : Legibus iisdem fere quibus Calatravenſes utebantur.

§. XXXI. Dionyſius Rex Portugalliæ ordinem inſtituit, qui ſpeciatim *Portugallicus ſ. Jeſu Chriſti* appellatur. Habitu nigro induti equites geſtabant ex triplici torque aureo dependentem crucem pedatam rubeam (aliqui atram dicunt) oblongiori pede, impoſita crucicula alia argentea. Joannes XXII. 1321. eos obligavit regulæ Benedicti. Alexander VI. matrimonii dedit licentiam. Officium erat, ut in Bœtica Mauros oppugnarent. Ad ſummas dein divitias pervenit Ordo in Europa, Africa, Aſia & Braſilia, unde demum coronæ inſertus eſt. Portugallicus ſ. Jeſu Chriſti.

§. XXXII. Alfonſus II. Rex Caſtiliæ 1332. antequam regnum capeſſeret in urbe Victoria ſeu Palentia ordinem inſtituit de *banda* dictum, quia quo die à rege ordinis magiſtro creabantur faſciam rubeam 4. digitos latam geſtabant, ex humero dextro ſub brachium lævum dependentem. In eum admittebantur Nobiles (exceptis Primogenitis) qui decennium in militia exegiſſent. Sed defecit demum. Ita & ordo dictus de *Scama* ſub regno Joannis II. Regis Caſtiliæ celebris fuit, ſed ita memoria exolevit, ut nec de nominis ratione conſtet. Circa idem fere tempus quo inſtitutus eſt ordo de Banda, iisdem propemodum legibus conſtituere Veneti ordinem *de Calza*. Renovatus ille eſt 1562. Quidam his, ſed non niſi ex conjectura tribuunt torquem aureum cum dependente imagine S. Marci cum elogio *Pax Tibi Marce*. De Banda.

§. XXXIII. *Ebora* Mauris erepta Alfonſus Rex ob loci commoditatem eam Calatravenſibus dedit, ut perpetuis excurſionibus Mauros inceſſerent, unde ab illa civitate *Eborenſes* initio dicti ſunt. Sed qui ex magiſtris eorum tertius fuit caſtrum *Avis* infidelibus extortum eis tradidit, unde nomen deinceps eis datum eſt. Probavit ordinem Innocentius III. 1204. Inde Joannes filius naturalis Regis Petri Luſitanici magiſter ordinis & deinde Rex, à Calatravenſibus ſuos abſtraxit. Tum eis ſymbolo data crux viridis trunco paulo longiori in ſcripta, pyro Alcantarenſium expuncta : licet prius geſſiſſent ad modum Calatravenſium rubeam, adjectis inferius duabus aviculis. Paulo aliter ex Favino Paillot : nempe inſtitutum ordinem ab Alfonſo, ſub nomine *Confratrum S. Mariæ Eborenſis*. Et Calatravenſibus ſubjectos tum eſſe, cum hi ipſis quicquid in Portugallia poſſidebant, hac conditione ceſſiſſent. Symbolum deſcribit crucem viridem liliatam, adjectis inferius duabus aviculis nigris ſe invicem reſpicientibus. Avisii.

§. XXXIV. De fabuloſo ordine eq. *menſæ* ſeu *tabulæ rotundæ*, quem Arto Regi Angliæ adſcribunt, nihil hic dicam. Cambdenus multo recentiorem eum facit, & torneamentis ſeu ludis militaribus originem eorum adſcribit, quæ de ipſo feruntur. Tabulæ rotundæ.

§. XXXV. *Edoardus* III. Rex Angliæ ordinem *periſcelidis* ſeu *garteriæ* (de la jarretiere ſ. jartieres des Hoſenbands) 1350. inſtituit, cum ut periſcelidem Comitiſſæ Sarisberienſis, quam amabat, inter ſaltandum lapſam humi tolleret, ſe inclinaſſet, aſtantes autem ob hoc ex ſuſpicione in riſum ſolverentur ; Alii inſtitutum credunt in memoriam victoriæ ad Pictavium ab Edoardo reportatæ. Figura eſt periſcelidis, qualis alioqui eſſe ſolet, cum fibula aurea. Solet autem ea geſtari ſub genu ſiniſtro cærulea auro & gemmis interſtincta cum aurea fibula. Pallio additur crux Georgii rubea in argenteo ſcutulo. Torques quem in die creationis geſtant equites, autore Henrico V. multiplex eſt, admiſtis roſis candidis & rubeis, quas nodi & laquei amoris colligarent, ex quo dependet imago Georgii draconem conficientis tanquam patroni. Jacobus V. Rex loco nodorum ſubſtituit carduos Scoticos, ut ordines duorum regnorum conjungeret. Solennia ordinis quotannis Windeſoræ in die Georgii celebrantur. Periſcelidis.

§. XXXVI. De Equitibus *balnei* (du bain) in Anglia, quos reges creabant, & variis ceremoniis circa eorum creationem lege Cambdenum. Symbolum erat aureus circulus tres ejusdem metalli coronas continens, cum Epigraphe *Tria in Unum*. Balnei.

Stellæ. §. XXXVII. Joannes Rex Franciæ 1352. ordinem *ſtellæ* inſtituit, in memoriam ſtellæ Magorum Ducis. Dicebantur etiam *Confratres B. Virginis ad D. Audoëni*, à loco, qui illis aſſignatus erat non procul Pariſiis. Symbolum erat ſtella ex torque aureo ſuſpenſa, vel alibi affixa cum inſcriptione : *Monſtrant regibus aſtra viam.* Initio non niſi Illuſtribus conferebatur, ſed ignobilibus communicatus omnino eviluit, unde Carolus V. prætorianis ſuis eam indulſit. Nunc cohors præfecti vigilum Lutetiæ ſervat memoriam nobiliſſimi pridem ſymboli. Præfectus ſolus eques vocatur *Chevalier du guet*, ipſi vigiles vero omnes ſtella ante & retro inſigniuntur. Hæc fere, quem ſequi nos diximus autor, ſed ex Favino oſtendit Paillot, ordinem hunc inſtitutum eſſe à Roberto R. Franciæ 1022. ſed circa tempora Philippi Valeſii ob bellicas turbas intermiſſum, atque adeo à filio reſtitutum. Idem deſcribit torquem, quod triplici catenularum ordine conſtiterit, interſertis roſis, alternatim candido & rubeo colore tinctis. Inde pendebat ſtella 5. radiorum.

Annunciationis Mariæ. §. XXXVIII. Ordo *Annuntiationis B. Virginis* in Sabaudia, autorem habet Amedæum VI. C. Sabaudiæ. Torques ex quo dependet (juxta aliquos Mauritii Equitis imagini olim uſitatæ nunc ſubſtituta à Carolo III. 1518.) imago B. Virginis cum annunciationis hiſtoria (Ajunt tamen alii neutram harum iconem eſſe veterem, cum olim triplici tantum nodo intortus annulus dependeret,) conſtat 4. aureis laminis, quas catenulæ ejusdem metalli, in laqueorum amoris (ut vocare ſolent) modum effigiatæ conjungunt. Inſcribuntur ſingulis literæ 4. FERT. quas interpretantur *Fortitudo ejus Rhodum tenuit.* Aliqui *Frappés, entrés, rompés, tout*, explicant. A Carolo III. Duce additæ 15. roſæ argento & cocco tinctæ. Solennia ordinis quotannis renovantur eo feſto, cujus nomen fert.

Aurei Velleris. §. XXXIX. Inter ordines alios facile eminet ille qui ab *Aureo Vellere* cognominatur, inſtitutus à Philippo Bono Duc. Burg. 1430. in Januario cum Iſabellam Portugallicam duceret. Alludi volunt ad Vellus Gedeonis, de quo Judic. 6,37.39. indicio veterum tapetum. Torques aureus conſtat pluribus igniariis & ſilicibus unde ſcintillæ proſiliunt. Symbola adjiciuntur : *Ante ferit quam flamma micet.* & *Pretium non vile laborum.* Patronum in Equites ſibi ſumſere *S. Andream.* Fuerunt autem initio creati 25. ſub Carolo V. numerus ad 51. excrevit, deinceps indefinita libertas data eſt extra capitulum eos creandi regi.

Cygni. §. XL. *Rich. de Waſſeburg.* mentionem dicitur facere ordinis *Cygni*, inſtituti à Salvio Brabone : Cygni autem Hieroglyphicon concordiam notare. Erat vero ordo Cliviorum. Torques triplex aureus ſuſtinebat cygnum argenteum ſolo florido inſiſtentem.

Hyſtricis. §. XLI. *Hyſtricis* ordinem inſtituit Carolus Aurelianenſis Dux vel ejus Patet Ludovicus cum ſymbolo : *Cominus & eminus.* Ex torque triplici aureo dependebat hyſtrix inſiſtens ſolo viridi & florido. Dein Ludovicus, qui nominis XII. Rex fuit, hyſtricem coronavit, & epigraphen adjecit : *Ultus avos Trojæ.*

Cardui Mariæ. §. XLII. Equites *Cardui Mariæ* inſtructi ſunt à Ludovico D. Borbonii, cum Aurelianenſis & Burgundica factiones ſingulis ordinibus inſtitutis ſe inſigniviſſent, juxta aliquos in ſolennitatis nuptialis cum Anna Delfina Averniæ memoriam 1370. Torques erat aureus complectens flores lilii, cum foliis cardui, ex eo dependebat crux, cum inſcriptione : *Eſperance.* Paillot ita deſcribit : *de Loſanges entieres & de demies à double orle eſmaillées de verd cleſchees & remplies de fleurs, de lys d'or & de lettres capitales antiques en chacune loſenge, eſmaillées de rouge faiſant le mot eſperance : au bout du collier pendoit ſur l' eſtomach une ovale, le cercle eſmaillé de verd & rouge, & dans cette ovale une image de la vierge entourée d' un ſoleil d'or couronnée de 12. eſtoiles d'argent & un croiſſant de meſure ſous ſes pieds : & au bout de la dite ovale une teſte de charden eſmaillée de verd barbillonée de blanc.*

S. Andreæ ſ. Cardui. §. XLIII. Ordo *S. Andreæ* vel *Cardui* Scoticus eſt, & origo adſcribitur apparitioni alicui factæ regi Scotiæ, qui crucem eo ſitu, quo Andreas martyrium tulit, in cœlo lucidam viderit victoriæ adv. Scotos augurium. Unde crucem dein in arma & vexilla Scotica relatam referunt, & equites Andreæ titulo inſtitutos. Torques conſtat cardui floribus & foliis pluribus connexis, dependente inde in ovali figura S. Andreæ imagine : cum elogio : *Nemo me impune laceſſit.* Vel : *pour ma deffenſe.* Apud eosdem Scotos ordo *rutæ* etiam olim floruit, torque equitum duobus rutæ ramis conſtante cum icone B. Andreæ.

§. XLIV.

§. XLIV. Daniæ reges instituere ordinem *Elephanti* seu S. *Mariæ*. Adscribitur illud Christiano I. & quidem quod hac ratione insigniverit solennitatem nuptialem filii Joannis cum Christina Saxonica. 1478. Torques distinguitur elephantis, turriculas suas dorsis gestantibus, intermistis calcaribus (Paillot dicit cruces anchoratas) dependente inferius imagine virginis θεοτόκε, radiosa, cum ex igne aurea moneta seu numo 3. claves, quibus cruci affixus est Salvator, insignito. Nunc elephas turriger, hieroglyphicum prudentiæ, fortitudinis & mansuetudinis, durat idem hic quoque, sed novus dictus *Dannebrogius* nunc priori adjectus est. Conf. Hist. insign. l. 3. c. 12. n. 21. Elephanti.

§. XLV. Lusigniana domus equites instituit, quibus de insula *Cypro* vel domo *Lusiniana* vel *ense* nomen est. Torques characteres majores colligabat, dependente inde ense, cujus lamina argento, capulus auro inducta: cum symbolo: *Pour loyauté maintenir*. Paillotus ex Favino speciatim adscribit Guidoni Regi 1195. & describit collare, quod constiterit sericis funiculis in plures laqueos amoris (ut vocant) contortis, & literas S.R. aureas aliquoties repetitas complectentibus: ex his dependebat argenteus ensis capulo aureo in ovali figura, cum epigraphe, *Securitas regni*. Cypri seu Lusiniani.

§. XLVI. Joannes I. R. Castiliæ ut aulicos suos dignis exercitiis adsuefaceret, duos instituit ordines, quorum brevis duratio, alterum *Columbæ s. Spiritus*, alterum *Rationis* (de la raison) dictum. Illius torques aureus duplex radiis solaribus aliis rectis aliis undosis distinctus, ornabatur columba deorsum volantis aurea figura. Columbæ & rationis.

§. XLVII. A Sigismundo Imperatore & Ungariæ Rege ajunt institutos esse 1418. equites *draconis inversi*, qualis pendebat ex torque duplici crucibus patriarchalibus distincto indicio victæ hæreseos & schismatis, quo nomine superstitio sæculi supplicium innocentium martyrum Joh. Huffi & Hieron. Pragensis, qui eo Imperatore in concilio Constantiensi combusti sunt, designare volebat. Quotidianum vero equitum gestamen ajunt fuisse crucem liliatam viridem. Aliam mentionem eq. Hungaricorum reperire licet, qui crucem viridem, palliis ostro tinctis affigebant. Draconis inversi.

§. XLVIII. In Suecia equitum Ordo *Cherubini s. Iesu* fuit, quorum torques duplex imagines Seraphinorum & Cherubinorum sese invicem contingentium, intermistis crucibus patriarchalibus (ob honorem Upsaliæ) constabat, dependente inde icone Servatoris: vel ap. Paillotum in ovali figura cærulea nomine IHS, literis aureis, media sustinente cruciculam erectam, inferius vero 4. clavis argento & nigro pictis. Idem institutionem ordinis adscribit Magno regi Sueciæ 1334. Alii ibidem equites (dicti, *gladii & balthei equites*) conficiebant torquem è gladiis & ex quibus hi suspensi, baltheis, ut acies cruentæ visæ se contingerent. Cherubini s. Jesu.

§. XLIX. Franciscus D. Britann. ordinem *Spicæ* instituit 1450. Equitum torques constabat spicis, quas laquei amoris (ut nominare solent) colligabant, ut coronam aliquam Cereris referret. Ex torque suspendebatur duabus catenulis mus ponticus seu hermionicus colliculo viridi insistens, cum symbolo *Ama vie*. Defecit hic extincta Britannorum familia. Spicæ.

§. L. Renatus Andinus Rex Siciliæ & Neap. ordinem 1464. instituit *Lunæ crescentis*. Andegavi, cujus symbolum erat ex torque aureo triplici suspensa figura Lunæ crescentis, cum Epigraphe, *Los*. Quod legebatur *Loz en croissant*. Defecit hic quoque cum Andegavensi familia. Lunæ crescentis.

§. LI. Alium ordinem equitum sub nomine *navis & conchæ marinæ* instituisse dicitur Ludovicus IX. Rex Galliæ, qui iisdem symbolis post expeditionem orientalem monetam insignivit. Eum ordinem Paillot ait dictum à nave vel à transmarina expeditione (*d' outremer*) vel à duplici semiluna. Torques enim, ex quo in figura ovali dependebat pictura navis, alternatim singulis conchis & duplici semiluna distinguebatur. Navis seu conchæ marinæ.

§. LII. Ordo *S. Michaelis* in Gallia Ludovicum XI. agnoscit autorem, qui eum instituit 1469. Amboisiæ. Torques conchyliis constat, dependente inde Archangeli Michaelis imagine, quia hic Franciæ creditus adv. Anglos propugnator. Symbolum est: *Immensi tremor Oceani*. S. Michaelis.

§. LIII. Rudolpho Habspurgico adscribitur institutio ordinis *S. Georgii* in Carinthia, cui urbs à Sancto hoc dicta concessa est. Alii eundem adscribere malunt S. Georgii.

Friderico III. vel Maximiliano I. qui adversus Turcas eum instituerit. Insigne crux aurea trifoliata cum corona inserta. Veterem crucem putant fuisse rubeam in scuto argenteo.

Crucis Burgundicæ.

§. LIV. Carolus V. in expeditione Africana, qua Muleassem regno restituerat, Tuneti, ubi victor ingressus erat, 1535. ordinem instituit equitum *crucis Burgundicæ*, in memoriam expeditionis. Symbolum fuit crux Burgundica, cum igniario scintillas è silice eliciente: cum inscriptione: *Barbaria.* Torques vero constabat talibus crucibus & imposito igniario. *Varenn. R. d' arm.* P. 4. p. 590. 591. ait esse runcinam, quæ decussatis illis scipionibus imponatur. vid. infr. §. 68.

S. Stephani Papæ.

§. LV. Equites *S. Stephani Papæ* (cujus die memoriali victoria ad Marcianum potitus erat) instituit 1561. Cosmus Mediceus M. Hetruriæ Dux, & ilico Pontificis Pii IV. obtinuit confirmationem. Obligantur ad defensionem fidei Christianæ, auxilium pauperum & redemtionem captivorum. Crucis forma est cum Melitensi communis, cocco tingitur, sed limbo eam aureo terminante.

S. Spiritus.

§. LVI. Ordo equitum *Spiritus S.* institutus est Lutetiæ l. Can. 1579. ab Henrico III. Franciæ & Poloniæ Rege, ut indicio servi & æternæ pietatis & gratitudinis, qua se DEO obstrictum agnoscebat ob beneficia, quæ eo die acceperat, qui effusioni Spiritus S. sacrari solet: Illo enim vitalem auram primum hauserat, illo Rex Poloniæ electus fuerat, & eodem morte fratris Caroli IX. successionem regni Francici adeptus erat. Numerus equitum constitutus est, ut triginta sex essent: Verum ille jam dudum servari desiit: cum Ludovicus XIII. 1633. una creatione 56. equites nominaverit: & ultima solenniori creatione 1662. septuaginta numerati sunt. Equites hi gestant crucem holosericam coloris aurantii ex sinistro latere palliorum vel vestium, in cujus medio visitur columba acu picta argentea, quales etiam radii extrema complent. Alia crux collo dependet aurea, de tænia cærulea, quæ opere encaustico refert in angulis singula lilia, & in medio utrinque columbam. Major torques ordinis componitur è liliis aureis, flammis ejusdem metalli coronatis rubentibus, intermistis tribus characteribus H. & duplici A ex auro, sed dealbato. Crux ordinis est aurea, medio sui repræsentans columbam argenteam, qualis etiam peribolus est crucis, ex altera parte visitur imago S. Michaëlis. Ultimo Junii die 1594. Henricus IV. characteres decessoris sui è torque sustulit, substitutis trophæis armorum, & litera H. coronata. Sunt qui asserant 1352. originem hunc institutum à Ludovico Siciliæ Rege, adeo ut Henricus III. non nisi renovator ejusdem haberi debeat.

S. Sanguinis Salvatoris.

§. LVII. Vincentius Gonzaga Dux Mantuæ instituit ordinem, qui cognomen habet à *S. sanguine Salvatoris nostri Iesu Christi*, quia hujus guttas aliquas à Longino exceptas, cum spongia Mantuæ servari vulgo persuasio est. Institutio facta 1608. in nuptiis filii Francisci cum Margareta Sabaudica. Symbolum est: *Nihil isto triste recepto.* Torques connectit ovales figuras aureas, in quarum jacentibus alternatione voces *Domine probasti*, candidis literis exaratæ, erectis vascula aurifabrorum, quibus in probando auro uti solent (coupelles) flammis imposita, comparent: Dependet ex torque ovalis iterum figura, angelos duos ciborium coronatum, cum 3. guttis sanguineis, & symbolo ordinis supra dicto continens.

B. Virginis de monte Carmel. & S. Lazari.

§. LVIII. Quamvis equites Lazari in Sabaudia cum Mauritianis juncti sint, obtinuit tamen autoritate Henrici IV. qui 100. equites, ut se in expeditionibus bellicis sequerentur, instituit Philibertus de Nerestam à Paulo V. Pontifice 1607. Ut posthac in Francia equites Lazari nomen gererent *B. Virginis de monte Carmel. & S. Lazari:* Crux eorum est violacea Melitensis forma, cum imagine Virg. Deiparæ.

à Pontificibus instituti.

§. LIX. Demum adjicit equites, qui à Pontificibus instituti sunt; quales sunt equites *Jesu Christi*, cum cruce rubea, aureo limbo vel potius alteri cruci pedatæ inclusa, Joanne XXII. autore 1320. *S. Spiritus seu hospitalarii S. Spiritus* Fratres, cum cruce alba Pauli II. 1468. *S. Petri* (ex torque triplici dependebat S. Petri Apostoli imago) Leonis X. adversus Turcas institutum, *S. Georgii* (insigne crux aurea circulo in coronæ formam effecto inclusa) à P. Alexandro VI. instituti, *Pii IV.* Pontificis 1560. qui ejus nomine sed non nisi quoad ipse sedit, superbiebant, & in publico compariturum Pontificem gestaturi erant, *Lauretani* Sixtum V. autorem 1586. habentes.

§. LX

§. LX. Illos ordines recenſet præfatus autor, ordine dubio & nullo potius: His ex Paillóto (qui ex Favino allegat) addas licet: 1. ordinem eq. *Ampullæ* quam vocant, & B. Regimio Clodoveum regem baptizaturo allatam volunt, atque hunc Regibus inaugurandis adhibere ſolent. Hic ordo 4. Baronibus *de Terrier, de Belleſtre, de Sonaſtre & de Loñverſy*, vaſallis Abbatiæ S. Remigii, quæ Rhemis eſt, proprius, notatur cruce aurea, opere encauſtico albo ornata, cujus angulis 4. totidem lilii flores inſeruntur, ipſi vero cruci incumbit effigies columbæ ampullam ex manu porrecta roſtro apprehendentis. Hanc crucem ex faſciola ſerica nigra ſuſpenſam collo, tum etiam pallio affixam geſtant, cum ampullam, quæ ad regis conſecrationem defertur, uraniſcum deſuper portantes comitentur. 2. Ordinem *Coronæ regiæ*. Carolus M. eum inſtituit pro Friſiis, qui adverſus Saxones fortiter ſe geſſerant. Inſigne erat corona regia aurea, quam è regione ſtomachi geſtabant, qui eo inaugurati erant. Symb. *coronabitur legitime certans*. 3. *Aquilæ Albæ* in Polonia. Quem attribuunt Uladislao Loctico 1325. honori nuptiali filii Caſimiri, cum Gedimini Lithuani filiam duceret; Torques triplex aquilam argenteam, coronatam ſuſpenſam duplici catenula ſuſtinebat. 4. *Urſi ſ. S. Galli*: Hunc attribuunt Friderico II. 1212. qui eum in Galli fano inſtituerit in honorem Urſi ex legione Thebæa Soloduri martyrio affecti. Torques aureus erat, ex quo dependebat Icon Urſi nigri ſolo viridi inſiſtentis. Cum præcipuos proceres regionis Cæſar eo ornaſſet ordine, poteſtas conferendi deinceps Abbati collata eſt. Solennitas feſtiva celebrari ſolebat die S. Galli. Additum dein aliud ſertum foliis quercinis conſtans, quo prior torques circumdabatur. Deſiit dein ordo caſtris nobilium in Helvetia dirutis. 5. *Siliquarum geniſtæ* (*de la coſſe ſ. gouſſe de Geneſte.*) Adſcribitur Ludovico IX. Regi 1234. Unde ob id ipſum ſine hoc inſigni nunquam pingendum dicunt. Torques connectebat flores vel ſiliquas geniſtæ & lilia ſingulis rhombis inſerta, dependente ex duplici catenula cruce aurea florida. 6. *Scuti aurei*. Autor fuit Ludov. II. D. Borbonii 1363. ex Anglia redux. Scutum aureum percurrebat faſcia margaritarum, acu picta voce *Allen*, quaſi diceret *Allons*. 7. *De la Dard* vel *de la Vaſe de la Vierge Marie*. S. Vaſculi B. Virginis, Antiquera capta in memoriam victoriæ à Mauris reportatæ 1410. Ferdinandus Infans Caſtiliæ hunc ordinem dicitur inſtituiſſe. Torques duplex connectebat gryphes D. vaſcula liliis plena. 8. *Caritatis Chriſtianæ*. Ab Henrico III. R. Gall. inſtitutus eſt, beneficio eorum, qui in bello membris mutilatis amiſiſſent corporis vigorem, aſſignatis certis, quibus fruerentur ex xenodochiorum reditibus, ſubſidiis. Inſigne crux aurea vel argentea, cæruleo cum limbo, impreſſo cordi rhombo cæruleo lilium aureum acu pictum complexo: circa crucem illa leguntur verba: *Pour avoir bien ſervi*. 9. S. *Magdalenæ*. Unus ejus eques fuit Joh Cheſnel Dn. de la Chappronaye, Brito, qui ex oriente redux inſtitutum propoſuit Ludov. XIII. 1614. Præcipuum votum abjurare omnia duella, & pugnas, niſi quæ pro Deo, rege & regno ſuſciperentur. Verum ob varia obſtacula conſilium eventu caruit, unde ſolus ille ordinis eques, demum tædio ſæculi eremum intravit & jam nomine *Eremitæ S. Magdalenæ* notior, mortuus eſt. Symbolum deſtinabatur: *L' amour de Dieu eſt pacifique*. 10. *S. Mariæ*. Autores fuere Petrus, Joh. Baptiſta & Bernardus Petriniani, fratres, Itali, & ejus confirmationem à Pontifice Paulo V. 1618. obtinuere. Conſilium fuit pugna in Turcas & defenſio fidei Chriſtianæ. Ex torque dependet cruci in 4. liliorum formam compoſitæ, impoſitus circulus literas M. & S. (Sancta Maria) implicitas, corona & ſtellis redimitas, & in peribolo ſymbolum: *in hoc ſigno vincam*, complectens. Singulis crucis angulis impreſſa ſpectatur ſtella radioſa. 11. *S. Marci*. A Republica Veneta confertur bene meritis, qui deinceps apici galeæ leonis rictum imponere poſſunt. Ordinis inſignia ſunt leo alatus. Cum epigraphe: *Pax tibi Marce Evangeliſta meus*. 12. *S. Catharinæ montis Sinai*. Conferebatur à primario religioſo monaſterii S. Catharinæ illis, qui religionis cauſa eo veniebant. Inſigne eſt crux Hieroſolymitana rotæ 6. radiorum rubeæ, clavis argenteis inſtructæ innexa. 13. S. *Antonii*. Caput ordinis eſt Viennæ in Delfinatu. Præcipui literam T. ſ. crucem Antonianam duplicem, alteram alteri impoſitam, reliqui unicam geſtant inſigne. 14. S. *Georgii*, Genuenſium eſt. Inſigne præſtat ſuſpenſa ex torque aureo crux rubea. 15. S. *Geryonis*. Autorem ferunt Fridericum Barbaroſſam, alii

Alii à Paillóto notati.

ſecundo, qui eum inſtituerit in honorem Geryonis, qui Coloniæ martyrium cum 318. commilitonibus tulit. Inſigne erat crux nigra, veſti candidæ impoſita.

Alia ſcuto circumdari ſolita.

§. LXI. Præter ordinum torques alia etiam circumdari videmus. Nam *Abbatiſſæ* præter pedum ad lævam converſum, roſario circumdant ſcutum: nec non *priores*, quorum pedum tale eſt, quale peregrinantibus uſui eſſe ſolet. *Equites Melitenſes* itidem roſario cingunt clypeum, cruce ordinis ſui ſubjecta: aliam vero crucem argenteam capiti ſcutario rubeo inſcribunt. *Commendatores* nudum gladium adjiciunt, Magnus Magiſter coronam, qua Principes utuntur: qui etiam pallio nigro, in quo Dominicæ paſſionis inſtrumenta picta viſuntur, ſcutum tegit. *Religioſi* quoque roſarium ſcuto circumponunt, *religioſæ* vero ſertum ex roſis & ſpinis. Monent tamen inſignia tantum ſervare cum ordinem intrent vel moriantur: alias vero ordinis ſigno vel alio uti, etiam ſigilli loco. Cum Epiſcopi creantur, intra mitram & clypeum ordinis ſymbolum interjici moris eſt. E. g. *Minimi* vocem *Charitas* in corona ſpinea: in eadem oratorii presbyteri *Jeſus Maria.*

Funiculi viduarum Illuſtrium.

§. LXII. Hujus loci ſunt funiculi (cordeliere, **geflochtene knoden oder verknüpffte ſchnür.** Nobil. Harsdörfer reddidit) quibus in aliquot nodos collectis & variè contortis (laqueos amoris, lacs d' amour, vocant) ſolent in Gallia Viduæ circumdare ſcuta. Prima uſurpavit Anna Britannica Caroli IIX. vidua. Unde Fauchet & alii indignabantur, in principum injuriam ad alios etiam morem tranſiiſſe: ſed *Varenn. R. d' arm.* P. 4. p. 600. querelas neceſſarias non exiſtimat, cum ipſa ſcuta ſatis diſtinguant, inter principes & inferioris ordinis nobilitatem. Idem vero hanc reprehendit conſuetudinem, qua aliquæ etiam in conjugio viventes funiculis his uſæ ſunt, & mallet duos ramos, inprimis palmæ, ab his ſubſtitui viduam funiculis. Sed alias quoque hinc inde, nulla ratione, ornatus tantum cauſa, à principibus, vel nobilibus etiam, ſcutis quibus circumdentur addi palmas, à virginibus ſerta.

Papilio ſ. conopeum.

§. LXIII. Non alio referre poſſum *papilionem* ſeu *conopeum* (*pavillon* **thronzelt**) quo regia inſignia contegi, recentioris inventi eſt. Regibus ſolis vindicat *Varenn. R. d' arm. P. 7. p. 613. ſeq.* Quia ſit nota ſupremæ poteſtatis. 2. bellicæ fortitudinis. 3. aliquo modo ſacrum ſignum. Ita *D. du Val. p.* 6. Qui addit: alios magnates, nulli ſubjectos, ſi tali conopeo tegere inſignia velint, faſtigium tollere: atque ita in pallii ducalis modum contrahere.

Symbola rerum præclare geſtarum.

§. LXIV. Priusquam hinc abeam, earum etiam figurarum mentio facienda eſt, quæ meritorum & geſtorum cauſa adjiciuntur. Inprimis non infrequens eſt, vexilla adponi, quæ hoſtibus aliquando erepta. Hoc Hiſpanis admodum familiare, ob bella in Mauros. *Toletani* ſcuto adjiciunt decem, variis figuris picta, quæ ex majoribus unus eripuit hoſti: *Acugnii* tredecim, *Granatenſes* 8. *Portocarrerii de Palma* 15. *Cordubenſes de Comares* 64. *Bazani* 28. *Sandei March. de Valdifuente* ſena equeſtria & pedeſtria. In Italia *Columnii* ex ſuperiori ſcuti parte prominentia oſtentant vexilla duo majora, quorum alteri Papæ, alteri Imperatoris inſignia inſcribuntur: dein alia vexilla majora 8. Turcis erepta, cum duobus regibus barbaris, qui catena vincti conſpiciuntur. Ita Com. *Conti* **Wap.** IV. p. 2. ſcuto adjiciunt utrinque ſeptena diverſis ſymbolis inſignita & non unius figuræ vexilla, tum inferius duo tormenta majora, quæ cum globo ignem & fumum evomunt. In Germania exemplum occurrit *Walpurgiorum* (**Wap.** I. p. 19.) qui ſcuto Suevicum vexillum adponunt: vid. Hiſt. inſign. l. 2. c. 107. n. 8. 11. Affine eſt quod in apice *Kæbiziorum* è latere prodeunt 5. haſtæ (**Wap.** I. p. 156.)

Symbola ſ. lemmata epigraphica.

§. LXV. Nunc ad tertium capitis hujus membrum tranſimus, quo de *ſymbolis* ſeu *lemmatibus epigraphicis* ſcuto exterius adjectis, nam quæ in parma locum habent, ſuperius C. V. S. VI. m. 5. tractata ſunt (deviſe) agendum eſt. Cæterum ſymbolum vel nudis literis vel ſingulis vocibus (aliquando ad figuram ſcuti reſpicientibus) vel integra ſententia, vel ſolis figuris, vel utroque conſtat. Varenn. R. d' arm. P. 2. p. 163. ita definit ſymbolum: *Une allegorie myſtique d' un ſens caché ſous l' eſcorce d' une figure ſans dicton, ou d' un dicton ſans figure, ou de 2. enſemble:* vel *corps ſans ame, ame ſans corps, ou deux enſemble:* h. e. Allegoria myſtica ſenſus arcani ſub cortice figuræ ſine dicterio, vel dicterii ſine figura, vel utriusque ſeu: corpus anima caſſum, aut ſine corpore hæc, aut utrumque. Ex his vero ad inſignia proprie vix niſi illa ſpecies ſpectat, quæ ſolo dicterio conſtat.

§. LXV I.

§. LXVI. Præcipua quæ huc ſpectat, illa diviſio eſt, quod ſymbola alia perſonarum ſint, alia familiarum. Ex quibus proprie hæc tantum, ſaltem præcipuè, ad noſtrum argumentum ſpectant. Dabimus tamen illorum quoq; exempla notabiliora: Sigismundus *Malateſta* I. Arimini nudo Scævolæ brachio flammis inſerto, adſcribebat: *His graviora* Camillus *Palavicinus* flori, quem inferius rodebat teſtudo, *Ogni bellezza ha fine*, Paulus *Sfortia* M. de Caravas arcui intenſo & in cœlum evibraturo ſagittam: *Sic itur ad aſtra* (ſc. intentione recta & vi) Jacobus *Medicinus Meleianus* pilæ in aerem jactatæ, *Percuſſus elevor.* Carolus Fridericus I. *Iuliaco-Clivius* ſcuto cordibus pleno. *Hic murus aheneus eſto:* &: *Benevolentia bonisſima Guardia.* Joannes II. R. Navarræ duobus vaſis, quorum altero aqua in terram effundebatur, alterum ignem ardentem continebat, *Par obitus* (quod ſapientes cœlum morte, reliqui terram petant) *Catharina Medicea*, Henrici II. lanceæ fragmento occiſi vidua, lanceæ fractæ: *Hinc dolor hinc lacrymæ*: *Maximilianus* II. Imperator aquilæ hinc laurum, iſthinc fulmen ferenti; Εν καιρῷ ἑκάτερον. *Fridericus* III. Imp. brachio gladium codici oppoſitum tenenti. *Hic regit, ille tuetur.* Symbola perſonalia.

§. LXVII. Quod vero ſymbola gentilitia attinet, qua ſchedulis inſcripta, & vel ſuperius vel inferius ſcutis gentilitiis rectius apponuntur, nunc aliqua eorum exempla enumerabimus. Sunt vero illa exteris quam noſtris frequentiora. Dabimus vero promiſcue. *Granatenſes* in Hiſp. ex regibus deſcendentes illo utuntur: *Servire Deo regnare eſt. Le Paige* (*Picard.*) *virtuti vigila. Liedet* 3. rupibus argenteis in cærulea parma addit: *Non eſt à terra mollis ad aſtra via. Sabaticis* (Provinc.) argenteæ ſemilunæ inter conchas tres aureas in parma cærulea: *Pleno ſidere plenæ* (quia conchæ in plenilunio repletæ) Com. de *Leslie* (Wap. P. IV. p. 7.) *Gripfaſt.* Bar. *de Porta* (Wapenb. IV. p. 14.) *Protector noſter aſpice*, in ſchedula ſcuto ſubjecta *Avanzini* (Wapenb. IV. p. 22.) in ſchedula apici impoſita: *Ignis ut aſtra ſic animus. Capria* (Wapenb. IV. p. 38.) in ſchedula apici adjecta: *Sub umbra alarum tuarum protege me. Columbo* (Wapenb. IV. p. 42.) itidem adjecta cimerio: *Non ſine cauſa. Franchimont* (Wapenb. IV. p. 61.) ſchedæ ſuper corona apicis volante: *Nihil corona nobilius. Roya* (Wapenb. IV. p. 152.) in ſcheda quam cum palma & alio ramuſculo medium tenet brachium protenſum apicis, *Omen Concordia. Iacquet de la Verriere* in ſcuto cyaneo leoni ſedenti aureo lilium ejusdem metalli pede dextro tenenti addit verba: *Accipe daque fidem.* Gentilitia

§. LXVIII. Obſervatio non indigna eſt, quod monet *Varenn. R. d' arm. P.* 4. *p.* 566. Ne ſymbola aſſumantur nimis faſtuoſa, quorum dein contrarium non ſine aliorum ludibrio evenire facile queat. Fuere qui Caroli V. *Plus ultra*, quod columnis duabus Herculis (Varenn. p. 288. ait aprum additum inter eas, qui uti ſemper curſu pergit, ulterius pergendi hieroglyphicum eſſe poterat) ſolebat adſcribere, arrogantiæ poſtulabant, inprimis quando ad metam fortunæ ſuæ & victoriarum prius quam vitæ ſe veniſſe ipſe agnovit. Huc etiam referunt *Franciſci* 2. *R.* Gall. *Unus non ſufficit orbis.* Ita narrant Ludovicum Ducem Aurelianenſem, ut doceret regni adminiſtrationem, quam Johannes Dux Burgundiæ, ipſi controverſam reddebat, in ſua manu futuram, amicis ſuis ſcipiones nodatos dediſſe cum ſymbolo: *je l'en vis.* Itaque æmulus Burgundus runcinam pro hieroglyphico cum voce *je houd* (ego teneo) aſſumſit, oſtenſurus, runcina ſe lævigaturum ſcipiones nodatos adverſari: Unde vexillis & monetis impreſſi duo nodati ſcipiones cum runcina. Et hinc ordo ille Burgundicus de quo §. 54. Faſtuoſa.

§. LXIX. Quartum eſt de *teſſera militari* (cry de guerre) qua utebantur familiæ illuſtres in bello, cum Principis ſui auxilio copias educebant, inprimis vero ipſi principes. Unde habetur pro uno ex præcipuis teſtimoniis illuſtris nobilitatis, quia non aliis permittebatur, quam qui egregium numerum vaſallorum Principi poterant adducere. Origo à teſſeris conſuetis bellicis, qua dari ſolent ab Imperatore vel Duce exercitus. Græci σύμβολον vel σύνθημα dicunt, ſignum quod dabatur exeuntibus in pugnam vitandæ confuſionis cauſa, & παρεγγυᾶν τὸ σύνθημα, teſſeram dare. Ita Xenophon. Κυροπαιδ' l. 3. ἕως δ' ἔτι ἔξω βελῶν ἦσαν, παρηγγύα ὁ κῦρος σύνθημα, ζεὺς σύμμαχος καὶ ἡγεμών. ἐπεὶ δὲ πάλιν ἦκε τὸ σύνθημα ἀνταποδιδόμενον, ἐξῆρχεν αὖ διοσκόροις παιᾶνα τὸ νομιζόμενον. Et l. 7. ταῦτα εἰπὼν καὶ σύνθημα παρεγγυήσας ζεὺ σῶτερ καὶ ἡγεμών, ἐπορεύετο. Verum ita vocabatur non tantum quod exercitui in aciem prodi- Teſſera militaris. Origo.

produturo dabatur, vocale ſymbolum. Sed & quod dabatur vigilibus & excubitoribus ab eo qui Latine teſſerarius dicitur, Græceque ἔφοδος ſeu ἐφοδεύων, id eſt circuitor. Inde Polybius de caſtrametatione Romanorum: τῶν δ' ἐφόδων ἑκάστῳ ἅμα τῷ φωτὶ πρὸς τὸν χιλίαρχον ἀναφέρει τὸ σύνθημα, κἂν μὴ ᾖ πάντα δεδομένα. Χωρὶς ἐγκλήματος ἀπαλλάττονται πάλιν. Ubi taleolas ligneas fuiſſe oſtendit inſignitas characteribus; agens, ὁ δὲ (χιλίαρχος) δίδωσι, τούτοις πᾶσιν ξυλίσια κατὰ φυλακὴν βραχέα τελέως ἔχοντα χαρακτῆρας. Liv. l. 7. Teſſera per caſtra à Coſ. data erat. Fulviam Antonii uxorem accingi enſe ſolitam, & σύνθημα διδόναι militibus ſcribit in rebus Auguſti Dion. σύνθημα eſt teſſeram petere ab Imperatore vel Duce, quod & ſignum petere apud Sueton. dicitur. In ſacris exemplum ſubminiſtrat Judas Maccabæus. 2. Maccab. 13, 15. Δὸς περὶ αὐτῶν σύνθημα, Θεοῦ νίκης. **Er gab dieſe wort ihnen zur loſung / GOtt gibt ſieg.**

Uſus in Heraldicis.

§. LXX. A militari more ſecuti ſcuta, galeæ & alia ad inſignia nobilitatis tracta ſunt, ita & teſſera militaris (de qua vide etiam Hæping de jur. inſign. c. 17. n. 60. ſeq. ſed ad militarem non heraldicum uſum tractat) eodem tracta eſt, cum ſeu illuſtres, qui cum aliquo vaſallorum numero principis ſui exercitui accedebant, certam teſſeram ſumſerant, familiæ propriam futuram. Sumebantur vero eæ teſſeræ à variis rebus. *Valſ. de la Colomb.* conſtituit inprimis 4. ſpecies: Quod ſumantur à factionis capite. 2. Dei vel Sancti alicujus invocatione. 3. jactantia aut provocatione. 4. fortuito caſu.

Exempla.

§. LXXI. Exempla adducemus variarum teſſerarum: Regum Galliæ fuit: *Monjoye S. Denis* (de qua Hiſt. inſ. l. 1.24.n.27.) veterum Burgundorum: *Monjoye au noble Duc*, vel *Monjoye S. Andriea*, Andinorum. *Monjoye Anjou. Montmorancyorum* Dieu ayde au premier Chreſtien, *Leviæ* familiæ, Dieu ayde au ſecond Chreſtien, *Campaniæ & Sancerræ* Comitum, Paſſavant li meillos, *Viennenſium*, S. George au puiſſant Duc, trium familiarum de *Ailly*, *Mailly*, *Crequy*, ipſa familiarum nomina, unde

Ailly, Mailly, Crequy,
Tel nom, telles armes, tel cry.

Barenſium au feu, au feu. Famil. *S. Severe*, Broſſe: *Chaſtre* a l' attrait de bons Chevaliers, *Chauvigny en Berry*, Chevaliers pleuvent, *Verun en Puard.* Coucy à la merveille, *Iard*, Rochechouart, *Prie* Cans d' oyeſaux, *Culant* au peigne *d' or Kergournadech* en dieux eſt *Molac*, *Gric*, *Vaudenay* au bruit, *Salvaing Boiſſien* in Delf. A Salvaing le plus Gorgias, *Montoyſon* a la recouſſe Montoyſon (data à Carolo VIII. in prælio ad Forum novum, quia Dn. de Montoyſon Delfinas extremam aciem ducebat, & regis mandato accedens victoriam obtinuit.)

Ab urbib⁹ vel arcibus deſumta.

§. LXXII. Aliquando arcis vel urbis nomen aſſumtum huic fini: ut *Lotharingorum* Primi, Princip. Sic & Habſpurgicis caſtri ſui nomen pro teſſera militari aſſignat. Chifflet. An vero ob hoc illi Comites regiæ originis fuiſſe probetur, examinat Blondell. Geneal. Franc. plen. aſſert. T. 2. pag. 359. Originem reſpiciebat teſſera primorum Navarræ & Aragoniæ regum, cum in bellis contra Mauros clamare ſolebant *Bigorre, Bigorre*, hinc enim illi prodiiſſe perhibentur.

CAP. IIX.

DE DISCERNICULIS DES BRISURES.

§. 1. *Diſcernicula ad diſtinctionem primogenitorum.*
2. *An etiam primogenitis neceſſaria.*
3. *Qui ex poſtgenitis exempti à neceſſitate.*
4. *Neceſſitas diſtinctionum aliquibus impoſita.*
5. *Ex vetuſta lege Anglorum & Werinorum.*
6. *Origo.*
7. *Uſus apud Germanos.*
8. *Diſcernicula in principales figuras mutata.*
9. *Modi diſtinguendi, Variatio colorum.*
10. *Exempla in Germania.*
11. *Apud Gallos.*
12. *In Anglia.*
13. *Omiſſio ex figuris ſcuti.*
14. *Additio notarum.*
15. *Lemniſci. Lambeaux.*
16. *Segmentorum numerus.*
17. *Exempla in Germania.*
18. *An vera diſcernicula ſint.*
19. *Limbus.*
20. *Uſus in Hiſpania & Germania.*
21. *Baltheus dexter.*
22. *Quadrans honorarius.*
23. *Cantherius, faſcia, peribolus.*
24. *Ra-*

24. *Rationes à successione avita vel materna.*
25. *Ex Dominio vel titulo peculiari.*
26. *A facto præclaro.*
27. *Figuræ sine certa ratione assumtæ.*
28. *Regulæ Discerniculis ab aliquibus scriptæ.*
29. *An in illis metallum metallo inscribere liceat.*
30. *Modus per alterationem figuræ.*
31. *Abscissio angulorum.*
32. *Modi apud Germanos per apicis variationem.*
33. *Nec tamen hæc primitus illo fine assumta.*
34. *Mores Polonorum, Septentrionalium, Italorum.*
35. *Exempla Germanorum.*
36. *Significationem primam aliquando discernicula perdunt.*
37. *Exempla Gallorum.*
38. *Hispanorum.*
39. *Anglorum.*
40. *Illegitimorum liberorum notæ.*
41. *Inprimis baltheus sinister.*
42. *An id universim receptum.*
43. *Gallorum & Belgarum consuetudo.*
44. *Anglorum.*
45. *Aliæ etiam figuræ & apex in lævam versa.*
46. *Aliæ notæ nothorum.*
47. *Hispanorum circa has mores.*
48. *Notæ ignominiosæ.*
49. *Judicium de illis.*
50. *Exemplum in Polonia.*

CAPUT IIX.

DE DISCERNICULIS VEL DISTINCTIVIS AUT DIMINUTIVIS NOTIS. *DES BRISURES.*

§. I. UTi apud gentes plerasque primogenitorum variæ fuere prærogativæ (de quibus post alios Varenn. R. d'Arm. P. 4. p. 507.) ita in materia scutaria hanc quoque eorum ἐξοχὴν nonnulli esse voluere, ut solis illis jus esset portandi arma plana vel plena (des armes plaines) hoc est integra vel indiscreta, ut *Spelmannus* vocare solet. His opponuntur armes *brisées*, fracta seu certis distinctivis figuris affecta vel imminuta. Vocatur ergo *Brisure* seu imminutio scuti nota scutis juniorum fratrum vel linearum impressa, qua à primogenitis discernantur. Nostri vocant Beyzeichen. Si vero parmæ jam tali discerniculo affectæ iterum aliud accedat, Galli vocant *sous-brisure*, quæ est distincto secundaria s. subdistinctio : cum primariæ notæ distinctivæ superadditur subdistinctiva. Discernicula ad distinctionem primogenitorum.

§. II. Sunt qui ipsis primogenitis, dum parens vivit, distinctivas notas usurpandi necessitatem imposita volunt. Ita apud Le Labour. orig. des arm. num. 149. Oliverius de la Marche perhibet, & laciniam trifidam illis adscribit, atque ad hoc Jacobi Lalani exemplum adducit : sed Labourerius saltem à 150. annis rem consuetam non fuisse, verum à primogenitis plena paterna arma semper gestari testatur. Quod de Gallia accipere volo. Nam apud Chifflet in insign. Eq. aur. Vell. n. 93. 114. 172. 246. exempla Philippi I. Caroli V. 2. & 3. Regum Hispaniæ, quibuscum viverent parentes signa distinctiva adjiciuntur, arguere videntur, quod in Belgio mos vetus non desierit. Idem de Anglia dixerim. Diserte enim *Henr. Spelmann.* perhibet, vivente patre donari primogenitos lemnisco triplici, si avus supersit quintuplici : primogenitum vero ex secundo conjugio lemnisco quintuplici. Allegat etiam ad Spelmannum N. N. p. 98. *Ed. Bissæus*, quod Edoardus de Hasting in controversia adversus Reginaldum de Greq argumentum, quod proximus hæres Hastingiani scuti fuerit, adferat, quia majores illa insignia gesserint cum lambella argentea tricuspide, proximi hæredis notâ. De hodierno regni illius usu mihi non constat. An etiam primogenitis necessaria.

§. III. Exemtos tamen pronunciant ab ista necessitate certos quosdam ; Puta 1. Ecclesiasticos, quia cum nullam prolem relinquant, metus etiam nullus sit confusionis linearum, quæ alioquin ratio est harum notarum. 2. Qui in aliud regnum transiere : quod ex eadem causa fit, quia ratio distinctivarum notarum cesset. Exempla sunt Ursini in Gallia, qui absque diminutione Romanorum, qui primogeniti superant, δείγματα usurpant : ut & Principes Rosenbergii ejusdem familiæ. Qui ex posteritis exemti à necessitate.

§. IV. Alii sæpius decreto adacti, ut tales notas adsciscerent. Vid. *M. Vulf. de la Colomb. sc. Heroiq.* c. 11. p. 75. Ita Parlamentum Gratianopolitanum juniores familiæ de *Salvain de Boisieu* adegit, ut senio primogenitorum differentiam aliquam adderent. Interim quam notam distinctivam adsumere velint, electioni ipsorum, qui gestare debent, permittitur, nec lege ad certas adstringi possunt, censente *M. Gilb. de Varenn. R. d'arm.* P. 4. p. 512. conf. infr. n. 28. Necessitas distinctionum aliquibus imposita.

§. V. Eun-

Ex vetusta lege Anglorum & Werinorum.

§. V. Eundem morem *Spelmannus Aſpilog.* pag. 139. deducit ex lege veteri Anglorum & Werinorum in German. Tom. 6. de alodibus §. 5. *Ad quemcunique hæreditas terræ pervenerit, ad illum veſtis bellica, id eſt lorica, ultio proximi & ſolutio laudis debet pertinere.* Ed. Biſſ. ad Upton. pag. 51. *Olim natu minoribus niſi egregia data differentia, illicitum erat, familiæ inſignia geſtare. Triobolariæ hæ differentiæ, quæ nunc nobis in uſu ſunt.* Tunc tempus incognitæ erant: Unde factum, quod minores natu fratres, derelictis penitus patrum teſſeris, & novas & multum à prioribus alienas ſibi aſſumebant. Conf. ſupra ex veteri Poëta cap. 2. num. 54.

Origo.

§. VI. Porro aliqui originem harum notarum adſcribunt temporibus *Ludovici Sancti*, alii *Ludovici Craſſi*, alii *Roberti I.* cui tanquam Andino Paradinus adſcribat ſcutum Francicum cum limbo rubeo (ſed hoc Paradinus ex ſuo ingenio) ſed certum eſt, tempore S. Ludovici jam fuiſſe in uſu, quod apparet ex tumulo Beatricis uxoris Raimundi Berengarii Comitis Provinciæ ſeculo duodecimo. Vid. *Meneſtr. Verit. art. du blaſ. pag.* 363. 371. Obſervant etiam veteres reges non permiſiſſe junioribus filiis ipſa inſignia, ſed tantum tincturas. Unde novas ab his aſſumtas figuras, à matrimoniis aut apennagiis. Aut referunt, quod reges Auſtraſiæ geſſerint ſcutum ternis tæniis diagonalibus aureis & cyaneis exaratum, Sveſſionii teſſellatum auro & cæruleo, *Aquitani* virgatum iisdem coloribus, *Aurelianenſes* cæruleum ſparſum ſilicibus aureis, *Verniandus* & *Drocenſes* teſſellatum auro & cæruleo &c. ſed exempla ſi ad veritatis trutinam velis expendere, vix omnia examen ſuſtinebunt. Drocenſium tamen, Veromannorum & Burgundorum exempla non rejecerim, ut inde patent colores Francicos ſaltim ſervatos à Principibus regiæ familiæ. Huc illa obſervatio facere videtur *Varennii R. d'arm* P. 3. pag. 388. cum refert aliquem minorem natu familiæ *Luſinianæ* ex Palæſtina reverſum aſſumſiſſe diſtinctioni crucem argenteam in ſcuto cyaneo, ut ita tantum ſervaret Luſinianas tincturas; Ex eo Luſiniani de *S. Gelais* & *Lanſac* orti ſunt.

Uſus apud Germanos.

§. VII. In Germania etiam diſtinctivarum notarum aliquis uſus fuiſſe, exemplis, quæ deinceps producuntur, patebit. Audiamus Cyr. Spangenb. **Adelsp.** P. 2. l. 12. cap. 30. pag. 312. **Wann ein ſtamm oder geſchlecht ſich weit außgebreitet / und die nachkommen andere herrſchafften und namen bekommen / hat man wohl denſelben allen das vätterliche erbwapen gelaſſen. Aber doch zum unterſcheid zwiſchen ihnen und dem erbſtamme ihnen etwa eine bäncke / ſtrich / ſtraſſe oder balcken / die länge oder die quäre / oder ſchlim herab / durch das Wapen gegeben / oder oben im ſchild eine brück über das erbwapen geſetzt / wie in des Königreichs** Neapolis **und des Hertzogthums** Orleans **wapen über den lilien zu erſehen.** Item, **in deren von Harff wapen / welche von einem andern geſchlecht eines andern namen herkame / die ein getheilten ſchild / oben roth / unten weiß geführet / zum unterſcheid aber iſt dem von Harff eine blaue bauck ins obern feld geſetzt.** Affine huic materiæ eſt, quod legimus apud Caſp. Lerch à Dirnſtein. de Ord. Equeſtr. **Grundſ.** 2. n. 7. p. 68. 69. **daß bey etlichen Adelichen** familiis **ſich begeben / da einer oder der ander in fehde und verbündliche geſellſchafft ſich eingelaſſen / das ein beyzeichen ſeines ſtamms / ſchild oder helm angenommen und geſetzt hat / damit unter Adelichen Perſonen und deroſelben tugend-geſchichten und** Contracten **ein unterſcheid gehalten werde: welches vielfältig von den** primogenitis **oder älteſten geſchehen / davon** Exempel **im Dalbergiſchen / Flersheimiſchen und anderer geſchlechte wapen /** Epitaphiis **und** ſigillis **vielmahl ich etwa geſehen hab. Es haben auch die alte Teutſche von Adel ihren gemein burg oder ganerben häuſern ein gemein ſchild / helm oder wapffen angenommen und deſſen ein jedes mitglied ſich ein ernſt und ſchimpff auch in eigenen wapffen gebraucht.**

Diſcernicula in principales figuras mutata.

§. VIII. Cum major natu, vel ejus linea deficit, in jus ſuccedit proximus frater vel linea, & abjecta ſua nota plena inſignia recipit, etiamſi ad ſucceſſionem bonorum non vocetur, ſed forte hæc per filiam aliorſum transferantur. Factum tamen eſt non rarò, ut quæ initio fuerant notæ diſtinctivæ, cœperint fieri principales, vel pro illis haberi: ſive errore ſeu alia ratione: ita ut ne quidem à junioribus depoſitæ

depositæ sint, cum jus primogenituræ ad eos delapsum est. Similis observatio est *M. Gilb. de Varenn. R. d'arm. P. 4. p. 515. Mon opinion est, que quand on voit force differentes figures dans un escu, particulierement au chef & aux costéz, on peut conjecturer, que ce sont brisures de puisnes anciens, les quelles mesmemont se retiennent aujourdhey, par ceux qui representent les aisnez, à raison que penteſtre se sont rendus les plus recommendables par leurs merites.* Hoc est: Existimo, quoties apparent in scuto plures figuræ diversæ, præcipuè in scuti capite & lateribus, exinde conjecturam capi posse, esse has notas distinctivas juniorum apud priscos fratrum, quæ hodie etiam servantur, ab illis qui primogenitos referunt, quia creduntur meritis suis maxime commendari. Ita cruciculæ, quæ in Barrensibus insignibus adduntur piscibus, olim non nisi distinctionis gratia additæ, nunc servantur tanquam necessariæ. Ita & fasciolas Lucenburgiorum initio distinctivas tantum fuisse non improbabile est: conf. de Leiningens. nostram hist. insign. l. 3. c. 45. n. 3.

§. IX. Modus non unus est distinguendi. Enumerabimus 4. præcipue; Primus ille est, cum servatis figuris colores solum variantur vel invertuntur. Hic olim admodum familiaris fuit, inprimis Belgis, ita ut vix alius tum fuerit notus. Certe *Menestr. L'art. de blas. Iustif.* c. 11. p. 283. 284. 285. (adducto suffragio Christophori de Butkens) reliquos modos demum per Burgundos in Belgium introductos memorat. Exempla adducamus aliquot. Celebre inprimis est, quod idem *Menestr. Verit. art. du blas.* c. 19. p. 352. ex Butkenio allegat, Arnoldi c. de *Arschot* circa 1120. cujus quinque filii totidem modis variarunt insignia paterna, quæ erant scutum aureum tribus liliis nigris impressum: cum enim hoc scutum solus servasset primogenitus, secundogenitus Gerhardus Dn. de Wesemale rubeæ parmæ lilia inseruit candentia (alius deinceps in eadem linea, solum auro, cocco flores tinxit.) Tertius Godofredus Baro de Rotzelaer lilia rubea inscripsit argenteo solo, Henr. Dn. de Riviere quartus itidem argenteo nigra, demum ultimus Joannes Dn. de *Schonoven*, aurea coccineo. Huc illa faciunt, quod cum Duces Brabantini gestent leonem aureum in solo nigro, Godofredus Brabantinus Henrici Ducis frater leonem altero metallo, ejusque falculas & linguam minio infecit. Comites de *Gennep* in Geldria in parma aurea gestabant decussim coccineum cum 4. forficibus concoloribus: Ex illis autem profati Domini de *Batteburg* scutum cocco, decussim & forfices auro tingunt. Walterus Bertaut Dn. *Mechliniæ* gestabat in clypeo aureo tres palos rubeos: frater Ægidius Dn. de *Berlaer* eosdem figebat in area argentea. Sic veteres Domini van *Zuylen* gestarunt in parma aurea tres rubeas columnas, quod dein assumsere Calenbergii, sed Domini *de Vianen* nigras in argentea, de *Bevervvaerde* cæruleus in argentea. *Cliviæ* parvam rubeam in cæruleam mutarunt (servata figura) Com. Teisterbantii. De familia *Castellia* notat Ægid. Gelen. de Colon. Agr. magn. l. 2. s. 6. p. 144. quod qui in Geldria sunt, gerunt in scuto prasino argenteam crucem anchoratam, cui ramus *de Woningen* in Transisalania intersit in dextro superiori angulo templum aureum: qui in Normania & Gallica Bononia sunt Castellii eandem anchoratam crucem sanguineam habent in argenteo solo, cum clabula coloris veneti obliquata à dextro in sinistrum: In Artesia anchoratam sanguineam crucem in perpendiculariter diviso clypeo, cujus anterior pars aurea, posterior argentea.

Modi distinguendi. Variatio colorum.

§. X. Quod de Belgis idem penè de *Germanis* etiam dixerim, hunc nempe distinguendi modum, illis vel unum vel præcipue placuisse. Inde regula est apud Hæping. de Jur. insign. cap. 9. num. 484. *Majores in propagatione stirpis diversos insignium colores propagare consveviſſe, ipso insigni retento.* Adducit exempla Comitum *Sternbergensium* & *Haymburgensium* in Carinthia, qui à Domino de Saaneck orti: ex quibus illi tres aureas stellas in clypeo cæruleo, hi in rubeo gestarint. conf. eund. cap. 13. num. 42. seqq. ubi exempla Polonorum & aliorum. Exempla multa illustria in histor. insign. occurrent: vide ibi *Nassoviæ* & *Solmenses* Com. item *Leiningios* & *Hanoicos*, Montfortios, Rappolstenios &c. Addemus vero alia: Ita *Salmenses* tradunt pro comitatu Salmensi in Ardennensi sylva (unde adhuc *Reifferscheidii* superant) usurpari 2. rubeos Salmones in solo argenteo à Salmone I. Comite. Sed comites Salmenses superioris comitatus in Lotharingia,

Exempla in Germania.

argenteos miniatæ parmæ inſcripſerunt, cum cruciculis in teſtimonium expeditionis in Palæſtinam. Ita documenta Salmenſia M.S. ex Chriſtoph. Gernichamp. dans ſa Declar. Chronolog. de la Vie de S. Symetre. p. 53. Duas lineas Comitum *Spanhemiorum* fuiſſe, itidé arguunt teſſellæ in alio ſcuto aureæ & cæruleæ, in alio argenteæ & coccineæ. Wap. 2. p. 12. Huc ſpectat quod ex B. Rhen. refert *Bernh. Herzog* Chr. Alſ. l. 6. p. 234. Tum (1281.) prætoris munus imperiale beneficium factum eſt, & additum inſigne crux quadrata, quam à diverſis una cum ſuperficie aliter atque aliter colorum diſcrimine variatam conſtat. Sic etiam duplices ſunt *Boyneburgii* Wap. l. p. 136. Geſtant utrique ſcutum quadripertitum, uni album & nigrum, alteri loco nigri cæruleum. De famil. *Rathſamhauſia* (Alſat.) memorat Herzog Chr. Alſat. l. 6. p. 270. quod ſcutulum in clypeo coccineo faſcia viridi impreſſum, argenteum alii, alii aureum geſſerint. Huc retulerim (niſi ſculptoris vitium eſt) quod *Hofvvart* (Francon.) cæruleam crucem ancoratam in aurea parma deferunt Wap. l. p. 103. Sed alii (in Svev.) auream in nigra. p. 110. Nec non quod *Dermbach zu Dermbach* (Haſſ.) geſtant tria nigra corda, cuſpidibus in clypei aurei umbilico coëuntibus, ſed *Dermbach dicti Graul* aurea in cæruleo plinthidibus argenteis ſparſo. Wap. I. p. 140. Cogitetur, an huc referendum quod *Munich* (Thuring.) ſcuto ex argento & minio teſſellato inducit faſcias duas cæruleas, ſed *Werningshofen* (Thuring.) item teſſellato ex argento & cyano rubeas. Wap. I. p. 147. An forte eadem ſub diverſis nominibus & lineis familia eſt? Conf. de *Dobritſchiis*, ſuperius c. 5. ſ. 6. m. 5. n. 2. Ita in *Kienburgiis* inſignibus area 2. & 3. una cum figura inſerta tinctura differt in linea Carinthia & Bavarica. Wap. I. p. 45. & 81. quod enim pro illa tingitur argento, id pro hac aureum eſt. Niſi ſculptoris vitium.

Apud Gallos. §. XI. Nec Gallis hic modus ignotus eſt. Exempla dabo: *Ægidius de Mailly* quatuor filiis, quos ex Johanna Ambianenſi ſuſceperat, hanc legem dedit, ne aliis diſcerniculis quam variatione colorum uterentur. Unde retinuit primogenitus 3. malleos praſinos in aureo clypeo, ſecundus malleos minio, tertius cæruleo, quartus nigro colore tinxit. Varenn. R. d'arm. P. 3. p. 476. Familia *Grolea* (*de Grolée*) ſcuto gaudet 8. conis ſ. pinnulis diſtincto, vel ut alii enunciare malunt, in crucem & decuſſim ſecto ſed conos pingit linea Breſſia auro & nigro colore alternatim, quæ vero in *Delfinatu* habet, aurum argento mutat. Refert item Varenn. P. 3. p. 467. exemplum famil. *Turpin*, in qua linea de *Vanuredon* (Aurelian.) aureis & cæruleis, de *Criſſe*, argenteis & miniatis rhombis ſcutum explet. Sic & in famil. *Caſtillonia* (*Caſtillon ſur Marne*) linea reperitur de *Montchallon*, quæ familiare ſcutum in praſinum convertit, eique prætor incumbens caput aureum, 3. palos varii velleris inſcribit. Notant quoque in familia *Villiers* juniorem quendam caput ſcuti aviti aurei cæruleum mutaſſe in coccineum, inſcripto brachio dextro, hormionica manica, quæ deorſum pendet ac ita toti incumbit induto. conf. de *Conigan* ſupra c. 5. ſ. 1. m. 1. n. 146.

In Anglia. §. XII. Apud Anglos non plane hic modus ignotus fuit, quod exemplo patet *Thurlandorum*: nam cum hi in aluta muris Pontici literam T. auream ter inſcribant ſcutario apici puniceo dentatoque, aliqui minores filii geſtarunt literas argenteas apud *Biſſ. N. N. ad Upton.* p. 89.

Omiſſio ex figuris ſcuti §. XIII. Alter modus eſt, ſi quid omittatur ex ſcuti figuris. Exemplum præ aliis celebre eſt, quod familia *Foxia* (*de Foix*) tres palos rubeos inſcribat ſcuto aureo, cum domus Barcinenſis, ex qua ortum ſuum deducere amat, quatuor geſtet. Ita familia Hiſpanica *Borgia*, quæ ex *Bearnenſi* ſtirpe ſe prodire jactat, unicam vallam rubeam in parma aurea pingit, cum duas Bearnenſis complectatur. Si de fide Chalcographi conſtat, huc retulero ex Al. Lop. de Harv. geneal. l. 6. cap. 10. & l. 10. c. 35. quod *Davilæ* Comites de Riſco geſtant in ſcuto cyaneo 13. globos aureos, Marchiones de Velada non niſi ſex. In Gallia familia *Choiſeu* crucem auream à margine ſcuti cærulei depictam (alaiſee) quam ſingulis in angulis quinæ plinthides ejusdem metalli in decuſſim diſpoſitæ ſtipant, pro inſigni habet. Sed linea *du Vaux de Choiſeul* duos laterculos tallos, ut in inferioribus quadrantibus, non niſi quaterni conſpiciantur. Le Labour. orig. des arm. n. 159. *Walramus* junior filius Henrici III. Ducis *Limburgenſis* cum obtinuiſſet dominium *Falckenburg*, ſed cum conditione dependentiæ à ducatu Limburgenſi, quem major frater Walramus 3. obtinuerat, nactus eſt Limpurgenſia arma, leonem rubeum in ſolo argenteo, ſed citra coronam. MS. Salm. famil.

An

An huc referendum, quod *Ziegenheinenses* Comites unam & Nidani duas stellas scutis alioqui similibus gestant, & exin quod familia una fuerit, colligendum sit, cogitent historiarum peritiores. Ita & si eadem familia est *Burckersdorf* (Silef.) (α) & Burgsdorf (Marc.) (β) Nec erraverit sculptor, huc etiam exemplum spectaret: nam in priori scuto ternis palis argenteis & miniatis fascia cyanea incumbit, in altero bini modo conspiciuntur pali.

§. XIV. Frequentissimus & fere solus hodie usitatus est 3. modus, qui fit per additionem aliarum notarum, unde proverbium: *qui porte le moins est le plus*. Qui pauciora gestat in clypeo, pluris est. Varenn. R. d'arm. P. 4. p. 512. Fit vero hoc non tantum, cum figura scutaria multiplicatur, quod rarissimum est, nec memini nisi unum legisse apud *Biss. N.N. ad N. Vpton.* p. 89. qui memorat *Morleos* in agro Lancastriensi gestare pardi caput aureum lilio argenteo perforatum in clypeo nigro, cujus loco, qui ab istis oriuntur, in agro Sussexiano tria gestent: sed inprimis cum alia plane figura superadditur. Has vero semper in cephalica regione clypei comparere volunt, quod *Wriothesleus* fecialis sub Edoardo IV. à se inventum propagatumque fuisse tradidit apud H. Spelmann. Additio notarum.

§. XV. Quæ superadduntur, figuræ usitatiores istæ fere sunt, quas jam dabimus. Primum locum debemus *Lemniscis sive virgulas lemniscatas*. (ut Spelm. vocat, qui dicit fuisse lemniscos fasciolas coloratas è coronis dependentes, plerumque olim aureas floribusque intertextas. Eos alicubi *Chifflet*. vocat pendulas lacinias. Chassaneo *Lambentia* vocantur Uptono linguæ vel labellæ. Alii limbum, limbulum, limbellum vocant, vel fasciolam, fasciolam segmentatam, ponticulum. Ferrandus mentionem facit guttati argentei tigilli terpedati, quod huc etiam spectat, Germani vocamus **brücken/ bänck/ stegen / gekärbte balcken.** Lemnisci Lambeaux.

Galli vocant *lambel* seu *lambeau*, vocem derivat LeLabour. orig. des arm. n. 160. à *lamba*, pro lamina: Idem n. 22. putat esse *une piece, morceau ou lambeau d' une cotte, robbe ou manteau rapporte; consu' ou applique sur une antre robbe, manteau ou cotte d' armes*. Laciniam togæ vel pallii assutam vel alioqui applicatam alii togæ, pallio vel tunicæ militari: (unde existimat Robertum Franciæ regis filium, Comitem Artesiæ discerniculum francico scuto addidisse laciniam vestis maternæ, quæ ratio castellorum in Lacinia apparentium; & Arto Britanno Comiti Richmondiæ placuisse laciniam symbolis Anglicis pictam, quia mater Regi Angliæ nupserat.) Varenn. R. d'arm. P. 4. p. 517. pariter testatur: *nous prenons pour lambeau en toute matiere une piece un peu longvette retranchée de son tout*. In omni materia accipimus lambeau laciniam longiusculam ab integro suo avulsam. In alia sententia est Ed. Bissæus NN. ad Upton. p. 87. *Lambella, ut mihi quidem videtur, genus rastrorum ferreorum, quod plures habet dentes ad exstirpandas herbas in agris*. P. seq. ista observat, quod lambellæ non semper distinctionum notæ sint, sed quandoque insignia ex parte constituant. Allegat exempla: Tres cantherii punicei cum lambella cyanea in argentea parma sunt *Baringtonorum*, capreolus niger cum lambella coccinea in clypeo argenteo *Pridieuxiorum, Wintershulliorum* in aureo solo 2. fasciæ rubeæ cum lingula nigra &c. Fasciolam talem trifidam cognosco in figura argentea, quæ in scuto nigro apparet notandæ fam. *Eberhard* (Silef.) **Wap.** I. p. 54. quæ etiam galea sed inversa incumbit.

§. XVI. In his lemniscis segmentorum dependentium numerus exprimendus est. Nostri vocant **stellen** / Galli *pendans*. Sunt autem alii bifidi: *de deux pendants* (quales dari, demonstrat contra Labourerium Cl. Fr. Menestr. L'art. du blas. Justif. c. 11. p. 285.) alii trifidi, vel plurium segmentorum. Non permittit autem Varenn. ut plura sint quam 4. vel 5. Quidam eam distinctionem produnt, sed usu non suffragante, ut fratrem duorum, filium trium, nepotem quinque segmentorum fasciola designet. Communissima tamen species est trifidarum, quæ & intelligitur, si numerus segmentorum non exprimitur. Quidam tales lemnisci ita pinguntur, ut eorum margo cum margine scuti idem sit, quod Galli *vocant mouvant du Chef*. Quales in Anglia inprmis reperiuntur. Segmentorum numerus.

(α) **Wap.** I. p. 57. Tres plumæ struthionicæ erectæ rubeæ, cærulea & argentea. (β) **Wap.** I. p. 178. Similes tres plumæ, nisi quod argentea medium situm occupat, & eas his diademate tortili tegitur.

Exempla in Germania.

§. XVII. Sicuti in Gallia vix alius diſcerniculorum modus frequentior eſt, ita rariora exempla reperimus in Germania. Noſtro tempore nec unum inveniemus aſſumtum, cum omnis diſtinctionum uſus jam diu deſierit. Videntur tamen quædam veſtigia ſupereſſe, ex quibus colligas figuram olim huic uſui fuiſſe adhibitam. De faſciola in ſcuto *Leiningenſium Dagsburgiorum* me vix dubitare, quod hoc ſenſu accipienda ſit, dixi Hiſt. inſign. l. 3. c. 45. n. 3.

In ſcuto fam. *Blumenau* (Alſat.) (α) reperio baltheo argenteo ſolo rubeo inducto imprimi faſciolam trifidam cæruleam: Hæc vero familia cum eadem fuiſſe credatur cum *Kageneccia* ſimilem parmam ſine lambella hac deferente, vix dubito diſcerniculum hoc eſſe.

Reperiuntur etiam faſciolæ tales in 2. & 3. areola Com. *Manderſcheid* & pannula toti impoſita, alterius lineæ Com. *Manderſcheid* (β) Tum in 2. area C. *Solmenſium* (γ) quæ plane ſimilis in ſcuto fam. *Bredter de Hohenſtein* (Rhen.) (δ) cum tamen ſine hac faſciola occurrat ſcutulum illud rubeum in argentea area deſignandis fam. *Molberg* (Rhen.) (ε) in 2. & 3. tum *Geroldſtein* (Rhen.) (ζ) & *Knebel* (Rhen.) ſed cum annulo, qui pro ſubdiſtinctione, vel diſtinctione alia accipi poſſet) (η) An vero his familiis aliqua ſit ſanguinis communio, mihi non conſtat. Præterea *Weingarten* (Rhen.) (α) parmæ argenteæ 3. faſciis cæruleis exaratæ imponit in cephalica regione faſciolam 5. ſegmentorum. *Harf.* (Rhen.) (β) parmæ tranſverſim ſectæ inferiorem regionem argento, ſuperiorem cocco tingit, ſed impoſita faſciola trifida cærulea. *Thalheim.* (Ster.) (γ) in ſcuti pariter tranſverſe ſecti parte ſuperiori (inferior nigra eſt.) argentea pingit faſciolam quinque ſegmentorum cocco infectam. *Müllen de Vlmen* (Rhen.) (δ) ſcuto nigro q. rhombis aureis exornato quadrifidam faſciolam coccineam imponit. *Effern* (Rhen.) (ε) clypeo rubeo duas faſcias aureas continente imponit lingulam ejusdem metalli quadrifidam. *Weſtphalen* (Saxon. & Weſtf.) (ζ) ſcuto argenteo faſcia rubea ornato laciniam pendentem 5. ſegmentorum inſerit nigram. *Wolf. dict. Metternich.* (Weſtf.) (η) in parmæ tranſverſe ſectæ, inferiori parte argentea lupum gradientem, ſuperiori cærulea faſciolam trifidam argenteam oſtentat.

An vera diſcerniculæ ſint.

§. XVIII. Ita vidimus, non exulare hanc figuram ex ſcutis noſtratium. Et quidem potiſſimum in provinciis quæ Galliæ vel Belgio viciniores ſunt. Sed an pro diſcerniculo habenda ſit, de omnibus aſſeverare non auſim, de aliquibus tamen vix dubito. Obſtare in aliquibus illud videtur, quod in apice videmus repeti; neſcio tamen an hoc obſtet, & Gallorum mores, quæ diſcerniculorum lingulas in apice non repetunt, noſtri legem conſtituerint. Neq; tamen nego, faſciolæ hujus aliam etiam eſſe poſſe ſignificationem. Quo ſpectant illa *Biſſei* §. 15. Tum quod Philib. Campanile dell' arm. n. 78. ſub titulo familiæ *della Ratta* referat, faſciolam trifidam cæruleam liliis ſparſam, quæ illi gentilis eſt, donum gratioſum eſſe Roberti Regis, quo ſuum affectum in domum della Ratta teſtatus ſit: Tum pluribus eundem ponticulum ſed ſine liliis conceſſum eſſe.

Limbus.

§. XIX. Proximum locum damus *limbo* ſeu *borduræ* (*bordure*) ſeu margini circumadjecto. Hunc modum Meneſtr. Verit. art. du blaſ. p. 371. elegantiſſimum omnium

(α) Wap. I. p. 193. (β) Wap. I. p. 17. (γ) Wap. I. p. 17. (δ) Wap. I. p. 130. (ε) Wap. I. p. 130. (ζ) Wap. I. p. 33. (η) Wap. I. p. 124.

(α) Wap. I. p. 122. Caſſidi calcitra incumbit rubea, argentatis panniculis exornata, ſuſtinens cornu venatorium argenteum, alterius metalli ligatura. (β) Wap. I. p. 123. Galea tegitur pileo lato, ex quo par alarum eminet, quarum altera cyanea eſt, altera argento fulget. Laciniæ ſunt cyaneæ & argenteæ. Quod argumento eſſe poſſet, faſciolam non adventitiam eſſe, ſed primariam ſcuti figuram. (γ) Wap. I. p. 112. Inter cornua ad modum ſcuti tincta faſciola ſcutaria. Quod indicio eſſe etiam poſſet lambellam non eſſe adventitiam. (δ) Wap. I. p. 131. In hujus etiam apice faſciolæ reperitur imago. (ε) Wap. I. p. 132. Cum collo caput elephantis erumpens, auro pictum, argento vero tinctis dentibus. (ζ) Wap. I. p. 170. 190. Alterius lineæ apex conſtat 2. ſtruthionicis pennis argenteis, alterius duobus foliis acuminatis argenteo & coccineo; utrobique vero inter illas figuras conſpicitur lambella ſcutaria. Prioris lineæ inſtructus lacinioſus pingitur argento & nigro colore, tanq. faſciola, quam imitatur, non eſſet adventitia, alterius, quod regulare eſt, argento & minio. (η) Wap. I. p. 190. Galea tegitur diademate tortili, ex ea autem erumpit *πρότομη* lupi ſcutarii.

omnium ex eo credit, quia plane nihil in scuto mutat, & multoties variari potest. E. g. primogenitus gestaret limbum simplicem, secundogenitus striatum, tertius dentatum, quartus distinctum quadris majoribus, quintus talentatum, sextus quadrifariam deorsum, septimus pinnatum, octavus tessellatum, nonus molulis echinatis ornatum, decimus rhombis expletum, undecimus aliquo maternorum insignium symbolo exaratum. &c. (conf. de differentiis limborum C. S. s. 1. m. 1. n. 140.

§. XX. Hic modus Hispanis inprimis familiaris est, unde tot exempla limborum in eorum scutis, si tamen eundem usum agnoscimus, & non potius simpliciter affinitatis vel gratiæ testimonio ab illis usurpari dicere malumus. In Germania occurrit exemplum familiarum duarum de *Flehingen* & *Sickingen* (Rhen.) (α) quæ ejusdem prosapiæ esse dicuntur, cumque communis sit parma nigra 5. indecussim dispositos numos Byzantinos sive orbes argenteos continens, Sickingenses addunt marginem rubeum. Confer. Hæping. de jur. insign. c. 13. n. 48. conf. c. 9. n. 380. In Merodia familia reperies similem limbum & quidem striatum, quem non dubito discerniculo adhibitum. Vid. supra c. 5. s. 1. m. 1. n. 68. & 140. Usus in Hispania & Germania.

§. XXI. Nonnunquam *Baltheus dexter* vel radiolus huic usui adhibetur, ut scuto figura sua ornato inducatur discerniculo serviturus. Ita in Henrici 2. R. Angl. liberis invenio locum 1. Com. Pictavienſ. radiolum cæruleum tribui. Inter Galliæ Principes Duces *Borbonii* scuto liliato baltheum rubeum inducebant, tum *Eburovicenses* (Evreux.) ex argento & cocco segmentatum. Quia vero baltheus talis longior & latior insignem figurarum partem obliterare videtur, cœpere angustiorem pingere, & breviorem, ut neutra parte scuti angulos contingat: *baston raccourcy pery en bande*. De voce *pery*. vid Varenn. R. d'arm. P. 4. p. 522. Le Labour. orig. des arm. n. 153. de differentia inter *baston & cotice*. Menestr. L'art. du blas. justif. c. 11. pag. 288. Conf. exemplum Condæorum in Hist. insign. Baltheus dexter.

§. XXII. Aliquando *quadrans honorarius* huic usui adhibetur. Tale quid observat du Chesne hist. geneal. Dom. Montmorenc. l. 1. c. 3. p. 19. ex sigillo *Alensonio*, quod Comites Alensonii ex Pontivensium minoribus oriundi, horum baltheis diagonalibus adjecerint quadrantem dextrum. Similia quædam exempla in Lavallæis reperiuntur. Ita etiam si conferas scutum *Dauniorum*, idem apparebit. Conf. Hist. insign. l. 3. c. 13, n. 2. 3. Quadrans honorarius.

§. XXIII. Aliquando Veteres etiam cantherios & fascias huic usui adhibuere, ut observat Menestr. verit. art. du blas. p. 365. De fascia alicubi suspiciatur, M. Gilb. de Varenn. R. d'arm. P. 4. p. 516. Cantherii autem exemplum in familia Hildiardorum observat Biss. NN. ad Upton. p. 89. Nonnulli peribolum à margine depinctum (*filet carré ou tresscheur toute simple sans fleurs.*) usurparunt: Talem rubeum video attribui *Gvilelmo de Rais*, quod discernendi causa inseruerit scuto aureo, crucem nigram deferente. Cantherius, fascia, peribolus.

§. XXIV. Sed non ex illarum tantum classe, quæ alioquin arti propriæ sunt figuræ, discernicula petuntur, verum ex aliis etiam. Et quidem assumuntur illæ cum certa ratione vel sine ea. Rationes inprimis 3. reperio; I. cum avita vel materna insignia adsciscuntur, per quadripartitionem, vel ut toti incumbant. Ille modus Flandris & Belgis frequentissimus. Apud Chifflet. inf. Eq. O. A. V. illa extant exempla, n. 66. cum Jacobus Borbonius materna Burgundica symbola. n. 105. cum Gvilelmus Crojus ob matrem Lucenburgica, ob aviam paternam Lotharingica, maternam Barrensia adscivit. Et quidem frequenter secundogeniti hoc discerniculo usi. Ex. c. Admiralis de Bonnivet f. Gvilelmi Gufflerii, cum patriis in quadratura junxit maternum nempe Montmorencium laterculum. Ita & Henricus Montmorencius D. de Danville, dum frater major viveret Montmorenciis symbolis Sabaudica matris causa composuit: Duces Aamaliæ & Meduanæ seu Mayennæ Borbonia & Ferrarienſia iterum ob matres. Nec tamen hoc perpetuum est: nam reperias secundogenitos etiam aliis discerniculis usos. Ita Annas D. Montmorencius vivo fratre majori fasciolam trifidam scuto adjiciebat. Dux Mercurianus similem fasciolam cæruleam, *le Labour orig. des arm.* Rationes à successione avita vel materna.

(α) Wap. I. p. 118. & 122.

§. XXV.

Ex dominio vel titulo peculiari.

§. XXV. Altera ratio est, cum aliquid inseritur scuto ob dominium vel titulum peculiarem. Ita *Delfinus Franciæ*, Delfinatus sui insigne regio scuto inserit. Ferdinandus infans Castiliæ, qui dein Rex Aragoniæ fuit, scutum habuit bipertitum; anteriorem partem symbola Castellanum & Legionense nova transversa sectione occupabant, posteriorem Aragonicum, cum margine rubeo 8. aurea ahena complectente; quod ob dominium *de Lara* assumtum est. Ejus vero filius Henricus D. de Villena tripertita scuti parti priori Aragoniam, mediæ Castellam & Legionem, ultimæ Siciliam inseruit.

A facto præclaro

§. XXVI. Tertia ratio deduci potest à facto aliquo præclaro, cum serviendæ memoriæ virtutis δεῖγμα aliquod distinctivum datur vel sumtum est. Ita Varenn. R. d'arm. P. 4. p. 517. in scuto *Besançon*, quod aureum 3. trifolia prasina, cum capite Æthiopis nigro, quo diadema tortile argenteum ornat, inter folia locato, hoc caput Æthiopis discerniculo servire credit, & ab aliquo descendere, qui in transmarina expeditione se bene gesserit.

Figuræ sine certa ratione assumtæ.

§. XXVII. Præter has infinitæ fere figuræ etiam sine significatione assumuntur, unice ut discernant. Tales sunt semilunæ, rosæ, stellæ, molulæ echinatæ &c. Lilia vero in Galliis excipiunt, nec permittere volunt illa à quoquam huic usui adhibere atque peculiari concessione ob regiorum insignium reverentiam. In familia *Doria* linea de S. Stephano à reliquis scutum distingvunt 3. flammis in dextra capitis & utraque pedis regione. Cum in *Mauleorum* seu *de Malo lacu* insignibus, quæ sunt in aureo solo baltheus niger baltheo impressos videat 3. aquilas argenteas *Ed. Bissæus* ad Joh. de B. aur. p. 92. credit esse has distinctioni pro fratre aliquo minori assumtas. *Puget* (Provinc.) in parma argentea caput vaccinum rubeum gestat, imminent stella aurea: hanc Varenn. credit distinctivam esse notam. De cruce illud exemplum habet Spelmannus: apud Froisardum *Gvil. Bailleul* argenteis cyaneisque repagulis transmutaverat, rubrisque binis fastigiis induxerat vexillum: Frater minor Robertus Bailleul cruce aurea exigua discriminaverat, unde cum illius milites ad vexillum suum contendere crederent, ad hoc venientes, fusi & dissipati erroris pœnas dedere. Non infrequens est, ut leonis inprimis exorientis species in capite scutario huic fini discernendi adhibeatur. Ita quidam ex domo *Melun* capite aureo inscripserunt leonem nascentem rubeum. Ita etiam accipio leonem rubeum nascentem in clypeo Com. *von der Marck* Wap. II. p. 17.

Regulæ discerniculis ab aliquibus scriptæ.

§. XXVIII. Quidam ausi sunt promiscuam discerniculorum licentiam certis regulis circumscribere, vel saltem consilia suggessérunt, qua ratione commode in numerosa familia notæ illæ distinctivæ sumi possent, ut ex ipsa inspectione quivis, quam longè qui gerit à capite gentis absit, colligere quiret. Ita M. Vulc. de la Colomb. Sc. Hero. c. 11. p. 72. (Et ex eo du Val.) assignat secundo genito fasciolam trifidam, quæ in posteris quadrifida pingi, vel aliter variari aut certis subdistinctionibus onerari posset, tertio genito limbum seu marginem, (qui ut subdistingvuntur dein striatus, dentatus, quadris distinctus pingi vel novis figuris signari potest.) quarto peribolum à margine sejunctum, quinto bacillum, in modum balthei situ diagonali mediæ parmæ insertum, sexto diagonalem tæniam angustiorem. Addunt dein pro septimo caput scutarium, pro octavo quadrantem. Aliis aliæ placuere notæ. Ut nempe primogenito detur fasciola trifida, secundo lunula, tertio penticonum vel molula echinata, quarto merula ἄτωκος, quinto annulus (an ita distinctiva nota est, qui visitur in parma fam. Rhen. *Knebel* Wap. I. p. 124. annulus, primariæ figuræ ex latere adjectus?) sexto lilium (His discerniculis internoscenda exhibentur Warwici in fenestra veteri Eccl. S. Mariæ arma sex filiorum Thomæ Beauchamp, qui A. 34. Edoardi III. Regis mortuus est, ex quo de antiquitate colligere est. H. Spelmann.) septimo rosa, octavo crux anchorata, (*parce qu'il se doit accrocher où il pour a.*) nono bellis seu anemone. Recte vero notat ipse Vulson. talia nullam inferre necessitatem, sed liberum esse debere junioribus fratribus, ut pro lubitu sumant notam: Nec singulis omnes enumeratæ convenirent. Conf. n. 4. Cum tamen Aptonus dat primogenito, dum pater vivat (conf. n. 2.) lunulam crescentem, secundo tres lingulas seu trifidam: Ausus minoribus filiis limbos, tertio quadrifidam fasciolam & ita consequenter, lego tempore Henrici VII. Regis in Anglia hoc obtinuisse.

§. XXIX.

§. XXIX. De his notis diſtinctivis diſputatur, an in illis regula vulgata, de metallo non alii quam colorato ſolo, nec colore quam metallum inſcribendis, obtineat. Et creduntur fere illa lege ſolutæ eſſe. Cum exemplum occurrat in Borboniis, quorum linea rubra cæruleæ areæ incumbit, ſed Vulſon. hanc licentiam privatis ſequendam non eſſe autumat. An in illis metallum metallo inſcribere liceat.

§. XXX. Supereſt quartus modus, ſed ille rarior, cum nempe ipſa alteratur figura ſcutaria. conf. Meneſtr. verit. art. du blaſ. c. 19. p. 359. ubi allegat exempla. *Montehenus* fam. in Delfin. geſtat in area rubea baltheum ſtriatum argenteum, quæ in Sabaudia eſt linea cochleatum (viurée) alia oneratum aquila nigra. *La Baume* Com. *de S. Amour* geſtant in aureo clypeo baltheum cæruleum, *la Baume C. de Montrevel* ſimilem ſed cochleatum (viurée) Ita Guilh. de Bethune filius Guilhelmi II. faſcia in quam in argento ſtirps illa coccineam pingit, utrinque pinnis aſperavit. Stephanus *Gouyon* geſtavit in clypeo aureo duas faſcias nodoſas rubeas cum limbo merularum nigrarum. Varenn. R. d'arm. L. 4. p. 515. nodos & merulas diſcerniculis accenſet. Neſcio an huc referendum ſit, quod cum *Freibergii* Bavar. Wap. I. p. 78. & 83. aureas ſtellas geſtent, Freibergii Suev. Wap. I. p. 112. orbes illarum loco ſubſtituant. Niſi de errore chalcographi juſta ſit ſuſpicio. An huc referemus Haſſos *Flachen* Wapenb. I. p. 138. & Rhenanos *Flachen de Schvvarzenberg* p. 125. (ſi tamen una familia eſt) quorum illa linea in ſcuto nigro zonas exhibet duas aureas, hæc ſcutum ex auro & nigro perpendiculariter ſecat, inſcriptis duabus zonis tinctura contraria ad modum ſectionis tinctis. Modus per alterationem figuræ.

§. XXXI. Ad nullum priorum modorum quadrat, quod lego aliquem ex familia Burgundica quatuor angulos abſcidiſſe, ut in reliquo rhombo Burgundica paterna inſignia reſtarent, quod eſclopé vocant. Abſciſſio angulorum.

§. XXXII. Fuerunt iſti modi diſtinctionum, qui in ſcutis apparent. Apud Germanos autem non infrequens eſt, eas in galeas rejici, & cum idem clypeus maneat, capitis ornamenta tantum pro diverſis lineis variari. Exempla in duab⁹ nobiliſſimis familiis Zorniorum & Mulheimiorum [Alſat.] vid. in Wap. III. p. 143. 144. 145. 146. 147. Ita *Nothaftii* in Suevia, Franconia, Bavaria, Norico, cum gerant in ſcuto aureo zonam cæruleam, apice non uno utuntur. Præcipua in eo differentia eſt, quod una linea de *Liebenſtein* galeæ imponat jugum alarum ſcutariam zonam deferentium, reliquæ omnes cornua ſimiliter picta, & quidem vel ſola (ut linea de *Wildtſtein*) vel comparente inter cornua cane. Porro canis integer conſpicitur conſidens inter cornua candida in linea *de Weiſſenſtein*, candidus maculis nigris conſperſus pro ramo de *Wernberg* (quidam ejusdem rami ſurculi cani millum rubeum induunt.) alii eum rubro pulvino inſidere jubent. Pro cane integro caput canis candidi, cum collo conſpicitur in aliqua linea Wernbergia, ſed maculis nigris conſperſi in linea *Turſtein*. Loco canis inſidet falco vel alia avis expanſis alis galeæ lineæ de *Falckenau* & *Heilſperg*, ſed pſittacus viridis cum collari rubeo pro linea de *Podenſtein*. Et quidem omnes lineæ caſſidem tegunt diademate tortili, præter *Turſteiniam* & unam *Wernbergiam*, tum aliam *Wernbergiam* quæ loco tortilis coronam uſurpat, vid. Wap. III. p. 125. 126. Huc referam duas lineas de *Wallenrodt* (Francon.) Wap. I. p. 102. 104. In quarum apice etiam non aliud diſcrimen, quam quod jugum alarum in altera expanſum in altera contrahitur. Quod enim de colore nigro additur errori ſcriptoris tribuerim. Ita Wap. I. p. 137. inter Haſſos, *Winter* & *Winter in Fronkirchen*, galeam habent ornatam, jugo alarum, inter quas in altera linea tres rhombuli ſcutarii, in altera herma coronatus & veſte ſcuti inſtar variegata indutus conſpicitur. *Weiters* [Haſſ.] Wap. I. p. 136. & *Wittern* [Thuring.] Wap. I. p. 147. ſcuto gaudent ſimili, ſed illi galeæ imponunt anatem argenteam, capite aliquot foliis ornatam, hi utuntur capite aquilino nigro, quod ultra caſſidem coronatam prominet, & pennis argenteis & coccineis ornatur. *Sternberg* (Barones) Wap. I. p. 32. & nobiles Sileſii p. 71. galea utuntur coronata utrique imminente ſtella aurea, ſed illi interjiciunt, cui ſtella inſiſtat tricipitem colliculam. *Girsdorf* ſeu *Gersdorf* (Sileſ. & Miſn.) Wap. I. p. 53. & 162. exiguam habent in apice differentiam, cum utrique utantur pileo rubeo, ora reducta argentea & impoſitis pennis galli gallinacei argentatis & atratis. Solum diſcrimen apparet, quod altera galea coronata eſt, tum ſitus pilei diverſus, & in altero diadema tortile inter pileum & pennas interjicitur Wap. I. p. 207. *Kohlingerii* Modi apud Germanos per apicis variationem.

[Auguſt. patrit.] geſtant ex coronata galea prodeuntia duo cornua, ut fieri pote eſt, referentia, una linea caudam pavoninam interjicit, & inter *Welſeros* (Auguſt. patr.) p.ead. cum gentilis apex ſit jugum alarum ad modum ſcter pictarum, aliqua linea interponit imaginem viri, ſublatis brachiis ictum mallei minitantis. Ita **Wapenb.** I. p. 136. cum *Budtlar* & *Treiſchen de Bodler* (Haſſ.) ſcutum commune habeant (forte quod eadem ſit ſtirps) apex galeæ diademate tortili inſtructæ differt, illis enim eſt columna (niſi de pileo acuminato ſuſpicari malis) rubea, argentea baſi, tribus pennis ſtruthionicis argentea & coccineis faſtigiata, ex qua ſuſpenditur cornu venatorium argento tinctum, aureo ligamine: his ſolum uſurpantur tres illæ ſtruthionicæ plumæ. *Enzberg* (Suev.) **Wap.** l. p. 110. & *Enzenberg* (Alſ.) p. 193. eundem apicem habent, nempe annulum aureum rubino inſtructum, impoſitum pulvillo, quod illis cyaneus, his rubeus eſt. **Wap.** I. p. 137. exhibentur inſignia aliquot linearum fam. de *Buſſeck* ſeu *Buchſeck* (Haſſ.) communis omnibus parma eſt caput arietinum nigrum (cujus diverſum ſitum quod modo rectus modo ad lævam, modo ad dextram converſus repræſentetur, non attendo, ex iis, quæ alibi monui) continens aurea, niſi quod quibus cogn. eſt *Rüſſer*, altero metallo eam tingant. Apex item communis eſt caput arietis ſcutarii cum collo, iſto tamen cum diſcrimine, quod alia linea illud coronatæ imponit galeæ, reliquæ absque corona, & quidem ſimpliciter illa, quæ ſcutum & ob hoc etiam lacinias argento, inficit, cum adpoſitis alis, quæ *Brandt & Munch* cognominantur: Hæc alas auro pingit, iſta inferiorem ejus partem aureis & nigris teſſellis replet, in ſuperiori aurea faſciolas ſingulas trifidas exhibet: quæ figura, ut vidimus, alioqui diſcerniculis propria eſt. *Harras* in Francon. **Wap.** I. p. 152. & in Miſn. P. II. p. 73. communi clypeo imponunt apicem, illi inter alas expanſas, hi inter cornua typo ſcutario picta columnulam ſeu ſceptrum ſeu bacillum aureum plumis ſtruthionicis vel aliis faſtigiatum. *Gaelen* Rhen. **Wap.** I. p. 126. & Weſtfal. p. 191. imponunt galeæ coronatæ jugum alarum expanſum; illi rubearum, hi aureæ & rubeæ & inter eas illi uncinum ſcutarium, hi duos rubeos. In hoc exemplo etiam primus modus occurrit, nam in Rhenanæ ſtirpis parma rubea una 3. ſunt argentei, in Weſtphalica rubei in auro: An addamus *Bœzeler* p. 191. cui 3. aurei conſpiciuntur in clypeo coccineo? (conf. c. 5.) *Flachen* (Haſſ.) & *Flachen de Schvvarzenberg* (Rhen.) (vid. §. 30.) apice item differunt, hi una utuntur ala, ſcutario typo picta, illi jugo alarum expanſo, quæ exarantur zonis clypei aureis, extremæ autem pennæ ſingulis roſis candidis exornantur. *Berg* (Sileſ.) **Wap.** I. p. 55. & (Francon.) p. 103. clypeo familiari imponunt caſſidem, hi duobus cornibus, illi cauda pavonina cæruleo pulvino, cujus panniculi aurei ſunt, impoſita inſignem. Faſcia autem ſcutaria & cauda pavonina & cornua impreſſa ſunt. In Franconia *Huttenorum* duæ lineæ de *Steckelberg* & de *Förd* (**Wap.** I. p. 100.) eodem utuntur ſcuto, illius apex eſt jugum alarum baltheos clypei repetentium expanſum, his herma virilis rubeo amictu, & pileo rubeo, quem pennæ impoſitæ ornant, & ora reducta argentata. In Haſſia *Riedeſelii* **Wap.** I. p. 134. 135. cum utantur familiari parma, ita apice differunt, ut linea de *Eiſenbach* jugo alarum expanſo inſcribat, binas parmulas aureas cum capitibus ſingulis aſininis, quod δεῖγμα gentis eſt. Sed lineæ de *Verſs* & *Bellersheim*, imponit galeæ cum collo caput aſini carduos mandentis. *Altorf* cogn. *Wollenſchlager* & *Altorf de Groſsberg* (Rhen.) **Wap.** I. p. 122. 133. nec apice aliter differunt, quam quod horum galea coronata eſt. Huc refero quod *Bilovii* in Suecia & Germania retinent idem ſcutum, ſed illi galeæ imponunt pſittacum inter 2. cornua pilis 7. ſcutariis ornata, hi in libro armoriali addunt alas P. 1. p. 167. conf. de *Schlegeliis* c. 5. ſ. 6. m. 1. n. 3. *Falckenhain* & *Falckenhan* n. 26. *Greggen* c. 3. n. 39. *Ruckſleben* c. 3. n. 37. *Stein in Liebenſtein* & *in Barchfeld.* c. 5. ſ. 1. m. 1. n. 54. 74.

Nec tamen hæc primitus illo fine aſſumta.

§. XXXIII. Hoc tamen circa iſtum diſtinguendi modum obſervandum eſſe reor, quod primùm variationes apicis huic fini non fuerint inſtitutæ, ut diſtinctionis linearum ſervirent. Vidimus enim c. 6. n. 35. quod idem homo non omni tempore eodem ornatu caſſidis uſus fuerit, ſed alio tempore alio, ita à parentibus liberi ſæpe diverſos geſtabant apices. Cum verò apices æque ac ſcutariæ figuræ cœperunt retineri à familiis, factum eſt, ut diverſæ lineæ diverſis clinodiis uterentur, quia à diverſis ſatæ, cum quævis ſervaret, quæ parenti vel avo placuiſſent. Ita linearum diſtinctioni cœperunt inſervire.

§. XXXIV.

§. XXXIV. Porro quam varia circa hunc distinguendi morem variarum gentium & temporum instituta fuerint, jucundum est observatu. *Polonis* usitatos esse distinctiones tales negat *Le Labour*. qui iter Guetrianæ in Poloniam descripsit. Unde eum Uladislao Sigismundo [qui deinceps Rex Poloniæ fuit.] vivo parente in album Equitum aurei velleris relato insignia Chiffletius ita describat, ut paterno scuto adjiciatur fasciola, ex more Belgici quam Polonico factum credere malo. De Septentrionalibus regnis quod dicam parum habeo. Quantum tamen mihi constat, eadem res illi fere ignota est. De Italis lego, quod distinctionum loco plerumque affinitates & materna insignia adjicere soleant. Mores Polonorum, septentrionalium, Italorum

§. XXXV. Germanis nostris olim in usu fuisse notas distinctivas, ea indicio esse possunt, quæ hactenus memoravimus. Nunc vero omnis illarum usus exoleviſſe imo oblivioni datus esse videtur. Nam quotquot unius familiæ lineæ sunt, nisi ab antiquo diversis uti consueverint, aut una peculiare nacta Dominium aut quodcunque jus illud scuto adjiciat gentili, fere iisdem insignibus uti solent. Ut ex nostra Historia insign. patebit. Atque adeo si quid nunc etiam distinctioni servit, non tamen eo animo primum assumtum est. Illustrium stirpium quæ in plures dispescuntur lineas passim obvia sunt exempla. Reperias tamen etiam inter nobiles familias, quæ in plures ramos abierunt, ex illa ratione clypeos non uno modo dispositos. Specimini serviant familia *Welserorum*, quam ex Valesia derivare solent, quo ex Italia se receperit, & ex habitationis loco nomen *Waliser*, quod successu temporis in *Welser* abiit, sortita sint. In hac scutum quinquies variatum à diversis lineis reperio. Aliqui eo adhuc utuntur, quod simpliciſſimum ajunt à Carolo M. 810. [si tamen illi ævo mos hic competit, sed domesticam traditionem enarrare non piget] Philippo Valesio seu Walisero suo contra Longobardos militi concessum esse, quod ex argento & minio bipertitum lilium eadem colorum variatione distinctum refert. Ille Philippus anno 839. decessisse, & ex Anna Rappolsteinia gentem propagasse fertur. Nepos vero Julius Ottonis M. adversus Hunnos copiarum dux & eques ab eo erectus, dicitur obtinuisse galeam equestrem corona tectam, quæ apicem gentilitium, jugum videlicet alarum liliis scuti insignitarum sustinuit. Eo natus est Octavianus, qui 1673. Augustæ Vindelicorum suam gentem reliquis nobilibus patritiis familiis adscribi passus est. Porro propter illam lineam, quæ nunc quoque simplici illo scuto utitur, linea à Luca Welsero seculo superiori orta, sed quæ defecit, lilio familiari adjecit in parma quadripertita *Gosenbrothium* (quam familiam Lucæ uxor clauserat.) symbolum, nempe in area cærulea hermam virilem, prolixa barba, rubeo amictu & capitis tegumento, ex quo dependentia utrinque tintinnabula, & quibus exornatur thorax triplici ordine globuli auro tinguntur. Eadem figura galeæ imponitur Welserianæ adjunctæ. Alia linea à Bartholomæo Welsero, Caroli V. Consiliario prodiens, ob uxorem istius felicitatem *Granderiam*, hujus stirpis δεῖγμα adjecerunt, in quadripertito scuto: est verò Granderium insigne parma bipertita ex argento & minio, per eam partem quæ hoc tingitur, transeunte iterum argentea fascia, impressis argento anterioris partis & fasciæ tribus rosis coccineis. Demum quæ ex ista exivit patre Leonhardo Bartholomæi filio, & matre Sibylla *Hemmerlin* nova accessione parmam extendit, Welserio & Granderio δείγμασιν in prima & quarta area repetitis, pro Hemmerlinia autem hereditate adscito laterculo bipertito, in cujus anteriori parte aurea nigro manubrio, posterioriatra aureo, malleus ferreus conspiciuntur. Apex est ex casside coronata inter alas Welserias plumis struthionicis exornatas umbilicotenus extans imago viri, qui veste partim aurata partim nigra indutus (quæ tinctura etiam est fascia qua caput cingitur) ictu malleo supra caput reducti minatur. Laciniæ hinc argento & cocco pinguntur, isthinc atræ & aureæ sunt. Bartholomæi frater fuit Franciscus, quo nata est Philippina Ferdinandi archiducis Austriæ conjux 1580. extincta. Hic pro suis emto dominio *Zimmenburg* obtinuit, ut in quadripertito scuto Welserianis in 1. & 4. liliis in 2. & 3. laterculo argenteo adderentur terræ fasciæ utrinque pinnatæ coccineæ: & peculiaris galea coronata sustinens quinque plumas struthionicas: Ast hæc etiam defecit linea. Adeoque tres modo lineæ triplici differentia scuti hodie supersunt. Quas recenset etiam **Wapenb.** P. 1. 207. Pariter *Joh. Stumpf. Chron. Helvet.* Exempla Germanorum.

L. 12. cap. 20. trium linearum familiæ *Monachorum* ſ. die Münche/ *ex Baſilea*, illam recenſet diſtinctionem, quod linea *de Munchenſtein* uſa ſit in parma argentea monacho nigro manibus ante ſe complicatis, cucullo acuto, mitra rubea & ejusdem coloris, calceis (qualis etiam in galea) linea verò de *Roſenberg* monachum nigrum capite aperto ſcuto aureo inſeruerit, inſiſtentem monticulo viridi, expanſis brachiis, altera manu roſam, altera aviculam tenentem (galeæ impoſitus monachus aperto capite cum cucullo acuminato, ſine brachiis) demum linea *de Landscron* locavit in argenteam aream monachum item nigrum, cucullo acuminato, capite verò aperto, manibus complicatis : qualis etiam caſſidi inſiſtit, ſed auratus. Addit qui hæc citat *Cyr. Spangenb.* Adelſp. P. 2. L. 12. c. 30. p. 312. b. ſeptem Monachorum nobilium ſtirpes, quæ omnes utantur in argentea pelta nigro monacho, aperto capite, cucullo acuminato, complicatis manibus & calceis nigris, ſed lineas galearum apice diſtingui : Nam juxta illum linea cogn. *Ringeli* monachum veſtit rubeo, impoſito pileo & inſtrumento militari, 2. cogn. *Happen*, amictu candido, 3. cogn. *schlegel* amictu griſeo, barba oblonga, 4. cogn. *Zovinger*, nigro amictu & pileo lato, oblonga barba, 5. cogn. de *Pougers*, monacho utuntur imberbi, amictu ſpadiceo (braun) cucullo caput tectum. 6. cogn. de *Büren* amictu faſciis nigris & argenteis diſtincto, ſine coronæ raſura. 7. cogn. de *Munchsberg* amiciunt monachum palla candida inducto pallio nigro, cucullo acuminato, corona quæ in raſura capitis conſpicitur omiſſa, prolixis barba & capillis. Cum Chifflet. Inſ. E. A. V. n. 126. Ferdinandi I. Imp. adhuc juvenis inſignia diſtinctionis cauſa argentea faſciola onerat, iterum Belgicum quam noſtrum morem potius præ oculis habuiſſe videtur. Ad Belgas fere ſpectant *Merodii*, qui geſtant in aureo ſcuto 4. palos rubeos, ſed juxta varias lineas etiam diſtinctione utuntur : aliqua linea de Petersheim (Wap. I. p. 27.) circumſcribunt parmam limbo dentato cyaneo. Alia dicta de *Conreſcheim* in angulo ſcuti dextro cæruleo appingit argenteam concham marinam, alia dicta de *Flatten* eadem cella ſtellam : quod utrumque ſymbolum aſſumtum dicitur in memoriam familiarum, quarum ad ipſos delata ſucceſſio. Alia linea à præclaro heroe ſui ſanguinis agnomen *Scheiffart* aſſumſit, ſed ſi fides Sibmachero Wapenb. I. p. 104. ſimplex palorum ſcutum geſtat. conf. Gelen. de Colon. Agr. magn. L. 2. ſ. 20. p. 174.

Significationem primam aliquando diſcernicula perdunt.

§. XXXVI. Occurrunt verò in pluribus ſcutis tales notæ, de quibus non varia forte conjectura eſt, quod olim diſtinctionis cauſa aſſumtæ, ſed dein ſignificationem ſuam perdidere. vid. ſupra n. 8. Fam. *Groſchlag* (Rhen.) Wap. I. p. 125. in ſcuto cæruleo 3. baltheos diagonales ſiniſtros, teſſellis miniatis & argenteis conſtantes pingit, ſed inter primum & ſecundum coronam auream locat, quæ etiam in veſte apicis ſcutarium typum imitante comparet (Laciniæ propter morem ſunt aureæ & cyaneæ, unde forte colligas, coronam auream figuris primariis accenſendam. *Lindavv.* (Rhen.) (α) baltheo argenteo parmæ coccineæ ex læva angulo inducto, ſuperiori parte inſerit lilium cæruleum. *Hund de Salheim* (Rhen.) (β) inter 3. lunulas rubeas argenteæ parmæ inſcriptas ſtellam nigram locat. *Günterrod* (Rhen. Miſn. & patr. Francof.) (γ) noctuam coronatam argenteam aureo ſtipiti in clypeo cyaneo inſiſtentem geſtat, ſed adjecta lævo in angulo ſtella aurea, quæ apici etiam adponitur. *Wolf de Sponheim* (Rhen.) (δ) ſcuto teſſellis aureis & miniatis diſtincto addit quadrantem dextrum argenteum aquila nigra impreſſum. *Dhaun* (Rhen.) (ε) ſcuto aureo miniatis ternis clathris obducto addit quadrantem honorarium cæruleum cum 2. liliis. *Knebel* (Rhen.) (ζ) ſcuto argenteo aliud ſcutulum rubeum inſerit, adjecto annulo nigro (ſimile ſcutum eſt *Heroldſtein* p. 133. & ſec. area ſcut. *Molberg* p. 130. & quidem ſine ulla nota, ſed *Bredter de Flohenſtein* p. 150. ponticulo cæruleo adjecto) De hiſce notis, ſtellis, coronis, annulis, quadrantibus, liliis cogitent, quibus familiarum cognitio eſt, an uſui diſtinctivo, an alii adhibitæ ſint. Addatur & hæc obſervatio, omnia adducta exempla ex Rhenano tracta eſſe, qui Gallicis oris vicinior eſt. Notavimus etiam ſuperius c. 5. ſ. 3. m. 3. n. 9. exemplum *Glaubiziorum*, quorum una linea carpium gentilem,

(α) Wap. I. p. 125. Ala argentea, cujus ſingulæ pennæ expanſæ ſingulis roſis rubeis exornantur.

(β) Wap. I. p. 124. luna rubea cornibus ſurſum verſis, pennis galli gallinacei nigris ornata.

(γ) Wap. I. p. 129. & 211. (δ) Wap. I. p. 129.

(ε) Wap. I. p. 128. (ζ) Inter duas alas ſcutarium cum palis.

tilem, tænia rubea ligat. conf. insignia *Altmanniorum* in Bavaria c. 5. s. 2. n. 8. *Rehlinger* c. 5. s. 1. m. 2. n. 33.

§. XXXVII. Gallorum inprimis diligentia in hac materia maxima est & nunc quoque usus ita viget, ut ad distinctivas notas supra audierimus juniores legibus etiam adigi. Porro jucundum est, innumeras fere variationes notarum harum in stirpe, quæ in multos ramos excrevit *Montmorencia* contueri. Cum enim gentis insignia sint crux rubea in parma aurea quaternis aquilulis cæruleis in singulos quadrantes, quos crux vacuos relinquit, insertis: discernicula illa observamus. Addebant linea de *Fosseux* stellam argenteam crucis medio inscriptam (quod & fecit linea de *Courrieres*) de *Wastines* tres numos byzantinos argenteos, de *Bouteville* cæruleam fasciolā trifidam de *Croisilles* primo lemniscum argenteum, dein rhombum aureum, de *Bours* lunulam argenteam, (sic & de *Roupy de Thoré* stellam 5. radiorum crucis superiori parti inscriptam, du *Plessis Cacheleu* stellam 5. radiorum nigram mediæ cruci impositam, *d'Auvraymesnil* argenteam fasciolam, de *Hubermont* scutulum maternum *de Oignies* toti impositum; Joannes de *Maffliers* primum dextrum quadrantem argenteum fecit, & sine aquilulis: linea de *S. Leu* eum pelle muris pontici implevit, linea de *Beausaut* argenteo quadranti inscripsit stellam nigram: Unus verò ex linea mutavit, maternum scutum *Harcurtium* mediæ crucis imponens. Tota domus *Lavallea*, quæ ex Montmorencia prodit, distinctionis causa cruci familiari 5. conchas argenteas imponit subdistinctioni serviunt inter Lavalleos pro lineis *Morhemia* margo argenteus, *Laval-Olivet* nigræ 8. nummis byzantinis argenteis impressus, *Laval S. Aubin* & *Boisdaulphin* niger cum 5. leunculis argenteis, *Chastillon* quadrans cæruleis sparsus liliis Francicis cum leone aureo, quo notatur materna familia de Beaumont, *Loue* quadrans de Baussay etiam à matre, *Pacy* quadrans rubeus cum 3. leunculis argenteis, *Chalouyau* quadrans coccineus cum leone argenteo, *Attichy* argenteus cum leone gradiente nigro, *Lezay* ferrum lanceæ argentatum pedi crucis insertum. Linea de *Marly* egressa ex Montmorenciis, cum nondum 16. sed 4. tantum aquilulas gestarit, non plures quaternis ferre solita est. In ea Matthæus Dn. de *Lay* distinctionis causa crucem clathris distinxit.

Exempla Gallorum.

§. XXXVIII. Hispani præ aliis limbosamant. Vidi tamen inter insignia Equit. aurei Velleris à Philippo III. & IV. cum parentes viverent, fasciolas trifidas usurpatas esse, quod forte ex more Belgico potius sumtum, quam ex Hispania allatum fuerit. Quis in ipsa Hispania modus sit, forte non inutiliter illustratur exemplo duarum familiarum *Gusmanniæ & Mendoziæ*, quæ inter Hispanos inprimis illustres sunt, & in plures lineas dispescuntur. *Gusmanniæ* caput est dux de *Medina Sidonia* & comes de *Niebla*. Hujus insignia sunt decussata & superiori & inferiori area cærulea continent singula ahena tessellata auro & minio, cum 3. serpentum capitibus utrinque prominentibus: Duo verò latera alba 5. maculas pontici muris in decussim trajectas ostentant. Hanc parmam ambit limbus 8. castellorum & leonum totidem ex regiis insignibus sumtorum. Comites de *Orgaz* & M. de *Algava* cum aliis, duo ahena gestant, alterum alteri incumbens in parma cærulea, cum limbo argentato, sed 8. maculis muris pontici notato. Com. de *Teba* dispositis in decussim insignibus, cum capite gentis, convenit, nisi quod limbum omittit. M. de *Ayamonte* addit δεῖγμα Zunigense, & ahena duo ac limbum castello-Legionensem servat, omissis maculis hermionicis. Quod *Mendozios* attinet, scutum familiare servant viride cum baltheo rubeo, aureis utrinque tæniis munito. Dux de *Infantadgo* addit insignia Vegarum ut symbola duo in decussim trajiciantur. Quod exemplum sequuntur Com. de *Tendilla* & M. de *Cenete*. Domini de la *Corçana* & de *Legarda* Mendozio symbolo inducunt catenam auream ad limbi modum collocatam. Com. de *Crunna* ex Tigucroensibus, Infantadgio scuto ex Mendozio baltheo ac Vegensibus literis constanti addit in sinistra scuti parte 5. folia ficulnea viridia. M. de *Cannete* iterum repetit bis baltheum in decussi, lateribus rubris inscribens 10. folia populnea argentea, ad distinctionem parmæ servientc catena argentea in decussim disposita. Quod imitatur C. de *Monteagudo*. C. de *Castrogeriz* Mendozio baltheo in scuti parte læva addit 10. illa folia. 3. 3. 3. 1. C. de *Galves* addit insignia cerdana, ex Legionensibus, Castellanis, & Francicis composita, M. de *Montesclaros* priori parti scuti Mendozio Vegensia δείγματα, sinistræ ob cognomentum lunæ lunulam inscribit. M. de la *Bala Siciliana*, Mendozia-Vegensia Alarconiis secundo loco in læva

Hispanorum.

regio-

regione clypei adjicit. C. *de Priego* Mendozium baltheum secundo loco Carrillio castello postponit.

Anglorum. §. XXXIX. Ut de Anglorum moribus constet, quædam adferemus: Quæ notat Edoardus Bisseus ad N. Upton. p. 2. *Scuta minorum natuque maximorum fratrum, apud majores nostros non solita fuere per unam lunulam, echinatam calcarium molulam, apodem avem atque hujusmodi notulas, quæ nunc passim obtinent, distingui. Quem veterum morem Cobhamiorum gens expressissimis comprobabit exemplis. Cobhamii de Couling primum cantherium ternis nigris liliis constitum, intra coloris punicei areolam gestabant, statim verò liliorum loco totidem leones furvos ponunt. Familia de Sterbosough leonum loco excudebat 3. stellas. Alia autem hujus gentis stirps 3. lunulas: alia 3. apodes aves, alia 3. aquilas, alia 3. minutas cruces, cum repetitis ad eorum scapos cruculis retentis tamen coloribus Thomas à Cobhamus de Charfford, qui vixit rerum potienti Edoardo III. filio filius natu secundus Henrici Cobhami equestris dignitatis viri, ex Ioanna uxore sua, filia & heredum altera Stephani Pencapor Eq. aur. Chanterium aureum cum echina calcarium molula perforata & lilio supernè & cruce cruciata argenteis in una cuspide ferebat. Frater ejus maximus natu, penitus abjecto majorum scuto, Pencesteriorum crucem argenteam area punicea sibi sumpsit, posterisque suis transmisit.* Aliud exemplum variationis adducit p. 84. *Bassetti, qui* Weldoni *in Northauptonienſi agro consedere, gestarunt in parma aurea, quam fimbria cærulea numis Byzantinis impressa ambit, 3. vacerras similes: qui Sapcotæ in agro Leicestriæ, primo 6. vacerras cum cantone ex vellere petasite, inde 3. tænias undulantes, tum 3. vacerras rubras cum angulo & vellere petasite: qui Draitonæ in agro Staffordiensi tres vacerras rubras acutas cum angulo & aluta hermionica in clypeo aureo: cum dein Baronum accederet dignitas, tres palos rubeos in clypeo aureo cum angulo velleris hermionici Bassetti de Blok in Comit. Bafford. Vacerras cum triente argenteo gryphe nigro impresso.* Aliud Exemplum subministrat p. 88. *Comites Herfordin de Clare dicti 3. capreolos coccineos gestant in scuto aureo, aliquis minor filius Gilbertus, cui Steph. rex dedit Comitis Penbrokiæ titulum, scutum capreolis plenum habuit, Barones de Fizvvalter binos capreolos cum interjecta instita. Th. de Clare 3. Cantheriis imposuit lambellam s. partem cyaneam, alii nigram.* His quæ ex Bisseo attulimus, addamus ista ex Henr. Spelm. aspilog. p. 141. cum in familia *Extraneorum s. l'Estrange s. leſtrange* variationes tales ostendit, clypeum integrum rubeum duobus leonibus gradariis insignem gestat Joh. de Strange IV. Baro de Knockyn Fulco le strange B. de *Corshain* & *Blackmore* à Joanne Joannis avo per filium tertium descendens invertit tincturas. Rogerus le strange B. de *Ellesmere* ab eodem avo per filium quartum clypeo circumdedit limbum umbricatum aureum. Ejus pater etiam Rogerius, cum Mathildem Guilelmi de Bellocampo filiam duxisset, Bellocamporum cruces crucigeras sed argenteas numeroque novenario argenteis leonibus intercalavit. Homo le strange à Joanne 4. per quintum editus fratris Joannis 6. scutum aurea diagonali virgula trajecit, unde adhuc linea in Hunstanton. Ipse Joannes VI. aliquando leonibus peribolum apodum in sigillo circumdedit.

Illegitimorum liberorum notæ. §. XL. Ut matrimoniorum dignitati & sanctitati consuletur illis, qui non ex legitimo thoro prognati sunt, licitum non est paterna insignia gestare sine nota. conf. supra c. 1. §. 16. Imo observat ex Tilio *Menstr. verit. art. du blas.* c. 19. p. 375. olim plane non permissum fuisse naturalibus, ut uterentur familiæ δείγμασι. Verum quod adducit Tilius exemplum Amabrici C. Montfortii, probationi non sufficit, cum à Genealogis nobilissimis demonstratum sit, opinionem falsam fuisse, qua Robertum Regem Franciæ patrem dedit. Sunt tamen alia etiam exempla, qui nothis alia plane insignia data. Ita ap. Ed. Bisse. N. N. ad Upton. p. 32. *Rogerius de Clarendon*, Principis Edoardi nigri filius gessit plumas paternas, quas in prælio Carisiaco ille Joanne Rege Bohemiæ occiso obtinuerat, in baltheo nigro super aureo scuto.

Imprimis baltheus similiter. §. XLI. Porro nota non una est, qua discernuntur à legitimis illegitimi. Præcipua tamen fere omnium & vulgatissima est batra s. baltheus diagonalis, quia non è dextro sed infelici concubitu nati sint, ex sinistro angulo toti parmæ ejusque figuris inductus. Unde Proverb. *Estre de Costé gauche*. **von der lincken Seite**. Si angustior

guſtior eſt, vocatur *filet gauche*, linea ſ. tæniola obliqua. De hac barra ſive baltheo ſiniſtro (quem tamen perperam & inverſo modo, ut & Hæping de jur. inſign. c. 7. §. 3. n. 146. pingit) iſta notat ex Ponto Heutero Joh. *Limn. Iur. publ.* 6, 6. 16. quod *qui è nothis ac illegitimis juſtis nuptiis naſcuntur, lineam illam à ſiniſtris ductam relinquere poſſint, & exiguum aliud aliquid ſignum diſcriminis cauſa (ne cum maximo natu aut ex hoc ortis concurrant) ad inſtar legitimorum liberorum, ſecundo, tertio aut alio loco natorum, ſcuto gentilitio appingere. Si illegitimus ſacris fuerit initiatus, non eſt opus transverſam dictam lineam paternis inſigniis addere, cum propter ſacri ordinis dignitatem legitimus cenſeatur, imo ante ſuſceptum ordinem numero ſit legitimandus, quare quoq; nuptiis exinde inidoneus ac inter ſteriles numeratur.* Sic & Cyr. Spangenb. **Adelſp.** P. 2. L. 12. c. 32. p. 314.

§. XLII. De eadem tænia transverſa ſ. barra ita ſcribit *Marc. Gilb. de Varenn. R. d' arm. P. I. p.* 103. *C'eſt merveille de voir, que les peuples, qui ſont ſi differents en leurs uſages & en leurs opinions, ſe ſont pourtant accordez en ce, qui eſt des armoiries de ceux, qui ſont nez d'un mariage illegitime, & que tous les Herauts d' armes par un conſentement general ont affecté cette ſeule pieces des eſcus d' armes, que nous appellons barre.* Hoc eſt: Admiratione dignum eſt, omnes populos moribus & ſententiis alioqui diſcrepantes, in materia ſcutaria circa eos, qui ex thoro illegitimo prognati ſunt, conſenſiſſe, & huic fini omnes feciales communi conſenſu applicuiſſe hanc figuram, quam barram dicimus. Si verò de omni ſiniſtro baltheo intelligit, maximè fallitur. Conf. ſupra c. 5. ſ. 1. m. 1. n. 72. Certe apud noſtros receptum fuiſſe morem non video. Potius exempla videntur ſuppetere familiarum nobilium, in quibus hæc tænia ſiniſtra non eſt ſequior nota, neque de hac ſuſpicandi juſta cauſa. Ita *Haunoldii* (Sileſ.) (α) ſcuto teſſellato quadris argenteis & cæruleis tæniam rubeam inducunt ex angulo ſiniſtro, & *Logavii* (Sileſ.) (β) parmæ virgatæ iisdem coloribus, itidem concolorem: Quo minus verò temere aliquid ſuſpiceris, alibi (γ) Haunoldiorum tænia ex dextro angulo ducitur: ut appareat hoc illi tribuendum cauſæ, de qua l. c. n. 71. diximus. An id univerſim receptum.

§. XLIII. In Gallia verò & *Belgio* hujus barræ exempla frequentiſſima. Ita apud *Chifflet. inſ. Æq. A. V. n.* 33. Joannes nothus Lucenburgius Dn. de Haubourdin ſcuto gentilitio cæruleam tæniam obliquam ſiniſtram inducit. Apud eundem n. 54. Antonius Burgundus C. de la Roche en Ardenne paternum ſcutum fert, ſed fractum tæniola obliqua ſiniſtra. Apud Oliv. de la Marche Bernardus nothus Foxius geſtat Foxia arma cum baltheo ſiniſtro. Sic *Bellenave* præter gentilem laterculum cæruleum leone aureo bifurca cauda & corona aurea, dentibus & unguibus rubeis prædito impreſſum geſtat 2. & 3. aream quadripertitam ex Andino Sicilienſi, Hieroſolymitano, Barrenſi & Lotharingico, hisque impoſito Aragonico ſymbolis, cui quadripartitæ areæ ejusmodi linea ſ. tæniola obliqua inducitur nigra: haud dubie ob Magdalenam filiam naturalem Renati Andini R. Siciliæ nuptam Ludovico Joanni Dn. de Bellenave. Ita adhuc noſtra memoria *Henr. Valeſ. Dux Engoliſmenſis*, qui obiit 1653. Francorum ſcutum geſtabat cum bacillo ſ. tænia transverſim ex ſiniſtro latere ducta. Eidem uſui ſervit tænia ſiniſtra marginem ſcuti non attingens ſ. bacillus ſiniſtro ſitu, *baſton peri en barre*. Ita Dux Engoliſmenſis naturalis filius Caroli IX. Regis, Francico ſcuto aureum bacillum impoſuit. Gallorum & Belgarum conſuetudo.

§. XLIV. De Anglis iſta Biſſeus NN. ad Upton. p. 32. *Bacillus ſiniſter extrema ſcuti non attingens, & fimbria quandoq; ſtriata, ſed plerumq; goboniata (ut fecialibus fari viſum eſt) hodiernæ nobis illegitimi notæ ſunt.* Vetuſtior *Ioh. de B. aureo* p. 41. nothis adſcribit inſignia paterna baltheo, qui deferat inſignia patris. Anglorum.

§. XLV. Alias quoque figuras adjectas, ſiniſtro lateri ſpuriis deſignandis adhiberi vide ap. *M. Vulſ. de la Colomb. ſc. hero.* c. 11. p. 75. Sic & eorum galeas ad lævam flecti volunt (conf. Limn. jur. publ. 6, 6. 71.) verum ſitus ille noſtris Germanis arbitrarius eſt, & ob hoc ſaltem apud hoc ſignum eſſe nequit. Aliæ etiam figuræ & apex, in lævam verſa.

§. XLVI. Sunt & plures modi notandi nothos. Nonnunquam quadrans aliquis adjici- Aliæ notæ nothorum.

(α) Wap. I. p. 52.
(β) Wap. I. p. 62.
(γ) Wap. IV. p. 83.

adjicitur. Ita scio nobilem familiam, quæ ex filio naturali Joannis Com. Spanheimii (qui 1335. vixit) descendit, tessellis Spanheimensium comitum cæruleis & aureis uti, sed adjecto quadrante rubeo cui inscribitur gallus gallinaceus candidus. Aliquando contrarium fit, nempe ut quadranti inserantur insignia paterna. Ita Dominus de *Somerdyk* gestavit scutum aureum, cum quadrante Burgundica symbola complectente ap. Menestr. L'art. du blas. justif. c. 13. p. 350. Imò *Ren. Franc. eff. de merv.* c. 42. p. 376. hoc ordinarium putat, ut illegitimi scutum argenteum vel aureum gestent (quod dicatur *escu faux*, scutum falsum) inque ejus superiori quadrante dextro paterna insignia. Le Labour, orig. des arm. n. 117. præter hunc modum alium notat, ut cuspis triangularis abscindatur ex paternis armis: Ita usus est Joh. *Burgundus Dn. de Ameroal.* dein Episc. Cameracensis, Burgundico scuto, sed abscissa cuspide triangulari aurea (à la pointe d'or) Velut caput paternæ parmæ imponeretur: Item in add. ad n. 117. p. 17. notat cantherium nonnunquam huic usui servire, ut nothi ei inserant gentilia symbola. Aliud exemplum est *Car. Somorseti C. de Worcester* nothi Henr. Beaufortii Ducis de Somertset, qui initio Anglo-Somersetio clypeo usus est aurea obliqua tænia facto: dein clypeo aureo cum fascia Anglo-Somersetiis symbolis (quæ sunt Francica & Anglica quadripartita, cum margine argenteis & miniatis quadris distincto) impressa. Alius modus est in exemplo Philippi Burgundi nothi apud Chifflet. inf. Equit. A.V. n. III. qui scutum paternum manicis & pede mutilatis aureis gestavit (aux manchures & à la pointe de l'escu escloppées d'or) Apud Messen. Theatr. Nobil. Succ. paraphr. c. 18. p. 145. *Carolo* Caroli Guldenhelm Sueco datus est dimidius aureus fascis ex integro Gustavidarum mutuatus in campo ex rubro argenteo & cæruleo variato, sed in galea plenus inter bina cornua permissus est. Sic & ei concessus leo dimidius Gothicus prioribus pedibus trans candidas aquas protensis & catena revinctis. Alioquin nolunt permittere apicem legitimorum nothis. Menestr. Verit. art du blas. p. 159. ubi *Ioannis D. Burgund.* nothi gestant arborem auream in apice, & qui à Philippo bono prognati fuere, aureum bubonem. Ita apud Chifflet inf. eq. A.V. n. 54. *Antonius Burg* bubonem habet. Singulare plane exemplum videtur, quod idem Menestr. p. 376. adducit *Humberti nothi Sabaudi*, qui cruci familiari 5. lunulas crescentes cæruleas inscripsit. Apud *Ed. Bisse. NN. ad Upton. p.* 32. Palæottus ait, se audivisse extra Italiam, maxime in Germania, spuriorum & illegitimorum insignia *Stella* distingui. Ita & Joh. Niddanus ap. Hæping. de jur. insign. c. 7. §. 3. n. 144. Stellam dari nothis autor est: Et novi ego familiam nobilem ex illustri domo, quæ 3. parmulas rubeas scuto argenteo inscribit, 2. parmulas & tertiæ loco stellam gestare, prout etiam Jul. Chifflet. Marq. d'honn. de la maif. de Tassis p. 3. c. 14. p. 206. *Philippo Taxio* naturali filio Johanni C. de Villa mediana scutum paternum tribuit stella argentea 10. radiorum meli familiari subjecta, alii à Philippo Taxio item naturali loco ejus lunulam argenteam c. 6. p. 214. Absit verò ut hoc universale dicamus, vel scuta, in quibus stellæ fulgent hac ratione in suspicionem trahere quis audeat.

Hispanorum circa hos mores.

§. XLVII. Ut de Hispanorum institutis aliquid dicamus. Universim *Bern. Moreno de Vargas* disc. 19. n. 5. Spuriis quidem paterna insignia non concedit, sed naturalibus, qui ex soluto & soluta suscipiuntur, & quidem sine nota. In regia familia ista observavi: quod *Tellus* Henrici Regis frater gestarit scutum decussatum, in superiori parte rubea castellum aureum, in inferiori argentea aquilam nigram, in lateribus argenteis leones purpureos: Sancius alter frater in rubeo rhombo s. losengia gestavit castellum aureum, 4. leonibus purpureis quatuor angulos scuti argentei circa rhombum vacuos occupantibus. Petro C. Trastamaræ data sunt in solo rubeo duo castella aurea & in inferiori parte inflexa triangulari argentea Leo coronatus purpureus. Fridericus D. Beniventi gestavit novem tessellas, 5. argenteas cum singulis leonibus purpureis, & 4. rubeas cum castellis aureis. In Familia *Henriquezia* admiralii Castiliæ & Comites de *Alba & Alista* gerunt duo castella aurea in rubeo solo, triangulari cuspide argentea leonem coronatum purpureum continente: sed Com. de *Gyon* & *Norogna* scutum habebant argenteum, in quo duo leones purpurei obversi conspiciuntur cum triangulari cuspide (en mantil) rubea castellum aureum continente: Limbus scutum ambiens octo tessellis varii velleris constabat. Ex Aragoniis Fridericus Com.

de

de Luna nothus Martini R. Siciliæ, à Pontifice legitimatus, geſtabat ſine ulla nota ſcutum bipertitum, hinc Aragoniæ, iſthinc Lunæ *deſygmata* continens. In Mendoziis nullam naturalibus notam impoſitam obſervavi.

§. XXXXIIX. Antequam claudamus hanc materiam diſtinctionum, addere lubet, quæ vulgo ferunt de notis, quæ ignominiæ cauſa dentur. Eas vid. apud M. Vulſ. de la Colomb. ſcienc. heroiq. c. 10. p. 68. ſeq. G. Phil. Harsdœrfer. **geſprächſpiel** P. 3. coll. 129. Ex hoc iſta notabimus. Si abſcindatur angulus dexter, **das rechte ſpitzlein abgeſchnitten / oder rechtsgeſpitzter winckel /** jactabundum; ſi pes ſemicirculo à reliquo ſcuto ſeparetur, le bas point arrondi, **mit der rundung abgenommenen ſchildſpitzen /** eum qui bello captum occiderit; ſi pes ſcuti linea tranſverſa abſcindatur, le bas point couppé, **die unterſte ſchildſpitze durchſchnitten /** eum qui principem mendaciis in bellum compulit; ſi cuſpis ſinuata ex lævo latere verſus centrum protendatur, *lagore*, **linck außgerundete ſpitze auff den mittelpunct /** timidum, vel temulentum & libidinoſum; ſi quadra medio inſerta clypei medium obtegat, **eine vierung mitten im ſchild /** cum qui verbis non ſteterit, aut principi falſa retulerit; ſi parmula inverſa inſeratur ſcuto, *un eſcuſſon renverſé*, **kleiner umbgewandter ſchild dem groſſen einviſirt /** fugitivum; ſi triangulum ſinuatum ad centrum clypei aſcendat, un bas triangle arrondi, **außgerundte grade triangel /** pigrum: ſi ſcutum inverſum pingatur, renverſé, **umbgekehrter ſchild /** proditorem vel fugitivum deſignari perhibent. Ultimam iſtam notam ſcuti everſi, etiam Joh. de Bado aureo proditionis, fugæ vel fidei ruptæ documentum eſſe vult. Addit Vulſon. de la Colomb. loco citato, alias etiam notas ignominioſas: ut quod Herbertus Veromanduorum comes coactus pantheram argenteam ſcuto rubeo deferre in notam feloniæ, omiſſis prioribus inſignibus: & Joannes Aveſnenſis, quod matri maledixiſſet, leonem absque falculis & lingua (morné) geſtare juſſus eſt. Notæ ignominioſæ.

§. XXXXIX. Quæ vero ex vulgari traditione §. præced. de notis ignominioſis attuli, attuliſſe contentus ſum: neq; enim ego illis quicquam tribuo, aut ex vero referri exiſtimo. Fuerit iſta fecialis alicujus curioſioris, qui ſceleribus ſuas notas in clypeis extare optarit, inventio: nunquam tamen in uſum translatas arbitror, imo aliqua parum aut nihil differre videntur ab illis ſcuti ſectionibus, quæ honorificæ ſunt. Cur ergo ignominiæ cauſa datas ſuſpicaremur? Judicium de illis.

§. XXXXX. Ex Labourerio Meneſtr. verit. art. du blaſ. c. 19. p. 377. refert de Polonica ſtirpe *Iaſtr Zembic*, cujus parma cyanea ex auro ſoleam equinam ſurſum converſam, cum cruce pedata inter extrema ſoleæ locatam complectitur; quod cum ex ea aliquis interfuiſſet cædi S. Stanislai 1079. eum agnati coegerint, ut in memoriam facinoris equinam ſoleam deorſum verſam (fer de cheval baiſsé) cum cruce ſuppoſita geſtaret: alia linea, cujus autor fratricidium commiſerat, inverſam ſoleam equinam, & loco crucis acinacem, qui ſcindit ferrum, geſtat. Exemplum in Polonia.

CAP. IX.

DE INSIGNIBVS AEQVIVOCIS.

§. 1. *Inſignia æquivoca ſeu loquentia.*
2. *An plane rejicienda?*
3. *Merito probantur.*
4. *Exempla ex antiquitate.*
5. *Iudicium Varennii & Gelenii.*
6. *Exempla Italorum, Anglorum, Hiſpanorum. Suecorum.*
7. *Francorum.*
8. *Cum alluſio eſt in tinctura.*
9. *Cum in figura ſed ſimplex.*
10. *In civitatum ſcutis.*
11. *Cum alluſio in figura eadem duplex eſt.*
12. *Cum in figuris diverſis.*
13. *Alluſio longius petita.*
14. *Ex alia lingua vel dialecto.*
15. *Alluſio ex non intellecta vel neglecta etymologia.*
16. *Alluſio in apice.*
17. *Alluſio ad nomen familiæ antiquum: vel nomen ex inſignibus ſumtum.*
18. *Longius petita tantum ex ſono: quæ rejecta.*

§. 1. INſignia *æquivoca* vel *paronomaſtica* vocantur, quæ ad nomen alludunt ejus, cui deſignando adhibentur (conf. Limn. jur. publ. 6. 6. 17.) Galli vocant *armes parlantes*, ou *qui chantent*, ou *equivoques*. Noſtri **redende wapen oder nahm-wapen** (Harsdœrf.) Hæc Campanile dell'arm. c. 9. p. 14. vocat naturalia & materialia in oppoſitione Inſignia æquivoca ſeu loquentia.

sitione symbolicorum. Illa enim definit cum figura naturaliter significat id,quod nomine gentilitio denotatur. Symbolea ei sunt,cum potius respiciuntur mysteria figurarum. Ita in primo ordine leo deberetur familiæ, cui à leone nomen,in secunda ei, qui fortitudinis emblema quærit. Observat vero quod primi generis figuras, cum nomen repræsentari debet,non alio colore tingi sed nativo ob oculos poni sit necesse.Hoc vero an omnibus ita placuerit, valde ambigo, exempla enim contraria plurima occurrunt.Ipse Roboreorum robur adducit, non viridi colore sed auro pictum,quod etiam excipit, flavescere demum arborem, longius petitum, & infirmius esse videtur.

An plane rejicienda?

§. II. De hujus generis insignibus certamen est, alii enim ea tantum non omnino rejiciunt,&plebi quam nobilioribus digniora esse judicant. Aliqui sententiâ hanc moderantur, & cum simplicem non rejiciant allusionem, duplicē tamen haud admittunt.

Merito probantur.

§. III. Saniores & peritiores non dubitant æquivoca insignia probare, & ea nihilo inferiora aliis judicant. Ita eorum approbationi rerum harum peritissimus *Clar. Franc. Menestrier*.peculiarem partem suæ quam meditatur scientiæ fecialis destinavit, & vindicias adornabit antiquorum autoritate, suffragiis celebrium autorum, rationibus, usu atque exemplis: Eadem probat ex nostris *Cass. Lerch à Durmstein* P. 1. **Reichs ritterlich herkommen 2. grundsatz.** Sum. Marg. 68. conf. Limn. jur. publ. 6. 6. 17. Hæping. de jur. insign. c. 5. n. 39. seq.

Exempla ex antiquitate.

§. IV. Veteribus certe,qualia tum habuere insignia,non insolitum fuit, ea nominibus accommodare. Ut Freherus etiam pleraque antiqua talia fuisse fateatur.Ita Troibus scropha insigne, quæ Latino nomine troja. Rhodii in numis, uti nunc quoque videre est, rosam gestarunt. Selinuntii in vexillo herbam σέλινον gestabant. De hac re Clariss.Seb. Feschius de insign. & eor. jure c. 8. n. 11. *L. Aquilius Florus qui triumvir monetalis suo Aug.fuit,florem, quo ad nomen suum alludit, in numis expressit,quod videre est apud Fulv.Vrs.in famil. Aquilæ & Erizzo dichiarat. di med. ant.p. 49. Q.Voconius Vitulus quæstor vitulo signavit denarios. Vrsin. in gent. vocon. L. Lucretius trio astro septentrionum nominis sui originem indicavit in numis nostris & apud Vrsin.in fam. Lucret. L.Statilius Taurus & L. Thorius Balbus III. viri monetales tauro: Manius Acilius dea Hygia:C.Fabius Buteo Buteone ave eandem ob causam numos signarunt, ut docet Erizzo d. l.p.69.& Vrsin.in fam.P.Furius Crassipes pedis,Scarpus ex gente Pinaria numus nota nominis originem indicarunt in numis nostris, quorum typos exhibet laudatus Vrsinus.* Sic & Edoard.Bissæus NN. ad Upton.p.51. *Quæ gestantium nominibus alludunt antiqua sane, si non omnium sunt antiquissima, sunt insignia.* Cui sententiæ etiam favet *Silv. Petra sancta.* Et quædam dedit Basilius de Sereniis in elogio famil. Borromeæ. Conf. Marq. Freher in NN. ad P. de Andlo l. 2. de imp. Rom. c. 14.

Judicium Varennii & Gelenii

§. V. Varennii hæc sunt.P. 3.p.469.*Nos ancestres moins curieux & plus naifs,que l'on n'est pas aujourdhuy, prenoient ordinairement garde en la composition de leurs armes,qu'il y eut du rapport,s'il faire se pouvoit,entre leurs noms & les figures,dont ils armorioient leurs escus. Ce quils faisoient nommement à celle fin,que toute sorte de personnes subtiles & grosieres,des villes & de champs peussent recognoitre facilement,& sans autre enqueste,à qui appartenoient les terres & les maisons, ou ils se rencontroient des aussi tost qu'ils auroient jetté la veue dessus les ecussons.* Iterum P. 2. p.488. *Comme ainsi soit,que toutes les armoiries n' ayent esté inventees, que pour mettre de la distinction entre les personnes, & nous fuissoient discerner les uns des autres, servir de marque, particuliere à tout ce,qui nous appartient, certainement il n'y a rien de plus pirpre à cet effet, que de se donner à cognoistre par la creature ou l' ouvrage de la main, qui a le mesme nom que nous.* Et p. p. *I'excpeteray bien celles, que nous tenons du ciel, ou qui sont donnees, par les princes à leurs suiets, en consideration de quelques beaux faits d' armes:mais en apres je ne feray point de difficulté de dire, qu'il n'y a point d' armoiries mieux faites à mon advis,& moins sujettes à estre taxees de vanité: que celles que nous appellons parlantes.* Addamus huic diligentissimū Ægid.Gelenium de Colon. Agripp. magn. l.2.p.120. *Observandum est ex legibus scutariis rejici arma cantantia, cantare autem arma dicuntur primò à Cantario,scilicet cum bullatum diploma nuper emptum privato adhuc latet scrinio (quod Cantorium ex Cantatoriū vulgo appellant) & nec dum in Nobilitatis albū vel Matriculam recipi meruit. Deinde sunt cantantia,de quibus ait Marcus Gilbertus de Varennius Gallicus scriptor*: Armes parlantes figures d'armes qui ont le mesme nom que celuy qui s'en sert dans son escu,id est, *Arma dicuntur loquentia figurata tesseris nominis propriii illius,qui scutum defert. Hanc regulam ex pervestigatione Vbio-Romanæ vetustatis, imo ex omnium nationum quasi consensu autoritate sua enervandam puto exigua distinction,enempe veram tantummodo*

esse

„ esse in illis signis, quæ noviter ficta, aut empta à Principe mercatoriæ officinæ, & rustica in „ prædii signa, suppellectilem apparatumq;, & inde commentatus appellationes cantant, „ quasi thecæ institoriæ carmen, atriorum vero & monumentorum notis destituuntur. Rem „ hanc exemplis non elucidabo propter invidiam. Aliud autem est in illis stemmatibus, quæ ex „ templorum parietibus, fenestris, monumentis, aulæis, diplomatibus &c. vetustatis testimo- „ nium habent, quibus religiosiores fecialium leges tanquam minoribus rogationibus latæ cotes „ esse non debent. An enim ignoramus, à signo olim lato gestantes appellatos, ubi „ Draconarii dicebantur olim à dracone ferendo, Aquiliferi ab aquila. Ostendo iis „ clarius exemplis variarum nationum. In Italia enim Columniorum genus à scutaria „ columna nomen habet, à leunculis panem frangentibus Frangipanii dicuntur. Spinolæ „ nomen acceperunt à cadi vinarii epistomio quod adjiciunt institæ tessellatæ Marcanorum „ Comitum, sic in Hispania scutario castello Castilla & à Malogranato Granada, à turre „ Torres, à calceis tessellatis Zapatæ nominantur. In Gallia Barrii à piscibus barbatulis: „ Iourii ab aurora seu illucescente die dicuntur. In Germania nostra frequentissimæ „ sunt hujusmodi denominationes, e. g. Drachenfeltziorum à dracone, Sal- „ miorum à salmonibus, Fuchsiorum à vulpe, Helfensteiniorum ab elephante, Spegeliorum „ à speculis, Sonnenbergiorum à sole exoriente & montium jugo, & ne nimius sim sexcenta „ & innumera ejusdem generis occurrunt: Ad istius igitur legis interpretationem, aliud „ dico esse cantare militem, aliud mercatorem; ille enim vetustatis & virtutis notas habet, „ huic ex officina aut rusticano apparatu imagines & nomina sibi comminiscuntur, etiamsi „ Principis ostentet diploma, cum contra rem scutariam errorem habet, præsumendum „ est principis Feciales, studio leges suas dissimulasse in gratiam ærarii & ministrorum aulæ. „ Nobiles vero quantumcunq; recedant à minoribus regulis scutariis seu consuetudine seu „ consensu nationum inductis, solum antiquitate centenaria licite armorum suorum errorem „ & piacula excusant.

§. VI. Cum vero quicquid hujus rei est, unio pendeat ex beneplacito atq; usu populorum, quibus insignia aliquo in cultu sunt, vix validius pro æquivocis insignibus militabit argumentum, quam si ostenderimus, omnibus fere gentibus, quæ ad certas regulas scuta sua pingunt, hoc genus in usu esse. De Germanicis jam non dicemus, cum eorum mox allaturi simus, & passim adduxerimus innumera exempla. Nec Italorum allegabimus morem, quorum fere pleraq; hujus generis. Unde apud eos *Alciati* ab alce, *Columnii* à columna, *Castiliones* à castello, *Crivelli* à cribro, *Roborei* à robore seu quercu, *Turriani* à turre, *Malaspina* à spina, *Becchii* à becco seu hirco, *Coglioni* (quos ex Thesaur. *Limn. jur. publ.* 6. 6. 17. perperam colinios vocat, & cum illustri inter Francos gente confundit) tergeninos coleos seu testiculos obscœnitatis formidini, morem communem præponentes, alii aliunde & nomen & cum hoc insignia sumserunt. In *Anglia* non magis desunt exempla. Apud Upton. Dominus de *Bortraux* gestat 3. botraces seu bufones nigros in alveo argenteo, *Lucii* tres lucios, Hadrianus IV. Anglus à nomine gentilitio *Brecksspeare* in parma rubea lanceam fractam argenteam, symbolo usurpavit. Plura ex professo recenset Edoard. Bisseus N. N. ad Upton. pag. 51. 58. 74. 86. 87. *Hispanorum* ista notavi. *Luna* gestat lunam argenteam cornibus deorsum versis. *Giron* 3. girones rubeos in alveo aureo (3. girones roxos en campo de oro.) *Figueroa* tria folia fici viridia in scuto aureo, *Solis* solem rubeum in aurea parma, *Vera*, variarum vellus, quod dicitur *veros* (aquila gestat scutum, & supereminet, cum lemmate *Veritas vincit.*) *Azevedo*, 2.... virides in meliori metallo (dos azeves verdes.) *Granada* 5. mala punicea. *Cardenas* lupos duos lividos (dos lobos cardenos) in parma aurea vel apud alios cærulea (vid. supra cap. 4. num. 11.) *Cabrera* capram nigram in parma aurea cum limbo, *Acunna* baltheum aureum cum 9. cuneis (con 9. cunnas en dos ordines azules.) *Padilla*, tres.....(padillas) ex argento in solo cæruleo. *Zapata* 5. calceos (zapatas) tessellatos ex argento & nigro in campo sanguineo. Ita & *Torresii* Portug. turres gestant. Ut jam nihil de castello Castellæ, malo punico Granatæ in regiis insignibus dicam (conf. hist. insign. lib. 1. cap. 38. num. 3. 6. 36.) de *Galliciæ* & *Legionis* regno. Nec Septentrioni illa displicuit aliorum consuetudo. En ex *Suecia* exempla. Gestant enim nominibus convenientia insignia familiæ, *Oxenstiern*, *Sparr* & in his speciatim dicti *Guldensparr*, *Levvenhaupt*, *Guldenstern*, *Guldenhelm*, *Baner*, *Skytte*, *Steinbock* (quod cognomen Olaus Arvidi cum hac scuti area à proavia Anna uxore Gustavi Olai de Toffta assumsit.) *Gryp* (quæ etiam insignia assumta à Boëtio Nicolai, nam hic

Exempla Italorum, Anglorum, Hispanorum, Suecorum.

avi materni emblema aſciverat, ſed Boetii pronepos Mauritius cognomen etiam uſurpavit) *Gere* (quæ vox Suecica lingua trigonam figuram inſtar coloſſi notat) aliæ.

Franco-rum. §. VII. In Francia quoque non deſunt exempla ſatis multa, forte tamen ex hac cauſa in comparatione ad alias gentes rariora, cum nomina in illorum lingua pleraque ſine certa ſignificatione ſint.

Cum alluſio eſt in tinctura. §. VIII. Cæterum diſtinctionis gratia paronomaſtica inſignia in certos diſpeſcemus ordines. Quorum primus ſit eorum, in quibus à nomine color eſt. Ita *Roth* abb. ſcutum rubeum geſtat, inque eo inter lineas duas aureas faſciam cocco & argento variegatam (**Wapenb.** I. p. 13.) *Rotenſtein* parma ſemel ad perpendiculum & bis tranſverſe ſecta, minio & argento tinctis teſſellis, ſeu (conf. c. 3. n. 73.) parma ad perpendiculum diſtincta cocco & argento, inſcripta faſcia iisdem coloribus alternantibus (Rhen.) (α) *Grunberg* (Sileſ.) faſciam viridem in ſcuto rubeo (conf. c. 4. n. 32.) *du Verdet* in praſino clypeo leonem argenteum cor cruentum unguibus oſtentantem. *Freyberg zu Aſchau* (Bav.) (β) 2. & 3. laterculum cinereo colore tingit inſerto tricolli monte aureo (conf. c. 4. n. 11.) *Neuſtatt* ſeu Auſtriæ Neapolis (ut ex Cuſpiniano Limn. jur. publ.) utitur clypeo rubente, inque illo mœnibus argenteis cum turri nova, quia propter continua incendia quotannis fere innovetur. Ob hanc rationem aliquando etiam griſeum & lividum colorem à duabus familiis Hiſpanis receptum ex Meneſtrierio monuimus c. 4. n. 11. & modo n. 6.

